¶ Scḋa ꝓpõ. In natura intellectuali creata neceſſariũ eſt ponere pͥ̃ter illas duas potẽtias: potẽtiã executiuã ꝑ quã exequat imperiũ volũtatis. De⁹ autẽ nõ hꝫ talẽ: ſuũ em̃ velle ẽ facere. ¶ Articul⁹ pariſienſis. Dicere angelũ vel intelligẽtiã mouere celum ꝑ ſolũ imperiũ volũtatis ſue error. ¶ Act⁹ volũtatis in cõi eſt duplex ſcꝫ velle: ⁊ eſt act⁹ volũtatis q̃ ipſa acceptat aliqḋ obiectũ ſibi cõueniẽs vt volo ſanitatẽ: volo ſtudere: volo ſcientiã eo ꝙ ipſa ſit ꝑfectio aïe. Idẽ autẽ ſunt ſm Scotum velle: diligere amare: acceptare. Amare enĩ vel diligere eſt alicui velle bonũ. Alius act⁹ eſt nolle ⁊ eſt act⁹ poſitiuus voluntatis quo ipſa volũtas fugit aliqḋ obiectũ ſibi diſcoueniens vel reſilit ab obiecto ſibi diſconuenienti vt nolo infirmitatẽ. Nolle: odire: deteſtari: deacceptare: reprobare: refugere: reſilire idẽ ſunt. ¶ Prima ꝓpõ. Oẽ nolle preſupponit velle. patet q: a nullo refugio tãq̃ ab obiecto diſcõuenientẽ niſi ꝓpt aliqd qḋ magis accepto: g̃ refugere p̄ſupponit velle vel acceptare. Exeplũ ponit Aug⁹. Auar⁹ nũm⁹ panis. Auar⁹ enĩ refugit panẽ vt reſeruet nũmũ. Aliud exemplum. Nolo eſſe ocioſus q: diligo ſtudere. ¶ Correlariũ. Nullũ nolle põt ẽẽ ꝑm⁹ act⁹ voluntatis: ꝓbat̃ q: ſemꝑ p̄ſupponit aliũ actũ priorẽ ſcꝫ velle. ¶ Scḋa ꝓpoſitio. Omne velle cõcupiſcẽtie p̄ſupponit velle amicitie: ꝓbatur. Quia qḋcũq̃ amat̃ amore cõcupiſcẽtie amat̃ ꝓpt aliud magis amatũ. ergo ⁊c̃. Amo ſciaꝫ ꝓpter animã: eſt em̃ ꝑfectio aïe. ¶ Tertia ꝓpõ. Vñ duplex eſt velle: ſcꝫ amicitie ⁊ eſt illud quo volũtas amat amatũ in ſe ſeu ꝓpter bonũ amati. Aliud eſt cõcupiſcentie ⁊ eſt illud quo volũtas amat aliquid non in ſe ſed ꝓpter aliud magis amatũ: vt diligo bonũ vinũ. ¶ Arguit̃. Illud qḋ eſt maxima occaſio peccandi aliquib⁹ hoc eſt ab eis fugiendũ. ꝓbatur quia qui dat occaſionẽ dãni damnũ videtur dediſſe. Sed ſcia eſt maxima occaſio peccandi. ergo ⁊c̃. ꝓpter iſtã maiorẽ. ¶ Querit̃. Vtrũ ſcientia ſit ſtudẽti occaſio peccandi ⁊ inflandi. Et videt̃ ꝙ ſic Scientia em̃ inflat ſm aplm̃. Rñdeo ponendo tres ꝓpoſitiones. ¶ Prima ꝓpõ. Nulla ſcientia q̃tũ eſt de ſe: eſt occaſio alicui ſiue religioſo ſiue ſeculari ſupbiendi ſiue etiã peccandi. Probat̃. Nã nullũ donũ ſpũſſancti vel gr̃a gratiſdata q̃tũ eſt de ſe eſt occaſio ſupbiendi inflandi vl̃ peccandi mortaliter alicui. hec ꝓbatur. q: tũc ſpũſſanct⁹ eſſet occaſio peccandi ⁊ auctor mali qḋ eſt impoſſibile ⁊ ſequela ꝓbatur ꝑ illã. Quicunq̃ dat occaſionẽ alteri peccandi peccat. Sed oïs ſcientia eſt donũ ſpũſſancti vel gr̃a gratiſdata. ergo ⁊c̃. ¶ Scḋa ꝓpoſitio. Oïs ſcientia quecunq̃ ſit illa eſt homini occaſio humilitatis q̃tũ eſt de ſe: reddens hominẽ promptũ ⁊ diſpoſitũ ad ſeruiendũ deo. probat̃. Oïs gratia gratiſdata ⁊ omne donũ ſpũſſancti reddit hoiem obligatũ magis: vñ hrũs Greg⁹. Cum em̃ augent̃ dona rõnes creſcũt donoꝝ: g̃ vnuſquiſq̃ ꝓmptior debet eſſe ex munere: quãto obligatiorẽ ſe ↄſpicit in reddenda ratione: hec Grego. Correlariũ. Scia nõ inflat q̃tũ eſt de ſe ſed magis humiliat q̃tum eſt de ſe: defect⁹ autẽ eſt ex parte ſciẽtis ⁊ nõ ex parte ſcientie dũ ſciens ſuperbit. ¶ Tertia ꝓpõ. Sciens ſeu habẽs ſciaꝫ aliqñ capit ex ꝑuerſitate ſua ſeu volũtatis ſue occaſionẽ ſupbiendi ſeu peccandi ⁊ ſic abutunt̃ ſeu ꝑuertũt ſcientiã ordinãtes in malũ fin̄. Unde ſic debet exponi apl̃us. Scia inflat. i. ſciens ex ꝑuerſitate ſue volũtatis capit occaſionẽ inflãdi ſeu gloriandi ſine charitate. ⁊ ſi non ordinat̃ ad honorẽ diuinũ. Nico. de lyra. Erant q̃dã ſcioli. i. parũ vel modico plus alijs ſcientes: ſcꝫ ſimplicib⁹ chriſtianis videlicet ꝙ carnes immolate idolis nõ accipiebant ſanctificationẽ ab idolis ⁊ glorian tes de tali ſcientia ſcandalizabãt ꝓximũ. Charitas autẽ edificat. i. ſcia charitate inflãmata. Tãta autẽ eſt illa ſcia vt vo

cetur noīe charitatis. ¶ Item duplex eſt actus intellect⁹ ſcȝ adequat⁹ et inadeq̄tus. Nullus aūt intellect⁹ eſt hmōi: ſed intelligere eſt act⁹ adequat⁹ intellectus. ¶ Per eſſentiā eſt quoddaȝ complexū ex ꝑ. ↄpoſitiōe cū ſuo caſuali: ꝛ capiꝭ dupliciter. Uno mō ideȝ eſt ꝙ q̄dditatiue ſeu diffinitiue vꝉ eſſentialiter. ¶ Propoſitio. Om̄e ens ſiue creatū ſiue increatum eſt ens ꝑ eſſentiā pͥmo mō ꝓbaꝭ: qꝛ ens p̄dicaꝭ q̄dditatiue de om̄ibus entibꝫ realibꝫ. Alio mō idē eſt qđ independēter ſiue independēs. ¶ Propoſitio. Solus de⁹ eſt ens ꝑ eſſentiā ſcđo mō ꝓbatur: qꝛ in ſolo deo nulla eſt dependētia. ¶ Propoſitio. Ens ꝑ eſſentiā illo modo ſumptū diſtinguiꝭ ↄtra ens ꝑ participationē. Hinc dicit multiplicis notificatiōis ratio ē multiplex acceptio ei⁹ qđ eſt vti. ratio mꝉtiplicis acceptionis eſt comparatio ei⁹ ad oppoſita. ¶ Uti capiꝭ dupliciter modis. Primo cōmuniſſime: et ſic capitur ꝓ q̄cunq̄ opatione naturali cuiuſcūq̄ rei ad quaȝ res ipſa ordinaꝭ naturaꝉr. De hoc Ariſtoteles in topicis. Cui⁹ vſus bonus eſt ipm̄ quoq̄ bonū: vt ſi equitare eſt bonū equus eſt bon⁹. Et ſic hȝ ocioſitatē ꝓ oppoſito. Ocioſus em̄ eſt q̄ caret opatione ad quam ordinaꝭ naturaꝉr. Scđo capiꝭ cōiter ꝛ ſic diſtinguiꝭ ↄ̄ diſſuetudinē et ē act⁹ cuiuſcūq̄ potentie frequēter elicit⁹ ꝛ ſic addit frequentiā ſupra pͥmū modū. Tertio capiꝭ ꝓprie ꝛ diſtinguiꝭ ↄ̄ habitus memorie et intelligentie. i. ↄ̄ ingeniū ꝛ doctrinā (doctores antiqui poſuerūt ꝛ hoc receperūt ab auguſtino) triplicē potentiam anime ſcȝ memoriā ꝛ illa rep̄ſentat patrē in diuinis. Intelligenciā ꝛ illa filiū. Uoluntatē ꝛ illa ſpm̄ſanctū. Memoria (vt dicit Aug⁹.) nihil aliud eſt q̄ ipſe intellect⁹ cuȝ ſpecie intelligibili vel obiecto in ſe p̄ſente. Et vocaꝭ parēs. gignit em̄ noticiā. Intelligētia eſt ipſemet intellect⁹ cū actuali intellectiōe. Uolūtas autē accipiꝭ ꝓut ſubeſt actuali volitioni. Eadē aūt potentia ꝑtinet ad memoriā ꝛ intelligentiā. nō igiꝭ eſt trinitas ex parte potētie in ſe: ſȝ ex ꝑte additorū. Uti igiꝭ ꝓprie eſt aliq̄d aſſumere in actū vꝉ facultatē. i. in dominiū volūtatis: ꝛ h̄ eſt alicui amore inherere. Quarto capiꝭ magis ꝓprie ꝛ ſic diſtinguiꝭ ↄ̄ actū quietatiuū. i. frui: ꝛ eſt aliq̄d aſſumere ī facultatē volūtatꝫ ꝓpter aliud vt diligo vos ꝓpter deū ꝛ in deū. Frui aūt eſt alicui inherere amore ꝓpter ſe. Quinto capitur ꝓpriiſſime ꝛ ſic diſtinguiꝭ ↄ̄ actū iordinatum ſcȝ abuti ꝛ eſt illud qđ in vſuȝ venit referre ad id q̄ fruēdū eſt. i. alicui amore inherere ꝓpter deū q̄ fruēduȝ ē: vel aliq̄d odire vꝉ nolle ꝓpꝭ deū q̄ fruēdū ē. ¶ Referre aūt capiꝭ dupꝉr: ſcȝ poſitiue ꝛ ē aliq̄d qđ ex natura ſua eſt referibile in deū: vt amare ꝓpter deū. Alio mō negatiue: ꝛ eſt aliq̄d qđ ex ordinatiōe ipi⁹ volūtatꝫ ꝓpter deū oditur vel reſpuiꝭ. Nā pctm̄ pōt referri in deū ꝛ in eū ordinari nolendo illud ꝛ fugiēdo ſeu pniaȝ agēdo. Unñ caueāt illi q̄ diffiniunt vti ſic. Eſt alicui amore inherere ꝓpter aliud. ¶ Pro reſolutione q̄ōnis. ¶ Prima ꝓpō. Uſus vel vti pͥmis duobꝫ modis captū eſt act⁹ cuiuſlibet potētie: patet ꝑ diffinitionē eorȝ modorȝ. ¶ Scđa ꝓpō. Uti aliis tribus modis captū: ſcȝ ꝓpͤe magꝭ ꝓpͤe ꝛ ꝓpriiſſime ē act⁹ ſoli⁹ volūtatꝫ: vt pȝ ꝑ deſcriptiones. ¶ Tertia ꝓpō. Uolūtatē aliq̄d aſſumere i facultatē ſuā eſt aliq̄d ipſam amare. i. velle vꝉ aliq̄d odire. i. nolle. Peccatū igiꝭ ſumit in facultatē ſuā cum ipm̄ odio habet vꝉ diligit. ¶ Ad argumēta. Primū ſoluiꝭ ꝑ diſtinctioneȝ in ꝓpōnib⁹ aſſignatam. Rōne tm̄ hui⁹ argumēti pōt queri. Utrū Quelibet potentia ſenſitiua ſit habitualis. ¶ Rñdeo. Quelibet potētia in hoīe nō ſolū que eſt rōnalis ſȝ etiā q̄ eſt obedibilis rōni eſt habitualis: vt viſus auditus. ſiꝉr ī manib⁹ pedibꝫ et mēbris pōt eſſe habit⁹ vt patet in manu ſcriptoris eſſe abilitatem ſeu promptitudinem. ¶ Propoſitio. Nulla entia q̄ ſūt pure naturalia p̄ñt habituari vt lapis.

Et licet man⁹ ſit ens naturale tñ īcreatū eſt informata aīa: non eſt purū ens naturale. ¶ Secūdm argumētū ſoluit̄ ꝑ duas ꝓpōnes. ¶ Prima eſt. Illa ſola potētia ꝓprie dr̄ vti actu ſuo q̄ eſt dn̄a actus ſui probat̄ quia illa ſola potencia dr̄ ꝓprie vti actu ſuo q̄ ad libitū pōt referre actū ſuū. Sola igit̄ voluntas ꝓpriiſſime pōt vti actu ſuo. mouet enim ſeipſam ad bonum vel malū. ¶ Correlariū. Nullum brutū pōt vti actu ſuo. Hinc ē qd̄ dicit damaſcen⁹. bruta ducunt̄ ⁊ non ducūt ¶ Uti tñ pōt capi dupl'r paſſiue et tunc brutū qn̄ appetit comedere fenū dr̄ vti. Nō tñ vtunt̄ actiue. ¶ Facultas volūtatis ſm̄ Bonauē. ē dominiū voluntatis q̄ facil'r pōt in actū ſuū tanq̄ȝ illi⁹ princeps. ¶ Duplex eſt referre vel ꝯferre. Quoddam ꝑ modū collationis ⁊ tūc eſt intellectus. i. ꝑtinet ad intellectū vt cōferre premiſſas ad ꝯcluſionē. hoc mō nihil aliud eſt q̄ȝ arguere. Aliud ē ꝑ modū inclinationis vel ordinatiōis ⁊ hoc mō eſt ipſi⁹ voluntatis. vnde voluntas ꝯferēs inclinationē vel dilectionē vnius ad alterū vt mater diligit magiſtrū ꝓpter filiū mag; eīn inclinat̄ ad filiū q̄ȝ magiſtꝝ. ordinat quoq; amorē magiſtri ad amorem filij. ¶ Scd̄a ꝓpō. Oīs act⁹ alicui⁹ habitus ꝑficientis potentiā etiā eſt act⁹ illius potentie. Ars ꝯſiderat̄ dupl'r. Uno mō vt eſt quedā noticia ꝑtinēs ad intellectū. i. ad ſpeculationē. Nā ſpeculatio ſumitur general'r ꝓut diſtinguit̄ ꝯ opa exteriora hoc mō ars nō vtitur. Alio mō vt extenditur ad opus ꝑ voluntatē q̄ imperat vt artifex operetur.

Querit̄ ſecundo. Utrū

omni creato ſit vtendū. Pro declaratione t'mini nota. Utibile capit̄ duob; modis. Uno modo large ⁊ eſt oē ens quo voluntas pōt vti vt obiecto ſiue ordinate ſiue inordinate. ¶ Propoſitio. Omne ens ſiue creatū ſiue increatū eſt vtibile h̄ modo. Nam licet non poſſit eo vti ordinate tñ inordinate. Omne pctm̄ eſt vti fruendis ⁊ frui vtendis. Unde vſus ordinatus ē ille quo voluntas vtitur aliq̄ ente de ſe referribili ad finē. i. eſt aliquis amor quo voluntas amat aliquē ꝓpter deū. Sed inordinatus eſt quo volūtas vtitur eo quo debet frui vt diligere deū ꝓpter me vl' propter bona ab ipſo mihi data non referendo vltimate ad ipſum. Alio mō capit̄ vtibile ꝓprie: et dr̄ illud quo voluntas pōt vti ordinate ꝑ vſum ordinatū. hoc mō deus nō eſt obiectū vtibile. Aug⁹. Duo amores fecerunt duas ciuitates. amor dei vſq; ad ꝯtēptū ſui ciuitatē dei. amor ſui vſq; ad cōtēptū dei ciuitatē diaboli. ¶ Ens ē duplex creatū. i. creatura. Increatū. i. de⁹ Increatū. i. incauſatū. licet eīn fili⁹ ꝓducat̄ nō tñ cauſatur vl' creat̄. ¶ Poſſum⁹ vti aliq̄ q̄tuor modis. Primo taq̄ȝ inſtrumēto vl' organo ⁊ ſic vtimur ocul' ad videndū ⁊ ſic potentia interp̄tatiua vtitur lingua ⁊ alijs. Scd̄o tanq̄ȝ habitu regulante ⁊ ſunt habitus virtuoſi vel vicioſi. Unde. Non contingit voluntatē noſtrā recte vti omnibus tanq̄ȝ habitu regulante. Tertio ſicut actu quo mouemur. Sunt autem aliqui actus q̄ mox nati cōiungunt̄ malo. i. habēt inuolutā maliciā vt blaſphemia. Quarto tanq̄ȝ obiecto. ¶ Concluſio. Cōtingit volūtatē noſtrā vel hominem vti quolibet ente tanq̄ȝ obiecto reſpuendo vel approbando. i. nolendo vel volendo. Non contingit aliquem hominē omnibus vti vt inſtrumentis. Non eīn poſſum⁹ vti igne ſic q̄ non calefaciat paſſo approximato. ¶ Triplices ſunt potentie: ſcilicet pure naturales vt ſunt ille que nullo modo ſūt nate obedire rationi vt potencia calefactiua ignis non eſt nata obedire rationi create. Similit' potentia nutritiua potentia augmentatiua. Unde cibo ſumpto amplius augeri vel nutriri non eſt in noſtra poteſtate potentijs ergo pure naturalib; nō poſſumus vti. Alie ſunt pure rationales vt

intellectus et voluntas. Alie ſunt par/
tim naturales et partim rationales: vt
ſūt potētie ſenſitiue q̄ ſūt obedibiles rōi
¶ Aliqd dr rōnale tripl'r ſcȝ ꝑ eēntiā vt
intellect⁹ q̄ eſt rō formal'r vel entitatiue.
Per participationē vt volūtas. Per obe
dictiā vt potentie ſenſitiue q̄ dicunt' par
tim rōnales qꝛ ſunt obedibiles rationi ꝛ
partim naturales quia habēt organa na
turalia quibus exercent ſuas opatiōes.
Item Aug⁹. in lib. lxxxiiij. q. dicit. Uti/
mur reſpuendis. i. malis culpe ad valitu
dinem. i. ꝑ fortitudineȝ. Per fortitudinē
eīm reſiſtimus malis iuxta illud. Eſtote
fortes in bello. Et vtimur tolerandis. i.
malis pene ꝑ iuſticiā ſeu ꝑ ſpēm iuſticie
q̄ eſt penitētia. Intētio ſcti bonauēture
hic eſt velle arguere a minori ad maius.
¶ Duplicia ſunt obiecta ſcȝ Bona ꝛ eſt
omne ens creatū ꝛ increatū ꝛ de iſtis nō
loqtur auctoritas. Alia obiecta ſūt ma
la ꝛ talia ſunt duplicia ſcȝ mala culpe et
ſunt ipſa pctā mortalia vel venialia. Il
la mala ꝓ formali nihil ſunt. Pctm̄ eīm
pro formali nihil aliud ē q̄ꝫ diſcordia vo — *q̄ eſt peccatus*
luntatis humane cū voluntate diuina.
Alia ſunt mala pene inflicte ꝛ ſūt dupli
cia ſcȝ voluntaria vt i penitentib⁹ ꝛ inuo
lūtaria vt in dānatꝭ ꝛ vtraqꝫ ſunt a deo.
¶ Sed hic remanet difficultas magna:
quia doctor ſeraphicus hic videt' dicere
q̄ voluntas oi ente poſſit vti repudian
do. Vn̄ notandū q̄ repudiare reſpuere
vel odire deū pōt eſſe vel intelligi dupl'r
Uno mō interpretatiue et ſic qlibet pctōr
reſpuit deū peccando: qꝛ contēpnit p̄ce
ptū eius et illud dr odium dei interpta/
tiuū ꝛ ſi ſic intelligat ſctūs bonauētura
verū dicit. Alio mō pōt intelligi forma
liter ꝛ ſic illud ē odire deū formal'r velle
deū nō eſſe vl' velle deū deſtruere ꝛ illud
dr odiū expſſum. Dicemus ergo cū doc.
ſubtili q̄ volūtas non pōt deū odire for — *nota*
mal'r vel reſpuere ſeu formali odio repu
diare. ꝓbatur quia voluntas nō pōt im
poſſibile. ſed ſicut ipoſſibile eſt viſuȝ au
dire ſonū. ſic etiā voluntas nō pōt ſūmū
amabile habere ꝓ obiecto odij. ſeqtur ḡ
q̄ nec voluntas ex ꝑuerſitate ſua poſſit
habere actum odij formal'r reſpectu dei.
¶ Circa argumentū ꝓbans q̄ volūtas
pōt vti omni ente. Arguit' ſic. Volūtas
nr̄a pōt vti malis ḡ pōt vti bonis. Sed
omne obiectū vel ens eſt bonū vel malū
ergo voluntas pōt vti omni ente. Ante
cedens ꝓ pͥma parte ꝓbat' quia volūtas
pōt vti oi illo qđ intellect⁹ intelligit: er
go antecedēs ꝓbat' ꝑ Aug. x. de tri. Vo
lūtas totam intelligentiā capit dū vtor
omni eo qđ intelligo. i. volūtas adequat'
intellectui. ¶ Propoſitio. Quicqd ē in
telligibile ab intellectu hoc ē reſpuibile
vel appetibile a voluntate: qꝛ quicqd in
telligo: circa illud volitionē vel nolitio
nem habeo. Non eſt malū in ciuitate qđ
dn̄s nō fecerit. Hoc nō ſolū verū eſt per
miſſiue ſed effectiue ꝛ hoc intelligēdo de
mal' pene. Malū aūt culpe eſt reſpuēdū
malis ꝟo pene vti debem⁹ ꝑ tolerātiam
Bonis ꝟo vtimur acceptādo: ꝛ hoc ē nō
tm̄ ex parte ordinatiōis ſed etiā ex parte
rerū vtibiliū: ex natura eīm ſui ſunt refe
ribilia in deū ꝛ nō ꝑ ſe diligibilia qꝛ crea
ta. ¶ Utibile ꝓprie vt eſt obiectuȝ vſus
ordinati eſt illud qđ de ſe ꝓpter deum ē
amabile vel referibile in deū: ꝛ ſic oē ens
aliud a deo eſt vtibile. ¶ Voluntas pōt
aliqd aſſumere in facultatē ſuā quadru
pliciter. videlȝ. Opando vt qn̄ hō opa/
tur opera meritoria exterius vt dare ele
moſynā. Acceptando qn̄ voluntas acce
ptat interi⁹ nihil exteri⁹ opando vt dili
gere ꝓximū. Tolerando ꝛ ſic mala pene
ſunt patienter ferenda. vn̄ Boeti⁹. Oia
cū quodā veniunt incōmoda fructu. Re
ſpuēdo vt culpe ꝛ pctā. ¶ Uirt⁹ eſt qua
recte viuit' ꝛ mediante q̄ nō male agitur
de quo inferi⁹. Pnia eſt dolor volūtarie
aſſumpt⁹ ꝓ pctis a ſe cōmiſſis. Per ꝟtu
tem igit' pnie vtimur bn̄ pctis. ¶ Argui
tur. Non ꝯtingit vti niſi trib⁹: ergo non
cōtingit vti oib⁹. Añs ꝓbat' ꝑ auguſtinū

de doctrina xp̄iana q̄tuoꝛ ſunt diligēda
ex charitate.primo deus.ſecundo nos.i.
ꝑpꝛia natura.tertio ꝓxim⁹. quarto coꝛ/
poꝛa nr̄a. Solis aut̄ creatis poſſumus
vti:ſed de iſtis diligibilibus enumeratis
tm̄ tria ſunt creata.ergo tm̄ tribꝫ poſſu/
mus vti. Primū ergo obiectum charitā
tis eſt deus cū ſit ſumme bonus ⁊ ſūmū
ens. Secūdo eſt ꝓpꝛia natura. Sed cō/
tra hoc. Melioꝛa ſunt magis diligēda:
vnūquodqꝫ em̄ eſt diligibile ſm̄ bonita/
tem ſuā:ſed multi alij ſunt melioꝛes me
ergo magis diligēdi. Dico ꝙ antecedēs
verū eſt in illis bonis que ſunt in eodem
oꝛdine. Oꝛdo aut̄ diligendi habet qua
tuoꝛ gradus. In pͥmo eſt deus. In ſcd̄o
q̄libet tenet̄ diligere ſeipſum. In tertio
ꝓxim⁹. Beata ergo virgo cū ſit melioꝛ
beato petro ⁊ in eod̄e oꝛdine eſt plus di/
ligēnda:ſic ergo hoc verū eſt ceteris pa/
ribus ꝙ melius eſt magis diligendum ſi
ſcꝫ illa ſunt in eodem oꝛdine dilectionis.
¶ Propoſitio. Quilibet tenet̄ plus dili
gere ſeipſum poſt deū q̄ꝫ quecūqꝫ alium:
etiā angelos ⁊ archangelos:etiā beataꝫ
virginē mariā. Sed contra. In euāgelio
dn̄s dicit. Diliges pꝛoximū tuū ſicut te/
ipſum: ergo teneris ip̄m diligere tantū
quātū te:ergo te nō plus q̄ꝫ ipſum. Re/
ſpondet Bonauētura ibi eſt fallacia fi/
gure dictionis:qꝛ hoc aduerbiū ſicut di/
cit ſimilitudinē ⁊ q̄litatē.tantū aūt dicit
quantitatē. Tenet̄ ergo q̄libet diligere
pꝛoximū ſicut ſeipſum ſcꝫ ad eternā feli
citatē. Diligere em̄ ꝓximū ex charitate
eſt velle ꝙ ꝓximus diligat deū. ¶ Aliud
eſt diligere aliq̄d magis ⁊ aliud diligere
aliq̄d ad maius. Diligere em̄ aliq̄d ma/
gis q̄ꝫ aliud ſic quelibet natura intelle/
ctualis tenet̄ ſe magis diligere q̄ꝫ aliud
creatū:tamē ſepius ad minus bonū ſe q̄ꝫ
aliā. Sed diligere ad maius: ⁊ ſic tenet̄
q̄libet creatura rōnalis virginem glorio
ſam diligere q̄ꝫ ſeipſam ⁊ q̄libet angelus
ſic diligit beatā virginē. ¶ Tertio eſt di
ligendus pꝛoxim⁹. Pꝛoximus ſic deſcri/
bit a Scoto in tertio in materia de cha/
ritate. Eſt omnis ille cuius amicitia eſt
grata deo. ¶ Prima ꝓpō. Quilibet bea
tus in patria eſt pꝛoximus noſter ⁊ hoc
ſiue angelus ſiue hō: vir ſiue mulier:pa/
tet ex diffinitione. Hinc eſt ꝙ angelus in
Apocal. dicit ad Iohānē: Uide ne fece
ris deū adoꝛa conſeruus em̄ tuus ſum ⁊
fratrū tuoꝝ habentium teſtimoniū ieſu.
¶ Scd̄a ꝓpō. Nullus dānatus ſiue dia
bolus ſiue hō eſt ꝓxim⁹ noſter. ¶ Tertia
ꝓpō. De quolibet viatoꝛe exiſtēte in via
ſignato ⁊ in particulari dubiū eſt an ſit
ꝓxim⁹ noſter. Neſcit em̄ hō an amoꝛe vl̄
odio dign⁹ ſit. ¶ Quarta ꝓpō. Nullus
viatoꝛ exiſtēs in peccato moꝛtali eſt ꝓxi/
mus me⁹:quia amoꝛ iſtius cū nō habeat
charitatē nō eſt gratus deo. ¶ Quinta
ꝓpō. Quilibet viatoꝛ exiſtens in gratia
eſt ꝓxim⁹ me⁹ ſi ego ſum in gr̄a. ¶ Sex/
ta ꝓpō. Si igitur ſum in peccato moꝛta/
li nullus eſt ꝓximus meus. ꝓbatur quia
ꝓximitas dicit relationē equiparantie q̄
equaliter denominat vtrunqꝫ extremoꝝ
ſicut ſimilitudo:ſi igitur vnus debet eſſe
pꝛoximus alterius:opoꝛtet ꝙ ambo ſint
grati deo. ¶ Septima ꝓpō. Cōſideran/
do oēs viatores eccleſie militantis ſine
dubio aliqui ſunt ſibi inuicem pꝛoximi.
¶ Aliquid poteſt dici diligere aliud ex
charitate quia ipſum attingit ad finem
vltimū:⁊ iſto mō deus eſt pꝛimo diligen
dus. Secūdo mō ꝓpꝛia natura:alio mō
tanqꝫ illud ꝑ qḋ deuenit̄ ad finē vltimū.
Iſto mō oīa entia a deo creata ſunt dili
genda ex charitate:qꝛ oīa pñt eſſe media
ſuo mō pediculus em̄ ē materia laudis
dei. Nulla autem natura inferioꝛ huma
na poteſt dici ꝓximus. Deus etiā nō eſt
pꝛoximus noſter ꝓpꝛijſſime loquendo:
quia eſt ſupꝛa nos ſeu pꝛoximū:qꝛ ſolū
ens creatū eſt ꝓximus noſter. ¶ Arguit̄.
Omnia quibꝫ vtimur ſunt in poteſtate
noſtra:ſed entia neceſſaria nō ſunt in po
teſtate noſtra:ergo eis nō vtimur ⁊ per
cōſequens nō poſſum⁹ vti oībꝫ entibus:

conſequentia prima tenet in baroco. Di
cendum. Aliquid poteſt dici in poteſta/
te noſtra dupl'r vel quo ad eſſe ꝛ iſto mo
do oia creata ſunt in ptāte dei: vel ꝙtuȝ
ad acceptare ꝛ reſpuere: ꝛ iſto mō deꝰ et
angeli ſunt in ptāte noſtra. peccatoꝛ em̄
reſpuit deum mandata eius negligēdo.
Reſtant nūc duo argumēta ꝓbantia ꝙ
non ꝯtingit recte vti peccatis. Omne il
lud quo recte vtimur bono fine facimꝰ:
ſed quedam ſunt q̄ nullo bono fine fieri
poſſunt vt mēdacia que inuolutā habēt
maliciā: vt dic̄ doctoꝛ ſubtil'. Sctūs au/
tem Bonauen. dicit ꝙ moꝝ noiata con/
iuncta ſunt malo. Pro ſolutione nota.
¶ Prima ꝓpō. Nō ꝯtingit vti recte pec
catis vt habitu regulāre nec vt actu me/
dio. ¶ Scđa. Contingit vti peccatis re
cte vt obiecto. ¶ Tertia. Contingit vti
recte peccatis ꝑ modū ꝯtritionis vl' per
modū deteſtationis. Vñ dupl'r contin/
git bñ vti peccatis. Primo ipa fugiendo
Scđo poſtꝙ facta ſunt penitentiam de
ipis agēdo. ¶ Circa minoꝛē tertīj argu/
mēti Bonauēture in oppoſitū dubitat'.
¶ Vtrū mētiri ſit actus de ſe neceſſario
malus. Rñdet' ponēdo p̄ambulū. Lata
eſt differētia inter dicere falſum ꝛ mēda/
cium. Dicere falſum eſt pꝛoferre aliquā
ꝓpoſitionē falſam. Vñ multi doctoꝛes
dixerūt ꝯtradictoꝛia ꝛ ſic vnꝰ ex ipis di/
xit falſum. ¶ Prima propoſitio. Neutra
iſtarum conſequētiarum eſt bona. Iſte
dicit falſum ergo mentit' nec iſte mentit'
ergo dicit falſum. Nam ſi iudeus incre/
dulo coꝛde in fauoꝛem xp̄ianoꝛū diceret
xp̄s veſter eſt deus mentiret' quidē: tamē
diceret verū. Mētiri em̄ eſt pꝛoferre ali/
qđ dictum ſiue verū ſiue falſum contra
animū ꝛ contra opinionē ſuā. Eſt em̄ cō
tra mentē ire. Sed mendaciū ſic deſcri/
bitur ab Auguſt. Eſt falſa ſignificatio
vocis cum intentione fallendi. Nō ergo
ſequitur iſte mentitur ergo dicit menda
cium. Due enim conditiones requirun/
tur ad mēdacium. Prima eſt ꝙ dicatur
falſum, Secunda ꝙ intendat fallere.
¶ Prima propoſitio pro reſponſione ad
dubium. Dicere falſum nō eſt actus ne/
ceſſario malus ſeu habēs inuolutam ma
liciam. Probatur. Nullus actus eſt ne/
ceſſario malus qui poteſt bene fieri: ſed
dicere falſum poteſt bene fieri: ergo mi/
noꝛ probatur: quia poſſet deus precipe/
re vt quis diceret falſum quod cum face
ret mereretur apud deum. Secūdo pro
batur. Non minus ille actus qui eſt oc/
cidere hominē innocētem ꝛ vtilem reipu
blice eſt malus ꝙ ſit dicere falſuȝ: immo
magis malum eſſet. Sed occidere homi
nem talem poteſt bene fieri ſi p̄cipiatur
a deo: ergo: abꝛaam em̄ i hoc ſumme lau
datur ꝛ reputatum eſt ei ad iuſticiam:
quia voluit occidere ſanctum Iſaac ꝛc̄.
¶ Scđa propoſitio. Nullus actus elici
tus vl' factus contra p̄cepta vel p̄ceptū
aliqđ ſcđe tabule neceſſario eſt malus.
ꝓtȝ: quia nullus actus neceſſario eſt ma
lus qui poteſt eſſe meritoꝛius aut q̄ non
eſt malus niſi quia pꝛohibitus: ſed om/
nis actus elicitus vel factus cōtra prece
ptum ſcđe tabule eſt hmōi: ergo: maioꝛ
pꝛobat'. poſſet em̄ deus ſuſpendere prece
ptum. ¶ Tertia propoſitio. Ois actus
elicitus vel factus cōtra preceptum pri
me tabule eſt neceſſario malus. pꝛobat':
qꝛ nullꝰ talis pōt bene fieri. ¶ Coꝛrela/
rium. Deus nō pōt precipere vt q̄s ado
ret idola vl' vt quis blaſphemet deum ꝛ
hi actus ꝓpꝛie moꝝ noiati cōiuncti ſunt
malo. ¶ Pro quo notandū. Quodlibet
peccatū ꝛ q̄libet trāſgreſſio cuiuſlibet p̄/
cepti ſcđe tabule pōt cōſiderari dupliciť
Vno modo materialiter vl' ꝓ ſubſtrato
vt actus loquendi falſum cum intentio/
ne fallendi. Alio modo pro foꝛmali ꝛ ſic
dicit deoꝛdinationē vel maliciā q̄ nunꝙ
fieri poteſt bene: ſcȝ vt fiat contra prece
ptum dei. Aliquis aūt terminus poteſt
imponi non ſolum pro ſubſtrato: ſed eti
am pro defoꝛmitate peccati ꝛ ſic adulte/
rari non ſolum dicit actum cocundi ſed

etiam addit cum aliena et contra p̄ceptum dei. Simile eſt de furto quia ille terminus furtum nō ſolum importat ablationē rei aliene etiam inuito dño ꝓpin quo: ſed etiā importat illud fieri contra voluntatem ſuperiorum et maxime dei. ¶ Virtus eſt bona qualitas mentis qua recte viuitur et qua nullus male vtitur quā ſolus deus in hoīem ſine homie operatur .i. ſine operibꝫ ſuis. Augꝰ. ſuper illud pš. Feci iudiciū ⁊ iuſticiā: ſic diffinit iuſticiam: eſt bona animi virtus quam ſolus deus operatur in homine. Cōtra quartā particulā diffinicionis virtutis arguitur ſic. Ex actibus frequētatis generatur habitꝰ. Ad hoc dicit ꝙ ly ex dicit hic non cauſalitatē ſed poſterioritatem .i. poſt actus frequēter iteratos. Ita exponit franciſcus maronis. Moderni tamē doctores dicūt magiſtrū hic nō diffinire niſi virtutem infuſam. Poteſt dici ſm vtrāqꝫ opinionē. Augꝰ. eñ ſuꝑ illō pš. Feci iudiciū ⁊ iuſticiā gloſat illa verba per opus iuſtū ⁊ diffinit iuſticiaꝫ: poteſt tamen etiam dici ꝙ diffiniat iuſticiā infuſam: id eſt charitatē. Nullus actus hominis eſt laudabilis vel vituperabilis bonus vel malus niſi eliciatur vel imperetur a charitate: volitio ergo primo ⁊ per ſe eſt peccati radix. Nulla delectatio potentie ſenſitiue eſt mala niſi actus voluntatis circa illam ſit malus. Item omnibus contingit abuti: omne peccare eſt abuti. ¶ Prima ꝓpoſitio. Quandocūqꝫ aliqͥs peccat mortalit᷑ vel formaliter vel equiualenter .i. interp̄tatiue habet ſemꝑ duos actus. ꝓbatur. Omnis peccans mortaliter fruit᷑ creatura ⁊ vtit᷑ deo: plus eñ diligit creaturā ꝙ̄ deū preponit eñ volūtati dei volūtatē ſuā: vtit᷑ autē deo q꞉ vult deū cauſare illud quod vult ꝑuerſe. ¶ Scd̄a ꝓpō. Peccās mortaliter regularit᷑ cōiter nō fruit᷑ ſuo actu nec ſuo obiecto: ſed fruit᷑ ſeipſo: diligit eñ ſe inordinate ⁊ delectationē ſibi vult mediante tali actu ⁊ obiecto.

Tertio querit᷑. Utrum ſolo bono creato ſit vtendū. Habitū eſt ſupra quid ſit vtibile ⁊ quid ens creatū. Uidendū eſt vlterius pro declaratione terminoꝝ quid ens increatū ⁊ quid ſignificetur per ſolus. Ens ergo increatū eſt illud cui repugnat cauſari creari vel effici: et tale eſt ſolus deus. Solus eñ ipſe eſt ens ſimpliciter indepēdēs. ¶ Solus capitur dupliciter ſcꝫ Kathegoreumatice ⁊ ſic valet idem qḋ ſolitarius: vnde ſi multi currerent in vno campo: ſortes aūt ſine ſocio in alio campo iſta eſſet vera: ſolus ſortes currit .i. ſortes ſolitarie currit ⁊ ſic nō facit ꝓpoſitionē excluſiuā. Alio mō capitur ſinkathegoreumatice: ⁊ ſic eſt ſignum excluſiuum et facit propoſitionem excluſiuam. Unde illa eſt ꝓpoſitio excluſiua in qua ponit᷑ ſignum excluſiuū excluſiue tentū. Quelibet autem ꝓpoſitio excluſiua excluſiue tenta exponit᷑ dupliciter: ſcilicet gratia alietatis: ⁊ tunc exponitur per ſuam preiacentem ⁊ per aliam ꝓpoſitionē in qua ponit᷑ relatiuū ſubſtantie identitatis cū ablatiuo mediante p̄poſitione a vel ab: vt ſolo bono creato eſt vtendum: id eſt bono creato eſt vtendum: ⁊ nullo alio a bono creato eſt vtendum. Alio mō exponitur gratia infinitationis vel cōtradictionis ⁊ tunc exponitur per ſuā preiacentē et ꝑ terminū infinitū oppoſitū cōtradictorie ſubiecto prime ꝓpoſitionis vt tantū hō eſt riſibilis .i. hō eſt riſibilis ⁊ nihil nō hō eſt riſibile. Quotienſcūqꝫ excluſiua pōt exponi gratia alietatis: etiā pōt exponi gratia cōtradictionis licet verba diuerſa ſint. Quotienſcūqꝫ dictio numeralis additur ſigno excluſiuo talis ꝓpō debet exponi gratia pluralitatis nō autē gratia alietatis vt tantū quinqꝫ ſunt p̄dicabilia ſic exponit᷑ quinqꝫ ſunt p̄dicabilia ⁊ nō ſunt p̄dicabilia ꝙ̄ quinqꝫ ⁊ eſt vex. Gratia alietatis autē ſic: tantū quinqꝫ ſunt p̄dicabilia .i. quinqꝫ ſūt p̄dicabilia

et nulla alia a quinq; ſunt p̄dicabilia qđ falſum eſt: q2 ſi quinq; ſunt predicabilia duo vel tria vel quattuor (q̄ tñ non ſunt quinq;) etiaʒ ſunt p̄dicabilia. ¶ Prima regula. Quotienſcunq; dictio excluſiua addit̃ termino relatiuo in ꝓpoſitōe affirmatiua deeſt ſcđo adiacente: tūc illa propoſitio reddit̃ impſſibilis ꝛ inuerificabilis vt tantū pater eſt. probatur: q2 bene ſequit̃ tantū pater eſt. ergo nō tantū pater eſt. ꝓbatur: q2 bene ſequitur tātū pater eſt. ergo pater eſt. vlteri⁹ pater eſt: ergo filius eſt. patet per naturā relatiuoꝝ. vlterius filius eſt: ergo alius a patre eſt: ꝛ hoc in diuinis vel aliud a p̄re ē ꝛ hoc in creaturis. Ulterius alius vel aliud a patre eſt: ergo nō tantū pater eſt: de primo ergo ad vltimum habetur propoſitum. ¶ Scđa regula. Quotienſcunq; dictio excluſiua addit̃ alicui termino ſupponē te ꝑ re compoſita ex duabꝰ rebus vł̃ pro re includente neceſſario duas res in propoſitione affirmatiua deeſt ſcđo adiacē te talis ꝓpoſitio eſt falſa et inuerificabilis ꝛ includens contradictoria vt tantuʒ hō eſt: hō em̄ includit corp⁹ ꝛ aiam qđlibet em̄ illoꝝ eſt aliud ab hoīe. ¶ Pro reſolutione q̄ōnis. Prima ꝓpō. Solo bono creato eſt vtendū. probat̃ extra textū. Exponētes illius excluſiue ſunt vere ergo ipa vera ꝑ locū ab exponēte ad expoſitam qui loc⁹ cōprehendit̃ ſub loco ab interp̄tatione. Scđo ꝓbat̃ illa ꝓpō per rationes añ oppoſitū. ¶ Quando arguit̃. Om̄e bonū aut eſt finis aut ad finē ꝛc̄. Notandū ꝙ duplex eſt ens ſiłr bonum. Quoddā vocat̃ finis ꝛ eſt ip̄e deus. Eſt em̄ finis oīm quia ꝓpter ſe diligēdū creauit omnia. Quoddā eſt ad finē ꝛ ē creatura. Cauſa autem finalis eſt illa que vt amata mouet efficiens ad cauſandum. ¶ Propoſitio. Licet de⁹ ab eťno dilexit ſe ꝛ ſicut oīa cognouit ab eterno ſic etiaʒ oīa ab eterno dilexit tñ ſm ordinē quendā. Ponim⁹ igit̃ q̄ttuor ſigna nature in dilectione dei. In p̄mo ſigno nature diligit ſeip̄m tanq; finē et in hoc eſt beat⁹. Ois em̄ rōnabiliter ſeu ordinate volēs ꝛ diligēs prius diligit finem q̄; ea q̄ ſunt ad finē: vt pꝫ de medico. In ſcđo ſigno diligit angelos ꝛ hoīes q̄ ſunt ei⁹ participes. Ex hoc em̄ ꝙ diligit ſe et amor ille nō eſt zelotipus nec inuidus vult ergo condiligi ab alijs et tūc dicit̃ deus diligere intellectuales creaturas: q2 ordinat eas ad diligendum ip̄m. In tertio ſigno vult ea q̄ ſunt neceſſaria ad h̄ ꝙ bene diligamus eū vt charitatē infuſam ꝛc̄. In quarto ſigno vult oīa ſenſibilia ad alliciendū nos ad amorem dei. ¶ Pro tertio argumēto añ oppoſitū nota. De⁹ eſt bonū honeſtū ꝑ eſſentiā .i. independēs et ſupremū. Deus eſt ſummū bonū cōmodū vtile vel conferēs. Deus eſt ſummuʒ bonū delectabile. Et licet de⁹ non ſit bonū vtile ꝓprie tamē vtile capit̃ multis modis. Quarto em̄ mō capiendo vtile de⁹ eſt ſummū bonū vtile ſeu cōmodū. patet quia propter ſe eſt ſumme appetibilis ꝛ ꝓpter aliud .i. ꝓpter beatitudineʒ q̄ ſine eo nō pōt haberi. ¶ Scđa ꝓpō. Quicūq; vtitur bono increato abutit̃ eo et peccat mortaliter. Prima pars ꝓbat̃: q̄cūq; ordinat aliqđ ens ad illud ad qđ ex natura ſua non eſt ordinabile abutitur eo. Sed q̄cunq; vtit̃ bono increato ordinat aliqđ ens ꝛc̄. ergo. Uñ abuſus eſt ordinatio vel opatio ꝑuerſa qua ordinam⁹ aliqđ ens ad illud ad qđ ex natura ſua nō eſt ordinabile vel q̄ nō ordinam⁹ aliqđ ens ad illud ad qđ ex natura ſua ē ordinabile. ¶ Nota ꝙ hic aliq̄s ꝓpoſitiōes Prima. Quicunq; vtit̃ fruēdis abutit̃. Scđa. Quicunq; fruit̃ vtendis abutit̃. Scđa pars iſti⁹ ꝓpoſitionis ꝓbat̃: ſcꝫ ꝙ peccet mortaliter. Quicūq; diligit creaturā plus vel ſup̄ deū peccat mortalit̃: ſed qui vtit̃ deo plus diligit creaturā q̄; deū. igit̃ ꝛc̄. Q̄ncunqꝫ em̄ aliq̄s vtit̃ aliquo minus diligit illud quo vtitur q̄; illud ꝓpter qđ vtitur. ¶ Sed contra hoc arguitur. Cognitio facit ad amoreʒ ſed

plus cognoſco patrē q̄z deuz: ergo plus poſſum ordinare diligere patrē. Itē paratus ſum me exponere periculis ꝓpter vitam patris quibus me exponere propter deum nō ſum ſic parat⁹. Pro reſponſione pono aliquas propoſitiones. ¶ Prima ꝓpō. Contingit aliquē viatorē non peccare magis diligendo creaturam q̄z deum ꝛ hoc intenſiue quo ad intenſionē actus. patet: q2 amor ad patrem poteſt eſſe centū graduū et amor dei vix decem graduūz. Dilectione em̄ fruitiua trium graduū vel quattuor diligo deū. Dilectione autē vſus triginta vel centū diligo patrem ꝛ ſic actu intenſiori diligo patrem q̄z deū. Illa igiᷣ eſt diſtinguenda. Nec tn̄ dilectio patris eſt ſimplr̄ nobilior dilectiōe dei ſed econtra eo ꝙ ſunt alterius et alterius rōnis ſicut albedo triū graduum eſt nobilior ꝛ melior nigredine centū graduū. ¶ Scđa ꝓpō. Non cōtingit creaturam recte et abſq; pctō magis diligere creaturam q̄z deū ꝛ hoc eaꝫ magis appciando. Quilibet em̄ peccator mortalis magis appreciaᷣ ſe ꝛ ſuam voluntatē q̄ȝ deū: vñ tunc diciᷣ creatura magis appciare creaturā q̄ȝ deū qñ deū et mādata eius relinquit ꝛ adheret creature. ¶ Pro ſolutione primi argumenti in oppoſitū queriᷣ. ¶ Utrū de facto q̄s poſſit ordinare diligere deū et ſibi recte ſeruire ꝓpter mercedem. Rñdeo ꝑ quaſdam diſtinctōes et ꝓpōnes. Uñ duplex pōt eſſe merces reddēda alicui ſeruienti deo. Eſt ei vna merces q̄ eſt ipſe de⁹ mer ſicut dixit dñs abrae Geñ. xv. Ego merces tua magna nimis. Alia eſt merces q̄ eſt aliquid aliud a deo vt diuitie. Illam autē mercedē q̄ eſt aliud a deo pōt q̄s intueri dupliciter vel tanq̄ȝ ꝓpter cauſam principaliter mouentē vl̄ tanq̄ȝ propter cauſam occaſionaliter vel cauſam inductiuā ad diligendū deū vl̄ ad ſeruitium dei. ¶ Prima ꝓpō. Aliq̄s pōt ordinate immo rectiſſime diligere deū ꝓpter mercedē q̄ eſt ipſemet de⁹. Ad hoc em̄ eſt illud pſ̄. Inclinaui cor meū ad faciēdas iuſtificationes tuas ꝓpter retributionē. Et talis nō vtitur deo ꝛ licet diligat deum ꝓpter mercedeꝫ tñ illa merces nō eſt aliud a deo. ¶ Scđa ꝓpō. Aliq̄s pōt recte ſeruire ꝛ diligere deū propter mercedem aliaꝫ a deo occaſionaliter: nec talis vtitur deo licet ſeruiat ei ꝓpter tp̄alia. Aliquis pōt diligere deum ꝓpter bona tp̄alia duplr̄. Uno mō propᷣ bona terrena magis dilecta ab eo q̄ȝ deus et hoc null⁹ pōt ordinate. Alio mō propter bona terrena minus dilecta ab eo q̄ȝ deus: hoc mō pōt negociator ordinate diligere deū propter diuitias talis em̄ nō vtiᷣ deo. Nō ḡ ſequiᷣ ille diligit hoc propter aliud ergo vtiᷣ illo alio. Duplex etiā eſt affectio ſcꝫ Iuſtitie ꝛ eſt qua diligiᷣ de⁹ in ſe vt ſummū bonū honeſtū. Alia ē affectio cōmodi qua ſcꝫ diligitur deus vt bonū vtile ꝛ cōmodū amanti. ¶ Tertia ꝓpō. Nullus pōt diligere deū ordinate propter bona tp̄alia tanq̄ȝ cauſam p̄ncipalem magis mouentē. ¶ Sed ꝯtra p̄dicta arguiᷣ. Intellectus aſſentit firmius alicui vero q̄ȝ p̄mo vero ḡ voluntas firmius pōt adherere bono creato q̄ȝ increato. Ad hoc dr̄ ꝙ nō eſt ſile: q2 intellectus naturaliter aſſentit .i. habet noticiaꝫ adheſiuā ſeu cognoſcit: ſed voluntas libere aſſētit ſeu amore adheret. Topica. Cuius finis bon⁹ eſt ipm̄ q̄ȝ bonuꝫ. Finis duplr̄ pōt intelligi bon⁹. Uno mō q̄ȝtū ad ſubſtantiā ꝓpriā ꝛ ſic oīs finis eſt bonus ꝛ ꝓpō non eſt vera. Alio mō q̄ȝtū ad intentionē finiēdi: vñ qñ intētio alicuius reſpectu finis eſt bona: iā finis dr̄ bon⁹. Sꝫ diceres: vſus dei vl̄ eſt bon⁹ vel malus: ſi bon⁹ ḡ q̄s pōt vti deo: ſi malus ḡ deus eſt malus. Probaᷣ per illā topicā. cuius vſus malus eſt ipm̄ quoq; malum Dico ꝙ hec ꝓpoſitio intelligitur de habentibꝫ ordinationē ad finē nō d̄ ipo fine vel pōt dici ꝙ vti vt ſic non capitur hic. vel dic tertiā ſolutionē quā habes in textu Bonauenture.

Quarto queritur. Quid
ſit frui ꝑ eſſentiã: Pro declaratiõe termi
noꝝ notandũ ꝙ differencia eſt ſm gram/
maticos inť vis vires ⁊ virus. Vis ꝓpe
eſt potẽtia tã corpis ꝙ̃ aie. Vis eñ idẽ
eſt qđ potẽtia. Vires aũt ꝑtinẽt ad ſolũ
corpus. Sed virtus ad ſolam animam.
¶ Vires pñt accipi dupľr. Vno mõ lar
ge: ⁊ ſic accipiunť ꝓ oibꝫ potẽtijs: et ſic vi
res nõ ſunt niſi potentie quibꝫ exeqmur
aliqđ: vñ ⁊ in ſpũalibus fortitudo et po/
tencia idem ſunt. Alio mõ ſtricte ⁊ ſic re
ſtringiť ad duo q̃ cñ etiã ſunt potẽtie in
moralibꝫ ſcꝫ cõcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis.
Vis cõcupiſcibilis ⁊ iraſcibilis ſũt due
vires ſiue due potencie organice aie: ha/
bentes duo organa circa cor ⁊ ambe na/
te ſunt triſtari ⁊ delectari circa ſuũ obie
ctum. Duo ſunt actus cõcupiſcibilis vt
late declarat Scotus in .iij. diſt. xxxiij.
Iſte due vires reſpiciũt obiecta appeti/
bilia ⁊ fugibilia ⁊ hoc ꝓmo vľ ſecũdario
Vñ obiectũ ꝓmo appetibile eſt illud qđ
primo cõuenit nature aĩalis vt cibus ca
ni. Sed obiectũ ꝓmo fugibile eſt illud
qđ ꝓmo diſcõuenit nature aĩalis vt carẽ
tia cibi. Miniſtrãs ergo cibũ eſt appeti/
bile ſecũdario cani qꝛ ꝓpter primũ appe
tibile. ꝓhibens autẽ vel impediẽs cibũ ẽ
fugibile ſecũdario. ¶ Pro decaſione que/
ſtionis ꝓncipalis adducit Bonauẽtura
opinionẽ q̃ videť eſſe Antiſiodorenſis et
ſtat i duabꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpõ
Frui eſt act⁹ oim viriũ .i. potentiarũ ſcꝫ
nõ ſolũ actus volũtatis ſed etiã ipſi⁹ gu/
ſtus ⁊ auditus. ꝓbať. Ois potentia põt
frui q̃ põt remunerari: ſꝫ ois potẽtia põt
remunerari. ergo ⁊c̃. Iſta eſt opinio an/
tiquoꝝ q̃ dixerũt ꝙ frui eſſet vel ſit qeta
ri cũ delectatione. ¶ Scđa ꝓpõ. In pa/
tria frui magis ꝑtinebit ad rationẽ .i. ad
actũ intellectus ꝙ̃ ad actum volũtatis.
¶ Frui capiť tripľr ſcꝫ cõiter: ⁊ ſic dicit
motũ cũ delectatione: ⁊ ſic diffiniť ab au
guſtino. Eſt vti cũ gaudio ⁊ hoc eſt dicẽ
motũ .i. actũ volũtatis cũ gaudio. Et ſic
ois operatio volũtatis gaudioſa ſeu cum
gaudio facta eſt frui cõiter: ⁊ ſic hõ põt
frui alia re. Alio mõ capiť ꝓprie: ⁊ ſic di/
cit motũ cũ quietatione .i. operationẽ vo/
luntatis quietatiuã. Diffiniť autẽ frui
in communi. Eſt alicui rei que eſt amore
inherere ꝓpter ſeipſam. Et ideo fruitio
eſt amor alicui⁹ rei ꝓpť iſtã rem. Aug⁹.
Inquietũ eſt cor meũ dñe donec requie/
ſcat in te .i. inqeta eſt volũtas mea. Ter/
tio mõ capiť ꝓpriĳſſime ⁊ ſic cõplectitur
vtrũqꝫ .ſ. operationẽ cũ delectatione ⁊ qe/
tatione. Et eſt qeſcere in cognitis in qbꝫ
voluntas ꝓpter ſe delectať. Vñ Aug⁹.
Fruimur cognitis in qbꝫ voluntas con/
quieſcit ꝓpter ſe delectata: ⁊ talẽ fruitio/
nẽ habebim⁹ in patria. ¶ Frui ẽ operatio
volũtatis quietatiua ⁊ gaudioſa in q̃ntũ
quietatiua eſt reſpectu alicui⁹ propter
aliud. ¶ Cõcluſio reſpõſiua. Frui quali
tercũqꝫ capiť ſiue cõiter ſiue ꝓprie ẽ act⁹
voluntatis. Duplex tamẽ eſt fruitio ſcꝫ
Ordinata ⁊ eſt illa q̃ fruimur obiecto q̃
eſt fruendũ ex ſua natura: illud ergo ob/
iectũ eſt ſolus deus. Vñ obiectũ fruibi/
le eſt illud qđ eſt diligibile ꝓpter ſeipſum eſt
ſolus deus. Alia eſt inordinata ⁊ eſt illa
qua fruimur creatura q̃ eſt vtendũ ⁊ nõ
fruendum. Aug⁹. Inuiſa diligere poſſu
mus: incognita nequaqꝫ. Unde duplex ẽ
cognitio ſcꝫ fidei ⁊ clara et illa ſcꝫ clara
erit in patria. Duplex eſt amor .ſ. Caſt⁹
⁊ diciť omnis amor bon⁹ et virtuoſus vt
amare primũ ꝓpter deũ ⁊ ſic ois fruitio
ordinata ẽ amor caſt⁹: Ali⁹ eſt amor ini/
quus ꝑuus ꝑuerſus libidinoſus: ⁊ ſic ois
fruitio inordinata eſt amor libidinoſus.
Libido autẽ eſt praua animi cupiditas
Vñ tot ſunt libidines q̃t viciorꝫ cupidi/
tates vt cupiditas vindicte ẽ libido ira/
cundie: cupiditas vane glorie eſt libido
ſupbie. Si tamẽ non addať aliqđ deter
minãs tũc libido ſtat cõiter pro luxuria
carnis. ¶ Differunt gaudium ⁊ delecta
tio. Omne eñ gaudiũ eſt delectatio nõ

econtrario: gaudere em̄ pꝛopꝛie eſt ſoli/
us voluntatis. Delectatio autem poteſt
eſſe in omni potentia cognitiua etiā ſen/
ſitiua. Unde potētia guſtatiua delecta/
tur in cibo: auditus in ſono melodioſo.
¶ Notandum pꝛo regula in omnibꝫ do
ctoꝛibus tenenda ꝙ in omnibꝫ argumen
tis que fiunt poſt motam queſtionē ante
te reſolutionē ſiue ſint pꝛo parte vera ſi/
ue non accipienda ſunt nequaꝗ̄ vt vera
dicta ſm̄ intentionē doctoꝝ: ſed illa que
in coꝛpoꝛe dicunt̄. Licet igitur iſte pꝛo/
poſitiones ſint date ab antiquis doctoꝛi
bus. Bonum reſpicitur a volūtate. verū
aūt ab intellectu tamē non ſunt abſolu/
te vere: pꝛobatur tali ratione. Si verū
eſſet adequatū obiectū intellectus vt di
ſtinguitur contra bonū ſequeretur ꝙ in/
tellectus nihil poſſet intelligere niſi ve/
rum vt diſtinguit̄ contra bonum. pꝛoba
tur. Quandocunqꝫ eſt aliqua potentia
reſpiciēs aliquid pꝛo obiecto adequato
talis potentia in nihil aliud poteſt niſi ī
tale obiectum: et in alia contenta ſub eo
ergo intellectus non pōt intelligere bo/
num. Si vero cognoſcit bonum tunc ve
rum vt diſtinguitur contra bonum non
erit obiectum adequatum intellectus.
Qꝫ autem intellectus intelligat bonū
patet: quia intellectus cognoſcit verum
⁊ bonum eſſe paſſiōes entis ⁊ eas diſtin/
guit ab inuicē: ſi igitur diſtinguit inter
verum ⁊ bonum: igitur cognoſcit vtrūqꝫ
ꝯſequētia tenet. Omne diſtinguens ſeu
ponens differentiam inter aliqua cogno
ſcit illa. ¶ Cōtra. Potentie diſtincte ſeu
diſpate habent obiecta diſparata: intel/
lectus ⁊ voluntas ſunt hmōi igitur. Itē
voluntas diligit veritatem: ergo non ha
bet bonum pꝛo obiecto adequato. Ma/
ioꝛ pꝛime rationis ſumit̄ a pho. ij. de aīa
Pꝛo cuius intellectu notandum. ¶ Du
plices ſunt potētie diſtincte. Quedam
ſunt potentie diſtincte omnino diſpara/
te ſicut ſenſus exterioꝛes: vt viſus audi/
tus ⁊c. ¶ Pꝛima pꝛopoſitio. Potentie
omnino diſparate habent ſimpliciter di
uerſa obiecta pꝛimaria: vt coloꝛ ⁊ ſonus
circa oculum ⁊ aures. Alie ſunt potētie
ſuboꝛdinate ſibiīuicē et ille ſunt dupli/
ces. Quedā ſunt ſuboꝛdinate in eodem
genere. Duplex em̄ eſt genus potētie ſcꝫ
Cognoſcitiuū et eſt cuius eſt cognoſce/
re. Appetitiuū et eſt cuius eſt appetere
delectari et triſtari. ¶ Scđa pꝛopoſitio.
Uiſus ⁊ ſenſus cōis ſunt potētie ſuboꝛ/
dinate in eodē genere. ¶ Tercia pꝛopoſi
tio. Potentie ſuboꝛdinate in eodē gene/
re habent obiecta ſuboꝛdinata. Unde ſen/
ſus cōis habꝫ aliqđ obiectū cōmune ad
obiecta oīm ſenſuū particularium. Ob
iectum em̄ ſenſus cōis eſt qualitas ſenſi/
bilis. Ois aūt coloꝛ eſt qualitas ſenſibi/
lis nō econuerſo. Alie potentie ſuboꝛdi/
nate ſunt alteriꝰ generis: vt ſunt ille q̄rū
vna eſt cognitiua alia appetitiua. Iſte
potentie ſuboꝛdinate alterius gn̄is cōi/
ter habent idem obiectum ſub eadē ra/
tione foꝛmali. Intellectus autē ⁊ volun/
tas ſunt potentie ſuboꝛdinate Nihil em̄
volitū niſi pꝛecognitū. ¶ Quarta ꝓpō.
Ens inꝗ̄tum ens ⁊ ſub eadem rōne foꝛ/
mali ſcꝫ entitatis eſt obiectum vtriuſqꝫ
potentie ſcꝫ intellectus ⁊ volūtatis. De
his non intelligit̄ dictū Ariſto. ij. de aīa
ſup̄ allegatū. ¶ Quinta ꝓpō. Bonū dī
obiectū volūtatis ⁊ verū obiectō intelle/
ctus ꝓpter ſpecialē ⁊ naturalē inclinatio
nem in talia obiecta: quia voluntas na/
turaliter inclinatur ad bonū et refugit
malū. Intellectus vero naturaliter refu
git falſum et inclinat̄ ad verum. In qđ/
cunqꝫ em̄ pōt intellectꝰ intelligēdo in il/
lud pōt et volūtas appetēdo vl̄ fugiēdo

Pꝛo ſolutione pꝛimi ar
gumēti in oppoſitum. Nota ꝙ volūtas
amat ſibi ⁊ alijs potētijs ⁊ inclinat alias
vires ⁊ eis meret̄. Pꝛimo volūtas amat
ſibi ⁊ alijs. Secūdo inclinat alias vires.
Unde Auguſtinus. Sicut intellectus
iudicat ſibi et alijs ſic voluntas imperat

ſibi ⁊ alijs in regno anie. Inclinat ergo
alias vires: vt viſum ⁊ linguã ⁊c. ꝑ impe/
rium ⁊ ideo amat ſibi ⁊ alijs: amat enim
viſui bonũ cum imperat ꝙ viſus deuote
reſpiciat ſacramẽtũ eucariſtie ⁊c. ⁊ po/
tentie greſſiue ire ad eccleſiã. Tertio dꝫ
ꝙ ſibi ⁊ alijs mereat̃. Radix eñ omnis
meriti ⁊ cuiuſlibet demeriti eſt libertas
voluntatis. Nã nullus actus ẽ merito/
rius vel demeritorius niſi ſit libere elici/
tus a voluntate. ¶ Prima propoſitio.
(Contra illos qui ponunt guſtũ in pa/
tria habere aliquẽ humorẽ ſapidũ ⁊c.)
Q̃ñcunqꝫ voluntas ſimplr̃ quietat̃ alie
potentie in eadẽ natura ſimplr̃ quieſcũt
⁊ quietant̃: ⁊ hoc eſt qḋ dicit Bonauen.
quietatio eius redundat in alias. Guſtꝰ
ergo in patria nullũ actum habebit nec
comedendi nec bibendi nec guſtandi.
¶ Sed contra ergo guſtus violentabit̃:
qꝛ ceſſabit cõtra inclinationẽ naturalez
naturaliter eñ inclinat̃ in obiectum ſibi
cõueniens. Itẽ opus ad extra bonũ ad/
dit aliqḋ ſupra bonitatẽ volũtatis ſicut
malicia actꝰ exterioris addit ſupra ma/
liciã volũtatis ſm te ergo guſtus ꝓpter
talẽ bonitatẽ actus exterioris nõ remu/
nerabit̃ ſimplr̃ ꝓpter quietẽ volũtatis.
Rñdet Scotus in q̃rto. Q̃ñcunqꝫ po/
tentie ſeu nature ſunt ſubordinate in eo/
dem genere: tunc naturalitas ſuꝑioris ẽ
maior: naturalitate iferioris: q̃ñcũqꝫ igi/
tur voluntas q̃ eſt ſuperior potentia ſim/
pliciter quieta: tunc ad quietẽ eius etiã
guſtus ⁊ alie potentie quietant̃: vt tactꝰ
olfactꝰ ⁊ ſimplr̃ naturalius ſeu ꝑfectius
quietatur ꝙ̃ in ſe. Naturalius ergo eſt
guſtui quietari quietatione potentie ſu/
perioris puta voluntatis ꝙ̃ quietari in
actu ſuo ꝓprio ⁊ particulari. ¶ Prima
ꝓpõ. Naturale eſt corpori nr̃o moueri
deorſum inq̃ntũ mouet̃ motu grauis qui
eſt ei per ſe ꝓprius ⁊ tamen nullo modo
violentatur cũ moueat̃ motu animalis
ſcꝫ progreſſiuo ſm differentias in ante ⁊
poſt ⁊ ſurſum: imo eſt corpori perfectio
maior ſic moueri ab anima ꝙ̃ deſcende/
re. Idem patet in corporibus beatorum
que tamen non violentabunt̃. Similiter
graue in caſu aſcendit ad vitandum va/
cuum nec tamen ꝓprie violentat̃: quia
licet ſit cõtra inclinationẽ ſuã partialem
nõ tamẽ eſt cõtra inclinationẽ totius na/
ture. Itẽ eadẽ rõne ſequeret̃ ꝙ potentia
generatiua haberet actũ ſuũ in patria eo
ꝙ naturaliſſime inclinat̃ ad actum gene/
randi. ¶ Secũda ꝓpoſitio. Sicut ratio
cognoſcit ſibi ⁊ alijs ſic etiã voluntas de/
lectat̃ ſibi ⁊ alijs. Prima pars patet eo
ꝙ intellectus iudicat tã ſibi ꝙ̃ volunta/
ti ꝙ tale ſit malũ ſcꝫ conſiderare obiecta
ꝓuocantia ad peccatũ: ⁊ ideo fugienda
a voluntate vt cibũ tpe ieiunij ⁊c. Secũ/
da pars etiã eſt manifeſta. ¶ Pro ſecun/
do argumento in oppoſitũ nota duplex
eſt fruitio ſcꝫ patrie ⁊ eſt ille amor vel il/
la dilectio que ſequitur viſionez claram
ꝓpter quã deus diligitur ſuper oĩa dicit̃
autẽ patrie quia ipſa ponit extra ſtatuz
vie. Alia ẽ fruitio vie: ⁊ eſt ille amor quo
diligimus deuz ſuper omnia ſimpliciter
ꝓpter ſe qui ſequitur cognitionem fidei
Bonauentura igitur loquit̃ de fruitio/
ne patrie et non vie: vt patet intuenti.
¶ Prima ꝓpõ. In patria erunt tres ꝑfe/
ctiones in quolibet hoĩe beato ſucceden/
tes trib' ꝑfectionib' in via. Primo erit in
patria videre. ſecũdo habere. tertio frui
ſcꝫ clara viſio dei: ⁊ fruitio ⁊ tentio ⁊ illa
correſpõdẽt fidei ſpei ⁊ charitati. Si eñ
aliquis non habeat iſtos tres habitus
nullo modo ſufficienter perficitur erga
deũ. Et iſtis correſpõdent tres actus ſcꝫ
credere ſperare ⁊ diligere. Illis autẽ tri/
bus actibus vie ſuccedunt videre habe/
re ⁊ frui qui nõ ſunt actus illorum habi/
tuum. ¶ Secunda propoſitio. Tentio
eſt actus voluntatis quo amat actu con/
cupiſcendo obiectum cõmodũ ſibi pre/
ſens. Obiectũ autẽ cõmodũ dupliciter
poteſt appeti vel reſpici: ſcꝫ vt abſens et
tale facit deſiderare: ⁊ pertinet ad ſpem

velut preſens z tale facit tenere z ꝑtinet ad tentionez. Licet igitur tam tentio ꝙ̄ fruitio ſint actus voluntatis tamē frui/tio eſt act⁹ amicitie. tentio eſt actus ſuc/cedens actui ſperandi z eſt de obiecto p̄/ſente: z pōt dici actus vel amor concupi/ſcentie. Iuxta ꝙ dicit btūs Ambroſius in legenda beate Agnetis. Ecce qđ con/cupiui iam teneo: qđ credidi iam video. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Nec viſio nec ip̄a tentio eſt fruitio formaliter. i. eſſentiali/ter (et loquitur de fruitione patrie) ſed bñ requirunt̄ diſpoſitiue vel cōcomitatiue ad ip̄az. Viſio eñ diſponit ad fruitionē ſiĉr tentio concomitat̄. Amor autem eſt ipſa fruitio. Tentio igitur cōcomitatur ſicut in via actum fidei z charitatis con/comitatur actus ſpei. Fruitio igit̄ eſſen/tialiter eſt ille amor quo diligitur deus propter ſeipſum. Unde ſi quis haberet deū et videret z nō diligeret nunꝙ̄ dele/ctaretur. Unde etiaz deus poſſet de po/tentia abſoluta clarā viſionem ſui dare alicui dānato ip̄o manēte miſero Amor ꝗ̄ ſuggerit delicias. Amor enim eſt ſum/me penetratiu⁹: z dicitur ſubintrare vbi intellectus ſtat foris nō realiter dicit̄ pe/netrare ſed ſm intentionē. ¶ Actus vo/luntatis capit̄ dupliciter: ſcz ꝑ modū ap/petitus vel ꝓut eſt appetitiuus: z ſic pre/cedit fruitionē et eſt actus correſpondēs actui ſpei. Alio modo capit̄ ꝑ modū cō/placentie z ſic ſequit̄ fruitionē beatificā. ¶ Bonauētura. Beatitudo ꝑfectius et principalius conſiſtit in actu volūtatis ſeu in actu amādi. Sed ꝯtra dicit Glo/ſa magiſtralis. Viſio eſt tota merces hec diſtinguit̄: q2 vel intelligit̄ principaliter formal[illegible]itatiue: z ſic ip̄a ne/gatur [illegible] igitur cōcomitāter vel di/ſpoſ[illegible] z ſic conceditur. Scotus etiā glo/ſat eā dicēs: ꝙ eſt tota merces ſcz intelle/ctus. Item Aug⁹. dicit: Summa mer/ces eſt vt ipſo ꝑfruamur. Sanct⁹ Tho/mas aūt gloſat auguſtinū ad mētē ſuā. ergo non incōuenienter. Scotus gloſat auctoritatē magiſtralē. Si igit̄ intelligi/tur illa auctoritas concomitanter. i. vi/ſio concomitat̄ totā mercedē. conceditur quia de potētia dei ordinata vnū nō da/bitur ſine alio. ¶ Per oēm actū virtutis poſſum⁹ tēdere in deum ſuo modo. Per actum fidei tendimus in deum credēdo articl'os fidei nec ſic iſtud ē vti. Per ſpez etiam tendimus in deum ip̄m tanꝙ̄ ſum/mū bonuz cōmodum amando nec tñ eſt vti vt ſic: quia me min⁹ diligo. Per cha/ritatem etiam proprie tendimus in deū: ſcz fruitiue. Et dicit̄ proprie charitas tē/dere in deum: quia ipſius eſt ordinare a/lios act⁹: oportet eñ oēm actū meritori/um ſm inclinationē charitatis elici.

Queritur quīto. Utrū

deo contingat frui. Hic ꝯſequenter tra/ctat de obiecto fruitionis. Utrū ſcz de⁹ ſit fruibilis. Uñ fruibile capit̄ dupliciť. Uno mō cōmuniť ſiue large: z ſic eſt ob/iectum qđ pōt terminare fruitionez ſiue ordinatā ſiue inordinataz. Alio mō ſtri/cte: z dicit̄ illud qđ ex natura ſua diligen/dum eſt ꝓpter ſe z quod ſolū poteſt eſſe obiectū fruitionis ordinate. Uñ fruitio eſt duplex. Ordinata z eſt illa q̄ aliquid diligim⁹ qđ ex natura ſua eſt fruibile or/dinate. ¶ Inordinata aūt eſt illa qua a/liqđ diligit̄ ꝓpter ſe qđ tñ nō eſt diligen/dū ꝓpter ſe z terminatur ad creaturam. ¶ Correlariū. Fruitio in cōmuni ī plus ſe habet ꝙ̄ fruitio ordinata. Rō eſt: q2 qñcūqz aliq̄ potētia nō determinat̄ ex ſe ad aliquē actū determinatū act⁹ eius in vniuerſali eſt cōmunior actu ei⁹ ordina/to z determinato. Sed volūtas ex ſe nō determinat̄ ad actū determinatū ſeu vir/tuoſū. ꝗ̄ zc̄. ¶ Propoſitio. Qđlibet ens eſt fruibile coiter capiēdo fruibile.

Reſponſio ad queſtio=

nem. Concluſio. Deo fruendum eſt non fruitione inordinata ſed ordinata. Pro/batur. illo fruēdum eſt qđ finit quietat z terminat et totaliter ſaciat animā z vo

beatitudo { obiectiva / formalis

luntatē noſtrā ſed de⁹ eſt hmōi: ꝑ. Ma/
ioꝛ pz ex dictis de fruitione. ¶ Iſta etiaꝫ
concluſio ꝓbaꝛ ex rōnibꝫ ante oppoſituꝫ
factꝭ. Quarū pͥma ē. Illo fruendū ē qd
efficit nos beatos ſꝫ de⁹ eſt hmōi: ꝑ. Ma
ioꝛ ꝓbaꝛ. qꝛ de⁹ ē btitudo nr̄a. Si ſctūs
bonauētu. diceret. De⁹ erit btitudo nr̄a
nulla eſſet difficultas. Pro intellectu ꝑ
iſti⁹ ꝓpōnis. Notandū. Duplex ē btitu
do ſcꝫ Obiectiua ꝛ eſt obiectū btitudīs
qd btificat creaturā qd ſcꝫ attingiꝛ ꝑ ve
ram viſionem ꝛ fruitionē. ¶ Propoſitio.
De⁹ ē beatitudo nr̄a obiectiua. Alia eſt
formaꝛ ꝛ eſt vna creatura q̄ dꝛ act⁹ clare
viſionis ꝛ fruitōis ꝛ nō ē de⁹. Beatifica/
mur em̄ in actibꝫ potentiaruꝫ formaꝛr et
pͥncipali⁹ in actu volūtatis. Licet autē
de⁹ ſit beatitudo nr̄a obiectiua: tm̄ libe/
re ꝛ contingenꝛ nos beatificat. Quicqd
em̄ de⁹ cauſat ad extra libere cauſat: ſed
beatificare ē aliqd ad extra cauſare ideo
libere beatificat ꝛ hic non vult beatifica
re nec alibi niſi pͥus meruerim⁹. Negan
da aūt eſt hec ꝯñia. deus hic nō beatifi/
cat. ergo non eſt btitudo nr̄a obiectiua.
¶ Arguiꝛ ſcdo. Bonū ē amabile: ꝑ ma/
gis bonū magis amabile ꝛ vltra: ꝑ ſum/
mū bonuꝫ ſumme amabile. Iſtud argu
mentū ꝛ ſequēs tenent ꝟtute illi⁹ topice
Si ſimplr ad ſimplr ꝛ magis ad magis
ſummū ad ſummū. Pro veritate huius
topice notandū ꝙ pͥmo opoꝛtet ꝙ argua
tur in terminis recipientibꝫ cōparationē
ſeu magis ꝛ min⁹. Vñ nō valet arguere
hō eſt aīal: ꝑ magꝭ hō eſt magis animal.
Scdo opoꝛtet ꝙ arguaꝛ in ꝓpōnibꝫ ꝑ ſe
ſeu neceſſarijs. vñ ñ valet. Albū ē extēſū
ſcꝫ ꝑ q̄titatē: ꝑ magis albū eſt magis ex
tenſum. Silr non valet albū eſt dulce. ꝑ
magis albū ē magꝭ dulce. Itē de⁹ ē ama
bilis eſt in ſcdo mō dicendi per ſe ſed ſm
aliqs ē in pͥmo mō. Bonū ē amabile ē in
ſcdo mō dicēdi ꝑ ſe. ¶ Arguiꝛ tꝛio. Pul/
chꝛū delectat ꝑ magis pulchꝛū magꝭ de
lectat: ꝑ ſūme pulchꝛ ſūme delectat. Sꝫ
ꝯ. Iſta ē ꝑ accidēs vt ꝯtingēs pulchꝛ de
lectat. ¶ Rñdeo ꝙ dlectat capiꝛ aptitu
dinaꝛr ꝓ delectatiuo. ¶ Vñ ē regla ſco.
in ꝑfectione idē ſunt. Et deſcribitur ſic. Ens in ꝟtute infinitū eſt cui nihil deeſt entitatis eo mō quo poſſibile eſt oēm entitatē haberi ab aliquo. ¶ Unde deum habere oēm entitatē pōt intelligi dupl'r. Uno mō formal'r real'r ⁊ entitatiue et ħ mō deus nō hꝫ oēm entitatem. Alio mō eminēter vel ꝑfectional'r ⁊ ſic hꝫ oēm entitatē. Oēs eñ ꝑfectiones ſimpl'r deꝰ hꝫ formal'r ⁊ real'r. Omnes aūt ꝑfectiones creaturarū deꝰ habet eminēter. Ut' diffiniatur ſic. Ens in ꝟtute infinitū ē illud qḋ excedit omē ens finitū non ſm̄ qͣtitatem vel determinatā ꝓportionē ſed ſm̄ oēm ꝓportionē datā vel dabilē determinatam vl' determinabilem aſſignatā vel aſſignabilē. Hoc aūt nullo mō conuenit creato. Nā albedo ſcientia anima angelus ſunt creata q̄ꝫ vnū aliud excedit ⁊c̄. Albedo eſt accidens corporale ſeu materiale ⁊ ſic excedit a ſcīa q̄ eſt accidēs ſpirituale. Iſte aūt exceſſus ē ſm̄ ꝓportionem determinatā puta in tribꝫ. Et ꝯſilr̄ dicendū de angelo ⁊ forraſſis in gradibꝫ mille vel magis ⁊c̄. Omne ens finitū excedit vel excedit ſm̄ finitā ꝓportionē ⁊ hoc reſpectu alteriꝰ finiti. ¶ Tercia ꝓpō. Infinitas ꝟtutis q̄ eſt ĩfinitas ꝑfectiōis neceſſario ē ponēda in deo. ꝓbatur. illud qḋ dicit ꝑfectionē eſt attribuēdū deo ſed infinitas ꝟtutis dicit ꝑfectionē: ergo ⁊c̄. ¶ Quarta ꝓpō. Infinitas imēſitatiſ neceſſario ē ponēda ĩ deo ꝓbat'. Infinitas imēſitatis neceſſario ē in eo qḋ ex ꝑfectione ſua neceſſario ē vbiqꝫ incircūſcriptibil'r deꝰ eſt hmōi. g ⁊c̄. ¶ Infinitas durationis ē illa q̄ aliqḋ durās nō hꝫ ꝑncipium nec finē ſue durationis. ¶ Quinta ꝓpō. Infinitas durationis neceſſario ē ponenda in deo. ¶ Infinitū ſm̄ intenſionē dr̄ illud qḋ hꝫ infinitos gradꝰ intenſionales ꝑficientes rē. ¶ Sexta ꝓpō. Infinitas intēſionis nō eſt ponēda in deo. ꝓbat': q2 ipſa fit ꝑ gradꝰ ꝑficiētes rē. Deꝰ aūt nō ſuſcipit magꝭ aut minꝰ nec ꝑficit' cū hoc dicat imꝑfectionē. Unn̄ hoc habendū eſt ꝑ vna maxima. Deo attribuēdū ē illud qḋ ē ꝑfectiꝰ digniꝰ ⁊ nobiliꝰ ⁊ illa ꝯcedit' ab oibꝫ. Suppoſita g illa maxima ſeq̄t' vlteriꝰ. Diſtinctio aūt eſt nobilior cōfuſione. In diuinis ꝑſonis eſt diſtinctio: g ibi nō eſt ꝯfuſio ⁊ vltra: g ibi nō ē infinitas ꝑſonaꝝ: q2 vbi maior multitudo ibi maior ꝯfuſio. Itē vbi nō eſt terminatio ibi nō eſt mediatio: mediū eñ eſt illud qḋ ponit' inter extrema. Unn̄ ſi eſſet linea nō hn̄s ꝑncipiū nec finē illa nō haberet mediū. ¶ Ultimū argumētū nō concludit. Doctor eñ ſubtilis pulchre r̄ndet ad illud vide ibidē. Diuine vnitati productiue ĩ diuinis nō cōpetit aliq̄ productio imꝑfecta adintra ſaltē. Sed infinitas numeralis dicit imperfectionē.

Querit' quarto. Utrū

In diuinis ſit ponere trinitatē. Hec eſt vltima q̄ſtio huiꝰ diſtinctiōis. Ubi nota ꝙ in diuīa eſſentia pōt imaginari triplex trinitas. Prima eſt eſſentiarū ſic ꝙ ĩ deo ſint tres eſſentie. ¶ Prima ꝓpoſitio. Impoſſibile eſt ĩ deo eſſe tres eſſentias eſſentialiter et real'r diſtinctas. Probat': quia ſi eſſet pluralitas eſſentiaꝝ eſſent plures dīj: ſꝫ hoc demonſtratū eſt eſſe ĩpoſſibile Alia trinitas imaginabilis eſt trinitas ꝑſonarū .ſ. ipſe tres ꝑſone: et eſt ibi ꝯſtructio intranſitiua. ¶ Scḋa ꝓpō. In diuinis neceſſe eſt ponere trinitatē ꝑſonarū. Eſt eñ prima ꝑſona et improducta que eſt pater: et eſt ſecunda ſcꝫ filius que eſt genita. tercia eſt producta a patre ⁊ filio ⁊ eſt ſpūſſanctus. Tercia trinitas eſt relationum: ⁊ ſunt tres relationes realiter diſtincte. ¶ Tercia propoſitio. In deo neceſſe eſt ponere trinitatem relationū. Quelibet eñ perſona habet relationē ſibi propriam que nullo modo pōt conuenire alteri ꝑſone vt paternitas eſt relatio propria patri ⁊ ſicut pater real'r diſtinguit' a filio. ſic etiā p̄nitas. Et eſt ſic propria patri: ꝙ repugnat etiam alteri patri. Impoſſibile eſt enim eſſe plures

partes i diuinis. Scđa relatio eſt filia/
tio. Tertia ē ſpiratio paſſiua. ¶ Aliqui
(vt durādus) ponūt aliā relationem ſcʒ
ſpirationē actiuā q̄ pr̄ ʒ fili⁹ pducūt ſpi
ritūſctm̄. Et dicūt ꝙ ſpiratio actiua di/
ſtinguat̄ realiter a pr̄e ʒ filio: ſed in h̄ po
nūt quaternitatē. Et videnť aliq̄ mō ſe/
qui ioachim abbatē: ſed forſitan in ſeq̄n
tibus magis improbabitur. D. 26

Circa reſolutionē ſan/cti Bonauēture.

Nota ꝙ circa iſtā prez
tept⁹ Bonauēture. Rō neceſſitatis ʒc.
talē ɔcluſionē. In diuinis ponende ſunt
tres pſone neq̄ plures neq̄ pauciores.
Equalis em̄ periculi eſt aſſerere plures
ſiue pauciores vtrūq̄ enim aſſerere ē he/
reſis. ¶ Iſta aūt concluſ[illegible] nō poteſt de/
mōſtrari a viatore de leg[illegible] muni euidē
ti rōne. Oportet igiť po[illegible] declaratio/
nē fidei: ʒ ſic patebit ɔcluſio. Et cōſiſtit
in trib⁹ ppōnib⁹. ¶ Prima ppō. In deo
eſt vna ſimpliciſſima ʒ ſingulariſſima eſ/
ſentia q̄ eſt cōiunctim pr̄ ʒ fili⁹ ʒ ſpūſſan
ctus ʒ q̄libet illoꝝ ſingillatim. Eſſentia
em̄ diuina quia talis natura ideo ē tres
res realiter diſtincte. Vn̄ iſta eſt vera pr̄
ʒ filius ʒ ſpūſſanct⁹ ſunt eſſentia diuina
et illa. Pr̄ eſt eſſentia diuina. Itē Omē
vniuerſale eſt potētia ſingulare ideo vni
uerſalia relinquēda ſunt in deo et nullo
modo ponēda. ¶ Scđa ppō. Harū triū
rerū .ſ. pſonarū vna nō eſt alia realr̄ licet
oēs tres res ſint vna ſumma res q̄ ſum/
ma res nec generat nec generat̄. nec ſpi/
rat nec ſpirat̄. nec pducit nec pducitur
Si ergo q̄ras quot ſunt res in diuinis.
Dico ꝙ duplex eſt res eſſentialr̄ capta ʒ
pſonalr̄ capta. Vn̄ Aug⁹. Res q̄b⁹ fru
endū eſt ſunt pr̄ ʒ filius ʒ ſpūſſanct⁹ ʒ hi
tres ſūt vna ſumma res. ¶ Tercia ppō.
Inter iſtas tres res p̄ma generat filium
ʒ ſpirat ſpm̄ſctm̄ et ē oino improducta.
Scđa pducit̄ ʒ pducit. Tercia produci
tur nō autē pducit. ¶ Notandū vlteri⁹
ꝙ duplex eſt rō naturalis. Quedaʒ eſt q̄
de ſe eſt euidens ʒ demonſtratiua demō/
ſtratione ppter quid vl̄ q̄r. Alia eſt quā
poſſum⁹ formare ex puris naturalib⁹ et
iſte non ſūt ſemp neceſſarie ʒ demonſtra
tiue ſed topice. Licet igiť Ockam dicat
ꝙ etiā vnū eſſe deū non ſit demōſtrabile
euidēti ratiōe ʒ neceſſaria ʒ multū appa
renter ſoluit rationes q̄s dat doc. ſubtil̄
q̄ dicit ꝙ poſſit demonſtrari doctoris tn̄
ſubti. v̄ba intelligēda ſūt de ratione na/
turali ſcđo modo capta. Neq̄ em̄ ſctūs
bonauētura intelligit h̄ pratione neceſſi
tatꝫ niſi talē rationē naturalem. Rōnes
em̄ ſcoti ſūt magꝫ pbabiles q̄ quecunq̄
alie. Bonauētura aūt ʒ aliq̄ docto. dant
rōnes q̄ non ſūt min⁹ imo magis proba/
biles q̄ rōnes i oppoſitū fidei. Hec ppō.
Nulla pſona pōt eſſe fecūda niſi p̄cedat
ſuā fecunditatē. tantū valet ac ſi diceret̄.
Omne agens p̄cedit ſuā actionē. Fecun/
ditas autē et actiuitas quaſi idē ſunt qđ
productiuitas. Duplex aūt eſt pductio
ſcʒ p modū intellect⁹ ʒ p modū volunta
tis. Nam ſm phm̄. Omē agens vel agit
ſine cognitione ʒ tale dicit̄ agens natura
le vt pʒ de igne qđ cōburit cōbuſtibile
non cognoſcēs qđ faciat et illa dicuntur
agētia nō ſm ppoſitū a pho .ij. phiſicoꝝ
Vel agens agit p cognitionē puiā et ta/
le eſt agens liberū vel p voluntatē ʒ ſm
propoſitū. ¶ Circa textū qn̄ dr̄. Ratio
congruitatꝫ ſumit̄ ex ſufficientia cōbina
tionū. Triplex eſt amor ſm Bonauētu
ram ſcʒ Gratuit⁹ et dr̄ eſſe ille quo aliq̄s
amat aliū liberalr̄ non expectādo ab eo
retributionē vt pr̄ diligit filiū cui etiam
mlt̄a beneficia cōtulit ʒc. Iſte amor ap/
propriat̄ patri in diuinis vnde pr̄ dat fi/
lio p generationē omīa que habet filius
ʒ ſic nulla creatura p̄t amare deū. Scđʒ
Rich. Amor floridus et iocundus debet
eſſe liberal' ʒ cōmunis. Alius ē amor de/
bit⁹ et eſt ille q̄ aliq̄s amat aliquē a quō
mlt̄a accepit. Nullus igiť amor proprie
gratuit⁹ pōt eſſe in creaturis: eo ꝙ omīs
creatura tenet̄ ʒ debet deū diligere. Hic

Amor { gratuitus / debitus / permixtus

amoꝛ appꝛopꝛiatur ſpũiſancto qui reci/
pit ꝛ nihil dat. Tertius ē amoꝛ ꝑmixtus
ꝛ iſte appꝛopꝛiatᷣ filio qꝛ aliqͥd accipit et
aliqͥd dat: accipit eñ a pr̃e quia ab eo ꝓ
ductus ꝛ dat quia ꝓducit ſpm̃ſanctum.
Iſta congruentia eſt multũ impꝛopꝛia
imo de rigoꝛe ſermonis eſt hereticũ dice
re ſpm̃ſctm̃ eē debitum vel debere aliqͥd
patri. Non eñ ſpũſſanctus magis debꝫ
patri ꝙ̃ pr̃ ſpũiſancto. ¶ Circa illã litte
ram vbi dꝛ. Nõ cõgruitatis ex parte nu
meri ꝛc̃. Conſtat ꝙ deus ē ens ꝑfectiſſi/
mum: ꝫ ſi ponitᷣ aliqua pluralitas i deo
ſeu numerꝰ maxime cõgruũ eſt ꝙ nume
rus ternarius ſeu trinitas ponatur ipſe
eñ hꝫ in ſe primã ꝑfectionẽ. ¶ Quõ aũt
numerꝰ ternarius ſit ꝑfectiſſimꝰ nota ꝙ
pōt tripl̃r conſiderari. Uno mõ ſm ſe ꝛ
abſolute. Alio modo vt in quãtitate cõ/
tinua. Tertio mõ vt eſt in qualibet crea
tura. Iuxta illud ꝛc̃. ¶ Prima ꝓpõ Nu
merus ternarius ſm ſe cõſideratꝰ habet
primã ꝛ ſummã ꝑfectionẽ inter oẽs nume
ros. Pꝛobatᷣ. quia ipſe eſt pͥmus numerꝰ
ꝯſtãs ex oibꝫ ſuis partibꝫ ſimul ſumptꝫ
nã cõſtat adequate ex vnitate et dualita
te q̃ ſunt om̃s ſue partes ſimul ſumpte.
¶ Secũda ꝓpõ. Numerꝰ ternariꝰ conſi
deratus vt in ꝙ̃titate cõtinua hꝫ primã
ꝛ ſummã ꝑfectionẽ inter oẽs numeros in
ꝙ̃tũ ſcꝫ numeri applicantᷣ ad illam ꝙ̃ti/
tatem. ¶ Tertia ꝓpõ. Numerꝰ ternariꝰ
cõſideratꝰ vt in q̃libet creatura hꝫ pͥmã
ꝛ ſummã ꝑfectionẽ inter om̃s numeros.
He due ꝓpões vltime declarantᷣ inferiꝰ
¶ Ulteriꝰ pꝛo declaratiõe pͥme ꝓpõnis
dicit Bonauẽtura. Senariꝰ eſt pͥmꝰ nu
merus ꝑfectoꝛ quia cõſtat ex om̃ibꝫ ſuis
partibꝫ aliq̃tiens ſimul ſumptꝫ. Nã re
ſultat ex vno duobꝫ. tribꝫ tria eñ iunctꝫ
duobꝫ faciũt quinqꝫ addatᷣ vnũ fiunt ſex
Sꝫ ꝯtra. Uidetᷣ ꝙ doctoꝛ ſeraphicꝰ ſibi
ꝯtradicat qꝛ ſi ternariꝰ ē pͥmꝰ ſeu ꝑfectiſ
ſimꝰ inter nũeros: ergo ſenarius non eſt
primꝰ numerꝰ ꝑfectoꝛ. Scdõ videmini
dicere falſum qꝛ binarius eſt pͥmus nu/
merus cõſtans ex omnibꝫ partibꝫ ſimul
ſumptis: quia ex duabꝫ vnitatibꝫ. ¶ Pꝛo
reſponſione notandũ ꝙ duplex eſt nume
rus ſcilꝫ par ꝛ impar. Par eſt ille qui ha
bet mediũ vel eſt ille q̃ põt partiri in du
as partes equales ex hoc aũt ſequitur ꝙ
habeat mediũ vt. iiij. vi. viij. Impar eſt
ille q̃ caret medio: vl̃ q̃ nõ poteſt partiri
in partes equales. vt. iij. vij. ix. ¶ Item
Duplices ſunt partes numeri. Quedã
ſunt aliquote et illa dicitᷣ ꝑs aliquota q̃
aliquotiens ſumpta reddit ꝓ̃ciſe ſuũ to/
tum vt. v. eſt ꝑs aliquota denarij. bis eñ
ſumpta reddit denariũ ſil̃r eſt. iij. reſpe/
ctu nouẽ. Alia eſt ꝑs nõ aliquota ꝛ dicitᷣ
illa q̃ aliq̃tiens ſumpta non reddit totũ
adequate: vt. iij. et. vij. reſpectu decẽ. Et
ſunt partes nõ aliquote. Unde ſi bis ſu
mas numerũ ternariũ vel ter vel quater
ſemꝑ habebis minus vel magis ꝙ̃ decẽ.
ſil̃r de ſeptẽ. ¶ Numerꝰ aliqͥs dꝛ ꝑfectꝰ
tribꝫ modis. Uno mõ dꝛ nũerus ꝑfectꝰ
qui oibꝫ ſuis partibꝫ aliquotis ſimul ag
gregatis eſt equalis vt nũerus ſenarius
eſt ꝑfectus. partes aũt ſue aliquote ſunt
vnũ duo tria q̃bus ſimul ſumptis ſena/
rius eſt equalis. Unde vnitas ē pars ali
quota cuiuſlibet numeri. Iſto modo nu
merus ternarius nõ eſt ꝑfectus eo ꝙ nõ
habet partes aliquotas. ſoluꝫ eñ habet
vnã partẽ aliquotã ſcꝫ vnitatẽ ꝛ talis ꝑs
nõ eſt numerus. Alio mõ numerus dicitᷣ
ꝑfectus qui conſtat ex omnibꝫ partibus
ſuis tam aliquotis ꝙ̃ nõ aliquotꝫ ſimul
ſumptis ꝛ iſtud membrũ excedit primũ
ꝛ ſic nũerus ternarius eſt ꝑfectioꝛ qꝛ con
ſtat ex vnitate parte aliquota et dualita
te parte nõ aliquota: ꝛ ſic habetᷣ ꝙ terna
rius eſt perfectioꝛ ſenario eo ꝙ ſenarius
non conſtat ex oibus partibꝫ ſimul ſum/
ptis aliquotis ꝛ nõ aliquotis. Ex his er
go poteſt patere ſolutio ad obiecta. Li/
cet binarius conſtet ex partibus ſuis ali
quotis ſimul ſumptis nõ tamen dicitᷣ nu
merus ꝑfectus ab arithmeticis eo ꝙ nu/
merus binarius eſt numerus cuiꝰ ꝑtes

aliquote non ſunt numeri. Licet em̄ vni/
tas ſit principiū numeri nō tamen eſt nu
merus. ternarius autem licet habet par/
tem aliquotā que nō eſt numerus ſcʒ vni
tatem alia tn̄ pars cuius nō aliquota eſt
numerus. Tertio numerus dicit̄ perfe/
ctus ad quē ſtat reſolutio omniū nume/
roꝝ. Unde denarius ſm̄ mathematicos
dicit̄ numerus perfectiſſimus ſiue primꝰ
limes numeroꝝ eo ꝙ ſemper poſt reſumi
tur. Denarius aūt in ſe ductus eſt ſecun
dus limes vt decies decem ſunt centum
ducto auteʒ primo limite in ſcd̄m habet̄
tercius limes. Nam decies centum ſunt
mille. Numerus aūt ternarius eſt vtro/
biqʒ primꝰ inter oēs numeros impares.
¶ Notandum ꝙ aliquis numerus dr̄ re
flecti ſuper ſeipſum duobꝰ modis. Uno
modi dicit̄ numerus reflecti ſup̄ ſeip̄m.
Quia ſemel ducit̄ in ſeipſum: ⁊ iſta dicit̄
imp̄fecta vt bis duo ſunt q̄tuor. Et dr̄
imperfecta eo ꝙ ſoluʒ ſemel fit reductio
nec talis reflexio cauſat numerū ſolidū
ſed quadratū. Alio modo numerus dici
tur reflecti ſuper ſeip̄m: Quādo bis du
citur in ſeip̄m vt bis duo bis ſunt octo.
ter tria ter ſunt vigintiſeptē. ¶ Regula
Quandocūqʒ numerꝰ reflectit̄ ſup̄ ſe ſe
mel facit numerū q̄drarū. Qn̄ autē refle
ctitur ſup̄ ſe bis reddit numerū ſoliduʒ.
Numerꝰ q̄dratꝰ ē ille q̄ ꝓuenit ex ductu
alicuiꝰ numeri in ſeip̄m ſemel. Dicit̄ qua
dratꝰ qꝛ diuiſim ſcp̄tꝰ habent̄ q̄tuoꝛ late
ra eq̄lia. Ois autē deſcp̄tio nūeri debet
fieri a radice nūeri ⁊ ē iſta radix numeri:
numerꝰ q̄ in ſeip̄m ducit̄. Numerꝰ ſolidꝰ
eſt iſte q̄ ꝓuenit ex ductu alicuiꝰ nūeri in
ſeip̄m bis vt bis duo bis ⁊ ſunt octo ⁊ d̄r
ſolidꝰ: qꝛ ſicut corpꝰ hʒ longitudinē lati
tudinē ⁊ ꝓfunditatē: ſic etiā iſte numerꝰ.
Qn̄ idem numerus ducit̄ in ſeipſuʒ bis
equalet tribꝰ numeris. ¶ Correlarium.
Quotienſcūqʒ aliq̄s numerꝰ ducit̄ in ſe/
ipſum bis ex eiꝰ reductione binaria reſul
tat alius numerus q̄ dicit̄ cubitus vt bis
duo bis ⁊c̄. Un̄ ois numerꝰ cubitus eſt
ſolidus dicit̄ etiā ſolidus quadratus nō
econuerſo. Nam bis duo faciūt quadra/
tum ſcʒ q̄tuo: ⁊ iſte nō eſt ſolidꝰ. Semel
ergo vnū ſemel non facit ſic quia vnitas
nō eſt numerꝰ. Ois numerꝰ cubitꝰ dicit̄
cubitꝰ a corpore cubo. Corpus cubū eſt
illud qḋ hʒ ſex ſup̄ficies octo angulos et
duodecim latera. Exemplū pōt videri
in taxillis. latera dicunt̄ linee ꝯficientes
⁊ cōcludētes. ¶ Circa textū vbi dr̄. Si/
militer ſi cōſideret̄ numerꝰ iſte in q̄ncita
te cōtinua. Hic ꝯn̄ter declarat̄ ſecunda
ꝓpoſitio ſupiꝰ poſita q̄ probat̄ ſic: quia
nō eſt aliqua quātitas cōtinua que non
habeat principiū mediū ⁊ finē ſeu ꝯſum/
mationē. Ex his patet ꝙ nulla quātitas
cōtinua actu eſt infinita. duo extrema li/
nee ſunt duo pūcta: vnū q̄ incipit. aliud
quo terminat̄ ⁊ mediū. Similiter ſup̄fi/
cies habet lineā a qua incipit ⁊ termina/
tur linea et habet mediū. Similiter cor/
pus incipit a ſup̄ficie ⁊ terminat̄ ad ſu/
perficiem habens medium. Habet ergo
numerus ternarius ſummaʒ comunica/
tionem: eo ꝙ omnibꝰ quantitatibꝰ conti/
nuis communicat̄ vt ſupra. diſcurrendo
per omnes ſpecies eius puta lineam ſup̄
ficiem ⁊ corpus: quia ergo ſumma perfe
ctio quantitatis continue conſiſtit in nu
mero ternario. ideo ſatis patet ꝙ nume/
rus ternarius conſideratꝰ vt in quātita/
te continua habet primā ⁊ ſummā perfe
ctionem. Philoſophus primo de anima
⁊ in de celo ⁊ mundo dicit om̄e totuʒ tri/
num et perfectū idē ſunt. Et poſt ſubdit
Hoc em̄ numero vtimur ad ſacrificatio
nem deorum. Oia em̄ ſacrificia q̄ facie/
bant antiqui in igne thure: ⁊ ozone facie
bant. Sic em̄ adhibuimꝰ noſmetipſos
magnificare deum vnū creatorē omniuʒ
eminentē proprietaribus eorū que crea/
ta ſunt. ¶ Sed tercia ꝓpoſitio ſcʒ ꝙ nu/
merus ternarius conſideratus vt in om/
ni creatura habeat ſummaʒ ꝑfectionem
probatur. Non eſt em̄ aliq̄ creatura ita
parua etiā minima quin habeat aliquā

trinitatē quia vel ꝓprietatum vł rerū ſi ſit cōpoſita vel rationū. In qualibet em̄ creatura reperitur veritas bonitas vnitas Hic oīs creatura hꝫ veſtigiū illḋ trinitatis vnū verū bonū. Quelibet creatura eſt indiſtincta in ſe ⁊ diſtincta a qualibꝫ alia ⁊ hoc eſt eſſe vnū. vnitas aūt appropriatur patri. veritas filio. bonitas ſpirituiſſancto. Primū ḋꝛ illud qḋ cōuenit omnibꝫ ⁊ hoc ꝑmū cōicatione. ¶ Itē numerus ternarius habꝫ ſummā perfectionem tā ī natura angelica ꝙ humana eo ꝙ in ipſis cōſiſtit imago. Unde qn̄ imago nr̄a eſt reformata et deiformata tunc habet beatitudinē re vel ſpe: quia cū eſt reformata habet eam in ſola ſpe. ¶ Prima ꝓpoſitio. Imago trinitatis increate q̄ inueniēda eſt in aīa vel hoīe inuenienda eſt in ſuꝑma parte aīe per quā hō diſtinguit̄ a brutis ⁊ nō in illa parte que ē cōmunis nobis et beſtijs. Unḋ licet aīa ſit vna in hoīe tamen habet tres partes ſcꝫ ſenſitiuā que ē cōmunis nobis et brutis ⁊ iſta eſt media. Uegetatiuā q̄ eſt īfima pars: ⁊ intellectualē que eſt ſuprema pars. ¶ Scḋa ꝓpō. In parte intellectiua ꝓprie ſumpta ſunt duo actus primi q̄bus correſpondēt duo actus ſecundi. ¶ Tertia ꝓpō. Omnis forma ſeu potētia productiua alicu⁹ operationis ḋꝛ act⁹ prim⁹ reſpectu operationis. Ipſa ꝟo operatio ḋꝛ actus ſecūdus. ¶ Correlariuꝫ. Intellectus igit̄ ⁊ voluntas ſunt act⁹ ꝑmi. Intellectio autē ⁊ volitio ſunt act⁹ ſcḋi. ¶ Quarta ꝓpō. Actus ꝑmi ipſius aīe itellectiue inq̄tū intellectiua ē ſunt vna ⁊ eadē eſſentia ⁊ vna ſubſtātia ⁊ vna res cū ipſa em̄ idēptificant̄ ⁊ nō diſtinguunt̄ realiter quēadmodū potētie ſenſitiue q̄ req̄runt organa ¶ Correlariū. Iſti act⁹ primi ſunt intellect⁹ ⁊ voluntas ⁊ eis correſpondent actus ſcḋi qui ſunt intelligere ⁊ velle. ¶ Quita ꝓpō. Act⁹ ſcḋi ipſi⁹ aīe intellectiue diſtinguunt̄ realr̄ ab ipſa aīa ⁊ ab ipſa ꝓducunt̄ ordine quodā. ſecunda ꝑs patet quia intellectio producitur ab intellectu ⁊c. volitio autē nō ꝓducitur niſi intellectio prius fuerit producta. ¶ Correlariuꝫ. Ad hoc ꝙ ſit ꝑfecta imago in nobis tres reperiunt̄ conditiones. Prima ꝙ fiat repſentatio conſubſtantialitatis diuīe eſſentie. Scḋo oportet ꝙ repſentet diſtinctionē reale perſonarū. Tertio originē. Has conditiones quere in doc. ſub. q. vlti. diſ. iij. ¶ Sexta ꝓpō. In actibꝫ ꝑmis aīe ꝑciſe ſolū nō pt̄ eſſe vel ꝯſiſtere imago trinitatis increate in nobis: patet cū ſolū ſint duo actus primi eſſet ergo imago dualitatis. Secundo ꝓbatur. Licet em̄ repreſentent cōſubſtantialitatē diuine eſſentie nō tn̄ diſtinctionē ꝑſonarū realē: ergo ⁊c. ¶ Septima ꝓpō. In actib⁹ ſ. ḋis ſolū et ꝑ ſe ſumptis nō pōt ꝯſiſtere imago trinitat̄ in nobis ꝑꝫ eo ꝙ ſunt ſolū duo. Itē nō poſſunt repſentare conſubſtantialitatē eſſentie diuine. ¶ Octaua ꝓpō. Imago ergo trinitatis ꝯſiſtit in actibꝫ ꝑmis ⁊ ſecundis ſimul. pꝫ quia ibi eſt repreſentatio ꝯſubſtantialitatis diuine eſſentie. diſtinctiōis ꝑſonarū originū ⁊ ꝓductionū ¶ Correlariū. Imago ꝗ trinitatis non ꝯſiſtit in aliquo vno ſed in pluribꝫ ꝯgregatis. Conſiſtit em̄ in actibus ꝑmis ve ſubſunt ſcḋis. ¶ Applicando magis ad propoſitū pro lr̄a. ¶ Nona ꝓpō. Prim⁹ parens nr̄ adā peccando amiſit imaginē dei ad quā vel ſm̄ quā fact⁹ fuerat. Pro quo nota ꝙ licet aīa poſſit intelligere et velle aliqḋ obiectū tn̄ illud nō eſt ꝓprie imago dei. Sꝫ ſolū qn̄ intelligit ⁊ amat deū tunc ꝓprijſſime ipſa aīa eſt ad imaginem dei. Ex quo em̄ intellectio eſt ſimilitudo expreſſiox obiecti ita etiam amore tendit in ipſum obiectum: ⁊ ideo anima fit deiformis imꝑfecte tamē in via. Habuit aūt adam ante caſum ꝑfectam imaginē qn̄ poſt creationē intelligēdo deū ⁊ ipſum amādo ſibi regratiabat̄ de ſuo beneficio quā imaginem cadēs amiſerat q̄ iterū reformat̄ intelligendo ⁊ amore fruendo deo. Un̄ Aug⁹. Si in ſe ſeruaſſet

bonum qđ in illo creauit deus ſemꝑ lau
daret deū: non ſolum lingua ſed et vita:
hoc eſt non peccaſſet ſi imaginez dei nō
perdidiſſet. Corrolariū. Imago nō cōſi/
ſtit in naturalibꝫ aīe: alias eīn nō poſſet
homo eā perdere. ¶ Decima ꝓpō. Qui
libet peccans mortalit̄ perdit imaginem
dei. patet: qꝛ imago dei ꝯſiſtit in intelle/
ctione ꝛ amore dei. peccator aūt nō amat
deū plus alīȷs: ſed vtitur deo: ḡ ꝛc̄. Cor/
relariuȝ. Sequit̄ ergo ꝙ in ptāte noſtra
eſt perdere imaginē dei in nobis. ¶ Un
decima ꝓpō. Imago dei deꝑdita poteſt
iterū reformari in nobis per grām. Du/
plex aūt eſt reformatio imaginis noſtre
ſcȝ perfecta ꝛ imperfecta. Perfecta refor
matio erit in patria ſcȝ in eterna beatitu
dine vbi plene ꝛ perfecte amabimꝰ deuȝ
ſuper oīa. Imꝑfecta vero eſt in via ꝑ cō/
tritionē ꝛ penitentiam. Aīa aūt erit dei
formis qn̄ perfectā habebit viſionē diui
ne eſſentie ꝛ fruitionē: ꝛ iſta eſt ꝑfecta re/
formatio: ꝛ de iſta loquit̄. S. Bonauen.
vicȝ de deiformatione ꝛ reformatione ꝑ/
fecta. ¶ Notandū etiā ꝙ duplex eſt mo/
dus producendi vł agendi vicȝ naturē ꝛ
ſic intellectus ꝓut diſtinguit̄ ꝯtra volū/
tatem eſt productiuꝰ per modū nature.
Alius modus eſt per modū voluntatis
libertatis: artis: per intellectū: et a ꝓpo/
ſito: q̄ idem ſunt: vnde qđcunqꝫ ꝓducti/
uum vel producit ꝑ cognitionē quā ha/
bet de ꝓducibili anteqꝫ ꝓducat vel duȝ
ꝓducit: vł non cognoſcit vt ignis lapis.
Agēs ḡ naturale eſt illud qđ agit nō p̄/
habita cognitiōe p̄uia. ¶ Sȝ cōtra p̄di/
cta arguit̄. Phī et ſapiētes multi ꝛ ſibil/
le deuenerūt in cognitionez trinitatis. ḡ
ꝑ naturalem rōem ꝛc̄. ptȝ ꝑ auctem Ari
ſtotel̄ in de aīa ſuperiꝰ allegata. Rn̄det̄
ꝙ nō fuit intētio Ariſto. dicere deuȝ eſſe
trinū: ſȝ intentio eius fuit loq̄ de ſacrifi/
cȷ̄s quibꝫ honorat̄ deus q̄ ſunt tria. Iteȝ
plato nō intellexit per ꝟbū qn̄ dixit illud
In ꝓncipio erat ꝟbū (ſm ꝙ dicit Aug.
in lib. confeſſionū) ſed intellexit noticiā
non genitā idealē per quā ꝓduxit creatu
ras. Si tn̄ qs velit dicere ꝙ cognouerit di/
cat ꝙ hāc cognitiōȝ nō habuerit ex puris
naturalibꝰ ſeu ꝑ aliquā demōſtrationeȝ:
ſȝ forte per reuelationē. Un̄ dr̄ ꝙ plato
trāſiens in egyptū legerit penthateucū.
Pariformiter dico de ſibillis ꝙ habue
runt ex reuelatiōe. Ariſtoteles autē licet
dixerit deū magnificandum numero ter
nario: ex hoc tn̄ nō ſequit̄ ꝙ habuerit co
gnitionem ſumme trinitatis. ¶ Contra
Mercurius hermes trimegiſtus (Iſte
fuit vnꝰ phs ꝛ nomia illa interꝑtant̄ ſic:
Trimegiſtus. i. ter maximꝰ. Hermes. i.
interpres vł interꝑtator. Mercurius. i.
eminens vł pollens in tribꝫ poteſtatibꝰ vt
in moribꝰ ſciētȷ̄s et prudētia: vn̄ ꝛ genti/
les vocabāt paulū in actibus apoſtoloꝝ
mercuriū. i. in medio currentem ſm Be/
dam: ſcȝ inter aures et linguaȝ) dicit ſic.
Monas. i. vnus deus genuit monaden
ꝛ ipſe in ſeipm reflexit ardore. i. amorem
videt̄ ḡ ꝙ cognouerit ſummā trinitateȝ:
hec aūt dicit in lib. diffinitionū dei. Di/
cendū ꝙ ſenſus eſt et ſic exponit̄ in lib. de
ciuita. dei. ab Aug. Monas. i. vnus deꝰ
genuit monaden. i. vnuȝ mundū ex amo
re quem ad ſe habuit. Non igitur ſic de/
bet exponi. Monas. i. deus pater genuit
monaden. i. deum filium: nō enim hec fu
it intentio dicentis.

Pro reſponſione ad argumenta q̄ fiunt pro parte falſa. Quoꝝ
prima duo ſunt ꝙ ſint pauciores q̄ꝫ tres
perſone ꝛc̄. Notandum ꝙ pater generā/
do filium dat ei omia que habet que di/
cunt perfectionem ſimpliciter nō ſolum
ſimilia: non ſolum equalia ſed eadeȝ nu/
mero. Nam ſi ipſe aliquid poſſet dare fi/
lio et non daret non eſſet perfectus: quia
argueretur de inuidia. Un̄ et dominus
in euangelio. Qđ mihi dedit pater ma
ius his omnibus eſt. Eſſentia enim di/
uina perfectior eſt omnibus angelis ho/
minibus et omnibus creaturis. Iſtam

autem pater dat filio ⁊ intellectum ⁊ vo
luntatem. ¶ Duplicia autem ſunt predi
cata in diuinis ſcꝫ Eſſentialia et ſunt il/
la que ſunt cōmunia omnibus tribꝰ per
ſonis. Et tales ſunt omnes perfectiones
ſimpliciter. Nam omnes perfectiones q̄
ſunt ſimiles in modo eſſendi ⁊ p̄dicandi
dicunť eſſentialia. Eſſentiale em̄ eſt qđ
predicatur de tribus perſonis et dicitur
ab eſſentia. Et ſicut eſſentia eadē nume/
ro eſt in tribus perſonis habens eundeꝫ
modum predicandi de tribus ſingilla/
tim et cōiunctim: ſic etiā eſſentialia ſunt
illa que habent cōmunē modum eſſendi
et p̄dicandi cum eſſentia. Alia ſunt pre/
dicata notionalia et ſunt illa que conue
niunt vni perſone vel duabus: ⁊ non plu
ribus. Et dicuntur notionalia quia dāt
noticiam diuinarum perſonarum. ¶ La
ta eſt differentia inter iſtas propoſitio/
nes. Pater omne quod habet dat filio ⁊
pater totū om̄e qđ pōt dat filio: hec em̄
eſt vera. Iſta vero de rigore ſermōis eſt
falſa. ¶ Prima propoſitio. Pater om̄ia
eſſentialia dat filio producendo ipſuꝫ fi/
lium. ¶ Secunda propoſitio. Pater p̄/
ducendo filium non dat ſibi om̄ia notio
nalia ſicut generare. Concedo ergo quo
ad argumentū ꝙ pater nō poteſt ampli/
us ſeu maius vel aliud bonum dare ſpi/
rituiſancto ꝙ̄ filio. ꝙ ſi infers. ergo non
poteſt producere ſpm̄ſanctū: cōſequētia
neganda eſt. Non enim ſequitur non po
teſt aliud dare: ergo non poteſt alio mo/
do dare: eſt ergo fallacia accidentis.
¶ Pro ſecūdo argumento. Filius in di/
uinis eſt verbum: quia noticia genita di
cens id eſt declarans omnia. Et licet pa
ter omnia declarat ſimiliter ſpūſanctꝰ:
tñ declarare appropriať filio. Nota ex
vi proceſſionis ſeu generationis filij fili/
us non declarat modum libertatis vel
voluntatis qui modus productiuus eſt
perfectionis. Cum ergo dicit Bonauē/
tura ꝙ filius nō declaret omnia oī mō
eſt ſic intelligendū quia ex vi ſue proceſ/
ſionis ⁊c̄. ¶ Pro tertio argumento. Qñ
arguiť. Sicut filius quia generať ante
ſpirationē non pōt generare ſed ſpirare
ſic ſpūſſanctus licet ſpireť pōt tamen ge/
nerare. Dicendū ꝙ non eſt ſimile ſuffici
enter qꝛ filius p̄cedit ſpirationē. Spūs
ſanctus aūt non p̄cedit generationē. Fi
lius ergo quia precedit ſpirationē: ideo
poteſt ſpirare. ſpūſſanctus vero qꝛ ſequi
tur generationē: ideo non pōt generare:
qꝛ ſolum vna generatio eſt poſſibilis in
diuinis ⁊ non plures gñationes. ¶ Iſta
eſt vera ſpūſſanctus qꝛ ſequiť generatio
nem idō nō pōt generare. Iſta aūt falſa:
qꝛ ſpūſſanctus eſt innaſcibilis: ideo po/
teſt generare. ¶ Prima propō. Modus
producendi per artem eſt ſimilis aliquo
modo cū modo producendi nature. Nā
in vtroqꝫ modo productū eſt ſimile pro/
ducenti vt ignis generat ignē. Unde et
phus dicit. Domus ab extra fit a domo
que eſt in mente: ſic ergo patet ꝙ in vtro/
qꝫ modo productū eſt ſimile producēti.
¶ Secunda p̄poſitio. Licet autē in hoc
ſit conuenientia inter illos modos: maior
tamen eſt diſconuenientia vel diſſimilitu
do ꝙ̄ ſimilitudo. Nam in modo produ/
cendi per naturā eſt ſimilitudo natura/
liter ⁊ in eſſentia licet nō in perſona. In
p̄ductione vero per modū artis produ/
citur aliqđ omnino diſtinctū realiter et
eſſentialr̄ a p̄ducente. Domꝰ em̄ quo ad
eſſe ad intra habet eſſe diminutū. Simi
litudo ergo talis q̄ eſt inter p̄ducens et
productum per modū artis ex parte pro
ducti dicit imperfectionem.

c Irca diſtinctionē

tertiā queriť p̄mo. Utrū deꝰ
ſit cognoſcibilis a creatura.
Hic ſunt tres termini declarādi ſcꝫ deꝰ:
cognoſcibile: creatura. Primꝰ eſt ſupius
declaratꝰ. Cognoſcibile aūt dr̄ omne il/
lud qđ pōt terminare actū cognoſcendi
vel actualem cognitionē: vel quod poteſt
cognoſci a potentia cognitiua. Unde ſi/

cut viſibile dicitur illud quod poteſt ter
minare actualem viſionē:ſic cognoſcibi
le dicit illud qđ poteſt terminare actua/
lem cognitionē:ꝛ intelligibile qđ poteſt
terminare actualē intellectionē. ¶ Dif/
ferencia aūt eſt inter cognitionē ꝛ intelle
ctionē. Nam cognitio eſt ſuperius ad in
tellectionē. Oīs eñ ſenſatio ꝑ quā ſen
ſus ſuū percipit obiectū eſt cognitio:ſed
non eſt intellectio. Cognitio antē eſt du
plex ſcʒ ſenſitiua ꝛ eſt illa noticia quam
habet ſenſus de obiecto ſenſibili ſibi pre
ſente. Intellectiua autē eſt illa noticia
quā habet intellectus de obiecto intelli/
gibili ſibi ꝑſente ſiue in ſe ſiue in ſua ſpe/
cie ꝓpria ſiue in ſpecie alia. Queſtio aūt
noſtra non querit de cognoſcibili cogni/
tione ſenſitiua. ¶ Prima ꝓpō. De⁹ nul/
lo modo eſt cognoſcibilis a creatura co/
gnitione ſenſitiua. probaꝰ. Nihil eſt co/
gnoſcibile cognitiōe ſenſitiua niſi quod
eſt ſenſibile per ſe vel per accidēs: de⁹ nō
eſt hmōi. ergo ꝛc̈. minor probaꝰ. Omne
obiectum ſenſibile per ſe eſt quedā qua/
litas vel quantitas. Similiter nihil eſt
ſenſibile per accidens niſi in quo ſunt ac
cidentia per ſe ſenſibilia:ſed neutrū illo/
rum eſt dicendum de deo. In deo enim
nullo modo ſunt accidētia ſenſibilia nec
intelligibilia. ergo. ¶ Sed noticia intel/
lectiua eſt duplex ſcʒ Incōplexa et eſt il
la q̄ eſt de obiecto incōplexo: vt eſt noti/
cia terminoꝝ. Alia eſt cōplexa et eſt illa
que ē de obiecto cōplexo:vt noticia pro/
poſitionū. ¶ Noticia intellectiua eſt ite/
rum duplex. Nā quedā eſt appꝛhenſiua
et eſt illa que eſt reſpectu cuiuſcunqȝ qđ
poteſt terminare actum potētie intelle/
ctiue ſiue ſit verum ſiue falſum:ſiue com
plexum ſiue incōplexum. Alia eſt iudica
tiua et eſt illa que eſt reſpectu alicuius
obiecti cui intellectus aſſentit vel diſſen
tit. Et iſta nunqȝ eſt niſi reſpectu cōple/
xi. Nunqȝ eñ alicui aſſentimus niſi ꝟo
nec diſſentimus niſi falſo vel tanqȝ falſo
Non ſolum eñ vera appꝛhendimus: ſed
etiam falſa. non ſolū poſſibile: ſed etiam
impoſſibile. Alias debite negare nō poſ
ſemus:hinc non pōt quis iudicare duas
eſſe ꝯtradictorias niſi apprehendat vnū
falſum:imo niſi ſimul apprehendat in/
cōpoſſibilia. ¶ Prima ꝓpō. Oīs etiā co/
gnitio intellectiua iudicatiua reſpectu
alicuius cōplexi ꝑſupponit cognitionem
intellectiuā appꝛhenſiuā reſpectu eiuſdē
Conſtat eñ apud multos: immo oēs
intelligētes ꝙ alique ꝓpoſitiōes ſūt neu
tre intellectui:licet in ſe ſint vere vel fal/
ſe: vt ſi quis dicat papa celebrat in eccle
ſia lateranenſi:nec aſſentio nec diſſentio:
qꝛ ego non video:ꝛ ipſa eſt poſſibilis ta/
men ꝯtradictoria ei⁹ etiā pōt eſſe vera ꝛ
ideo nō eſt mihi euidens: et ſic relinquiꝰ
ipſa neutra apud intellectū meū. ¶ Se/
cunda propoſitio. Omnis cognitio in/
tellectiua iudicatiua non ſolum preſup/
ponit noticiam apprehenſiuam comple/
xi:ſed etiam terminorū. patet: quia oīs
noticia intellectiua complexi preſuppo/
nit noticiam vel apprehenſionem incom/
plexorum. Queſtio igitur eſt de cogni/
tione intellectiua apprehenſiua. ¶ Tri/
plex eſt creatura. Quedam eſt cui repu
gnat cognoſcere et intelligere: vt eſt illa
que nullo modo poteſt cognoſcere vl' in
telligere vt lapis:lignum:ſol:luna. Sic
non accipitur creatura in queſtiōe:quia
ſm phm. vij. metaphi. Ad hoc ꝙ omne
probleuma ſit bonū oportet ꝙ preſuppo
nat certum et querat dubium. Certum
eſt aūt ꝙ deus eſt cognoſcibilis:et nulla
talis creatura poteſt intelligere deum ꝛ
ſic queſtio eſſet inanis. Alia creatura eſt
cui repugnat intelligere non aūt cogno/
ſcere vt eſt natura oīs bruti. Omne eñ
anial habet ſenſitiuā potenciā: licet non
oīe habeat quinqȝ ſenſus. Si eñ anial
non cognoſceret (vt canis) quereret ali
mentū in igne vel aquā quēadmodū in
coquina:ꝛ ſic periret. De⁹ aūt nullo mo
do eſt ſic cognoſcibilis a creatura. Cor/
relariū. Creatura nō capitur hoc mō in

noticia { Senſitiua / Intellectiua { apprehenſiua / iudicatiua }

queſtione Bonauentu. Sequitur etiaꝫ
ꝙ potentie nr̄e ſenſitiue non poterūt co/
gnoſcere deum in ſe cū ſint eiuſdē natu/
re in nobis et brutis. Ipſe em̄ ſicut et ce/
tera bruta nihil cognoſcunt niſi ſenſibi/
lia: ſed deus non eſt ſenſibilis. Tercia ē
creatura cui non repugnat: ſed conuenit
intelligere ꝛ cognoſcere: vt angelus ꝛ ho
mo: et de hac intelligit̄ queſtio mota.

Pro reſolutiōe queſtio

nis. ¶ Prima ꝑpoſitio. Cum deus in ſe
ſit ſumma lux: ſequit̄ ꝙ deus eſt ſumme
cognoſcibilis ꝛ ſūme intelligibilis ꝙ̄tuꝫ
eſt de ſe: ſicut enim vnūquodqꝫ habet ſe
ad entitatem ſic ſe habet ad cognoſcibili
tatem. Sed duplex eſt lux: ſcꝫ corꝑalis ꝛ
creata: ꝛ ſic deus non eſt lux: alia eſt ſpi/
ritualis et increata: et ſic deus eſt lux.
¶ Scd̄a ꝑpoſitio. Deus nō ſolū eſt ſum
me cognoſcibilis in ſe: ſed etiam eſt ſum
me cōplens intellectuꝫ nr̄m. Scd̄a pars
patet: qꝛ illud eſt ſumme cōplens intelle/
ctum in quo poteſt perfecte q̄etari intel/
lect⁹ nr̄: ſꝫ i deo nō pōt ꝑfecte q̄etari intel
lect⁹ noſter. ergo ꝛc̄. ¶ Tercia ꝑpoſitio.
Deus eſſet a nobis viatorib⁹ ſumme co/
gnoſcibilis et clariſſime ꝙ̄tum eſt de ſe:
ſi non eſſet defectus ex parte nr̄i intelle/
ctus. Ratio eſt: quia ſumus in ſtatu na/
ture lapſe: pro hoc em̄ ſtatu nihil poſſu/
mus intelligere niſi reluceat in fantaſma
tibus. Status aūt eſt ſtabilis permanē
tia legibus diuine ſapientie firmata: vi/
de ſcotū ſuꝑ hoc. Pōt āt duplex aſſigna/
ri ratio quare nullus pōt intelligere ali/
quid pro ſtatu iſto niſi illa quorū ſpeci/
es relucent in fantaſmatibus. Prima eſt
quia deus vult. Alia eſt propter iuſticiā
punitiuā punientē pctm̄ primi parentꝭ:
et illam aſſignat Aug⁹. Vel eſt concor/
dia potentiarum: quia pro ſtatu iſto ni/
hil poſſumus itelligere niſi cuius ſingu/
lare poteſt fantaſiari a fantaſia. Iſta cō
cordia non ineſt anime noſtre inꝙ̄tū ani
ma eſt: quia talis concordia non erit in
anima ſeparata. Nec eſt propter corp⁹:
quia poſt reſurrectionem cū corpore po
teſt anima intelligere deū ſicuti eſt. Nec
vt eſt in corpore mortali: quia i ſtatu in/
nocentie fuit anima coniuncta corpori
mortali: et tamen non habuit illam con/
cordiam. Cauſa autem eſt quia anima
eſt coniuncta corpori mortali poſt lapſū
ſeu poſt peccatum primi parētis. ¶ No/
tandum pro argumentis que ſunt pro
parte vera: aliqua res poteſt capere de/
um duobus modis. Uno modo eo ꝙ ha
bet deum preſentē ſibi per ſubſtanciaꝫ ꝛ
eſſentiam veram intimuꝫ ſibi: hoc modo
omne ens creatum capit deum. Alio mo
do: quia poteſt attingere deum intelligē
do ꝛ amando eum: ſic ſola natura intel/
lectualis intelligit eum vel capit eum.
Sed contra canitur. Quem totus non
capit orbis ꝛc̄. Pro q̄ dico: ꝙ tercio mo/
do res poteſt capere deū detentiue ꝙ ſic
ſit ibi: vt alibi eſſe nō poſſit: vt carcer de/
tinet captiuū: ꝛ ſic de⁹ a nullo poteſt de/
tineri vel capi: eo ꝙ neceſſario eſt vbiqꝫ.
¶ Cognitio eſt duplex: ſcꝫ per preſentiā
obiecti: et dicitur intuitiua: vt cognoſco
albedinem preſentem. Illa auteꝫ cogni/
tio multo nobilior eſt ꝙ̄ cognitio ꝑ ſimi/
litudinem. Alia autem eſt cognitio per
ſimilitudinem: et illa dicitur abſtracti/
ua: et eſt illa qua aliquid non preſens in
ſe cognoſcitur per ſuam ſpeciem. ¶ Pro/
poſitio. Anima noſtra ſeu intellect⁹ no/
ſter non eſt ꝑportionatus pro ſtatu iſto
ipſi deo in ratione obiecti. Unde licet de
us ſit intime ipſi anime preſens per illa/
pſum ſeu intimitatem: nō tm̄ eſt ſibi pre/
ſens in ratiōe obiecti intelligibilis. Un/
de anteqū aliquod obiectum intelligibi/
le intelligatur a potentia noſtra intelle/
ctiua quattuor requiruntur: ſcꝫ propor/
tio: vt potētia ſit proporcionata tali ob/
iecto. Unio vt potentia vniatur ſeu ſe/
cipiat. Iudicium vt ipſa iudicet. Et in/
formatio vt videlicet ipſa informetur a
tali obiecto et ei⁹ intellectione: hoc tam

quid est status

eſt imperfectionis.

Pro ſolutione argumētorum. Cognitio eſt duplex ſcꝫ cōphenſiua ꝛ apphenſiua. Apphenſiua eſt illa qua aliquod obiectū intelligitur ab intellectu noſtro ſiue intelligatur q̄tum in ſe eſt intelligibile ſiue nō: id eſt ſiue intelligatur perfecte ſiue non. Intelligit hic: id eſt manifeſtatur intellectui. Alia cognitio eſt comprehēſiua ꝛ eſt illa quā aliquod obiectū intelligitur vel cognoſcitur tantū q̄tum ipſum intelligibile eſt: hoc eſt quod dicit Bonauentura ꝙ eſt illa que conſiſtit in incluſione totalitatis. Sed talis modus loquendi nō approbatur a modernis doctoribꝫ. ¶ Correlarium. Ex hoc ſequitur ꝙ intellectus noſter nō comprehendit deum: imo nullus angelus nec intellectus beatꝰ alius ab intellectu anime chriſti. Intellectus anime chriſti intelligit deum q̄tum intelligibilis eſt. Nec tamen ex hoc ſequitur ꝙ anima chriſti comprehendat deū quia licet deus non cognoſcat plura obiecta q̄ intellectus anime chriſti: tamen intellectus diuinus infinite et infinito actu independenter omnino intelligit. Intellectus autem anime chriſti dependēter ꝛ finite intelligit omnia: quia hoc ſibi cōmunicatur a deo. Unde Iſidorus. Trinitas eſt ſibi ſoli nota ꝛc. Quid autē requiratur ad hoc ꝙ aliquid cōprehendatur ab aliquo intellectu dictū eſt ſupra. ¶ Duplex autem eſt proportio ſcꝫ Aſſimilationis ꝛ eſt illa: quando extrema proportionabilia habent quandam aſſimilationem. Alia eſt equalitatis quando extrema proportionabilia habent quandam equalitatē. ¶ Propoſitio. Anima noſtra intellectiua habet proportionē aſſimilationis ad quodlibet obiectū intelligibile: et per conſequens ipſum deum. patet quia anima que eſt extremum proportionabile intelligit obiectum quod eſt quid extremū per ſpeciem que eſt ſimilitudo obiecti: Patet etiā quia anima intelligit intellectione que intellectio eſt ſimilitudo obiecti. ergo aſſimilatur obiecto ꝛ ſic habet proportionē aſſimilationis: imo actus intelligendi eſt expreſſior ꝛ maior ſimilitudo obiecti. Duplex autē eſt obiectum ſcꝫ Intelligibile preciſe vt deus Senſibile preciſe vt lapis. Inter animam autem noſtram ꝛ deum nulla eſt proportio equalitatis. ¶ Duplex eſt diſtantia: ſcꝫ Entitatiua et ſic aliqua diſtant ſm rationē entis. Alia eſt ſm cognoſci et ſic aliqua diſtant ſm rationē cognoſcibilis. ¶ Propoſitio. Plus diſtat verū increatum: id eſt deus ab intellectu noſtro q̄ obiectū ſenſibile ab intelligibili. Inter deum enim ꝛ creaturam eſt infinita diſtātia entitatiua. Deus autē non diſtat tantum ab intellectu noſtro ſm rationē cognoſcibilis quātum diſtat ſm rationem entis. Obiecta autem intelligibilia ſūt illa que nullo modo ſunt ſenſibilia: et ſic mere ſpiritualia dicūtur obiecta intelligibilia prout diſtinguūtur contra ſenſibile vt deus angelus anima: ꝛ ſic accipit Sanctus Bonauentura. ¶ Pro ſolutione ſecundi argumenti ſumpti ex ſecūda ſuppoſitione. Nota ꝙ infinitum eſt duplex ſcꝫ in q̄titate ꝛ illud dicitur per oppoſitionem ad ſimplex: quia ſi eſſet infinitū mole haberet infinitas partes. Aliud eſt infinitū in capacitate ꝛ ſic anima intellectiua capit id eſt habet deū intelligendo ꝛ amando. Non tamen capitur eius totalitas .i. non tantū intelligitur q̄tum eſt intelligibilis. Non ergo ſequitur capit deum. ergo comprehendit deum. ¶ Iudicium eſt duplex Diſcretiuū ꝛ eſt illud quo intellectus iudicat de aliqua re an ſit vel non: et dicitur cognitio iudicatiua. Aliud eſt approbatiuum et eſt illud quo iudicatur de particularibus ꝛ illa non eſt cuiuſlibet obiecti. iſta autem. Omne quod iudicat de aliquo habet poteſtatem ſuper illud verum eſt de iudicio approbatiuo ſm leges.

¶ Lata etiam eſt differentia inter legem et iudicium. Nam iudex preſupponit legem tanq̄ regulam: vnde nõ iudicat legem vel de lege vtrum vera ſit vel falſa: quia lex ſemꝑ eſt in vniuerſali: vt omnis homicida iniuſtus eſt interimẽdus. Judicat autem ſm legem de his que continentur ſub lege: quia iudicium vt eſt approbatiuũ vel reprobatiuũ ſemꝑ eſt de particularibus: vt quia iſte eſt homicida iniuſtus: ideo occidendus.

¶ Pro ſolutione tertij argumenti. Illa propoſitio eſt ſimpliciter falſa. Anteq̄ aliqđ obiectum intelligatur oportet ꝙ ipm informet intellectum noſtrum. Cũ autem additur per eſſentiam vel ꝑ ſpeciem iam aliud eſt. Neceſſe enim eſt cognoſcibile eſſe in cognoſcente. ¶ Aliquid eẽ in intellectu poteſt intelligi dupliciter: ſcꝫ Subiectiue et realiter qđ informat intellectum vt ſunt intellectiones ſcientie: ꝟtutes: hoc modo lapis nõ eſt in anima ſcꝫ ſubiectiue. Alio modo obiectiue qđ intelligitur vel comprehendit ab anima vel ab ipſa potentia intellectiua. vnde qđcunq̄ obiectum creatuꝫ quicquid ſit de increato per ſpeciem vel per actum intelligendi eſt in intellectu ſicut cognitum in cognoſcẽte. ¶ Duplex etiam eſt ſimilitudo vel ſpecies ſcilꝫ Abſtracta et eſt ſpecies itelligibilis que abſtrahitur ab obiecto: et ſic deus non cognoſcit per ſpeciem intelligibileꝫ diſtincte rep̄ſentatiuam eſſentie dei: et hoc de potentia deordinata ſiue de lege cõmuni. Alia ẽ impreſſa et per hãc intelligitur ipſa noticia obiecti vel intellectio actualis ipſius obiecti: ꝛ per talem ſpeciem poteſt intelligi deus. Iſta ſimilitudo impreſſa a deo eſt inferior deo: licet poſſet dici qđdammodo ſimplicior anima in qua eſt. ¶ Iſta ſimilitudo dicitur quoddãmodo ſuperior anime intellectiue: quia efficit animam meliorem: nos enim ſumus meliores per cognitioneꝫ dei. Vñ dicit Aug. ix. de trinitate. cap̄ xi. Addens verbis illis predictis noticia dei digne placitaq̄ amata. ¶ Unde et anima comparat ad tria obiecta ſm eundem vbi ſupra. ſ. Ad excellentius ſe vt ad deum: ad indignius ſe ſcꝫ ad corꝑalia. Ad equale ſibi ſcꝫ ad animam ipſam. Et ſm hoc recipit trinã ſimilitudinem. Actus ergo intelligendi corporum ſeu corporalium eſt nobilior quoddãmodo q̄ corpora: quia modo ſpirituali eſt lapis in anima: ſcꝫ per ſpecieꝫ. Eo igitur ꝙ in nobiliori natura eſt intellectio: ideo quoq̄ perfectior eſt obiecto. Nam ipſa intellectio formaliter habet tale eſſe: quale participatiue vel denominatiue habet obiectũ cognitũ. ¶ Triplex auteꝫ eſt intellectio: ſcilicet ſuperior ipſo obiecto: vt intellectio corporis. Inferior ip̄o obiecto: vt intellectio dei. Eq̄lis ipſo obiecto intellecto: vt intellectio anime. Intellectio qua intelligit deum eſt ſimpliciter nobilior ꝛ ſuperior anima noſtra: cum deus ſit ſummum obiectuꝫ. Si dicatur deus eſt ſimpliciſſimum ergo non poteſt intelligi per aliquam ſimilitudinem. Nam omnis ſimilitudo ſimplicior eſt q̄ obiectum: cuius eſt ſimilitudo. Dico ꝙ maior eſt vera de obiecto creato non autem increato. Intellectiones autem corporum ſunt nobiliores q̄ ipſa corpora: cũ habeant eſſe ſpirituale: corpora vero corporale. Intellectio vero anime qua intelligit ſeip̄am: nec eſt ſuperior: nec inferior ea: ſed equalis. ſunt eñi eiuſdem nature ſcꝫ ſpiritualis. ¶ Iſta ꝓpoſitio. Omnis ſpecies eſt ſpiritualior ipſo obiecto cuius eſt ſpecies: vniuerſaliter intelligendo eſt falſa: ſed debet intelligi de corporalibus.

Secũdo querit Utrum deus ſit cognoſcibilis per creaturas.

Pro declaratione terminorum. Nota ꝙ duplex eſt cognitio ſcilicet A priori ꝛ dicitur illa cognitio que habetur đ aliqua re per ſuas cauſas vel per ſua principia vt cognitio hominis per ſua principia

intrinſeca ſcilz animal et rationale: dicitur cognitio a priori. Alia eſt cognitio a priori q̄ eſt per cauſas: vt eſt illa. Quicq̄d eſt cauſatū vel cauſabile ad btitudinē eſt beatificabile. Sed homo eſt cauſatus ad beatitudinē. ergo homo eſt beatificabilis: etiaꝫ eſt cognitio a priori per cauſas puta efficientē finalem ꝛc̄. Et de illa cognitione non querit queſtio quoniam hoc impoſſibile eſt pro ſtatu iſto. Alia eſt cognitio a poſteriori: et eſt illa q̄ habetur de re per effectum ſuū: vt ex particularibus experientijs cōcluditur vniuerſalis. Et de hac loquitur q̄ſtio Sancti Bonauenture. Unde aliquis habēs lapidem precioſum experitur ꝙ in auro vel in metallo habet efficaciā. Item medicus per experientiam cognoſcit iſtam. Om̄e reubarbarum eſt abſtractiuuꝫ colere: ignorat tamen cauſam eius. Similiter aliquis ſimplex cognoſcit ignem eſſe calefactiuum. ¶ Nota etiaꝫ ꝙ creatura in hac queſtione nō accipitur ſicut in precedenti: quia ibi ſolum capiebatur ꝓ natura rationali: al's enim fatua fuiſſet queſtio. hic vero capitur pro omni ente alio a deo. Et dicuntur creatura: quia omnia a deo creata ſunt large capiendo creatum.

Reſolutio queſtionis

Sancti Bonauenture ſtat in vnica concluſione: Que eſt talis. Cum deus ſit prima cauſa et ſupremus artifex cuiuſlibet creature: ipſe eſt cognoſcibilis per creaturas: et actu per ipſas cognoſcitur. Iſta concluſio habet duas partes. Prima pars iſtius concluſionis ſic euidens eſt vt concedāt eam philoſophi dicunt enim ſtatum eſſe in cauſis. Secunda pars prime partis probatur per illud. Omnium eſt enim artifex omnem habens virtutem omnia proſpiciēs. Licet enim ſol habeat cauſalitatem ſuper multa entia non tamen poteſt facere lunam nec ſtellas. Et ſic patet: ꝙ deus eſt ſupremus artifex. Secūda pars probatur in textu. ¶ Pro quo notandū ꝙ licet creatura q̄ntumcunq; perfecta diſtet in infinitum entitate a deo: habꝫ tamē quelibet creatura cōuenientiaꝫ analogie ad deum. Ex hoc enim ꝙ eſt effectus dei ſicut quodlibet artificiatum habet quandam conuenientiam cum artifice: vt patet de domo et domificatore. Si eñ quilibet effectus ducit in cauſam ſuam: ſic ꝙ in eo relucet ſapientia artificis multo magis in qualibet creatura relucet diuina ſapientia. Multo eñ magis dependent a deo q̄ꝫ artificiatum ad artificem vel ad quantūcunq; alium a deo. Unde Apoſtolus Roma. 1. Inuiſibilia dei a creatura mundi: id eſt ab homine per ea que facta ſunt intellecta conſpiciuntur: id eſt ex intellectione creatorum homo deuenit in cognitionem diuinorum: ſempiterna quoq; virtus eius et diuinitas ꝛc̄. Ideo autem homo dicitur creatura mundi: quia omnia creata ſunt propter hominem. Item homo conuenit cū omni creatura ſm beatum Gregoriū habet enim eſſe cōmune cum lapidibus viuere cum plantis: ſentire cum animalibꝰ et intelligere vl' diſcernere cum angelis. ¶ Arguitur ſic. Omne ſimile ducit in cognitionem ſibi ſimilis. Unde. Quelibet creatura eſt ſimilitudo dei: vel vt veſtigiū: vel vt imago. ¶ Queritur ergo que ſit differentia inter veſtigium et imaginem. Oportet ergo habere quid ſit imago: ſed hoc declarabitur in ſequēti parte huius diſtinctionis. Tamen vt intelligatur littera preſentis queſtionis oportet aliqua nos conſiderare de veſtigio. ¶ Unde veſtigium capitur dupliciter. Uno modo proprie: et ſic non reperitur niſi in corporalibus vel animalibꝰ. Et eſt ſimilitudo alicuius partꝫ animalis: que imprimit in aliquod corpus ſibi cedens: remanens in abſentia eius: vt ſimilitudo manus vel pedis impreſſa in niues vel in puluere. Si autem totus

bō voluтaret ſe ſeu imp̄meret in corp⁹ ſibi cedens: illud diceret imago eius. Veſtigiū aūt dr̄ imago ⁊ veſtigiuȝ reſpectu diuerſorū. veſtigiū em̄ dr̄ ꝺ toto q2 ducit ī cognitionē toti⁹ imago aūt ptis. Veſtigiū trinitatis nō ſolū repit in ſenſibilibꝫ ſed in omni ente. Quodlibet eni ens eſt vnū verum bonū. In his aūt tribus conſiſtit veſtigiū: vnitas em̄ appropriat patri: veritas filio: bonitas ſpūiſancto. Impoſſibile eſt ꝙ aliqđ exiſtens in deo dicatur formaliter pars. De rōne em̄ partis eſt ꝙ ſit minor toto. Impoſſibile autem eſt ꝙ aliquid imperfectū dicatur de deo. Alio mō capitur veſtigiuȝ ſimilitudinarie ⁊ trāſſumptiue. Ratio veſtigialis cōſiſtit in quibuſdā ꝯditionibꝫ cuilibet enti creato cōuenientibꝫ dicentib⁹ pfectionem ducentib⁹ nos in cognitionē cōmuniū: vt illa ſunt appropriata tribꝫ perſonis diuinis. Prima pticula patet. ſm em̄ oēs doctores veſtigiū cōſiſtit in vnitate: veritate ⁊ bonitate. Et licet alias etiam poſſit aſſignari plurib⁹ modis: de h̄ tamen poſtea habebim⁹. Secūda particula ducentibus nos ⁊c. vt em̄ Aug⁹ dicit: Si oīs creatura eſt vnum veruȝ ⁊c. q̄nto magis ipſaꝝ creator eſt vnus ver⁹ ⁊c. ¶ Ulterius notandum: ꝙ triplicia ſunt pdicata: ſcȝ Cōmunia ⁊ ſunt illa que cōmunicant tribus perſonis: vt oīa eſſentialia. Propria ⁊ ſunt illa que conueniunt vni ſoli perſone vel duabus tm̄. Appropriata ⁊ ſunt illa que ſm ſe ſunt communia tribus tamē appropriant ſpecialiter pſonis ad extirpādos errores. Regula. Omnia appropriata ſunt cōmunia tribus pſonis. ¶ Creatura etiā ducit nos in cognitionē trium de deo: q2 ducit nos in cognitionē cōmuniū vt cōmunia ſunt vt ſunt eſſe viuere intelligere vicȝ ꝙ de⁹ eſt: ſi em̄ creatura eſt: quāto magis deus eſt: ſimiliter ꝙ ſit intelligens: ſapiens: volens: ⁊ hoc modo dicit vmbra. Propriarum vt propria ſunt vt ꝙ habeat memoriam fecundā intelligentiam et voluntatem: ⁊ ſic dicitur imago. Cōmunium vt appropriata ſunt: et ſic veſtigialia ducunt nos in cognitionem dei. Hoc eſt qđ antiqui dixerunt ꝙ creatura repreſentaret deū tripliciter videlicet ſic̄ vmbra: vt veſtigiū ⁊ vt imago. Dum em̄ videmus vmbrā alicuius app̄hendimus eſſe luceȝ ex alia parte oppoſitā vmbre. Creatura ergo ſepe ducit nos in cognitionem dei ⁊ maxime homo: q2 vt vmbra. Nam vmbra ſepius ducit in cognitioneȝ vmbrati ſicut legit de ſancto Nicolao ꝙ ille agnouit eum per vmbrā. De hoc tamen et de quadruplici differentia inter veſtigium et imaginem in textu vide.

Pro ſolutione argumētorū

que ſunt pro parte falſa. Arguit ſic Uia ad erroreȝ nō eſt via ad cognitionē ſed cognitio per creaturā eſt via ad errorem. ergo ⁊c. Minor probat. Sap̄. xiiij. Creature dei ſunt: in deceptionē: in odium: ⁊ in muſcipulā pedibus inſipientiū. Et Nicola. de lyra exponit de diabolo. Reſpōſio ſtat in tribꝫ diſtinctionibus ⁊ quibuſdā propoſitionib⁹. ¶ Prima diſtinctio. Creatura poteſt capi dupliciť. Uno modo q̄tum ad ſpeciales ,ppꝛietates eius que dicūt imperfectioneȝ. Alio modo q̄tum ad cōmunes proprietates dicentes perfectioneȝ. Pro declaratione huius diſtinctionis. ¶ Prima ,ppoſitio Omnis creatura q̄tumcūqꝫ parua habet aliquā perfectionem. pfectiones em̄ creaturarum ſunt diſperſe in creaturis. omnis em̄ creatura eſt bona. Gen̄. 1. Bonum autem ⁊ perfectū idem ſunt. v. metaphi. ¶ Scđa propoſitio. Omnis creatura q̄tumcunqꝫ magna habet aliquas imperfectiones. patet de angelis qui in ſua natura ſunt mutabiles: vt patet in caſu malorum angelorum: vt etiam dicit beatus Gregorius. v. moraliū ſuper illud Iob. Et ī angelis ſuis reperit prauitatem. ¶ Secunda diſtinctio. Proprietas importans imperfectionem poteſt

cõparari ad deũ dupl'r. Uno mõ poſitiue ⁊ attributiue vt lapis eſt durus et ledit pedẽ: deus ledit. Alio mõ negatiue: remotiue vel ablatiue vt deus nõ eſt durus ⁊ groſſus: deus neminẽ ledit. ¶ Tertia ꝓpõ. Intellectus creatus attribuẽs ꝓprietates ſpeciales creaturarũ q̃ dicũt imꝑfectionẽ ipſi deo errat. patet qꝛ nulla ipfectio ẽ deo attribuẽda. Correlariũ. Attribuere deo ꝙ ſeneſcat vel ꝙ habeat griſeam barbam eſt error. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Intellect⁹ creatus remouẽs proprietates ſpãles creature dicẽtes imꝑfectionẽ a deo recte iudicat. ¶ Tertia diſtinctio. Cõditiones gñales creature q̃ dicunt ꝑfectionẽ poſſunt dupl'r cõſiderari. Uno mõ ſiſtendo in ſe ⁊ abſolute. Exemplũ pictura aliq̃ pulchra ſi cõſideret' vt pulchra ſeu delectabil' viſui vl' cõſiderat' vt repñtatiua alicui⁹ vel vt imago. Alio mõ cõparando eas vel referẽdo ad deũ a quo ſunt. ¶ Quinta ꝓpõ. Intellectus creatus cognoſcẽs cõditiones creaturarum dicentes perfectionez ſiſtendo ibi tanq̃ in pulchritudine earũ deuiat: ¶ Sexta ꝓpõ. Intellect⁹ creatus cognoſcens ꝑfectiones vel conditiones creaturarum dicentes ꝑfectionẽ vt ſunt ſapientia bonitas veritas ⁊c̃. referendo ad deũ ⁊ attribuẽdo illas deo in ſummo cognoſcit eũ ꝑ eſſentiã. ¶ Regula. Omnis ꝑfectio ſimpl'r attribuenda eſt deo in ſummo. Nam viuere eſt ꝑfectionis. Cognoſcens ergo ſe viuere ⁊ illud attribuẽs vl' referens in deum attribuit ei vitã ꝑ eſſentiam. ¶ Pro ſolutione ſecundi argumenti. Creatura eſt vmbra vel tenebra: iſta eſt ſolutio methaphorica. Tenebra eñ nõ eſt niſi priuatio lucis. Ex quo autem creatura in quadam elongatione et confuſione repñtat deũ ſeu ducit in cognitionem dei vt effectus in cauſam ⁊c̃. ideo dicitur vmbra ⁊c̃. vt ſupra habitum eſt. ¶ Aſcenſus in deũ põt intelligi dupl'r. Unus ꝑ quẽ aſcendim⁹ in p̃ſentialitatẽ dei. Alius eſt equalitatis vel equiparantie. ¶ Prima ꝓpõ. Nulla creatura poteſt eſſe mediuz aſcendendi in deum aſcenſu equalitatis. ¶ Scðа propõ. Creatura põt eſſe mediũ aſcendendi in deũ aſcẽſu ad aſpectũ p̃ſentie eius. i. ad cognitionẽ dei. ¶ Item in tertio argumento Bonauentura accipit cõmunicare cõmuniter vt cõmunicare in aliquo cum altero: id eſt conuenire cum illo.

Queritur tertio. Utrũ

tatis eſt ipſe amor. Nota tñ ꝙ habitꝰ capit̃ hic valde large ⁊ extẽſe. ¶ Ulterius notãdũ ꝙ habitꝰ ẽ tripl'r in aia. Primo ex acq̃ſitõe. ſ. ex actibꝫ freq̄nt̃ elicit̃: hi nõ ſũt coeui aie. Scdo ex innata diſpoſitõe. Et lꝫ hec ſit coeua aie: non tñ oportet ꝙ habitꝰ ex tali ſit coeuꝰ aie. Tertio hitꝰ eſt in aia ex naturali origine aie. hi ſunt concreati cõnaturales ⁊ coeui. Uñ nota ſm. s. Bonauẽ. ꝑmã ſolutõez ꝙ aia põt diligere aliena ex hitu acquiſito. Diligit etiã ꝓpꝛiũ cõmodiũ: et h̃ ex innata diſpoſitiõe q̃ facilit̃ cogñſcit ⁊ diligit ſibi cõuenĩẽtia ⁊ fugit diſcõuenĩẽtia. Diligit etiã ⁊ intelligit ſeipam: ⁊ h̃ ex hitu naturali ſiue habitibꝫ ſibi inditis ↄcreatis ⁊ ↄſubalibꝫ. Nota finalit̃ ꝙ triplex eſt habitus acq̃ſitꝰ vicꝫ infuſus: ⁊ inditꝰ ſiue innatus. Et eſt ille q̃ eſt ↄcreatus ipſi aie. Propõ. Talibus habitibꝫ ipa aia naturali dilectione diligit ſe ⁊ intellectione ſibi naturalit̃ indita itelligit ſe: vt dicit. s. Aug.

Scdo querit̃ de iſtis in

cõparatõe ad inuicẽ ſm triplicẽ cõparationẽ vicꝫ ordis: eq̃litatꝫ ⁊ ↄſubalitatis. Prio ꝑ terminoꝝ declaratiõe venit notãdum q̃nõ hec tria. ſ. mens: noticia ⁊ amor poſſint intelligi hr̃e ordinẽ eq̃litatẽ ⁊ cõſubſtãtialitatẽ. ¶ De ꝑmo declarat̃ ꝙ mẽs: noticia ⁊ amor habeant ordinẽ int̃ ſe põt intelligi dupl'r. Uno mõ ↄſiderãdo ea i ſe ⁊ abſolute. Scdo mõ ꝙ hẽant ordinez in cõparatiõe ad actus. ¶ Prima ꝓpõ. Si ↄſiderant̃ int̃ ſe ⁊ abſolute tũc nõ hñt ordinẽ pꝫ: q2 iſta tria ſunt coeua aie: ḡ non hñt ordinẽ ſaltẽ tp̄is inter ſe cũ habitus in ꝓpoſito capiant̃ pro habitibꝰ inditis ⁊ non ꝓ acq̃ſitis. ¶ Scda ꝓpõ. Iſta tria ſm ꝙ cõparant̃ ad actus ſuos hñt ordinẽ. patet hoc: q2 noticia ſemꝑ precedit volitionem: quia nihil volitũ niſi cognitũ. ¶ Declaratio ſecũdi ꝙ mens: noticia et amor ſint equalia: põt intelligi etiã dupliciter. Uno mõ quo ad vnitatẽ. Propoſitio. Non oportet ꝙ illa tria ſint eq̃lia in entitate: nec de illa equalitate intelligitur ⁊c̃. Scdo mõ pñt dici equalia ꝑ cõparationẽ ſuꝑ ſeipam. Propõ. Tunc dico ꝙ eſt ibi eq̃litas: nã aia intelligẽdo ſe põt ſe cognoſcere quãta ipa eſt: ſi ſaltem diſtincte ſe cognoſcat. Etiam tm̃ diligit ſe q̃tuꝫ ſe cognoſcit ⁊ intelligit. Propõ. De illa eq̃litate eſt intelligẽda qo. ¶ Declaratio tertij. Aliqua poſſunt intelligi ↄſubſtãtialia q̃m ſunt vna et eadẽ res: lꝫ ſit diſtinctio formalis inter ea: ⁊ ſic cum intellectus ⁊ voluntas ſint realiter ipſa aia ⁊ idẽ realiter: licet diſtinguantur formaliter: ideo ibi eſt ↄſubſtãtialitas.

Reſolutio queſtionis

ſtat in tribꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpõ. Iſta tria mens noticia ⁊ amor ꝑ cõparationẽ ad actꝰ hñt ordinẽ. pꝫ: q2 mẽs ibi ſumitur pro ipſa ſuba aie: put includit duos actꝰ ꝑmos vel duplicẽ fecũditatẽ: reſpectu noticie ⁊ reſpectu amoris. Et ſic pꝫ quõ ſit ibi ordo: nã aia ꝓut eſt ſub ꝑmo actu ꝓducit noticiã. Ipa etiã aia ꝓut ẽ ſub actu ſcdo. ſ. volũtate ꝓducit amorez cui etiã preſupponit̃ intellectio ſiue noticia. ¶ Scda ꝓpõ. Mẽs noticia ⁊ amor habent equalitatẽ inq̃tum conuertit ſe ſupra ſe. pꝫ: q2 ipſa noticia noſcit ſeu intelligit ipam aiam q̃tũ eſt intelligibilis ⁊ amor amat tm̃ q̃tum eſt amabilis ipa anima: ergo ⁊c̃. ¶ Tertia propõ. Mens noticia ⁊ amor habẽt ↄſubalitatẽ int̃ ſe: illam ꝓpõnem negaret doct. ſubti. quia noticia ⁊ amor cũ ſint actus ſcdi: et accidẽtia nõ pñt eſſe cũ ipſa aie ſubſtãtia idẽ realiter. Sed forte diceret̃ ſm. S. Bonauen. ꝙ iſta ſunt conſubſtantialia anime: q2 dictũ eſt ſupra ꝙ noticia et amor quibus ipſa anima intelligit ſe ⁊ diligit ſe ſunt habitus concreati: ideo dr̃ ꝙ ſunt conſubſtantiales anime.

Tertio et vltimo querit̃

tur. Utrũ hec trinitas imaginis ſcꝫ mentis noticie et amoris ducat neceſſario in

cognitionē trinitatis ꝙ̃tum ad pſonas. Termini ſunt ſupius declarati: ideo videamus de reſolutione.

Reſolutio queſtionis

ſtat in trib9 ꝓpōnib9. ¶ Prima eſt. Nullus viator ꝙ̃tūcunq; pollēs ingenio pōt ꝑ rōnē naturalē ⁊ euidentē vl' ꝑ imaginē trinitatis exiſtentē in nobis deuenire ſiue cognoſcere trinitatē perſonarū in vnitate eſſentie. Ubi notandū ꝙ duplex eſt intellectio in deo ingenita.ſ.et producta. Ingenita eſt illa q̄ eſt eadē numero ī tribus perſonis. Noticia aūt genita eſt ipe filius ⁊ ſcd̃a pſona ī diuinis. ¶ Scd̃a ꝓpoſitio. Fidelis ſeu catholicus per fidez quā habet pōt deuenire in cognitionem trinitatis pſonarū cū vnitate eēntie. Et hoc ꝑ trinitatē imaginis creditā exiſtentem in nob̄ ab eo ⁊c̄. Correlariū ſequit̄ ꝙ hō creatus ad imaginē ⁊ ſimilitudinē dei fact9 ſit: ſolū eſt creditū. Et non pōt naturali rōne demōſtrari. Notanduz ꝙ duplex eſt amor: improductus ſiue eſſentialis ⁊ ꝓductus ſiue notionalis. Eſſentialis amor eſt actus ſimpliciſſim9 quo deus diligit ſe ⁊ oīa ꝓpter ipſum. Et ille eſt cōis tribus. Amor vero ꝓductus ſiue notionalis eſt ipſe ſpūſſanct9 ſiue tertia pſona in diuinis. ¶ Tertia ꝓpō eſt ꝙ phi per trinitatem quā habemus in aīa noſtra quā ipſi ignorauerūt eſſe imaginē dei potuerunt deuenire in cognitionem trium appropriatorum perſonis diuinis ſic patet hec queſtio.

Circa diſtinctionē

quartam querit̄ primo, Utruz hec locutio deus genuit deū in diuinis ſit ꝯcedenda. Pro declaratione terminoꝝ. Notandū ꝙ oīa verba cuiuſcūq; tpis ſiue p̄teriti ſiue futuri ſiue īportant actus eſſentiales ſiue notionales dicūtur vere de deo ⁊ eſt regula oīm theologoꝝ generalis. Iſta regula fundat̄ in iſto dicto Aug. ſup illo verbo. Quecūq; audiui a pr̄e ⁊c̄. Notanduz ꝙ iſta verba lz dicātur de deo nō dicūt tñ dr̄ias diuerſas. ¶ Prima ꝓpō. Uerba diuerſoꝝ tēpoꝝ nō dicūt dr̄iam tpis put dicūtur de deo. ¶ Scd̃a ꝓpō ꝙ idem ſunt pñs p̄teritū ⁊ futurū in deo. ¶ Tertia ꝓpō ꝙ iſta v̄ba diuerſoꝝ tpm vt dicunt̄ de deo īportant nūc eternitatis nō tñ abſolute: ſed prout coexiſtit plurib9 partib9 tpis.

Reſolutio queſtionis

ſtat in vna propōe ⁊ q̄tuor reglis. ¶ Propoſitio eſt talis ꝙ hec ꝓpō deus genuit deū de rigore v̄boꝝ eſt vera. Ubi notandū ꝙ duplex eſt gñatio: vniuoca et equiuoca. Uniuoca eſt illa q̄ generat̄ aliqd ſile in natura ſpecifica generāti. Equiuoca vero eſt q̄ generat̄ aliqd diſſimile in natura ſpecifica generāti. Propō nr̄a intelligit̄ de gñatione vniuoca. Notandū ꝙ q̄cq̄d hʒ pr̄ realr hʒ a ſe: fili9 aūt q̄cq̄d hʒ realr hʒ a pr̄e ꝑ gñationē. ¶ Prima regl'a logicalis eſt talis. Nomē abſtractū imponit̄ a forma ⁊ imponit̄ ipſi forme. Nomē v̄o ꝯcretū imponit̄ a forma: ſʒ imponit̄ ſb̄iecto: vt albū imponit̄ a forma albedinis. ſʒ nō forme imponit̄: ſʒ ſuppoſito.i. ſubiecto. Correlariū. Oē ꝯcretū ꝑ ſe ſ̾cato ſ̾cat ſuā formā: vt album albedinem. Pro denoīato aūt ſ̾cat ſubiectū. ¶ Alia regl'a. Talia ſūt ſubiecta q̄lia ꝑmittunt̄ ab eoꝝ p̄dicatis. Illa regl'a ſb̄ aliis v̄bis aſſignat̄ a ſctō Bona. in textu. ¶ Correla. Nulla dictio reſtringēs reſtringit aliquē terminū niſi ponat̄ ī eadē ꝑte cū illa dictōe. Sequit̄ correlariū. Nulla dictio poſita in ꝑte p̄dicati reſtringere pōt terminū poſitū a ꝑte ſubiecti. Et ecōuerſo. Nihil poſitū a ꝑte ſb̄iecti ⁊c̄. ¶ Scd̃a regula eſt ꝙ terminus hn̄s multitudinem ſuppoſitoꝝ.i. termin9 cōis: ſine diſtributione accept9: ſtat pro illo pro q̄ reddit locutionē verā: vt hō currit pro currente. Notandum ꝙ aliud eſt reſtringere. aliud eſt locutionem reddere verā: ⁊ aliud eſt ſignificare: et illud eſt ſupponere.

¶ Reddere locutionē verā eſt qñ reddit
vera pro vnico ſuppoſito vbi tñ ſubiectū
ſupponit ꝑ pluribꝫ diſiunctiue ꝛ hoc ma
xime in ꝓpōne ꝑticulari. Terminū ꝓo
reſtringere oportet ꝙ ſit dictio reſtricti-
ua poſita a parte eiuſdē termini. Exem-
plum. hō albus. Exemplū vbi nō valet:
hō eſt albus. rō eſt: quia additū illi ꝓpo
ſitioni ſignū vniuerſale fit vniuerſalis ꝛ
valet deſcenſus copulatiue. Sed qñ ad-
ditur termino reſtricto ſignū vniuerſale
ſolū confundit terminū pro illis tm̄ qui
ↄtinent ſub termino reſtricto. ¶ Tertia
regula eſt ꝙ termino habēti formā non
multiplicabilē vt eſt termin⁹ ſingularis
nō differt ꝑponere ꝛ poſtponere negatio
nem. Vñ nō differt dicere. petrus nō cur
rit ꝛ nō petrus currit. Que regula aliqñ
ſub verbis talis eſt. In terminis ſingula
ribus nō refert negationem ꝑponere vel
poſtponere añ faciendā negatiuā vel con
tradictoriā vni⁹ affirmatiue. Exemplū
vt nō deus genuit deum: vel deus nō ge-
nuit deū: ↄdicit huic deus genuit deum.
¶ Termin⁹ ſingularis ē ille q̄ aptus na-
tus eſt ꝑdicari de vno ſolo tm̄ ꝛ ſic in hoc
ↄueniūt oēs logici ꝙ termin⁹ diſcretus
ſignificat ſbiectū incōicabile. ¶ Ex quo
ſequit ↄ ſctm̄ Bonauēturā. ꝙ de⁹ nullo
mō eſt termin⁹ ſingularis. Ideo oēs ille
ꝓpōnes. de⁹ generat deū: ꝛ deus nō gene
rat deū ſunt indefinite. ¶ Contra. ergo
ſequitur ꝙ illa ſit vera. deus nō generat
deū. Concedo ꝙ oēs ille ꝓpōnes ſunt ve
re. probat: qꝛ ſicut in illa ꝓpōne. deus ge
nuit deū: de⁹ ſtat ꝓ ꝑſona pr̄is: ſic in illa
ꝓpōne. deus nō genuit deū. ly deus ſtat
pro filij ſeu ſpūſſancti ꝑſona. ¶ Sed tūc
qd ad doctorē ſctm̄. Dicēdū ꝙ hoc fecit
amore antiquoꝝ q̄ hoc dicebāt ↄ heretī-
cos. ¶ Quarta regula ē iſta. Relatiuū
refert antecedēs ſub eodē mō ſupponēdi
ſub q̄ antecedēs ꝑceſſit ipm̄ relatiuū niſi
faciat relationē ſimplicē. ¶ Ubi notādū
ꝙ duplex ē relatio ſcꝫ ſimplex ꝛ ꝑſonalis
Relatio ſimplex. q̄ nō refert idē antece-
dēs numero. Exēplū. Mulier dānauit
q̄ ſaluauit gen⁹ huanū. Relatio ꝑſonal
q̄ refert idē antecedēs numero. Exēplū.
mulier currit q̄ mouet. Et hoc ē qđ ipſe
ſctūs Bonauentura dicit in lra niſi ha-
beat ſuppoſitionē ſimplicē. ¶ Notandū
ꝑſolutione vltimi argumēti. Qꝛ quan-
docunq; mutat hoc aliqd in quale quid
ſemꝑ cōmittit fallacia figure dictionis.
Hoc aliqd eſt ſingulare. Sed quale qd
eſt vniuerſale. Exemplū. Petrus eſt in-
diuiduū. ergo hō eſt indiuiduū. Et ecō-
tra tenet illa regula. Exemplum. hō eſt
ſpecies: ergo ſortes eſt ſpecies ꝛc̄.

Queritur ſecundo. Utrū

vnitas eſſentie admittat hanc. Deus ge
nerat aliū deum. Pro terminoꝝ declara
tione notandū. Qꝛ oīs ꝓpoſitio in qua
ponit ille termin⁹ alius vel differt vel di-
ſtinguit: exponitur ꝑ tres ꝓpōnes quarū
due prime ſunt poſitiue extremoꝝ. Alia
vero eſt negatiua extremoꝝ. Exemplū.
Sortes ē alius a platone. Exponit ſic.
ſortes eſt: plato eſt: ꝛ ſortes nō eſt plato.
Defectu cui⁹ illa ꝓpō eſt falſa. ſortes eſt
alius a chymera. probat: quia aliq̄ expo
nentiū eſt falſa. patet ꝑ regulā generalē.
Qñcunq; aliqua exponentium eſt falſa
ipſa exponibilis eſt falſa. Simili mō eſt
de illa: Hō viu⁹ differt ab hoie mortuo.
¶ Nota differentia eſt int illas tres ꝓpo
ſitiones. Sortes ē ali⁹ ab hoie. Sortes
eſt ali⁹ humanitate: ſortes eſt ali⁹ in hu-
manitate. Nā cū dr̄. Sortes eſt alius ab
hoie. hic ly hoie eſt terminus alietatis ꝛ
ſtat ↄfuſe diſtributiue. Regula generalr
Oīs termin⁹ cōis ſequēs terminū alieta
tis tenet confuſe ꝛ diſtributiue. Et ideo
iſta eſt falſa. Sortes ē alius ab hoie. pro
batur quia ſequeret ꝙ eſſet ali⁹ a ſeipſo.
Sed illa ꝓpō. Sortes ē ali⁹ humanita-
te tm̄ valet acſi diceret. Sortes differt a
prunello vel alio: humanitate: quia ſola
ſua humanitate differt: cum humanitas
ſit rō formal differentie a prunello. Vñ

iſta eſt falſa. Sortes eſt alius humanitate a platone ⁊c̄. quia humanitas non eſt ratio formalis differentie ſortis a platone. ¶ Tertia propoſitio. Sortes eſt alius in humanitate. ibi ly in humanitate ſpecificat terminū alietatis.

Reſponſio ad q̄ſtionē

Notandū ꝙ doctor ſeraphicus r̄ndendo ad q̄ſtionē primo ponit quādā opinionē quā improbat maxime ꝑ illā regulā generalem oīm grāmaticoꝝ videlicet. Qꝫ omne adiectiuū habēs imediate ſibi adiunctū ſuū ſubſtantiuū nō p̄t ſubſtantiuari: vt hō albus. Alia regula generalis logicoꝝ. Quotienſcūqꝫ ponit̄ adiectiuū imediate ad ſuū ſubſtantiuū ponit ſignificatū ſuū circa ſubſtantiuū. ¶ Alia regula. Non habet locū diſtinctio ſcꝫ eſſentialis vbi diuerſis ex cauſis nō eſt vnio. probat̄. Quia ꝓpter vnitatē eſſentie diuine q̄ eſt vna cauſa vniunt̄ tres ꝑſone in diuinis. ergo ⁊c̄. Secus autem eſt de humanitate in q̄ conueniunt ſortes ⁊ plato. ¶ Notandū ꝙ in diuinis triplicia ſunt vocabula: quia quedam ſunt que important oīmodā diſtinctionē: q̄dā vero omnimodā vnionē. Alia vero q̄ partim important diſtinctionē et partim vnionem. ¶ Prima ꝓ. In diuinis nō admittuntur vocabula que oīmodā important diſtinctionē. ¶ Correlāriū. Ideo illa non admittit̄: imo eſt falſa. Deꝰ generat aliū deū. ¶ Sc̄da ꝑpō. Vocabula omnimodam vnionē importantia: nō admittunt̄ in diuinis. Correlariū. Ideo illa eſt falſa. Deus genuit ſe ꝓpter illū terminū ſe: qui importat omnimodā vnionē. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Vocabula medio modo ſe habentia q̄ videlicet importāt partim diſtinctionē ⁊ partim vnionē admittunt̄ in diuinis. Correlariū. Illo mō admittit̄ illa. Deꝰ genuit deū. Notādū ꝙ lata eſt differētia int̄ alterū ⁊ aliꝰ. Quia aliꝰ in neutro genere ſꝑ dicit diuerſitatē nature vel eſſentie. Sꝫ alterū ſolū dicit diuerſitatē accidentalē. patet hoc qꝛ logici cōcedunt illā ꝙ ſortes ſenex eſt alter a ſeipſo nō eſſentialit̄ ſcꝫ ſed accidētaliter. Et iō illa cōcedit̄ ab Auguſtino. P̄r genuit alterū deū. ¶ Sed ꝯ arguit̄. Illa eſt vera. Deus genuit aliū: vel ergo aliū deū: vel aliū nō deū: nō aliū nō deū: ꝗ aliū deum. ¶ R̄ndet̄ ꝙ nec aliū nō deū nec aliū deū ¶ Pro quo notandū ꝙ q̄ncunqꝫ ſunt aliqui termini cōplexi ſiue cōpoſiti ad dandum cōtradictionē neceſſe eſt negationē cadere ſuꝑ totā cōplexionē vt patet in ill' aliū deū et aliū nō deū: nō ꝯdicūt: ꝓpt qꝛ negatio nō fert̄ ſupra totā complexionē. Sed ille ſunt cōtradictorie. Aliū deum ⁊ non aliū deū. prima eſt falſa ⁊ ſecunda vera. Notandum vlterius ꝙ theologi faciunt differētiā inter alius et aliud: quia alius in maſculino ⁊ feminino non dicit niſi diſtinctionē ꝑſonaꝝ. Sꝫ aliud ī neutro genere dicit diuerſitatē eſſentie. Notandū tn̄ ꝙ alius ⁊ alia tm̄ admittunt̄ in diuinis q̄n nō addunt̄ termino cōi ⁊c̄.

Querit̄ tertio. Utrum

hoc nomē deꝰ grāmatice habeat pluralē numerū. Termini ſunt ſupra expoſiti. ¶ Reſolutio q̄ōnis ſtat ī vna diſtinctōe ⁊ duabꝫ ꝓpōnibꝫ. ¶ Diſtinctio eſt talis. Deꝰ capit̄ tripl'r. Uno mō nūcupatiue. Alio mō adoptiue. Tertio mō eſſentialiter. ¶ Prima ꝓpō. Hoc nomē deꝰ primis duobꝫ modis dictū habet pluralem numerū. Probat̄ per apoſtolū: p̄me ad Corinth. viij. Si quidē ſunt dij multi ⁊ dn̄i multi ⁊c̄. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Hoc nomē deus tertio mō dictū ſcꝫ eſſentialiter: nō habet pluralē numerū.

Querit̄ quarto. Utrū

hoc nomē deus ſupponat pro natura vl' perſona. Pro declaratione terminoꝝ notandū. Qꝫ eſt differētia inter ſuppoſitionem et ſignificationē. ¶ Suppoſitio ſ'm Ockā in aurea ſua logica ſic deſcribit̄. Eſt acceptio termini in ꝓpoſitione pro

aliquo vel aliquibꝰ. ¶ Significatio aũt eſt ꝓprietas termini ſiue in ꝓpõne ſiue extra ꝓpoſitionem. ¶ Notandũ ꝙ oĩs terminus cõis hʒ duplex ſignificatũ ſcʒ primariũ ⁊ ſecundariũ. Primariũ ſignificatum ẽ natura aliq̃ cõis. Secũdariũ autẽ ſignificatuʒ ſunt inferiora ſub illa natura cõmuni. ¶ Correlariũ. Non oportet terminũ ſemꝑ ſuppõere pro eo qđ per ſe ſignificat vel pro primario ſignificato. Exẽplũ: Hõ currit: ibi hõ nõ ſupponit pro natura cõi. Aliud correlariũ. Neceſſe eſt oẽm terminũ diſcretũ vel ſingularem ſupponere pro eo quod ſignificat. ꝓbatur: qꝛ ſignificat aliqđ incõmunicabile: ergo tm̄ pro illo ſupponit.

Reſolutio queſtionis

Notãdũ ꝙ in iſta qõne ſunt tres opiniones: due pͥme ſunt ꝯtrarie et in extremo. tertia vero q̃ eſt doctoris ſeraphici eſt in medio. ¶ Prima opinio in tribꝰ ſtat pro poſitionibus. ¶ Prima propoſitio. Hoc nomen deus ſignificat naturam diuinã ⁊ ſupponit pro ꝑſona. ¶ Secũda ꝓpoſitio. Ille terminus deus aliud ſignificat ꝑ ſe pͥmo: ⁊ aliud ſupponit: pʒ qꝛ ſ̄cat naturã ꝑ ſe pͥmo ⁊ ſupponit ꝓ ꝑſona ¶ Tertia ꝓpõ. Hoc mõ deꝰ aliqñ ſupponit pro vna ꝑſona. Aliqñ ꝓ duabꝰ ſ. la. Aliqñ ꝓ tribꝰ ſimul: vt pʒ in illis ꝓpõnibꝰ. Deus generat. deus ſpirat: deus creat. ¶ Secunda opinio ſtat in vnica ꝓpõne que eſt talis. ¶ Hoc nomẽ deꝰ ꝓprie ſupponit ꝓ natura diuina ſicut ſ̄cat eandẽ ⁊ nõ ſupponit ꝓ ꝑſona niſi trahat̄ ab alio. Pͥa ps ꝓpõnis probat̄: qꝛ deꝰ eſt terminꝰ ſingularis. q̃ pro eo ſupponit qđ ſ̄cat. Secunda ps ꝓpõnis pʒ in illa ꝓpõne. deus gñat: vbi deus ſupponit pro ꝑſona pͥis. ¶ Tertia opinio vera q̃ eſt doc. ſera. ſtat in duabus ꝓpõnibꝰ. ¶ Prima ꝓpõ. Ille terminꝰ deꝰ ꝑ prim ẽ terminꝰ ſingularis et ꝑ ſcḋm ẽ terminꝰ cõis. Prima ps ꝓpõis pʒ qꝛ ſ̄cat formã nõ multiplicabilẽ. Scḋa vero ps pʒ qꝛ ſ̄cat naturã cõicabilẽ pluribꝰ ſuppoſitis. ¶ Scḋa ꝓpõ eſt. Ille terminꝰ deꝰ aliqñ ſupponit ꝓ natura aliqñ pro ꝑſona: vt pʒ ex p̄dictis. ¶ Notandũ ꝙ terminꝰ ꝑtitiuus ẽ ille q̃ ex ſua ſ̄catione denotat diſtinctionẽ vniꝰ indiuidui ab alio. Regula. Qñcũq; terminꝰ ſingularis ſupponit pro indiuiduo addito ſibi termino partitiuo ſtat pro vno tm̄.

Circa diſtinctionẽ

quintam pͥmo queritur. Utrum eſſentia diuina generet. Pro declaratione terminoꝝ aduertendũ ꝙ duplex eſt generatio actiua videlicet ⁊ paſſiua. Actiua eſt illa qua generans ꝓducit actiue genitũ in eſſe: ſʒ paſſiua eſt illa qua aliquid ꝓducitur paſſiue in eſſe. De gñatione actiua eſt pͥa q̃ſtio ſimilr̄ ⁊ ſecũda. De gñatiõe vero paſſiua ſunt alie due qõnes. ¶ Notãdũ ꝙ gñatio actiua in creaturis duas rõnes formales importat: quarũ vna nõ includit aliã formalit̄. Prima ẽ ꝓductio: q̃ nõ dicit ipfectiõeʒ ſʒ tm̄mõ reſpectũ producentis ad ꝓductũ. Scḋa ẽ mutatio q̃ dicit ipfectionẽ. Unñ mutatio illa nihil aliud ẽ: niſi actꝰ ipſiꝰ materie q̃ ꝓcedit materia a pͥuatiõe forme ad formã. ¶ Prima ꝓpõ. Ad diuina non trãſſumit̄ gñatio inq̄ntũ dicit mutationẽ: pʒ qꝛ illo mõ includit ipfectionem ¶ Scḋa ꝓpõ. Ad diuĩa trãſſumit̄ generatio inq̄ntũ dicit productionẽ: pʒ qꝛ illa productio dicit ꝑfectionem: ergo ⁊c̄. ¶ Diuini verbi generatio non eſt mutatio: ſed vera eius productio: non ſucceſſiua ſed indiuiſibilis ⁊ eterna: nõ raptim trãſiẽs ſeu fluens: ſed ſumme ꝑmanens. Iſta deſcriptio habet ſeptẽ particulas. Quaꝝ quatuor ſunt affirmatiue: ⁊ tres negatiue. Et vnaqueq; facit ſpecialem conditionem. ¶ Prima particula eſt ꝙ non eſt mutatio. Probatur. Nihil quod eſt imperfectionis eſt ponendum in deo: ſed mutatio eſt huiuſmodi: ergo ⁊c̄. ¶ Secunda particula eſt affirmatiua ſcʒ: ſed vera eius productio. probat̄: qꝛ patet in

diuinis vere producit filiū ſed nō niſi ꝑ
generationē: ꝙ generatio nō eſt niſi vera
ipſi⁹ filij productio. Tertia ꝑticula ꝛ ne
gatiua: Non ſucceſſiua. Quarta parti/
cula et affirmatiua. Sed ꝑmanēs. Iſte
due ꝑticule ſimul probant. Illa genera/
tio nō eſt ſucceſſiua ſed indiuiſibilis per
quā illud qđ generat nō hʒ ſeu acquirit
partē poſt partē: ſed ſimul totaliter pro
ducit: ſed gñatio qua producit verbum
diuinū eſt hmōi: ꝙ nō ē ſucceſſiua ſʒ in di
uiſibilis. Quinta particula ꝛ affirmati
ua: ſed eterna. probatur: quia impoſſibi
le eſt ꝙ aliquid (qđ eſt idē cū eſſentia di/
uina) non ſit eternū: cū eſſencia diuina ſit
eterna: ſʒ generatio qua generat fili⁹ eſt
idē cū eſſentia diuia. ꝙ eſt eterna. Sexta
ꝑticula ꝛ negatiua. Non raptim trāſiēs
ſeu fluens. probat: nihil imꝑfectionis eſt
ponendū in deo: ſed raptim trāſire ē im/
ꝑfectionis: ꝙ ꝛc̄. Septima ꝛ vltima par
ticula: ſed eſt ſumme ꝑmanens. Patet qꝛ
ab eterno in diuinis filius genit⁹ eſt: ſem
per generat ꝛ ſemꝑ generabit: ꝙ eſt ſum/
me ꝑmanēs. Alia rō. Illa generatio eſt
ſumme ꝑmanēs cui repugnat non exiſte
re ꝛ neceſſario cōuenit ſemꝑ exiſtere: ſed
generatio filij in diuinis ē hmōi: ergo ꝛc̄
¶ Notandū ꝙ iſta q̄ttuor Generatiuū:
potens generare: generās ꝛ pr̄. in creatu
ris dicūt quattuor rōnes formales ſeꝑa
biles ab inuicē. Hoc patet. Quia gene/
ratiuū dicit aptitudinē ad generandum
¶ Prima ꝑpoſitio. Multa ſunt genera
tiua q̄ nō pñt generare vt ptʒ de pueris:
ſed ɔtra. Sequit hʒ aptitudinē: ꝙ poten
tiam. Rñdeo. Differētia ē inter aptitu/
dinē ꝛ potenciā. patet quia cecus hʒ apti
tudinē ad videndū ꝛ tñ nō hʒ potentiam
videndi ſm phm. Sitr potentia differt
ab aptitudine. Patet: quia lapis pōt ēē
ſurſum non tñ hʒ aptitudinē eſſendi ſur
ſum: ꝙ diſtinguūtur. Vñ generatiuū in
plus ſe hʒ q̄ȝ potens generare. Scđm eſt
potens generare. Propō. Omne potens
generare hʒ aptitudinē ad generandum

ꝛ non ecōtra. Tertiū eſt. Generās. Pro/
poſitio. Omne generās eſt potens gene
rare. Probatur. Qm̄ ab eſſe ꝛ poſſe ſibi
correſpondens eſt bona ɔ̄ñtia: ergo ꝛc̄.
Quartū ꝛ vltimū eſt. Pr̄. Propō. Ois
pr̄ eſt generans vel fuit aliqñ generans.
¶ Correlariū ſequit. Multi ſunt qui ge
nuerunt filios quoꝝ tñ nunq̄ȝ erūt pr̄es
niſi in extremo iudicio. Patet de illo q̄
morit poſtq̄ȝ decidit ſemen in vtero ma/
tris anteq̄ȝ viuebat fetus. ¶ Correlariū
Lʒ oīa iſta ꝑdicta dicāt i creaturis rōes
diſtinctas formales. In diuis tñ oīa illa
dicūt idē ꝛ ſunt oībus modis idē. Diffe
runt tñ ſolum penes modos ſignificandi
grāmaticales: ſcʒ Generatiuū: potēs ge
nerare: gñatio actualis: ꝛ paternitas.

Reſolutio queſtionis

conſiſtit in trib⁹ ſuppoſitionib⁹: duab⁹ di
ſtinctionib⁹: ꝛ tribus ꝑpōnib⁹. ¶ Prima
ſuppoſitio. Hec veritas: ſic de⁹ eſt trinus
ꝛ vnus ꝙ nec trinitas ɔfundit ꝑ vnitatē
nec vnitas multiplicat ꝑ trinitatē eſt fun
damentū toti⁹ fidei catholice. Patet per
Athanaſij ſimbolū vbi dr̄. Hec eſt fides
catholica vt vnū deū in trinitate et trini
tatem in vnitate veneremur ꝛc̄. ¶ Scđa
ſuppoſitio. Oportune inuenta ſunt noīa
imo a deo ſunt nobis manifeſtata que ſi
gnificent ꝑſonaꝝ diſtinctionē in eſſentie
vnitate: ꝛ vnitatē eſſentie ſine multipli/
catione: pʒ quia ex quo credim⁹ ꝑſonarū
trinitatē cū eſſentie vnitate: ꝙ oportunū
fuit vt traderent nobis termini q̄bus ea
explicare poſſem⁹. ¶ Tertia ſuppoſitio
Sicut noīa in diuinis ipoſita ꝑſonis di
uinis: ſunt incōmunicabilia in ſignifica
tione. Ita eſſentie diuie oportuit aliqua
imponi noīa: que nō aliquā importarēt
diſtinctionē in ſignificatiōe. Probatur:
Quia ꝑſone diuine realiter ꝑſonalit di/
ſtinguunt: ꝙ ꝛc̄. Sed qꝛ eſſentia diuina
eſt vnica: ergo ſcđa ps ſuppoſitiōis vera.
Sunt autē ad min⁹ duo noīa ſignifican
tia vnitatē eſſentie vt. ſ. pʒ. Eſſentia di/

uina ꝛ deitas. Correlarium. Ex quo infertur cōtra S. Tho. In officio de eucbariſtia vbi dicit in quodā bymno. Terrina deitas. qđ nullo mō de rigore verbozū illa ē vera. vt patebit per ſequētia. ¶ Prima diſtinctio triplex eſt nominum genus ſignificantiū eſſentiā: quedā ſignificant in cōcreto: vt hō nō deus qđ ſignificat diuinā eſſentiā in cōcreto. Alia ſūt q̄ ſignificāt in abſtracto et hoc vltimate abſtracto: vt eſt hoc nomē deitas qđ p̄ciſe ſignificat diuinā eſſentiā. Alia ſunt q̄ ſignificant diuinā eſſentiā medio mō: vt volūtas ſapiētia ꝛ hmōi. ¶ Scđa diſtinctio. Aliquod nomē concernere aliquod ſuppoſitū pōt intelligi dupliciter. Uno modo ꝑ modū inherentie. Alio mō dicit̄ cōcerni ſuppoſitū: quia importat aliquez actū vel originez qui eſt ſolius ſuppoſiti. Exemplū p̄mi vt puta potētia: bonitas: ſapiā. Exemplū ſcđi: genitus ꝓductus. ¶ Prima ꝓpō. Nōia ſignificātia eēntiā diuinā in cōcreto p̄nt vere ꝛ realiter ſupponere ꝑ ꝑſonis. Correlariū. Ergo iſta ꝓpō de⁹ generat eſt admittenda. Scđa ꝓpō. Nōia q̄ ſignificāt in abſtracto et h̄ vltimata abſtractiōe nullo mō p̄nt ſupponere ꝑ ꝑſonis vel ſuppoſitis. Correlariū. ergo iſta eſt oīno improꝑa et nullo mō a catbolicis admittēda: eſſentia diuina generat vl' deitas generat. ¶ Tercia ꝓpō. Nōia ſignificātia eſſentiā diuinam medio mō .ſ. partim in abſtracto et partim in cōcreto ſupponūt: partim ꝑ ſuppoſitis ꝛ ꝑtim ꝑ eſſentia. Correlariū. Oēs tales ꝓpōnes: ſapiā eſt genita: amoꝛ eſt ꝓductus: p̄nt admitti qꝛ ſuūt partim ꝓprie in ꝯcretum vicȝ ſupponunt pro ꝑſonis partim improꝑe in ꝯcretum ſupponūt pro eſſentia diuina. ¶ Notandum ergo. Qꝛ qñcunq̄ inuenit̄ in ſctis doctorib⁹. Illa ꝓpō. Eſſentia diuia generat ſꝑ eſt exponēda ſic. Eſſentia diuina generat .i. res illa q̄ eſt eſſentia diuina gñat. Hoc ideo qꝛ ſcti ꝯ hereticos mlta ſunt locuti et expꝛſſiuꝰ q̄ ſmonis expetebat proprietas.

Pro ſolutione argumētorū. Notandū pro ſolutiōe p̄mi argumenti q̄ ſunt tm̄ tres ꝓprietates in diuinis .ſ. p̄ritas: filiatio et ſpiratio paſſiua. Diſtinguunt̄ autē ꝑſone ꝛ eſſentia ꝑ hr̄e ꝛ non habere: qꝛ eſſentia diuia nō habet ꝓprietates. ꝑſone ꝟo habēt ꝓprietates. ¶ Ulterius notandū pro ſcđi argumēti ſolutione: q̄ diuerſitas rōnis accipit̄ dupliciter in diuinis. Uno mō ꝑ habere diuerſas ꝓꝑetates. Propō. Alio mō. Qñ eſt diuerſitas ꝓprietatū in diuinis vnuȝ diſtinguit̄ realr̄ ab alio et vnū nō p̄dicat̄ de alio. Alio mō ꝑ hr̄e et non hr̄e. Et ſic nō diſtinguunt̄ realiter. ¶ Notandū etiam q̄ duplex eſt ꝯtradictio. Quedā eſt q̄ nihil ponit: vel cuius vnū extremorum nihil ponit vt ens ꝛ nō ens. Alia eſt cui⁹ extrema aliq̄d ponūt vt in ꝓpoſito habere ꝓprietatē ꝛ nō hr̄e ꝓprietatē. ¶ Animaduertendum q̄ aliquem terminū nihil ponere eſt ip̄m non poſſe verificari de aliquo reali. Per oppoſitū. Illa negatio dr̄ aliq̄d ponere q̄ pōt verificari de aliq̄ termino poſitiuo. Et ſic eſt in ꝓpoſito de illo termino incōicabile. ¶ Regula generalis eſt q̄ qñcunq̄ aliq hn̄t diſtinctionem rōnis vel etiaȝ minimā tunc ſufficit ad hoc q̄ de ipſis ꝯtradictoria dicantur. ¶ Regula ſcđa. In omi ꝓpōne indefinita affirmatiua ſubiectū ꝛ p̄dicatū codeȝ mō ſupponūt. Et idē intelligit̄ de particularib⁹ et ſingularib⁹ de quib⁹ idem eſt iudiciū. ¶ Sciendū pro maiori intellectu q̄ duplex eſt p̄dicatio .ſ. ſm ſubam et ſm rōnem. Scđm ſubam vt hō eſt aial. Scđm rōnem: vt aial eſt genus. Iſta diſtinctio videt̄ eſſe p̄poſitiui ꝛc̄. ¶ Propō. Illa p̄dicatio eſt veriſſima eſſentia diuina eſt gñatio: eſſentia diuina eſt p̄ritas. Ubi notandū q̄ duplex eſt in diuinis predicatio .ſ. formalis ꝛ identica. Identica eſt illa. In qua vnū extremoꝝ eſt formaliter infinitū. Uel ambo ſunt infinita: ꝛ ambo ſumūtur in abſtracto. Aut ſi vnū

In cõcreto oportet q̄ ſubſtantiue aut cõcretiue teneat̄. Exẽplũ primi. Eſſentia eſt pr̄nitas. Exemplũ ſcd̄i ⁊ tertij. Eſſentia diuina eſt bonitas. Exemplũ quarti Eſſentia diuina eſt pr̄.i. pr̄ eſt id qđ eſt eſſentia diuina. Ex q̄ ſequit̄ ex p̄ma cõditione q̄ nulla p̄dicatio eſt in creaturis ꝑ identitatẽ ↄtra Franciſcũ Maronis q̄ dicit q̄ bene ſit in trãſcendẽtib⁹ p̄dicatio identica. ¶ Regula gñalis. Quodlibet ens infinitum formaliter identificat ſibi omne cõpoſſibile. Alia regula. Nullum ens infinitũ formaliter eſt alteri cõponibile. pbat̄: q2 quicq̄d cõponit̄ cũ alio põt eſſe pars. Sed eſſe pars dicit imꝑfectionẽ. g cũ ens infinitũ nihil habeat imꝑfectionis nõ eſt cõponibile alteri. Alia r̄la nulla adiectiua vel ꝑticipia: vel v̄ba pñt p̄dicari ꝑ identitatem nec in diuinis nec in creaturis. Idẽ ſunt generare: generatio: paternitas: ⁊ pater adiectiue tent⁹. ¶ Regula generalis. Q̄ñcunq̄ mutat̄ predicatio identica in p̄dicatione ꝑ inherentiã ſemꝑ cõmittit̄ fallacia figure dictiõis. Exemplũ. Eſſentia diuina eſt pr̄; ergo eſſentia diuina generat.

Secũdo querit̄ Utrum

ſit ↄcedẽdũ q̄ aliq̄s generet̄ d̄ ſubſtãtia pr̄is vt filius. Termini declarandi ſunt fili⁹ et pr̄. ¶ Notandũ p̄mo q̄ filius eſt terminus concretus deſcendẽs ab illo abſtracto filiatio. Uidendũ eſt ergo primo q̄d ſit filiatio. Unde filiatio ẽ habitudo alicuius pducti naturaliter filijs pducenti in natura intellectuali vel ſenſitiua. Dr̄ primo habitudo loco gñis. Dr̄ ſcd̄o producti naturalr̄: ad drĩaȝ producti libere. Ubi notandum q̄ duplex eſt pductum ſcȝ naturaliter ⁊ dicit̄ illud qđ neceſſario producit̄ a ſuo agente: ſed productũ libere eſt illud qđ producit̄ ꝑ voluntatẽ libere. Et ideo dicit̄ in diffinitione: producti naturalr̄. Quia nihil qđ producit̄ libere dr̄ fili⁹. Dicit̄ tertio. ſilijs pducenti: defectu cui⁹ rana pducta a ſole nõ dr̄ filius eius. Quarto dr̄. In natura intellectuali vel ſenſitiua: quia filiatio tm̃ in illis reperitur. Licet em̃ ignis gñet ignẽ, nõ tñ ignis genit⁹ eſt filius eius. Fui aũt motus ponere filiationẽ in natura ſenſitiua ꝑpt̄ auctẽm iſtã. Exo. xxiij. Nõ coques hedũ in lacte m̄ris ſue. ¶ Scd̄s terminus eſt pr̄. Pater eſt termin⁹ concret⁹ deſcendens ab h̄ abſtracto pr̄nitas: opȝ ergo p̄mo videre q̄d ſit pr̄nitas. Unde. Paternitas eſt habitudo producentis naturaliter filijs pducto in natura intellectuali vel ſenſitiua. Iſta diffinitio patȝ. Ex his clare patet q̄d ſit fili⁹ ⁊ q̄d pater ¶ Notandũ vlteri⁹ q̄ generat̄ dicit paſſiuã generationẽ. Eſt em̃ duplex generatio: ſcȝ actiua ⁊ paſſiua. q̄re ſup̄. ¶ Diuini verbi gñatio paſſiua nõ eſt mutatio ſȝ vera eius pductio paſſiua: nõ ſucceſſiua: ſȝ indiuiſibil' ⁊ eterna: nõ raptim trãſiẽs ſeu fluens: ſed ſumme ꝑmanẽs. Iſta deſcriptio eodẽ mõ declarat̄ ſicut ſuperius illa de generatione actiua verbi fuit declarata. ¶ Notandũ q̄ iſta q̄ttuor generabile: potẽs generari: generari ⁊ filius: dicunt rõnes formales diſtinctas a ſe inuicẽ ĩ creaturȝ. pbat̄. Omẽ enĩ potẽs generari eſt gñabile ⁊ nõ ecõtra: q2 nõ omẽ gñabile eſt potẽs gñari maxime naturaliter. patet: Quia ego ſũ gñabilis cũ habeã materiã ⁊ formã: ſȝ nõ poſſum gñari. Quia qđ genitũ eſt ſm ph̄m ampli⁹ nõ põt gñari. Nã maxima ẽ differẽtia inter aptitudinẽ ⁊ potẽtiã. patet em̃ ſm ph̄m q̄ cecitas dicit aptitudinẽ ⁊ tñ nõ potentiam: q2 poſuit q̄ nõ poſſit fieri regreſſus de ꝑuatione in habitũ ⁊c̄. Scd̄o bñ ſeq̄t̄ Generari g põt generari patet: quia eſt bona ↄſequẽtia ab actu ad potentiã ⁊ nõ econtra: q2 antixp̄s eſt potens gñari ⁊ tñ nõ eſt genitus. Tertio bene ſequit̄: eſt filius: ergo eſt genitus. ⁊ tñ nõ ſequit̄ econtra. Non em̃ omne genitũ eſt filius ⁊c̄. ¶ Tamẽ in ꝑpoſito in gñatione paſſiua filij ſupꝑ hñdicta. Quia illa ſũt idẽ oĩmode: lȝ bñ diſtinguant̄ penes modũ ſcãdi.

¶ Tercius terminus eſt. de. Ubi notan
dum ꝙ iſta ꝓpoſitio de. Q̄ñcunq̃ cõiun
gitur ſuo caſuali poteſt capi q̄ttuoꝛ mo-
dis. Primo mõ põt capi materialiter: vt
cũ dicit: Iſte cultellus eſt de ferro ſcꝫ tã-
q̃ꝫ de materia. Propõ. Sic accipiẽdo de:
illa ꝓpoſitio nullo mõ eſt vera fili⁹ gñat
de ſuba patris. Patet: qꝛ ſuba nullo mo-
do eſt materia nec quaſi materia. Cõtra
Henricũ ꝛ Gotfredum. Scđo mõ capit
oꝛdinalit: vt in illa ꝓpoſitiõe. De mane
fit meridies. i. poſt mane fit meridies et
ſic dicit ordinẽ ꝛc̃. Tercio mõ capit oꝛi-
ginaliter. Et capit illo mõ in illa ꝓpõne
Iſte ſplendoꝛ eſt de igne. Et illo mõ di-
cit aliquã cauſalitatẽ. Propõ. Illo mõ
captũ nõ p̄cise accipit in ꝓpoſito. Quia
tũc opoꝛteret ꝙ ſubſtãtia p̄ris eſſet aliq̃
mõ cauſa filij. Quarto mõ capit ſubſtã-
tialit. Et illo mõ ſemꝑ dicit ꝯſubſtãtia-
lẽ ꝯueniẽciã. inter extrema. Propõ. Il-
lo mõ filius dr̄ generari de ſuba patris.
¶ Aduertenduꝫ tñ ꝙ ly de: in illa ꝓpõne
fili⁹ eſt de ſuba p̄ris: nõ dicit ſolã conſub
ſtãtialitatẽ et p̄ciſe: ſed etiã oꝛiginationẽ
¶ Nota ꝙ ly de q̄ñ capit ſubaliter capit
q̄ttuoꝛ modis. Primo mõ ꝑtialiter: vt cũ
dr̄ caput eſt d̄ coꝛꝑe. Propõ. Illo modo
nõ accipit in diuinis. Scđo modo capit
ſubaliter et oꝛdinaliter: vt cũ dr̄ de pane
fit coꝛpus xp̄i: ibi capit oꝛdinaliter: quia
poſt panẽ fit coꝛpus xp̄i. Capit etiã ſub-
ſtãtialiter: qꝛ vna ſubſtãtia trãſit in aliã
diuina actione. Et ſic capta nõ capit in
ꝓpoſito. Ultimo mõ capit ſubſtancialit
oꝛiginaliter. Et ideo dixi ꝙ de. in illa ꝓ-
poſitione fili⁹ eſt de ſubſtãtia p̄ris ly de
nõ notat p̄ciſe ꝯſubſtãtialitatẽ: ſꝫ cũ hoc
dicit oꝛiginẽ. Et h̄ valde bñ declarat do
ctoꝛ Subti. Si eñ ſolum oꝛiginẽ dice-
ret ſeq̄ret ꝙ oĩs creatura eſſet de ſubſtan
tia p̄ris. Iterũ ſi ſolũ diceret cõſubalita
tem ſeq̄ret ꝙ p̄r eſſet de ſubſtãtia filij ꝛc̃.
¶ Illa ḡ ꝓpo. fili⁹ eſt de ſubſtãtia p̄ris.
exponit ſic. i. fili⁹ ẽ de p̄re q̄ eſt ꝯſubalis
ipi filio. Et ſic ꝑ p̄dicta ptꝫ reſolõ q̄onis

¶ Notandũ ꝓ ſolutione argumentoꝝ.
Q᷑ voc̄s ꝓpõnes dicunt trãſitiue ſm grã
maticos ꝛ ꝑ ꝯñs diſtinctiõeꝫ impoꝛtãt: iõ
ſꝑ faciũt conſtructionẽ trãſitiuã. Habet
ḡ ꝓpõ duplex ſcãtũ gñale ꝛ ſpeciale. Ge
nerale eſt illa trãſitio ſiue diſtinctio. Sꝫ
ſpeciale eſt ꝯſubſtãtialitas. ¶ Ulterius
notandũ ad h̄ ꝙ aliq̄d ſit de ſuba alteri-
us duo requirunt. Primũ ꝙ ꝓductum
producat ab illo. Scđo ꝙ ſit eiuſdẽ na-
ture i ſpecie vł in numero cũ producẽte.
Ulterius notandũ ꝙ aliq̄d fieri de nihi-
lo põt intelligi trib⁹ modis. Primo mõ
negatiue ſicut tacens d̄ nihilo loquitur.
Scđo mõ affirmatiue. Et ſic capit duo
bus modis. Primo mõ oꝛdinalit ſic dici
mus ꝙ creatura fit d̄ nihilo quia poſtq̃ꝫ
fuit nihil facta eſt. Scđo mõ affirmati-
ue materialit. Et ſic aliq̄d dr̄ fieri de ni-
hilo. i. de materia. Coꝛrelariuꝫ. Illo mõ
impoſſibile eſt deo ꝙ poſſit aliq̄d fieri d̄
nihilo tanq̃ꝫ ex materia. Scđm coꝛrela.
Illo mõ exponit illa auc̄tas phi ex nihi-
lo nihil fit: qꝛ nihil non põt eſſe materia
alicui⁹: licet eñ ego ſim creatus de nihi-
lo: non tamen nihil ibi fuit materia: ſꝫ dr̄
de nihilo. i. ſine ſubiecto aliquo ꝛc̃.

Irca ſcđm arti-
culũ querit p̄rimo. Utruꝫ
ſuba ſiue eſſentia generet.
Pro declaratione t̃minoꝝ
notãdũ ꝙ aliq̄d p̄t dici gñari duobꝰ mo-
dis. Uno mõ ſbiectiue. Alio mõ obiecti
ue vł t̃minatiue. Illd̄ ãt dr̄ gñari ſbiecti
ue qđ eſt ſbiectũ gñatiõis. Propõ prima
Illo mõ in om̄i gñatiõe materia p̄ma dr̄
gñari. ptꝫ: qꝛ eſt ſbiectũ gñatiõis. Scđa
ꝓpõ. Illud qđ gñat ſbiectiue: nõ opoꝛtꝫ
ꝙ ſumat eẽ ꝑ gñationẽ: ſꝫ p̄ſupponit et p̄-
cedit ipſam generationẽ. Alio modo ali-
quid dicit generari obiectiue. Et ſic illđ
dicit generari in creaturis quod accipit
eſſe ſimpliciter. Uel quod accipit eſſe ꝑ
ipſam generationem de nouo. Quãuis
queſtio preſens poſſit intelligi de vtraq̃ꝫ

Generatione: tñ doctoꝛ ſeraphicus acci/
pit gñationē ſcd̄o mō dictam: qꝛ q̄rit an
eſſentia diuina generet in rōne termini.
¶ Duplex eſt termin⁹ generatiōis ſcʒ to
talis ꝛ formalis. Terminus totalis ē il/
le q̄ p̄mo ꝛ adeq̄te accipit eē ꝑ gñaciōeʒ.
Exemplū pʒ de igne q̄ generat̄ ex aere.
In illa em̄ gñatione p̄mo corrumpit̄ aer
ꝑ actionē ignis. Et materia corrupti in/
format̄ forma ipius ignis: qꝛ in omni ge/
neratione neceſſe eſt pſupponere materi
am. Vñ totū cōpoſitū generatū dr̄ ter
minus gñationis totalis. Alius dicit̄ eē
termin⁹ formalis vel partialis. Et dr̄ il/
le q̄ accipit eſſe ꝑ gñationeʒ: licet non pri
mo ꝛ adequate. Propoſitio. In creaturꝭ
vtercꝫ termin⁹ accipit eſſe de nouo ꝑ ge/
neratione. Correlariū ſequit̄. Qꝛ agēs
ſiue ꝑducēs hʒ duos reſpect⁹ realiter di
ſtinctos ad illos duos termīos realit̄ di/
ſtinctos. Notandū tñ ꝙ qñ termin⁹ for/
malis nō diſtinguit̄ a termino totali re/
aliter tūc nō oportet ꝙ termin⁹ formalis
recipiat eſſe de nouo. Sic ſiƚ modo ē in
diuinis: vbi eſſentia eſt termin⁹ formalis
ꝛ idē realiter cū termino totali Ideo nō
accipit eſſe ꝑ generationē. Et ideo ſolui/
tur hac diſtinctione argumentū ockam
cōtra doctorē ſubtilē in eadē diſtinctiōe

Reſolutio queſtionis

Prima ꝑpō. Generatio de ratiōe ſua cōi
terminat̄ ad ſubſtantiā. ꝓbat̄: Quia phi
cōiter loquētes de motu ponunt quincꝫ
ſpecies ſcʒ generationē: augmentationē:
corruptionē: alterationem: ꝛ ſm̄ loci mu
tationē Generationē aūt dicūt termia/
ri ad ſubām. Vbi notandū ꝙ duplex eſt
generatio ſcʒ ſm̄ quid et ſimplr̄. Scd̄m
quid dr̄ illa q̄ terminat̄ ad terminum ſm̄
quid. Simplr̄ vero dr̄ illa q̄ terminatur
ad eē ſimplr̄. i. ſubāʒ. Et termin⁹ ſm̄ q̄d
dr̄ forma accñtal̄. Et ideo generatio ali/
cuius accidētis dr̄ gñatio ſm̄ quid et nō
ſimplr̄. ¶ Duplex eſt ſubā vicʒ prima et
ſcd̄a. Prima ſubā dr̄ om̄e indiuiduū de
gñe ſubē. Scd̄a ꝓo ſubā eſt aliq̄d cōe de
gñe ſubē. ¶ Duplr̄ poſſum⁹ loq̄ de ter/
mino gñationis. Vno mō ꝗtuʒ ad ꝓdu
ctionē. Propō. Illo mō p̄ma ſubā ſꝑ dr̄
termin⁹ gñationis p̄m⁹. Alio mō ꝗtum
ad intētionē. Propō. Illo mō ſcd̄a ſubā
ſꝑ eſt p̄m⁹ termin⁹ gñationis. Probatur
Quia vnūq̄dcꝫ generās intēdit ſibi aſſi/
milare genitū: ſʒ non pōt illud niſi in ali/
qua natura cōi: g̃ ſꝑ intēdit primo ſcd̄aʒ
ſubāʒ q̄ eſt natura cōis. Tamē illud in/
telligit̄ de gñatiōe vniuoca. Cōfirmat̄.
Ariſto. ij. de aīa. Om̄e ens ſꝑ appetit eſſe
diuinū qd̄ vocat ſꝑ eſſe: ſed ſingulare nō
p̄t ſꝑ eſſe vel vl̄e: g̃ natura primo intēdit
eſſe vl̄e. ¶ Scd̄a ꝑpō. Quia in creaturꝭ
forma cōis nūerat̄ in ſuppoſitis: ideo ſit̄
corrūpit̄ et ſit̄ ꝓducit̄ in corruptiōe ꝛ ge
neratione cōpoſiti. Probat̄ ꝑ Ariſtote.
in p̄dicamētis. Deſtructis p̄mis ſubſtan
tiis impoſſibile eſt aliq̄d aliorū remane/
re. i. ſcd̄as ſbſtātias. ¶ Tercia ꝑpō. In
creaturis ſcd̄a ſubā nō eſt ſoluʒ termin⁹
p̄m⁹ gñationis tm̄ ꝑ intentionē: ſed etiaʒ
eſt terminus gñationis ꝑ productioneʒ.
Correlariū. Quia g̃ natura diuina nō
numerat̄ in ꝑſonis: ideo non multiplicat̄
ſm̄ multiplicationē ſuppoſitorū vel ꝑſo/
narū. ¶ Propō reſolutoria. Eſſentia di/
uina nullo mō gñat̄ ꝯ abbatē ioachim
De h̄ vide canonē de ſi. ca. Dānam⁹ ꝛc̄.
§. Nos āt ſacro ap. cōcilio credim⁹ ꝛ cō/
fitemur cū petro ꝙ vna quedā res eſt in/
cōprehēſibil̄ quidē et ineffabilis ꝛc̄. Et
infra. Et illa res nō eſt generās nec geni
ta nec ꝓcedēs. Sʒ eſt pr̄ q̄ gñat: et fili⁹ q̄
gignit̄: ꝛ ſpūſſctūs q̄ ꝓcedit: vt diſtinctio
nes ſint in ꝑſonis: ꝛ vnitas in natura ꝛc̄.
Propō. Eſſentia diuina ꝓprie loquēdo
nō eſt ſiƚis pr̄i vel filio. Pʒ qꝛ ſiƚitudo ē
relatio realis: et req̄rit diſtinctionē realē
termini: ſʒ diſtinctio realis inter ꝑſonā ꝛ
eſſentiā nō eſt ponēda: g̃ ꝛc̄. ¶ Aliā rñſio
nem q̄re in lr̄a. Et alibi in Sco. eadē di/
ſtinctione. ¶ Notandū ꝙ eſſentia diuia
poteſt accipi duplr̄. Vno mō pure con/

cretiue. Alio mō mere abſtractiue. Propoſitio pma. Generare dr de deo incōcretū importat diuinā eſſentiā in cōcreto. Secunda ppō. Generare nullo mō dicit de deo incōcretum importat diuinam eēntiaꝫ pciſe in abſtracto. ¶ Vñ regula Sco. ſumpta a Bonauē. hoc in loco eſt talis. Qñcunqꝫ aliq̄ ſunt vltimate abſtracta tūc vnū nō pōt pdicari de altero niſi predicatio illa ſit in pmo mō dicendi p ſe.

Secūdo ꝛ vltimo queritur.

Vtrū ſubſtātia p gnationē cōicet. ¶ Pro declaratiōe terminoꝝ. Notandū eſt primo qd ſit p generationem cōicare. ¶ Rñdeo. Aliud eſt p generationē ſeu pductionē aliqd cōicari. Et aliud eſt p gnationē ſeu pductionē aliqd produci. patet: quia ſm oēs theologos. Eſſentia diuina nec generat nec pducit: neqꝫ gnatur neqꝫ pducit. Et tñ oēs theologi concedūt q eſſentia diuina p gnationē cōicatur. ¶ Ad videndum quō dr̄nt cōicare ꝛ pducere vel cōicari ꝛ produci. Notandū q productio ſeu generatio actiua hꝫ pro termio pmo illud qđ primo pducit. Exemplū bos generat bouē: bos ibi eſt pmus terminus illius gnationis. Notandum tñ q in omī tali generatiōe in qua agens pducit aliqđ primo pductū ſunt duo termini. ſ. totalis ꝛ formalis. Terminus totalis dicitur totū compoſitum ex materia ꝛ forma. Sed termin⁹ partialis ſiue formalis dr̄ ipſa forma cōſtituēs cum materia ipſum compoſitū: ſicut eſt forma ſenſitiua bouis vel aīa intellectiua in homine. Correlarium. Generatio nunqꝫ terminat ad materiā. Patet quia materia eſt ſubiectū generationis ꝛ preſupponitur. ¶ Notandū q in creaturis generās aliqd ſeu producēs habet duas relationes reales ad illos duos tminos videlicet totalē ꝛ partialē ſeu formalem probatur. Cum eñ termini diſtinguantur realiter inter ſe. ſequit q ꝛ relatiōes diſtinguant realiter. Nunc ad ppoſitū

In diuinis pater vere ꝛ realiter generat ꝛ termin⁹ totalis illi⁹ generationis eſt filius ſuppoſitū illud nō compoſitū. Sed illa relatio patris ad filiū eſt realis. probatur: qꝛ fili⁹ realiter diſtinguit a patre. Relatio autē que eſt int cōicans ꝛ cōicatum nō eſt realis. patet: qꝛ terminus formalis ſcꝫ eſſentia diuina nō diſtinguitur realiter a cōicante. Correlariū. Pater g duplicem habet relationē ad terminos ſue gnationis. Prim⁹ reſpect⁹ q eſt inter patrē ꝛ terminū totalem eſt realis. Sed alius q eſt inter patrē ꝛ eſſentiaꝫ diuinā eſt rōnis tm̄. ¶ Cōtra hoc arguit. Eſſentia diuina realr ꝛ vere cōicatur: igit reſpectus int cōicans ꝛ cōicatum erit reſpectus realis ꝛ nō rōnis. probat antecedēs qꝛ illud cōicare nō ē p rōnē tm̄ ſed realr. ¶ Rñdeo cōcedo añcedēs: ꝛ nego conſequentiā. Pro q notandū q duplr pōt relatio dici rōnis. Vno mō negatiue. Et dr̄ illa q̄ non hꝫ cōditiones reqſitas ad ꝯditionē relationis realis. Et ſunt tres Prima q habeat extrema realia: defectu cui⁹ cōtradictio nō pōt dici relatio real. Scđa eſt q oportet q extrema realiter diſtinguantur: defectu cuius identitas ad meipſum nō erit relatio realis. Tertia eſt oportet q relatio illa cōſurgat ex natura extremoꝝ. defectu cuius relationes rōnis nō dicunt eſſe reales. Sed in ppoſito licet relationi illi q̄ eſt inter cōicans ꝛ cōicatū. i. inter patrē et diuinam eſſentiā cōueniat pma cōditio. nō tñ conuenit ei ſcđa cōditio. Quia extrema nō diſtinguunt realiter: nō eſt eñ diſtinctio realis inter eſſentiā ꝛ patrē. Correlariū. Relatio cōicantis ad cōicatū eſt relatio rōnis negatiue dicta. Alia eſt relatio rōnis poſitiue dicta. Et dicit illa q̄ cauſat ab ope collatiuo intellectus ſicut cōiter ſunt oēs ſcđe intētiones i logica. Et qñ dicit eſſentia diuina vere ꝛ realiter cōicatur ꝛc̄. Dicendum q licet ego ſim idem mihimetipſi ex natura rei tñ illa relatio ſm phm nō eſt relatio ſed rōnis: ſic licet

eſſentia diuina realr ⁊ ex natura rei cõicetur tñ relatio cõmunicãtis ad cõmunicatũ non eſt realis:ſ3 rationis. ¶ Scđo eſt notandum ꝙ aliud eſt per generationem cõicari:et aliud eſt eſſe terminũ formalẽ illius generationis. Nam ſpiratio actiua vere cõicatur filio per generationem:et tamẽ non eſt terminus formalis illius generationis. ergo aliud eſt cõmunicari ꝑ generationẽ et eſſe terminũ formalẽ generationis. Q₂ aũt filius habeat illam per generationẽ. Patet per ſanctorum auctoritates. Quicquid em̃ habet fili⁹ per generationẽ habet. ¶ Terminus formalis ſic poteſt deſcribi. Eſt ille quo formaliter terminus totalis capit vel habet eſſe. Uel quo formalit̃ terminus totalis eſt in actu. Nunc autẽ ſpiratio paſſiua non eſt quo filius habet eſſe:ſed eſt quaſi aduenticia.i. poſt eſſe cõpletum filij aduenit filio. Correlarium Sic patet ꝙ Ockam male ipugnat doctorem. Subti. de termio formali. Ipſe em̃ ſic deſcribit terminũ formalẽ. Termin⁹ formlis eſt ille qui totaliter accipit eſſe ꝑ generationem. Non enim de ratione formali ipſius termini formalis eſt ꝙ recipiat eſſe per generationẽ. Hoc pz in diuinis. Sed in creaturis qñcunq₃ terminus formalis diſtinguit̃ realiter a termino totali tunc terminus formalis accipit eſſe per generationẽ. Uñ argumentum eſt contra eos: quia in generatione carnis per alimentũ caro generatur. Et eadem caro in hoĩe animat̃ poſt generationem anima intellectiua. Et tamẽ anima intellectiua que dicitur termin⁹ formalis non habet eſſe per generationem. Simili modo patet in reſurrectione vbi corpus accipit eſſe ſeu producitur de nouo non tamen accipit eſſe nouu3 termin⁹ formalis.i. anima intellectiua que prius manet. ¶ Notandum tercio. Q₂ aliquid poteſt dici per generatione3 cõmunicari trib⁹ modis. Uno mõ ſtrictiſſime Alio modo large. Tertio modo largiſſime. Strictiſſime dicitur illud communicari ꝑ generationẽ quod idẽ in generãte exiſtens capit etiam eſſe in genito. Propoſitio. Illa ſolum eſt in diuinis. Large dicitur cõicari per generationẽ. Om̃e illud quod eſt in ꝓducto per generationẽ ſiue ſit termin⁹ formalis ſiue totalis ſiue etiã materia. Tercio mõ dicit̃ cõicari per generationẽ largiſſime ſc3 Omne qđ acciqit eſſe per generationem ſiue diſtinguat̃ producente ſiue non.

Reſolutio queſtionis

ſtat in tribus ꝓpoſitionibus. ¶ Prima propoſitio. Aliquid dicit̃ cõmune duobus modis. Uno mõ ſm potentiam tm̃ Et dicitur illud quod eſt ſm potentia3 cõmunicabile:ſed tamen ſm actum nunꝙ cõmunicatur. Aliud eſt commune ſm potentiam et ſm actum vt natura ſpecifica. ¶ Secũda propoſitio. Quoniã natura cõmunis vel vniuerſalis in creaturis de ſe eſt cõmunicabilis non tamen cõmunicatur:niſi per propagationẽ ſic natura diuina eſt de ſe cõmunicabilis non tamen cõmunicatur actu niſi ꝑ id per qđ efficitur in trib⁹ ſuppoſitis. vel quod ẽ in pluribus. ¶ Tertia propoſitio ꝙ quia ꝑ ſpirationem ⁊ generationẽ perſone multiplicantur: ideo eſſentia diuia per ſpirationem actiuam ⁊ generationem actiuã cõmunicatur. ¶ Notandum prout dicit Scotus. Generatio in diuinis qua pater generat filium habet duas conditiones. Prima eſt ꝙ eſt aſſimilatiua: quia illa producit ſibi ſimile. Scđa eſt qz eſt ⁊ diſtinctiua: diſtinguit em̃ filium a patre ſuppoſitaliter.

Irca diſtinctionẽ

c ſectam. Primo querit̃. Utrum generatio filij ſit ſm ꝯditione3 neceſſitatis. Hic eſſent tres termini declarandi videl3 generatio: filius ⁊ neceſſitas:ſed duo primi ſunt declarati in ꝓcedentib⁹. Ideo tm̃modo terti⁹ terminus

eſt hic declarandus videlicet neceſſitas. ¶ Pro quo notandum ꝙ tres acceptiones ſiue diſtinctiões poſſunt dari de termino illo neceſſitas. Una eſt cōmuniſſima. Altera cōmunis. Tercia ſpecialis. Prima datur a logicis. Scđa a philoſophis.. Tercia a theologis. ¶ Prima diſtinctio eſt talis. Q; duplex ē neceſſitas ſcilicet abſoluta ꝛ cōditionata. Neceſſitas abſoluta dicitur illa qua res aliqua ſic habet eē ꝙ nō poteſt nō exiſtere. Propoſitio. Illa neceſſitate ſoluꝫ ens infinitum eſt neceſſariū. Et de illa eſt q̄ſtio noſtra. Alia eſt neceſſitas cōditionata. Et eſt illa que ꝯuenit rei nō abſolute in ſe: ſꝫ poſita aliqua ſuppoſitione ſeu conditione conuenit rei. Propoſitio. Illo modo dicitur logica neceſſaria ſm grāmaticoſ Dicunt enim ꝙ ſuppoſito ꝙ aliquis velit effici bon⁹ grāmaticus neceſſaria ſit logica. ¶ Scđa diſtinctio que eſt cōmunis ponitur a pħo. v. metha. capi. de neceſſario: vbi dicit ꝙ neceſſariuꝫ aliq̄d dicitur quadrupliciter. Primo modo aliquid dicitur neceſſarium: ſic ꝙ ſine ipſo res nō poteſt eſſe. Et illo mō cibus et anhelit⁹ ſunt homini neceſſarij. Scđo mō aliquid dicitur neceſſarium ſine quo res non poteſt bene eſſe vel ſine quo non poteſt acquiri aliqđ bonum vel vitari aliquid malum. Et illo modo bibere farmaciā eſt neceſſariū: quia non poteſt bene acq̄ri ſanitas ſine potu nec vitari infirmitas. Illi duo modi poſſent vocari neceſſitas indigentie. Et ſic vocantur a doctore Seraphico. Licet Ariſtoteles non ſic nominet. Tercio modo aliquid dicitur neceſſarium quod cauſat violentiam ſeu coactionem. Et illa vocatur a doctoribus neceſſitas coactionis. Notādum tamen ꝙ eſt differencia inter violētiam proprie dictam et coactionem proprie dictam. Quia violencia proprie dicta eſt ſolum inter agencia et paſſiua naturalia: quia violentum eſt cuius principium eſt extra non conferente vim paſſo. Exemplum patet de igne ꝛ aqua calefacta ab igne: quia aqua non habet naturalem inclinationem ad calefactioneꝫ ſed violentatur ab igne. Sed coactio ꝓprie dicta eſt ſolum inter res ſeu agentia per voluntatem: quia talis coactio fit proprie contra voluntatis libertatem. Exemplum patet. Si aliquis cogatur recipere diſciplinam ꝛc̄. ¶ Quarto modo capitur neceſſariuꝫ pro illo quod impoſſibile eſt aliter ſe habere. Et illo modo dicitur deus eſſe ſapiens. Propoſitio Illo modo neceſſitas diſtinguitur contra contingentiam. Correlarium primū Omnes tres modi precedentes dicunt imperfectionem. Et ideo non ſunt ponēdi in deo. Correlarium ſecundum. Sola neceſſitas iſto quarto modo ponit perfectionem. Et ideo eſt in deo ponenda. Et de iſta etiam eſt queſtio noſtra.

¶ Tercia diſtinctio que eſt Specialis. Et datur a theologis. Et illa Duplex eſt neceſſitas. Quedam dicitur immutabilitatis. Alia auteꝫ ineuitabilitatis. Neceſſitas ineuitabilitatis: eſt illa qua aliquid ſic eſt neceſſarium quod eius oppoſitum non poteſt eſſe vel fieri. Propoſitio. Illo modo deus eſt neceſſarius. Correlarium. Aliquid dicitur ſic neceſſario fieri: cuius oppoſitum non poteſt fieri. Sic in propoſito deus pater neceſſario genuit filium: quia ſic illa generatio dicitur neceſſaria ꝙ eius oppoſitum non poteſt fieri. Neceſſitas auteꝫ immutabilitatis eſt illa qua aliquid ſic habet eſſe quod oppoſitum eius poteſt ſimpliciter eſſe. Si tamen habet ſimul eſſe oppoſitum nō poteſt ſuccedere. Correlarium. Neceſſitas immutabilitatis abſoluta non negat: niſi ſucceſſionem oppoſiti oppoſito. Exemplum patet. Deus ſcit antichriſtū fore: eſt neceſſitas immutabilitatis: quia oppoſituꝫ eius non poteſt ſuccedere. Unde talis datur. Propoſitio prima. Quicquid deus vult ad extra: neceſſitate immutabilitatis vult.

Non dico tamen ꝙ non poſſit velle oppoſitum. Sed ſi vult: non poteſt oppoſitum ſuccedere. Secunda propoſitio. Quicquid deus vult ad extra non vult neceſſitate ineuitabilitatis ꝛc̄. Regula. Quandocunq; aliqđ agens dicit̃ neceſſario elicere ſuā actionē ſiue ſuaȝ productionē: hoc pōt intelligi de triplici neceſſitate. Primo ꝙ eliciat ſuā actionē neceſſitate indigentie: vt ſortes neceſſario comedit. Scđo neceſſitate coactionis vel violētie: vt ſortes neceſſario tyranno dat pecuniaȝ. Tertio pōt intelligi ꝙ eliciat ſuā actionē neceſſitate ineuitabilitatis: vt deus eſt ſapiens. ¶ His p̄miſſis dant̃ alique ꝓpōnes. Prima ꝓpō. De⁹ pr̄ nō genuit filiū neceſſitate coactionis. Patȝ qꝛ deus eſt omnipotens: ḡ non pōt cogi. Scđa ꝓpō. Deus pr̄ nō genuit filiū neceſſitate indigentie. Probat̃: qꝛ ſequeret̃ ꝙ indigeret filio: ſed ꝯñs eſt falſum. ḡ et añs: qꝛ pr̄ nō eſt ſapientioꝛ qꝛ genuit filium ꝛc̄. Vñ illa ꝓpō. Deus pr̄ eſt ſapiēs ſapia genita ſapit hereſim. Tercia ꝓpō. Deus pr̄ genuit filiū neceſſitate ineuitabilitatis. Patet: qꝛ tanta neceſſitate pater generat quāta eſt pr̄. Sȝ eſt pr̄ neceſſitate ineuitabilitatis. ergo ꝛc̄.

Reſolutio queſtionis

Notandū ꝙ multiplex eſt neceſſitas: vide textum ꝛc̄. ¶ Poteſt aūt diſtinctio doctoꝛis dari ſub alijs verbis bꝛeuioꝛibus quā doctoꝛ ponit in textu ꝓlixe. ¶ Quadruplex igitur eſt neceſſitas. Quedam eſt q̄ opponit̃ contingētie. Et dr̄ ineuitabilitatis. Propō prima. Illa neceſſitas ponitur in deo. ¶ Scđa neceſſitas eſt coactionis. Scđa ꝓpō. Illa neceſſitas non ponit̃ in deo. ¶ Tercia eſt neceſſitas indigētie. Propō. Illa ſili mō nō ponitur in deo. ¶ Quarta eſt exigentie. Propō. Illa ponit̃ in deo. Probatur. Quia bonitas patris ſeu memoꝛia fecūda exigit ꝙ pater generet filiū. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt ineuitabilitas. Vna eſt ineuitabilitas ſimpliciter. Et eſt illa qua aliqđ ita eſt neceſſarium ꝙ non poteſt ſimpliciter non eſſe. Et ſic ſolum deus eſt neceſſarius. Alia eſt ineuitabilitas ſm̄ quid. Et dicitur illa qua aliquid ita eſt neceſſarium: ꝙ non poteſt ſm̄ nature curſum non eſſe: vt cibus dicitur eſſe neceſſarius animali.

Ad argumēta in oppoſitum.

Notandum: ꝙ Iuſticia originalis eſt quoddam donum poſitum in voluntate datum a deo ipſi ade et filijs ei⁹ per qđ habebat perfectā quietationē in potentijs inferioꝛibus ad ſuperioꝛa ꝛc̄. ¶ Nota ꝙ ſimpliciter loquendo iuſticia originalis nō eſt perfectioꝛ charitate ſeu gracia. patet: quia iuſticia originalis eſt donuȝ gratis datum et non gratificans: licet habuerit alios effectus: vt patet in eius diffinitione. Sed gracia eſt donuȝ gratis datum gratificans. i. reddens habentem amicū dei et dignū vita eterna. ¶ Ad primū argumentū in oppoſitum Nota ꝙ duplex eſt agens ſcȝ neceſſariuȝ vel naturale. Et eſt illud qđ nō domiat̃ ſue actioni: ſed ſubiacet actioni alterius. Secundo eſt agens voluntariuȝ. Et eſt illud quod dominatur ſue actioni ꝛc̄. ¶ Pro ſcđo argumento in oppoſitū. Nota ꝙ dare aliquid ex mera libertate eſt dare aliquid ſic ꝙ non eſt ex debito nec etiam ex merito: hoc eſt primū incluſum in amoꝛe gratuito. Scđo modo in amoꝛe gratuito includitur illud quod ſcȝ nō expectat retributionē. Vnde ſi aliquis daret alicui centum aureos et expectaret redditionem non eſſet amoꝛ gratuitus. ¶ Vltimum argumentum pro parte vera poteſt ſic foꝛmari. Patrem poſſe generari filium eſt maximuȝ poſſe quod habet pater. ergo illud poſſe detrahere eſt impoſſibile. ¶ Nota duplex eſt debitum. Quoddam eſt prouenicus ex parte meriti: vt princeps qui pro rege foꝛtiter militauit meruit vt ſibi debeatur ſti-

pendia. Propoſitio. Illo modo poſſumus dicere quod deus ſit quodammodo debitor noſter propter merita noſtra. Unde paulus .ij. Timo. iiij. De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie quam reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Aliud eſt debitum proueniens ex neceſſitate nature. Nam memoria fecunda patris exigit quod pater producat filium. Et ita eſt debitum nature non meriti. Propoſitio. Illo modo productio filij non eſt productio mere liberalis: quia non ex merito etc.

Querit̃ ſecundo. Utrum

generatio filij ſit ſecundum rationem voluntatis. Pro declaratione terminorum notandum. Quod quamuis ratio poſſit ſumi multis modis tamen in propoſito tantum valet ſicut modus ſiue conditio voluntatis. Querit̃ ergo vtrum generatio filij ſit ſecundum rationem voluntatis: eſt querere an filius producatur per modum voluntatis. ¶ Unde duplex eſt modus producendi. Quidam eſt per modum voluntatis. Et dicitur ille qui eſt conueniens vel qui competit alicui quod ex ſe non inclinatur neceſſario ad agendum naturaliter ſed producit mere libere complacenter et eligibiliter ſuum effectum. Propoſitio. Illo modo voluntas producit ſuam volitionem. Alius eſt modus producendi per modum intellectus ſiue nature. Et eſt ille qui competit alicui agenti naturali quod ſcilicet ex ſe inclinatur ad agendum. Propoſitio. Illo modo. Ignis neceſſario calefacit.

Reſolutio queſtionis.

Quod filius in diuinis producatur per modum voluntatis poteſt intelligi quattuor modis. Primo modo quod producatur ipſum per voluntatem antecedentem vel precedentem. Secundo modo quod producat filium per voluntatem ſuccedentem vel ſubſequentem. Tertio modo quod producat filium per voluntatem concomitantem. Quarto modo quod producat filium per voluntatem elicientem. ¶ Correlarium. Quadruplex eſt voluntas. Prima precedens vel antecedens. Secunda ſubſequens vel ſuccedens vel conſequens. Tertia concomitans. Quarta eſt eliciens. ¶ Voluntas antecedens vel precedens: Eſt illa que precedit effectum ſuum cauſalitate et duratione. Exemplum vt aliquis vult habere epiſcopatum quod forte nunquam habebit ibi voluntas precedit effectum. ¶ Prima propoſitio. Generatio filij in diuinis non eſt ſecundum rationem voluntatis antecedentis vel precedentis. probatur: quia pater ſua voluntate non precedit duratione filium. Similiter pater non cauſat filium: ergo etc. Scotus tamen aliter dicit quod pater genuit filium voluntate antecedente tamen non contradicit huic doctori quia aliter accipit voluntatem antecedentem. ¶ Voluntas ſubſequens dicitur illa que ſequitur effectum iam poſitum in eſſe vt poſtquam miles fecit actum fortitudinis in bello tranſeunte actu: ille vult actum illum feciſſe. Unde breuiter voluntas antecedens vel ſubſequens eſt illa qua aliquis fit de non volente volens. ¶ Secunda propoſitio. Generatio filij in diuinis non fit per modum voluntatis antecedentis. probatur. Alias enim mutaretur quod falſum eſt: quod autem mutaretur patet ex vltima deſcriptione. Voluntas concomitans: Eſt illa qua aliquis vult aliquem effectum quamdiu durat. Exemplum. Ut ego volo ſanitatem meam etc. ¶ Tertia propoſitio. Generatio filij in diuinis eſt per rationem voluntatis concomitantis. Probatur: quia generationem filij ſequitur patris voluntas per quam patri complacet generatio filij: Unde Matth. xvij. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. ¶ Voluntas eliciens eſt illa que eſt principium productiuum ſeu elicitiuum alicuius producti. ¶ Quarta propoſitio. Generatio filij in diuinis non eſt per rationem voluntatis elicientis: quia aliud formaliter eſt principium productiuum filij. et aliud eſt principium elicitiuum formaliter ſeu productiuum ſpiritusſancti.

Queriť tertio ⁊ vltimo

Utrū generatio filij ſit ſm rōnem exemplaritatis. Termini declarādi ſunt duo ſcꝫ ratio ⁊ exemplar. Pro primo nota ꝙ ratio poteſt capi ſeptem modis. Primo modo pro diffinitione quidditatiua alicuius diffiniti: ſic accipit Ariſtoteles in predicamentis cum dicit: Uniuoca ſunt quoꝝ nomen eſt cōmune ⁊ ratio ſubſtantie eadem ⁊c̄. Propoſitio. Sic non capiť ratio in propoſito. Secundo accipiť ratio pro potentia ratiocinatiua: ⁊ illa potentia dicitur intellectus contra aliquos antiquos doctores qui poſuerunt ꝙ potentia ratiocinandi eſſet alia potētia ab intellectu. Tertio capitur ratio pro aliqua oratione completa oſtendente aliquid de aliquo. Propoſitio. Iſto modo eſt quecunqꝫ oratio oſtendens concluſionem per premiſſas. Correlarium. Illo modo proprie ſylogiſmus dicitur ratio. Quarto modo capitur ratio pro forma alicuius rei. Et ſic forma cuiuſcūqꝫ rei dicitur ratio cognoſcendi rem illam ſiue materiā. ¶ Regula. Omnis cauſa ſiue intrinſeca ſiue extrinſeca alicuius rei poteſt vocari ratio. Illo modo capiť ratio in titulo queſtionis noſtre. Quinto modo accipitur ratio ꝓ eſſentia cōmuni pluribus. Propoſitio. Illo modo: Eſſentia generis vel ſpeciei diciť ratio: Quare dicitur natura ſiue eſſentia ratio. Rn̄deo. Ideo: quia eſt obiectū rationis. Sexto modo accipiť ratio ꝓ medio inferendi cōcluſionē. Et ſic capiť ratio in diffinitione argumēti vbi diciť. Argumētū eſt ratio rei dubie faciens fidē. Et illo mō differt ratio a tertia acceptione: qꝛ ibi accipitur ꝓ ſylogiſmo: hic vero pro medio tm̄. Septimo ⁊ vltimo capiť ratio put idem eſt qꝺ modus vel cōditio. Et illo modo accipitur cōmuniter qn̄ ſoliti ſumꝰ dicere. Res pōt ꝯſiderari dupl'r. Uno mō ſub rōne ⁊c̄. Alio mō ſub rōne ⁊c̄. ¶ Propoſitio. Illo mō ratio accipiť in ꝓpoſito.

¶ Notandū ꝙ agens eſt duplex ſm rei veritatē: videlicet: Efficiens ꝑ naturā ⁊ Efficiens per exemplar. Agens ſiue efficiens per naturā. Eſt agens ꝑ intellectū Agens vero per exemplar Eſt agens qꝺ agit per intellectū ⁊ voluntatē. ¶ Nota iſta conuertunť. Agens per intellectum agens per artem: agens per voluntatem agens liberū: agens a ꝓpoſito: ⁊ agens ꝑ exemplar. Omnia iſta ſunt omnino idē

¶ Qn̄ ergo querit doctor ſeraphicus. Utrū filij generatio ſit ꝑ exemplar querit an ſit ꝓductus per exemplar. Uel an pater agens ſit per voluntatē. Correlariū ſequiť. Qꝛ nō ſunt ponende tres cauſe diſtincte realiter Efficiens: Exēplar: et Finalis. Patet quia cauſa exemplaris nihil aliud eſt niſi quoddā efficiens per intellectū. Notandū ꝙ antiqui doctores poſuerūt deū eſſe cauſam creature in triplici cauſarū genere: videlicet. Efficientis: finalis ⁊ exemplaris. ¶ Propoſitio. Deus eſt cauſa exemplaris omniū rerū pater: quia illud diciť eſſe agēs ſiue cauſa exemplaris quod agit per intellectū: ſed deus eſt huiuſmodi. ergo ⁊c̄. ¶ Secūdus terminus eſt exemplar. Ubi notandum ꝙ exēplar ⁊ imago poteſt capi dupliciter. Uno mō large. Et illo modo idem ſunt imago ⁊ exemplar. Alio modo ſtricte. Et ſic imago ꝓprie eſt in aliquo producto expreſſe repreſentante aliquid. ¶ Correlariū. Quandocunqꝫ aliquod productū expreſſe repreſentat aliquid diciť imago. Sed exemplar ſtricte dicitur illud quod eſt in aliquo producente perfecte repͥſentans aliquid. Et ſic videmus aliqualem differentiaꝫ magis grammaticalem qꝫ realem.

Reſolutio queſtionis.

Aliquid ꝓcedere per modū voluntatis pōt intelligi dupl'r. Uno modo nō ꝙ ſit ipſa liberalitas: ſed qꝺ fit vel datur ex liberalitate. ¶ Prima ꝓpoſitio. Omnes creature ſic ꝓcedunt a deo. Liberalis di

citur ille qui dat non expectando redditionem. Alio modo procedit aliquid ab aliquo per modum liberalitatis. Ita q ipm ſit ipſa liberalitas vel amor. ¶ Secunda propoſitio. Spiritusſanct⁹: Illo modo procedit per modū liberalitatis. patet: quia eſt ipſe amor et donum ⁊c. ¶ Secunda diſtinctio. Aliquid procedere per modum exemplaritatis poteſt intelligi duobus modis. Uno modo ſicut exemplatum a cauſa exemplari. Illo modo dicitur procedere quod cauſatur a cauſa per modum exemplaritatis. Et illud dicitur effectus illius cauſe exemplaris: vt patet de domo cauſata ab artifice. ¶ Tertia propoſitio. Generatio filij in diuinis. Illo modo non eſt ſm rationem exemplaritatis: immo nec ſpiritusſanct⁹ a patre ⁊ filio ſic dicitur productus per modum exemplaritatis. Patet: quia non procedit a patre et filio inq̄ʒtum cauſatum a cauſa: nec eſſentialiter diſtinguitur ab eis. Alio modo aliquid dicitur procedere ab aliquo p modum exemplaritatis: vt ratio exemplaritatis ¶ Quarta propoſitio. Illo modo generatio filij in diuinis eſt ſm rationeʒ exemplaritatis. Probatur: quia filius producitur a patre tanq̄ʒ noticia genita Et ideo dicitur procedere per modum exemplaritatis. Hoc idem patet per auctoritatem Auguſtini in littera. Filius eſt plena ars viuentiū omniū. Ideo communiter dicitur. Qui negat ydeam in diuinis negat filium dei.

Pro ſolutione argumētorum.

Notandum q quelibet natura creata vl' creabilis anteq̄ʒ producatur in eſſe: eſt in mente diuina: viuens ⁊ vita: et dicitur viuere ⁊ vita. Probatur p illud Johannis primo capitulo. vbi dicitur. Quod factum eſt: id eſt creatura: in ipſo vita erat. Unde lapis cognitus in mēte diuina ſm eſſe cognitum dicitur vita eterna. ¶ Regula. Omne obiectum cognitum participatiue tale habet eſſe ab intellectione: quale eſſe habet ipſa intellectio formaliter. ¶ Ydea alicui⁹ rei nihil aliud eſt niſi eſſe cognitum. Et ſic de⁹ dicitur artifex omniū. Notandum q ydee nō ſunt propria ſed appropriata. Quia non minus ſunt in patre ⁊ ſpirituſancto q̄ʒ in filio: licet approprientur ipſi filio. ¶ Correlarium. Quandocūq̄ʒ dicitur filius eſt ars patris vl' eſt noticia patris intelligitur de appropriatis. Nota nulla ratio formalis cauſandi creaturas eſt propria filio. Sed omnis talis eſt communis tribus perſonis. Probatur per Auguſtinū. Pater filius et ſpiritusſanctus ſunt vnus creator: ſicut ſunt vnus deus ⁊c.

Circa diſtinctionē

c ſeptimaʒ. Primo querit'. Utrū poſſe generare in diuinis dicat qd vel ad aliqd. Termini declarādi ſūt Poſſe generare; quid. ⁊ ad aliqd. ¶ Notandum primo q omnis queſtio vt ſit bona oportet primo q pſupponat certū aliquod. Secundo q querat dubiuʒ ex ſeptimo methaphiſice. Unde nulla eſt queſtio. Utrum homo ſit aſin⁹ vel vtrū lapis currat: quia actus currendi nō poteſt competere lapidi. ¶ In hac igitur queſtione vnum ſupponitur aliud queritur. Suppoſitum g huius queſtionis eſt certum theologis. videlicet q potentia generatiua vel poſſe generare ſit i diuinis. Et ideo queritur dubium. Utrū ſit quid vel ad aliquid. ¶ Quero ergo. Utrum poſſe generare ſit in diuinis. ¶ Arguitur q non. Probatur. Quia poſſe generare non eſt niſi reſpectu poſſibilis. Sed in diuinis nihil eſt poſſibile: ergo in diuinis non eſt poſſe generare. Maior patet: Quia generatio in diuinis non eſt reſpectu impoſſibilis: ſed eſt reſpectu poſſibilis. Minor phat'. Quia Quicqd eſt in deo realit' neceſſe eſt eſſe. Neceſſarium autem opponitur poſſibili.

¶ Pro quo notandū ꝙ poſſibile pōt capi tribus modis. Primo prout opponitᷣ impoſſibili. ¶ Propoſitio. Illo mō poſſibile dr̄ de quolibet ente ſiue complexo ſiue incōplexo. ¶ Correlariū. Deum illo modo eſſe eſt poſſibile. Scđo modo capitur poſſibile ꝓ illo qđ nō ē neceſſariū ex ſe. Et ſic capitᷣ ab Auicen. vi. metaph. Propō. Iſto mō nihil eſt in deo poſſibile: cōuertitur em̄ hoc mō cum ꝯtingenti. Tertio mō capitᷣ poſſibile prout opponitur neceſſario a ſe. Propō. Iſto modo filius in diuinis eſt poſſibilis ſilr̄ ſpūſſanct⁹. Et tñ pr̄ nō eſt poſſibilis illo modo. Valet em̄ tm̄ ſicut originatū vel productum. ¶ Nota vlterius ꝙ neceſſariū eſt duplex: ſcȝ ex ſe formaliter: ꝛ ex ſe ꝛ a ſe. Propō. Primo mō (ſcȝ ex ſe formalitᷣ) pr̄ eſt neceſſari⁹: ſimilr̄ filius ꝛ ſpūſſanctus: patet qꝛ q̄libet ꝑſona eſt deus ꝛ deitate formal̄r eſt q̄libet ꝑſona neceſſaria. patȝ hoc. Quicq̄d em̄ hȝ entitatem formalitᷣ neceſſariā dicitᷣ neceſſariū ex ſe. Secūdo modo eſt aliq̄d neceſſariuȝ ex ſe ꝛ a ſe qđ ſcȝ nō habet eē ab alio. Propō. Illo mō ſolus pr̄ ē neceſſari⁹. patet. Quicq̄d em̄ hȝ fili⁹ hȝ a patre: ꝯſilr̄ de ſpūſctō. Pro q̄ nota ꝓpōnes ſequētes. ¶ Prima ꝓpō. Poſſibile ꝑmo mō captū nō eſt termin⁹ potentie actiue ſiue gn̄atiue ſiue ſpiratiue dei ad intra. Patet: quia poſſibile illo mō captum ꝯtinet ſub ſe oīa etiā neceſſaria. Et hoc mō deū eſſe eſt poſſibile. Sȝ deus nō pōt eſſe termin⁹ alicui⁹ potentie actiue: ergo ꝛc̄. ¶ Scđa ꝓpō. Poſſibile ſcđo mō captū nō ē termin⁹ potētie actiue adequat⁹ correſpondēs ipſi potentie in diuinis ad intra. Eſt tñ termin⁹ adequat⁹ potentie actiue correſpondēs ipſi ad extra: ꝛ dr̄ a Sco. poſſibile cauſabile qđ eſt obiectū omnipotentie quod ſcȝ diſtingui pōt eſſentialiter ab ipſa potentia ¶ Correlariuȝ. Poſſe generare in patre nō cadit ſub oīpotencia. patet: quia īter oīpotentiā ꝛ terminū ſuū ſemꝑ eſt diſtinctio eſſentialis: fili⁹ aūt eſt idē eſſential̄r cum patre: nec eſt cauſabilis: qꝛ oē cauſatum diſtinguitᷣ eſſentialiter a ſua cauſa: ergo ꝛc̄. ¶ Tertia propoſitio. Poſſibile tertio modo captū ſcȝ prout opponitur neceſſario a ſe. Eſt termin⁹ ꝑmus correſpondens correlatiue potentie actiue in diuinis ad intra. patet: qꝛ illo mō filius ꝛ ſpūſſanct⁹ dicuntᷣ poſſibiles cū nō ſint neceſſarij a ſe. Et poſſibile illo mō dicit quoddā originatū vel ꝓductū vt ſupra patuit: g̃ ꝛc̄. ¶ Cōcluſio rn̄ſal̄ pro ꝑmo termino. Poſſe gn̄are in diuinis eſt real̄r non ꝑmo mō nec ſcđo mō ſed tertio mō. ¶ Correlariū. Bene ergo ſupponit doctor ſeraphic⁹ querens. Utrū poſſe generare in diuinis dicat q̄d vel ad aliquid. ¶ Scđs termin⁹ declarādus eſt. Quid Ubi nota ꝙ quid pōt capi dupl̄r. Proprie videlicet ꝛ large. Proprie capitᷣ pro rōne formali ꝛ q̄dditatiue alicui⁹ rei: vt hō eſt aīal rōnale. Propoſitio. Illo mō. quid eſt cōcretum: q̄dditas vero abſtractum. Et iſto mō non capitᷣ in q̄ōne eo ꝙ nō diſtinguitᷣ ſeu opponitᷣ ipſi ad aliq̄d. In omni em̄ genere reꝑitur q̄d. In omi em̄ genere ſunt differētie: ſpēs ꝛ genera q̄ habēt diffinitiōes explicātes eſſentialia diffinitoꝝ ꝛ quidditatē rei. vn̄ Boetius Diffinitio eſt q̄ indicat q̄d eſt eſſe rei per eſſentialia ꝛc̄. Alio mō capitᷣ quid large pro entitate abſoluta. Et hoc modo capitur in queſtione. Unde ſenſus q̄ſtiōis eſt. Utrum poſſe generare: id eſt potētia generandi dicat abſolutum vel reſpectiuum. ¶ Tertius terminus eſt ad aliq̄d. Pro cuius intellectu nota ꝙ ad aliquid capitur tripliciter. Pro per ſe ſignificato videlicet ꝛ pro denoīato ꝛ pro vtroqȝ. Primo capitur ad aliquid pro per ſe ſignificato: ſcilicet quādo capitur pro ſolo reſpectu vel pro ſola relatione. ¶ Pria propoſitio. Hoc modo paternitas dicitur ad aliquid. ¶ Secunda propoſitio. Iſto modo accipit philoſophus ad aliquid in predicamentis: dicens. Ad aliquid talia dicuntur quecūqȝ hoc ipſum

qđ ſunt alioꝝ dicunť: vel quomodolibet aliter ad aliud. Correlariū. Hoc mō capitur ad aliqđ in pñti qſtione. Scđo capiť pro denoiato ſcȝ ꝓ fundamento qđ referť relatione: vt pro iohāne q̄ eſt pater nicolai. Tertio capitur ad aliquid pro vtroqȝ ſcȝ pro denoiato vt ſubeſt relationi ſiue pro aggregato ex vtroqȝ.

Reſolutio queſtionis.

Nota ꝙ doc. ſera. pro q̄nis reſolutione tres ponit opiniones. ¶ Prima opinio pōt reduci ad vnam diſtinctionē ꝛ duas ꝓpōnes. ¶ Diſtinctio ē hec. Potentia generandi in diuinis eſt duplex ſiue pōt capi duplr. Vno mō pro potentia nuda. Et dr̄ illa q̄ eſt indifferēs ad gñare: ꝛ nō generare. ¶ Prima ꝓpō. Potentia generandi accepta vt nuda i diuinis dicit entitatē abſolutā. Et ſic dicūt ꝙ potentia generatiua vt nuda ē in patre: filio ꝛ ſpirituſancto. Ecce venenū. Alio mō capiť potētia generādi in diuinis vt diſpoſita. Et illa dr̄ ſolū eſſe i patre. ¶ Scđa ꝓpō. Potentia generādi vt diſpoſita dicit entitatē reſpectiuā. Hec opinio efficaciter iprobať a doctore ſeraphico. Generatio eñ filij dei eſt ſumme neceſſaria ꝛ ſumme determinata ad eſſe. g ꝛc̄. Itē. In q̄cūqȝ eſt potentia vt nuda in eodem etiā diſpo nitur ꝛc̄. ¶ Scđa opinio eſt magiſtri et ſatis ꝓbabilis. Et breuiter ꝯſiſtit in tribus vel q̄ttuor ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. In diuinis nō differūt poſſe ꝛ eſſe potentia ꝛ eſſentia. ¶ Scđa ꝓpō. Quēadmodum ergo eſſentia ꝛ potentia dicūt quid ſic etiā eſſe ꝛ poſſe dicunť quid. Vñ ſicut eſſentia in patre ꝛ filio nō pluraficať: ſed eadem eſt: ſic ꝛ potentia. ¶ Tertia ꝓpō. Eadē eſt potentia q̄ pater pōt generare filiū: ꝛ eadē eſt potentia q̄ filiꝰ pōt generari a patre. ¶ Quarta propō. Licet poſſe generare dicať aliqđ abſolutū tamen connotat reſpectū ad pſonā. Unde potentia ſeu poſſe trahiť ꝑ verbū actiuū ad perſonā patris. Per verbū paſſiuum trahitur ad filiū. ¶ Tertia opinio. Et eſt modernoꝝ magiſqȝ probabilis ꝛ ſtat etiā in aliqbus ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. Potētia generādi in diuinis nō dicit qđ ſed ad aliqđ. ꝓbať: q: quicqđ dicit habitudinē vniꝰ ad alterū dicit ad aliqđ: ſed potentia generādi dicit habitudinē vniꝰ ad alterū. ergo ꝛc̄. ¶ Secūda ꝓpō. Duplex eſt habitudo in diuinis. Quedā eſt perſone ad pſonā. Et oīs talis eſt realis Vñ dicuntur habitudines ſimplr. Alia habitudo in diuinis. Eſt eſſentie diuine ad creaturā. Et oīs talis eſt ꝑ intellectū ſiue relatio rōnis. Hoc ē qđ dicit littera ſancti Bonauēture. ¶ Tertia ꝓpoſitio Principiū in diuinis capiť duplr. Eſſentialiter videlicet ꝛ notionaliter. Eſſentialiter vt qñ potentia dei cōparatur ad creaturā tunc eſt eſſentiale. Si vero cōparetur ad intra tūc eſt notionale. Sed principiū in diuinis capiť notionalr qñ videlicet eſt habitudo inter perſonas. ¶ Quarta ꝓpō: ꝛ reſponſiua. Potentia ergo gen. ratiua filij dicit ad aliqđ vł relationē q̄ eſt ꝓpria patri. Hocem modo Potētia generatiua nihil aliud dicit q̄ fecunditatē naturalem qua pr̄ ꝑducit filium ſiue generat. Potentia filr ſpiratiua ꝛc̄. ¶ Nota vlteriꝰ ꝙ eſſe capiť duplr Uno mō eñ: Sum es eſt: facit ꝓpōnem de eſt ſcđo adiacente: vt hō eſt. Alio mō facit ꝓpoſitionē de eſt tertio adiacente qñ videlicet aliud eſt pdicatū materiale ab hoc verbo ſum es eſt: vt ſcotus eſt in opinione alicuiꝰ doctoris. Itē Scotus viuit vt doctor. Primo mō hoc verbū eſt ſignificat exiſtentiā actualē: qñ ſcȝ facit ꝓpōnē de eſt ſcđo adiacente. Et eſt terminꝰ kathegorematicus. Qñ autē hoc verbū ē facit ꝓpōnē de eſt tertio adiacēte: tunc nō dicat actualē exiſtentiā ſed ſolum dicit habitudinem pdicati ad ſubiectum. Et eſt terminꝰ ſinkathegorematicus. Vñ regula Bonauē. Qñcūqȝ g̃ arguiť ab eſt de tertio adiacente ad eſt ſecundū adiacens rōne illiꝰ verbi eſt com

mittitur fallacia figure dictionis: quia
mutať termin⁹ ſinkathegoreumatic⁹ in
terminū kathegoreumaticū. Et licet va
leat arguere. Hō eſt albus. ğ hō eſt. hoc
tñ nō eſt niſi rōne materie: q2 p̄dicatū eſt
vere accidētale ipſi ſubiecto. Ex iſtis re/
gulis pʒ differencia inť eſſe ꝛ poſſe. Poſſe
em̄ in ſe importat p̄ncipiare. Sed ſicut
duplex eſt p̄ncipiare ſcʒ reſpectu creatu/
rarū et reſpectu ꝑſonarū: ſic etiā duplex
eſt poſſe. Vñ poſſe notionaliter captū di
cit principiare vel producere vel ꝓduci
ad intra in diuinis. Eſſe autē ſemꝑ dicit
abſolutā entitatē. Vñ qñ dr̄ deus eſt di/
cit exiſtenciā actualē ſumme eſſentie. Et
eſt p̄dicatio in p̄.no modo dicendi per ſe.
Qñ autem diciť deus pōt vel eſt genera
tiuus: ſic p̄dicat tertiū adiacens. Reſol/
ue vt potes. Hinc etiā dr̄ ꝙ eſſe et poſſe
in diuinis nō differunt: verū eſt realiter.
differūt tñ formalr̄. Nota vlterius ꝙ na
tura eſt vis inſita rebus ex ſimilibꝫ ſimi/
lia procreans. Nota etiā ꝙ perpetuum
ꝓprie eſt illud quod nunq̄ȝ pōt nō eſſe ꝑ
naturā licet inceperit eſſe. Unde ſolus
deus eſt eternus proprie.

Circa iſtum paſſum Si

quis autē vult ſuſtinere poſitionē magi/
ſtri ꝛc̄. Notandū: ꝙ potētia generatiua
actiue dicta pōt capi dupl'r. Uno modo
ſm̄ ſe ꝛ abſolute. Et ſic dicit ďd. ¶ Pri/
ma ꝓpō. Illo mō potentia gñatiua ſm̄
ſe ꝛ abſolute inq̄ȝtū potentia eſt: eſt cōis
patri filio ꝛ ſpūiſancto. Alio mō capitur
potentia generatiua: rōne adiuncti ſeu
addici. ¶ Scđa ꝓpō. Potentia generan
di filiū: ꝓpriū eſt patri: tunc em̄ reſpecti/
ue dr̄. Notandū vlteri⁹ ꝙ q̄druplicia ſūt
noīa in diuinis ſcʒ. Eſſentialia eſſential'r
dicta: eſſentialia ꝑſonaliter dicta: notio/
nalia notional'r dicta: ꝛ notionalia eſſen/
tialiter dicta. ¶ Eſſentialia eſſentialiter
dicta ſunt illa q̄ cōueniūt tribꝫ ꝑſonis et
nō poſſunt dici niſi de tribus vt deitas:
deus. Et dicunť eſſentialia quia habent
ſimilē modū p̄dicādi cū eſſentia. ¶ Eſſen
tialia ꝑſonaliter dicta ſunt illa: q̄ quātū
eſt de ſe: ſunt cōmunia tribꝫ: pñt tñ trahi
ad vnā perſonā vt potencia que rōne ad/
iuncti poteſt trahi vt dicatur de vna per
ſona vt poſſe generare. ¶ Sed notiona/
lia notionaliter dicta ſunt illa que ſolum
vni vel ad plus duabꝫ ꝑſonis cōueniunt
nec pñt dici de tribꝫ: vt genitū ſpiratum.
¶ Notionalia vero eſſential'r dicta ſunt
illa que pñt dici de tribꝫ ꝑſonis rōne ali
cuius cōnotati: vt incarnatio eſt ꝓprium
filio: rōne tñ cōnotati ſiue cauſalitatis
diciť de tribꝫ ꝑſonis que effectiue cōcur
rerunt ad iſtam incarnationē.

Ad argumēta in oppo/

ſitū. Notandū ꝙ argumenta in oppoſitū
ſoluunť ad ſuſtinēdū magiſtri opinionē.
Circa p̄mū argumētū in oppoſitum vbi
allegať mgr̄ p̄mo caplo. Nota ꝙ trūca/
te allegať. Et ideo nō indiget ſolutione:
nec ſanct⁹ Bonauētura ſoluit. Sed im
plicite ſeu tacite remittit te ad magiſtrū
¶ Pro ſcđo argumēto in oppoſitū. Cum
dr̄ potentie diſtinguunť ꝑ actus verū eſt
de actibꝫ adequatis. Poſſe autē genera/
re nō eſt actus potentie generatiue cū fi
lius poſſit generari eadem potentia.

Queriť ſecundo. Utrū

potentia generādi ſit in filio. Hic ē vni/
cus terminus declarādus ſcʒ. Potentia
generandi. nā ſuꝑius declaratū eſt quid
ſit potentia. Pro quo notandū ꝙ poten
tia generandi hic capiť pro potentia pro
ductiua. In diuinis autem ad intra du/
plex eſt potentia productiua: Generati/
ua videlicet et Spiratiua. Generatiua
eſt illa qua pater poteſt generare filium.
Sed ſpiratiua potentia eſt illa q̄ pater
ꝛ filius poſſunt ꝓducere ſpiritūſanctū.
¶ Quando igiť queriť. Utrū potentia
generandi ſit in filio: eſt querere vtrū fi/
lius in diuinis poſſit gñare. ¶ Notandū
vlteri⁹ ꝙ potencia generādi pōt capi du/

pliciter: ſcʒ pro ꝑ ſe ſignificato ꝛ pro denominato. Primo mõ capiť potentia generãdi pro ꝑ ſe ſignificato vt dicit reſpectum ꝓncipiationis ſeu ꝓncipij ad ꝓncipiatũ. Propoſitio. Illo mõ potentia generandi non dicit q̄d ſed aliq̄d. Et ſic capitur a ſctõ Bona. ¶ Correlariũ. Tũc dico ꝙ potentia generãdi hoc mõ nõ ẽ in filio. Alio mõ capiť potentia generandi pro denoĩato ſeu fundamẽto ſiue pro cõnotato. Et ẽ illud abſolutũ qđ denoĩať ab illa relatiõe ꝓncipij ad ꝓncipiatũ ꝛc̄. Queriť aũt q̄d ſit illud abſolutũ qđ denominatur. Rñdeť. Eſt memoria fecunda q̄ eſt q̄d abſolutũ. Propõ. Potentia generãdi hoc mõ capta ẽ in filio. Regula. Quicq̄d eñ abſolutũ ẽ in diuinis eſt in tribꝫ. Vñ oẽ illud abſolutũ qđ eſt potentia generandi eque eſt in patre ꝛ filio ꝛ ſpiritu ſancto.

Reſolutio queſtionis

Nota ꝙ doctor ſeraphic⁹ reſoluẽdo hãc q̄ſtionẽ ponit duas opiniones primo falſam. ſcđo ſuã ꝛ verã. Prima ſtat in tribꝫ ꝓpõnibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio. In filio eſt potentia generãdi. Cõtra hãc ꝓpõnem arguitur. In quocunq̄ eſt potentia generandi illud poteſt generare. Sed in filio eſt potentia generãdi per te: ergo poteſt generare. Et vltra poteſt generare: ergo generat. patet. Nam in diuinis nihil eſt poſſibile quin ſit in actu. Reſpondetur et eſt. ¶ Secunda propoſitio. Licet filius poſſit generare non tamẽ generat: quia non competit ſibi. Sicut religioſo non cõpetit manducare in die ieiunij ſeu generare licet poſſet. ¶ Tertia propoſitio. Deus q̄tum eſt de ſe põt ꝓducere infinitas creaturas: non tñ ꝓducit q2 non eſt ſibi cõueniens: vel quia ſibi nõ cõplacet. ¶ Contra. Quicq̄d deus põt facere hoc cõpetit ſibi vel eſt ſibi cõueniẽs. Sed deus poteſt per te producere infinitas creaturas: ergo ꝛc̄. Maior probatur: quia impoſſibile eſt deũ facere aliq̄d incõueniens. Impoſſibile eſt etiam eum poſſe facere inconueniens.

Reſpõſio doctoris ad

queſtionẽ ſm propriã ꝛ veram opinionẽ. Et ſtat in duabꝫ ꝓpõnibꝫ. ¶ Prima propoſitio. Potentia generãdi nõ eſt in filio. ¶ Scđa propoſitio ſeu concluſio. Poſſe generare non cõmunicatur filio a patre. Iſte ꝯcluſiones ad idẽ valent. Et hui⁹ ſunt due rõnes. Prima quia nõ põt. Secunda ratio: quia nõ debet. Non poteſt. Nam pr̃ generat filiũ eo ꝙ eſt prima perſona. Eſt eñ productio ꝑ modũ vt nať prima. Impoſſibile eſt aliqđ ens primũ cõicare ſuã ꝓmitatem alteri ab ipſo ꝓducto. Eſt eñ oppoſitũ in adiecto ꝙ ꝑſona producta ſit ꝓma. Scđo nõ debet. Itez pr̃ cõicat filio q̄cq̄d hꝫ excepto eo ꝙ relatiue dr. ¶ Notandũ vlteri⁹ ꝙ q̄tuor ſũt gradus ꝓncipales in hominibꝫ beať in q̄bꝫ maxime apparet bonitas dei. ¶ Primus gradus eſt aliquoꝝ beatoꝝ q̄ nũq̄ fuerunt inimici dei per peccatũ actuale: licet bene per peccatũ originale. ¶ Secundus gradus eſt illoꝝ q̄ fuerũt inimici dei actualiť nõ ſolũ rõne pc̄ti originať ſed etiã rõne pc̄tõꝝ mortaliũ actualium vel venialiũ. ¶ Terti⁹ g̃dus magis manifeſtans bonitatẽ ꝛ miſc̄diã dei. Eſt alicui⁹ ꝑſone q̄ nũq̄ fuit inimica deo actualiter neq̄ rõe actualis pc̄ti mortať ſiue veniať neq̄ rõne pc̄ti originalis. Talis fuit virgo glorioſa dei genitrix Maria. Ideo dicitur regina. Quidam autem multa loquuntur de laude virginis glorioſe. Vnde Albertus magnus dicit in ea omnia fuiſſe ſacramenta etiam ordinis quod tamen proprie non poteſt intelligi ſaltem ꝙ fuerit preſbyteriſſa.

¶ Prima propoſitio. Maluiſſet glorioſa virgo Maria in naturalibus poſita mille milia peccata venialia feciſſe q̄ eſſe in peccato originali. Peccatum enim originale facit inimicum deo quod tamen non facit veniale pc̄tm̃. Duplex eſt

em̄ pctm̄ mortale videlicet originale et actuale ¶ Secunda propoſitio. Si beatiſſima virgo maria fuiſſet cōfeſſa ꝓprie loquendo peccaſſet mortal'r. Probatur ſic. Materia ꝯfeſſionis vel eſt pctm̄ mortale vel veniale. Sed ꝟgo glorioſa nullum fecit pctm̄: ꝗ ꝯfitendo fuiſſet mentita ꝛ ꝑ ꝯn̄s peccaſſet. Itē dicit eā fuiſſe cōfeſſam ſcto Iohāni euāgeliſte: ſed h̄ non eſt laudare ipam ſed poti⁹ maculare. Dicit q̃ʒ ipſam ꝯceptam in originali pctō. vn̄ dico ꝯtra eū. Si btā virgo fuiſſet confeſſa: ſicut pnia eſt ſacr̄m peccaſſet mortaliter. Nā materia ſacramenti pnie eſt pctm̄ mortale quod nunq̄ꝫ cōmiſit: ita ſi fuiſſet ꝯfeſſa ꝓprie: fuiſſʒ mētita ꝯfitēdo aliq̄ a ſe nō cōmiſſa. ¶ Quart⁹ gdus in hoīe beato. In quo manifeſtat̄ dei bonitas. Eſt alicui⁹ hoīs beati q̄ hʒ beatitudinē ſine merito p̄cedenti ꝛ tantā beatitudinē ꝙ nō pōt maiorē hr̄e nec ſolūmō hʒ: ſed a p̄ncipio ſue ꝯceptionis. Et hūc gradum ſolū tenet anima chriſti.

Argumenta in oppoſitum

pro pte vera ſunt. beat⁹ Auguſtin⁹ in libro ꝯtra maximū. Nō oportuit filiū generare ſed ſi nō fuit oportunū ſeu ꝯueniens impoſſibile fuit: ꝗ ꝛc̄. ¶ Vn̄ ē vna maxima theologoꝝ. Quodlibet incōueniens ꝛ iniuſtū in deo eſt impoſſibile. Sicut em̄ deus non pōt peccare ſic non pōt facere incōueniens. ¶ Contra de⁹ poteſt dānare oēs beatos ꝛ pōt ſaluare oēs dānatos. Sed hec ſunt maxima incōuenientia: ꝗ deus pōt facere incōueniēs. ¶ Reſponſio. Minor videlicet: poſſe damnare oēs beatos ꝛ ſaluare oēs dānatos ꝙ ſit deo incōueniēs (ſcilʒ de potētia dei abſoluta) ē ſimpl'r falſa. Nā ſi de⁹ damnaret matrē ꝛ ſctōs iuſte faceret: cū nihil iniuſtum facere poſſit. Et ſi obijcias: faceret ꝯtra leges ꝓfixas: ꝗ incōueniēt̄. Rn̄detur ꝙ quia aliqua lex eſt volita ꝛ a deo ſtatuta. Ideo iuſta ꝛ bona ꝛ nō econtra Ideo dico ſi dānaret ſctōs aliā legē ſtatuiſſet: ꝛ vellet ſic fieri ꝛ quia vellet talis lex iuſta eſſet ꝛ bona nec eſſet incōueniēs Ideo adhuc ſtat regula ꝙ deus nullum incōueniens pt̄ facere. ¶ Pro ſcđo argumento. Nota ꝙ iniq̄tas eſt q̄ aduerſatur ꝛ nocet homini. Vn̄ nota ſm̄ mentē beati Anſhelmi ꝙ differētia eſt int̄ Aduerſitatem ꝛ tribulationē. Multi ſcti ꝛ martyres habuerūt tribulatiōes. vt Iob petrus ꝛc. Sed aduerſitas eſt ꝓprie qđ nociuū eſt homini. Cui alludit illud. Nulla nocebit aduerſitas: ſi nulla dominet̄ iniq̄tas. ¶ Pro tertio argumento. Notādum. Omne illud in quo diſtinguūtur aliqua duo neceſſario: ſi illud competat neceſſario vni illoꝝ repugnat neceſſario alteri. Sed pater ꝛ fili⁹ neceſſario diſtinguuntur i eo qđ eſt gn̄are: ꝛ generare neceſſario cōuenit pr̄i: ꝗ neceſſario repugn̄t filio. Sicut ſi neceſſario cōueniat Salamandro eſſe in igne: vel alleci in aqua: et ſi aliud aial per eſſe in igne neceſſario diſtingueret̄ a Salamādro impoſſibile eēt ꝙ eſſe in igne cōueniret ſibi.

Pro argumentis ante oppoſitū.

Notandū ꝙ hilarius. ix. de trinitate dicit. Fili⁹ habet naturā gignantem qđ mgr̄ exponit. i. hʒ naturā patris gignentis. ¶ Sciendū vlterius ꝑ auctoritate Auguſtini. due negatiōes faciūt affirmationē. ſed Augu. ponit duas negatiōes: ergo ꝛc̄. Dicit em̄. Non potuit filius nō generare. ¶ Ubi nota ꝙ iſta negatio non: capit̄ dupl'r: ſcʒ Priuatiue et negatiue. Non qn̄ capit̄ priuatiue: tunc valet: in. Et ſic iſta ē falſa. Filius nō potuit generare. i. impotens fuit. Et tunc negatur potentia ꝛ relinq̄tur aptitudo. Oīs em̄ oratio in qua ponit̄ negatio priuans exponit̄ ꝑ duas ꝓpōnes. In quarū p̄ma negat̄ actus: in ſcđa ponit̄ ſubiectū aptū natū. Vn̄ iſta. Filius nō potuit generare. i. filius eſt impotēs ad generādū exponit̄ ſic: filius nō generat et fili⁹ apt⁹ eſt generare. Sed iſta eſt falſa: Pater.

Quia ſic ſequeret᷑: ꝙ poſſe ⁊ eſſe nō eſſet
idem in eternis: qđ eſt falſum: ergo ⁊c̄.
¶ Sed quando ly non capitur negatiue
tunc ſimpliciter negat nō ponendo apti
tudinem. Unde Auguſtin⁹. Negat a fi
lio dei nō generare infinitanter acceptū
Et ſic negatio nō bis capitur neganter:
ideo non equiualet affirmatiue. Unde
in omnib⁹ iſtis: deus eſt infinitus: deus ē
immēſus: deus eſt immortalis. Si ly in
teneatur negatiue eſt vera et catholica.
Si vero teneat᷑ priuatiue ſeu priuanter
ſunt falſe ⁊ heretice: quia ſic exponuntur
deus nō eſt infinitus: ⁊ tamē deus aptus
natus eſt finiri. Deus non eſt mortalis
et tamen aptus natus eſt mori. ¶ Item
anima intellectiua eſt indiuiſibilis: pun
ctus eſt indiuiſibilis. Corpus humanū
eſt inequale celo. Si ly in capitur priua
tiue: omnes ſunt falſe. Si vero neganter
omnes ſunt vere. ¶ Notandum finali-
ter ꝙ duplex eſt imago: ſcilicet adequa-
tionis ⁊ imitationis. Imago adequatio-
nis dicit omnimodam ſimilitudinem ita
ꝙ vnitatem eſſentialem etiam numero.
Alia imago eſt imitationis. Sic ſtatua
herculis imitatur ceſarem: ⁊ Johannes
ſuum patrem ⁊c̄.

Querit᷑ tertio. Utrum

poſſe generare ⁊ poſſe creare ſit vnicum
poſſe. Ubi nota pro declaratione termi
noꝝ ꝙ poſſe creare ⁊ poſſe generare poſ-
ſunt dupliciter accipi: formaliter ſcilicet
⁊ fundamentaliter. Primo poſſe genera
re ⁊ poſſe creare capiuntur formaliter et
pro per ſe ſignificato. Et tunc importāt
relationem principiationis alicui⁹ prin
cipij ad principiatum. Unde poſſe gene
rare eſt relatio ipſius principij creantis
vel creatiui ad id qđ creatur. Et ita eſt
cōmunis tribus perſonis. Propoſitio.
Iſta relatio eſt rationis. Omnis eñ re-
latio dei ad creaturas eſt reſpectus ra-
tionis. Secūdo capiunt᷑ poſſe creare et
generare fundamētaliter ⁊ tunc eſt ipſa
voluntas dei. Propō ſecūda. Poſſe gene
rare importat habitudinem patris ad fi
lium. Propoſitio tertia. Poſſe generare
eſt reſpectus principij generantis ad ge-
neratum. Exprimitur autē per illud qđ
eſt paternitas. Et eſt relatio realis in di
uinis ſcȝ poſſe generare. patet: quia eſt
relatio ad intra pertinens ad diſtinctio-
nem originis: vt infra diſt. xxxix.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in aliquibus propoſitionibus. ¶ Prima
ꝓpoſitio. Poſſe generare et poſſe creare
nō ſunt idē formaliter et pro per ſe ſigni
ficato. probatur: Quia nulla relatio ra
tionis eſt identificata cū relatione reali.
Et ſic loquitur Scotus diſt. xxxix. ꝑnul
ſe creare pro formali intantū diſtinguū-
tur ꝙ nihil vniuocū poteſt de ipſis dici.
¶ Nota ſm mentem doc. ſeraphi. ꝙ poſ
ſe generare eſt pater ⁊ poſſe creare eſt eſ-
ſentia diuina. Et hoc capiendo poſſe ge
nerare ⁊ poſſe creare pro denominatis.
¶ Prima propō. Sicut eſſe deū ⁊ eſſe pa
trem ſunt vna ⁊ eadē res differunt tamē
rōne: ſic poſſe generare ⁊ poſſe creare ſūt
vnum poſſe differunt tamen ratione ꝙ
autē deus ⁊ pater differāt rōne patet: qꝛ
eſſe patrem dicit relationem ⁊ eſt propri
um patri: eſſe aūt deum eſt quid abſolu
tum ⁊ cōe tribus ꝑſonis: ergo ⁊c̄. Secūda
pars patet ꝙ ſunt vna res: ſed ꝙ rōne dif
ferant. patet: qꝛ poſſe generare terminat᷑
ad filium. Poſſe aūt creare terminat᷑ ad
creaturas. ¶ Secūda propō. Sicut eſſen-
tia diuina ⁊ perſona ſunt vna ⁊ eadē res
differunt tamen ratione: ſic poſſe gene-
rare ⁊ poſſe creare ſunt vnum poſſe diffe
runt tamen ratione. ¶ Tertia ꝓpoſitio.
Sicut poſſe generare et poſſe creare di-
ſtinguuntur ſm rationem: ita habent di
uerſum ordinem inter ſe. ¶ Unde notā
dum ꝙ poſſe generare et poſſe creare poſ
ſunt cōparari ad id cuius ſunt vel ad id
ad que terminant᷑. ¶ Quarta ꝓpoſitio.

Quādocunq̧ iſta duo poſſe generare ꝛ
poſſe creare comparanẽ ad id cui⁹ ſunt:
poſſe creare precedit poſſe generare. pro
batur: quia illa que ſunt cōīa tribus pre
cedunt propria cum ſint eſſentialia. Eſ-
ſentia quoq̧ precedit patrē. patet: quia
ea que ſunt eēntialia ſunt immediatiora
et priora q̄ que ſunt propria. ¶ Quin-
ta propō. Comparāda tñ illa duo ad il-
la ad que terminanẽ tunc generare prece
dit poſſe creare: eo ꝙ filius in diuinis eſt
terminus ipſius potētie generatiue. Et
filius eſt prior creatura: ergo poſſe gene
rare ſm hoc precedit poſſe creare.

Pro ſolutione argumē

ti primi in oppoſitū. Nota ꝙ duplex eſt
alietas ſcȝ rōnis. et de illa loquitur. S.
Aug. dicens. Alio pater eſt deus et alio
eſt pater. Naȝ deitate eſt deus: pr̄nitate
autē eſt pater. Et videẽ hic poſſe concor
dare doctor ſeraphicus cum doc. ſubti.
¶ Nā arguo ſic. Si eſt diſtinctio rōnis
inter pr̄nitatem ꝛ eſſentiam: vel eſt omni
no per opus intellectus vel non. Nā du
plex eſt diſtinctio rōnis propria ſcȝ et im
propria. Prima ꝛ ꝓpria eſt illa q̄ preciſe
fit ſeu cauſaẽ ſeu potius derelinquiẽ fa-
bricatur ve ꝑ opus intellect⁹ collatiuū.
Circūſcripto autē omni ope intellectus
adhuc eſſentia diuina eſt cōīcabilis: pa-
ternitas incōīcabilis. Cōſtat aūt ꝙ cōī-
cabile ꝛ incōīcabile differūt etiā ex natu-
ra rei: ergo pr̄nitas ꝛ eſſentia non diſtin-
guunẽ p̄ciſe rōne illo mō dicta. Alia eſt
diſtinctio rōnis q̄ eſt inter duas rationes
formales in aliqua re ex natura rei reperi-
biles ꝛc̄. ¶ Alia eſt alietas realis de qua
nō intelligiẽ auctoritas Auguſtini ſup̄-
dicta ꝛc̄. Notandū vlterius ꝙ a.c⁹ diciẽ
habere completionē ab obiecto. i. quādo
actus cauſaẽ ab obiecto. Sed creare nō
compleẽ ab obiecto. patet: quia de⁹ nul-
lo modo dependet a creatura. Notandū
finaliter ꝙ duplex eſt obiectuȝ potentie
videlicet primū ꝛ adequatū: ꝛ nō primū
ſed ſecundariū. Primariū obiectum po-
tentie creatiue eſt eſſentia diuina. Poten
tia enim creandi eſt voluntas dei diui-
na. Potentie ergo plurificanẽ ſm plura-
litatem ſubiectoꝝ: verū eſt de ſubiectis
primis ꝛ adequatis. De alio ſubiecto ſci
licet ſecundario non oportet.

Querẽ quarto. Utrū

poſſe generari ꝛ poſſe creari ſit poſſe vni-
uocum. Pro declaratione terminoꝝ re-
curraẽ ad q̄ntā diſtinctionē. ¶ Nota tñ
ꝓ ꝑmo termino hic: q̄ eſt poſſe generari:
ꝙ in diuinis oīno idē ſunt ex natura rei
poſſe generari: generabile et gñari actu:
filiatio vel eſſe filiū: Nec diſtinguuntur
formaliter ſed ſolum ſm modos grāma-
ticales: idem etiam generatiuum: poſſe
generare: generare actu et eſſe patrem:
imo generatiuum quo ad ſignificatum
eſt idem cū generabili. Eadem em̄ potē-
tia qua pater generat filius generatur ꝛ
patebit ꝛc̄. ¶ Scd̄s terminus eſt creari
vbi nota ꝙ creari capitur dupliciter: ſcȝ
ſtricte et large. Stricte et ſic eſt aliquid
produci a ſolo primo efficiente immedia
te poſt omino nō eſſe vel poſt oīno nihil:
ita ꝙ in eius productione non preſuppo
natur materia. Prima ꝓpoſitio. Si ho-
mo producatur de ſemine a cauſa ſecun-
da: ſimiliter ſi a deo ð limo. nō creaẽ pro-
prie. Correlarium. Si ergo creatura di-
catur a creari ſtricte accepto. creatura
nō eſt communis omnibus creatis. Se-
cunda ꝓpoſitio. Soli angeli ꝛ anime in-
tellectiue ꝛ habitus infuſi vt fides: ſpes:
charitas: creantur proprie. Creari vero
large: eſt aliquid produci a primo effici-
ente ſiue mediate ſiue immediate ſm pri-
mū ſuum eſſe poſt non eſſe. ſiue fuerit in
materia illa negatio ſiue non. Propoſi-
tio. Sic creari omnibus alijs a deo con-
uenit excepto chriſto. ¶ Notandum pro
ampliori intellectu predictorū ꝙ ad cre-
ari tres conditiones requiruntur. Pri-
ma ꝙ producatur a primo efficiente de-

ſectu cuius pater Johannis non eſt creator eius. Scđa condicio ꝙ producatur ſm ſui primū:id eſt principale eſſe. Unde ſi deus daret alicui omnia accidentia noua:omnem ſcientiam: perfectam beatitudinem ꝛc̄. Licet habitus ipi crearentur non tamē homo ipſe cui darenť crearetur. Correlarium. Chriſtus nullo modo videlicet nec primo modo nec ſecūdo modo capiendo creari eſt natura probatur: quia chriſtus includit naturam humanam ꝛ diuinam in vnitate ſuppoſiti. Sed manifeſtum eſt verbum diuinum non fieri:ergo chriſtus ſm primū ſui eſſe nō eſt factus. Tercia condicio eſt ꝙ producatur de non eſſe. Propoſitio. Creare ſtricte eſt primū efficiens aliquid producere in effectu (id eſt in exiſtencia actuali) de nihilo. ¶ Ubi nota ꝙ de nihilo:poteſt capi tripliciter. Uno modo pure negatiue: vt iſte loquitur ď nihilo:id eſt nō loquitur de aliquo et ſic tacet. Prima ꝓpoſitio. Illo modo poſſunt iſte propoſitiones cōcedi. Deus de nihilo fit. Eſſentia diuina fit de nihilo:id eſt nō fit de aliquo. Alio modo poteſt: de nihilo: intelligi poſitiue ſic:quēadmodum ferrum eſt poſitiuū de quo fit cultellus: ſic aliquid fieri de nihilo tanꝗ̄ de materia imaginetur. Secunda propoſitio. Illo modo impoſſibile eſt aliquid fieri de nihilo. Tercio. De nihilo: poteſt intelligi partim affirmatiue: et partim negatiue: vel partim priuatiue et partim poſitiue. Tercia propoſitio. Illo modo capto dicitur de paupere fit diues: de mane fit meridies. Et ſic capitur in propoſito. Creare large proporcionabiliter deſcribi poteſt. Eſt aliquid producere a primo efficiente ꝛc̄. ¶ Tercius terminus eſt vniuocum. Ubi animaduertendum ꝙ vniuocum eſt aliquod cōmune: quod dicitur ſm eandem racionem de omnibꝰ ſuis inferioribus. ¶ Preterea eſt veniendum ad textum ꝛc̄. Nota propoſitiones ſequentes. ¶ Prima propoſitio. Nulla res generabilis vľ creabilis ante ſui productionem vel generationem habet aliquam potentiam paſſiuam ſm quā poſſit creari. ¶ Secunda propoſitio. Unaqueꝗ̄ res ante ſui creationem diciť creabilis: ſolum denominatione extrinſeca. ¶ Tercia propoſitio. Anima antechriſti non eſt creata eſt tñ creabilis. Queri ergo poteſt verū illa potentia paſſiua qua dicitur creabilis ſit in antichriſto. Pro q̊ nota propoſitionē. ¶ Quarta propoſitio. Unaqueꝗ̄ res creabilis ante creationem ſui denominatur extrinſece ꝛc̄. Exemplū. Eadem potentia actiua qua ſol poteſt producere ranam: rana eſt ꝓducibilis. Et hoc quo ad rem: ſicut videre album: et album videri eſt eadem viſio. Album ergo dicitur viſum ſolūmodo denominatione extrinſeca.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in tribus propoſitionibus. ¶ Prima ꝓpoſitio. Poſſe generari et poſſe creari capiuntur quādoꝗ̄ pro per ſe ſignificato: qđ dicit ſctūs Bonauē. ꝑncipale ſignificatū. Et ſic ſunt vnicum poſſe. Alio mō poſſe generari ꝛ poſſe creari capiunť pro cōnotato. Concluſio. Poſſe gñari ꝛ poſſe creari quo ad connotata diſtinguunť realiter. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Licet poſſe creare ꝛ poſſe creari nō differāt in re: differunt tñ grāmaticaliter. Pro ꝑ ſe em̄ ſignificato importat voluntatē diuinaꝫ:q̄ om̄e creabile ꝓduciť. Eſt aūt idē cū intellectu q̄ filiꝰ generať. Patet ꝙ differāt grāmaticaliť. Creare em̄ ſcat ꝑ modum actiōis. creari ꝟo ꝛ generari ſignificāt ꝑ modū paſſiōis. ¶ Tercia ꝓpō. Poſſe generari ꝛ poſſe creari q̊ ad cōnotata intātū diſtinguunť: ꝙ nō hñt aliqđ cōmune vniuocū:licet habeāt analogū. Poſſe em̄ generare cōnotat patrē:generari autē filiū. Creare cōnotat eſſentiam diuinam: ſed poſſe creari cōnotat creaturam. q̊ ꝛc̄. Ubi notandū ꝙ Analoguꝫ eſt illud qđ per prius dicitur de vno ꝗ̄ de alio.

¶ Pꝛo claꝛioꝛi ergo intellectu dictoꝛuʒ. Nota ꝙ analogia eſt duplex. Quedam eſt enim analogia que eſt per reductionem ad vnitatem nature. Et de hac dicit Ariſto. ꝙ in vnoquoqꝫ genere eſt vnū qḋ eſt menſura omniū alioꝛum: ſic ꝙ ſm ꝙ vnumquodqꝫ plus accedit vel recedit ab iſta menſura eſt perfectius vel imperfecti⁹: vt in genere animalis eſt homo ⁊c̄. Alia eſt analogia per reductionē ad vnitatem ſimilitudinis: pꝛopoꝛtionis. non nature. Quod hoc modo analogaꝛ non eſt inter alia. Unde diſtributio pꝛopꝛie pꝛo illo nō diſtribuit niſi ſit extenſa. Unde deus nō eſt ens inter omnia ſed ſuper omnia ⁊c̄.

Circa diſtinctionem

C nem octauam pꝛimo queritur. Utrum veritas ſit pꝛopꝛietas diuini eſſe. Termini declarandi ſunt veritas: ꝓpꝛietas ⁊ diuini eſſe. ¶ Pꝛo pꝛimo termio nota tres diſtinctiones. Pꝛima veritas eſt duplex Quedam enim eſt in rebus: alia eſt veritas in intellectu. Scḋa diſtinctio. Ueritas in reb⁹ eſt duplex. Tertia diſtinctio. Ueritas in intellectu etiam eſt duplex. ¶ Pꝛima ꝓpoſitio. Quādocūqꝫ aliqua res pꝛoducta eſt ſimilis pꝛoducenti dicitꝛ vere filius eius. De veritate cetera quere in ſummulis a me lectis. Scḋa ꝓpoſitio. Ueritas capiendo ꝓut eſt manifeſtatiuitas q̄ res eſt māifeſtatiua ſui. eſt paſſio entis. Scḋs termin⁹ declarādus eſt ꝓpꝛietas. Notandū ꝙ Ariſtote. in ꝑmo topicoꝝ etiā aliquos iſtoꝛuʒ ponit quos Poꝛphirius ponit. Pꝛopꝛietas autē eſt abſtractum: pꝛopꝛium vero concretum. Pꝛopoſitio. Quot modis ergo dicitur vnum illoꝛum: tot modis et reliquum. Ubi notandum ꝙ pꝛopꝛiū dicitur quadrupliciter Pꝛimo modo pꝛopꝛium dicitur illud quod conuenit alicui ſpeciei: ſed non omni contento ſub ſpecie: vt eſſe logicum. Scḋo modo pꝛopꝛiuʒ dicitur illud quod conuenit omni contento ſub ſpecie non autē ſpeciei dicitur pꝛopꝛiuʒ: vt aptum natuʒ ad habere duos pedes. Tertio modo pꝛopꝛiū dicitur illḋ quod conuenit ſoli ſpeciei et omni cōtento ſub ſpecie: ſed nō ſemper vt caneſcere. Quarto modo pꝛopꝛiū dicitur illud quod cōuenit ſoli omni et ſemper: vt riſibile homini ⁊c̄. Sciendum vlterius. Ad hoc ꝙ aliqua entitas dicatur pꝛopꝛietas alicuius in creaturis tria requiruntur. Pꝛimo requiritur ꝙ cōueniat ſoli illi cuius dicitur pꝛopꝛietas. Scḋo ꝙ ſit ratio cognoſcendi illi cuius dicitur pꝛopꝛietas. Non tamen opoꝛtet ꝙ a pꝛioꝛi. Tercio opoꝛtet ꝙ differat ab illo cuius eſt pꝛopꝛietas. Et ſic iſte doctoꝛ ponit pꝛopꝛiam paſſionem diſtinctam realiter a ſuo ſubiecto. Hoc tamen doctoꝛ Subtilis non tenet. Doctoꝛ tamē Seraphi. etiam dicit hoc eſſe imperfectionis quare nō cōuenit pꝛopꝛietati vt eſt i diuinis. ¶ Tercius terminus eſt eſſe diuinum: cui⁹ declarationem differo: vſqꝫ in ſequentem queſtionem.

Reſolutio queſtionis

ſtat in duabus diſtinctionibus: tribus dictis et duabus concluſionibus ¶ Pꝛima diſtinctio. Ueritas tripliciter comparatur. Pꝛimo ad ſubiectum quod informat. Scḋo ad pꝛincipium qḋ repꝛeſentat. Tercio ad intellectum queʒ excitat. ¶ Pꝛimum dictum. Ueritas in cōparatione ad ſubiectum quod infoꝛmat non eſt niſi indiuiſio actus et potencie. Unde iſto mō ſolum veritas perfecte reperitur in deo. In creaturis autem non diſtinguitur eſſe ⁊ poſſe. In creaturꝫ autem licet habeant quandā vnitateʒ ſimpliciter tamen ſunt diſtincta. In creaturis autem non niſi imperfecte reperitur. Anima enim hominis eſt actus: coꝛpus poſſe: que aliquo modo ſunt indiuiſa in viuente. Diſtinctio autem eſt imperfectionis. ¶ Scḋm et terciū dicta in textu

ſeu littera ſcti Bonauenture habes rē.
¶ Prima cōcluſio. Ueritas vt opponit
falſitati cū cōueniat nō ſolū deo ſed etiaʒ
creature nō eſt ꝓprietas eſſe diuini. Ad
iſtā ↄcluſionē faciunt tria argumenta in
oppoſitū. ¶ Ueritas vt opponit ꝑmixti/
oni poſſibilitatis cum actu ſola veriſſi/
me reperit in deo: ideo ſic eſt ꝓpetas deo
Ad hoc ꝓcedūt argumenta duo penul/
tima ante oppoſitū. Nota vlteri⁹ ꝙ ſan/
ctus Bonauē. nō ꝓprie capit imitationē
ſed capit ꝓ ꝑ adequationeʒ. Illud qđ ſic
eſt ens in actu qđ nihil hʒ de poſſibilita/
te vere eſt. ¶ Nulla aūt creatura hʒ oēm
ꝑfectionē creature etiā q̄ eſt ꝑfectiōis ſim
pliciter. Angelus em̄ nō poteſt ꝓducere
ſubſtantiā ſimileʒ ſibi: qđ tñ pōt hō. ſilr
ð alijs rē. ¶ Cū dicit nr̄m eſſe cōparatū
ad diuinū eſſe eſt nō eſſe pōt intelligi du/
pliciter. Primo vt aut oīno ſit nō eſſe: vt
chimera: hircoceru⁹ rē. Et ſic nō eſt verū.
Alio mō poteſt intelligi ſm ꝓportioneʒ.
Et ſic eſt verū: qꝛ nulla eſt determinata
ꝓportio data vel dabilis: ſm quaʒ p̄ciſe
eſſe diuinū p̄cedat eſſe nr̄m. Eſſe em̄ nr̄m
ex h̄ ꝙ cōparat ad deum nō igit peiorat
ſed potius melioꝛat. Itē nota ꝙ verū de
rōne ſui dicit reſpectū ad cauſam exem/
plarem. i. ad intellectum cognoſcentē ſm
ꝙ eſt manifeſtatiuus ſui intellectui poten
ti ſe cognoſcere. Eſſentia dicit q̄d: id eſt
abſolutū. Ueritas autē cōditiōes entis
id eſt manifeſtatiuitatem rē.

Secūdo querit Utrum

Hec ꝓprietas conueniat deo in ſummo
hoc eſt dictū. Utrū diuinū eſſe ſit a deo
verum qđ nō poſſit cogitari nō eſſe. Hic
declarandi eſſent tres t̄mini: ſed qꝛ vnus
ſuperi⁹ eſt ðclarat⁹. Ideo tm̄ duo reſtāt
ſcʒ Eſſe diuinū et cogitari. ¶ Pro p̄mo
termino notanduʒ ꝙ quintuplex eſt eſſe.
ſcʒ Eſſe eēntie: ſubſiſtētie: ꝓpoſitionale
exiſtentie actualis: et eſſe obiectiuum.
Eſſe eſſentie cuiuſcūq rei. Eſt ipſa eiuſ/
dem rei eſſentia: ſic ꝙ nō differunt niſi
rōne: ſcʒ penes modos ſignificandi. Pro
poſitio. Eſſe ergo diuinū ē ipā met eſſen/
tia diuina ſic loquēdo. ¶ Eſſe ſubſiſten/
tie. Eſt eſſe actualis exiſtētie incōicabil.
Un̄ due cōditiones ad hoc reqrunt. Pri
ma ꝙ tale actu exiſtat. Scđa cōditio ꝙ
iam incōicabilr exiſtat. Tale eſt ſuppoſi
tuʒ rē. ¶ Terciū eſt eſſe ꝓpōnale ſeu ſin/
kathegoreumaticū (vt placet alijs.) Et
illud ſignificat vnionē alicui⁹ intellect⁹
cōponētis ſeu vnientis p̄dicatū cum ſub
iecto de h̄ Ariſtoteles in perihermenias.
Eſſe quandā cōpoſitioneʒ ſignificat rē.
Propoſitio. Tot ſunt ꝗ eſſe in homie q̄t
ſunt p̄dicata verificabilia de homie. Pa/
tet. Nā eſſe ſapientē eſt aliud q̄ꝫ hominē
eſſe albū. Un̄ eſſe ſcat verū: non eſſe aūt
ſignificat falſum. ¶ Eſſe exiſtētie actua/
lis eſt ipāmet exiſtētia actualis. ¶ Eſſe
obiectiuū. Eſt illud ſm qđ aliqđ hʒ eſſe
ſm q̄d. i. terminās opationē potentie ope/
ratiue. Et tale eſſe ſcilʒ obiectiuū eſt du/
plex ſcʒ intellectum ⁊ volitum. Eſſe obie
ctiuū intellectuʒ. Eſt illud ſm qđ aliqđ
terminat actū intellect⁹. Eſſe vero obie/
ctiuum volitū. Eſt illud ſm qđ aliquid
terminat actū voluntatis. Conformiter
pōt diſtingui de eē diuino. Queſtio nr̄a
intelligit de primo eſſe. ¶ Notandum ꝙ
doctoꝛ ſubtilis in ſcđa diſ. p̄mi. ſub alijs
terminis idē querit verū ſcʒ iſta. De⁹ eſt
ſit p ſe nota. Pro p̄dictoꝝ intellectu no/
ta ꝓpones. ¶ Prima ꝓpō. Diuinuʒ eſſe
eſſentie ē vnicū ⁊ ſingulariſſimū exiſtens
in patre ⁊ filio ⁊ ſpū ſctō. Probat: qꝛ ipm
eſt diuina eſſentia: ſed eſſentia diuina eſt
vnica in trib⁹: ergo rē. ¶ Scđa ꝓpō. In
diuinis ſunt tria eſſe ſubſiſtētie ſicut ſūt
tres perſone realiter diſtincte licet nō eſ/
ſentialiter ꝓpter idēptitatē earū realeʒ
cū eſſentia. Queſtio iſta pōt ampliari ⁊
extendi ad tale eē ſcʒ ſubſiſtentie. ¶ Ter
tia ꝓpoſitio. In diuinis tot ſunt eſſe ꝓ/
poſitionalia quot ſunt p̄dicata verifica/
bilia de eſſentia diuina. De iſto eſſe non
eſt queſtio noſtra eſt em̄ de eſſe reali: nec

tale eſſe eſt in deo ex natura rei. ¶ Eſſe actualis exiſtentie nullo modo diſtinguitur ab eſſencia diuina ex natura rei. Propterea Eſſe pro actuali exiſtētia dicitur cōtingenter de creaturis. de deo autem in primo modo dicendi per ſe. ¶ Notandū q naturaliter de deo habere poſſumus quattuor cōceptus quidditatiue de deo dictos. Prim⁹ eſt ens infinitum. Secūd⁹ vita intellectualis. Si enim deus diffiniretur in eius diffinitione poneret vita intellectualis. Tercius de deo cōceptus ē ſpiritus. Quartus cōcept⁹ quem naturaliter de deo habem⁹ eſt exiſtere ſeu exiſtencia actualis. ¶ Secūdus termin⁹ eſt Cogitare. Ubi nota cogitare eſt concretum et cogitatio abſtractum. Cogitatio aūt capitur dupliciť. Generalr videlicet et Specialiter. Generalr capta capitur pro omni noticia ſeu actu cognoſcendi ſiue ſit ſenſitiua ſiue intellectiua. Unde noticia: cognitio: cogitatio idē ſunt. Uñ Omnis intellectio eſt cognitio: ſed non econuerſo. Eſt enim intellectio cognitio intellectiua. Et ſic nō capitur ī queſtiōe Specialiť vero capitur adhuc dupliciť Uno modo pro cogitatione ſenſitiua. Et ſic eſt quedam operatio ſenſus cuiuſdam interioris ſenſitiue qui vocatur potentia cogitatiua. Uñ ſm Auicen. quinqʒ ſūt ſenſus interiores. videlicet. Senſus cōmunis: imaginatiua: eſtimatiua: cogitatiua: ꝛ memoratiua. Tamen ſm phos cogitatiua forte eadē eſt cū imaginatiua In hoc em̄ Auicenna magis eſt cū medicis ꝙ cū phis. Alio mō cogitatio ſpecialiter capta: capiť ꝑ cognitione intellectiua. Et ſic capiť in queſtionis titulo.

Reſolutio queſtionis

ſtat in aliquibꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio. Miſſio de ſuo ſignificato z intellectu importat duo. Primo emanationē id eſt productionē paſſiuã. Scḋo connotat vel ponit manifeſtationē: hoc eſt qḋ heri dictū eſt in precedenti diſtinctione. ¶ Scḋa ꝓpō. Sola pſona in diuinis q̄ eſt producta pōt mitti. Correlariū. Pater nō pōt mitti. Et licet veniat ad ſanctos eque ſicut ſpūſſanctus z manifeſtet per cauſationē effectus: puta gratie vel alicuiꝰ alterius effectus viſibilis: non tamen hoc ſufficit. Correlariū. Tota trinitas nō mittitur: patet quia nō eſt producta. Correlariū. Eſſentia diuina non mittitur eadem ratione. Nota ſm doctorem ſubtilem in pſenti diſtinctione: mitti eſt manifeſtari procedere. Et hoc eſt qḋ dicit Auguſtinꝰ. Mitti eſt cognoſci eſſe ab alio. ¶ Concluſio. Miſſio ergo vt miſſi non eſt totius trinitatis nec eſſentialiter nec patris. Sed ſolius filij z ſpiritusſancti eſt miſſio vt miſſi. ¶ Pro ſecundo argumento nota ꝙ dicitur Joh. xiiij. Si quis diligit me ſermonem meū ſeruabit: et pater meus diliget eum z ad eum veniemus z manſionem apud eum faciemus ¶ Propoſitio. Quādocunq̄ aliquis peccator de nouo iuſtificat̃ et de nouo recipit gratiã gratūfacientē tunc tota trinitas venit ad eum ſpeciali modo. Illud autē venire nihil aliud eſt q̄ ſanctificare ipm̄ z acceptare ad vitã eternam. Unde tria facit valde bona in tali aduentu. primo remittit peccata: ſecūdo confert gratiã. Talia non cōſueuerūt facere principes terreni. Qñ eīm dimittūt offenſas raro ſpecialiter honorant reos imo raro in gratiam recipiunt ſed vel a regno ſuo repellunt vel non curant eos. Omnis autem peccator mortalis proditor eſt ſui z dei z tamen deus eum recipit in gratiam. Tertio acceptat eum ad vitam eternam. De potentia dei abſoluta hec poſſent ſeparari licet de potentia ordinata dei nunq̄ ſeparent̃. Quartū poteſt ſuperaddi ꝙ exaudit eum in omnibus rationabilibus petitionibus. Dicit eīm. Petite z accipietis.

Queritur quarto. Cuius

ſit miſſio vt mittentis. Iſta queſtio ē de miſſione actiua ſeu de mittente. Circa qḋ notandū ꝙ de mitti cōcordāt omnes doctores. Sed de mittere ſūt diſcordes ſolenniſſimi viri. ſcꝫ magiſter ſententiaꝝ z Guilbelmꝰ altiſiodorēſis: vtraq̄ tamē eſt probabilis. ¶ Opinio magiſtri ſtat in tribꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio eſt: ꝙ mittere cōuenit cuilibet perſone in diuinis. Correlariū primū. Mittere eſt eſſentiale in diuinis. Scḋm Correlariū Non eſt idē mitti z mittere. Probatur: quia mitti eſt notionale: mittere vero eſt eſſentiale. ¶ Secūda propoſitio. Inter mittentē et miſſum in diuinis non oportet ꝙ ſit perſonalis diſtinctio. ¶ Tertia propoſitio. Mittens z miſſum in ratione mittētis z in ratione miſſi: diſtinguūtur tm̄ ſm rationem intelligendi. Ut filius inquantū donū mittitur. Inquantum deus mittit ſeipſum. Conſimiliter

de ſpiritusſancto dicendum. vnde Augu
ſtinus quarto de trinitate quando dicit
mitti a patre filiꝰ ſine ſpiritusſancto non
potuit ⁊c̄. Ad hanc auctoritatem diceret
Guilhelmus altiſiodorenſis ꝙ ſpiritus-
ſanctus non mittit filium ſm diuinā na
turam: ſed auctoritas intelligitur de hu
mana natura ſm ꝙ eſt minor patre. Sic
dicitur Eſaie ſexageſimoꝑmo. Spiritꝰ
domini ſuper me ad annūciandum man
ſuetis vel ad euangeliſandum pauperi-
bus miſit me. Dicitur ergo de miſſione
ſm naturam humanam. Vł auctoritas
exponi poteſt ſic. Uerum eſt eo ꝙ impoſ
ſibile eſt quo ad rem ꝙ filius fuerit geni
tus in diuinis ⁊ ſpiritusſanctus non ſpi-
ratus. ¶ Contra primam reſponſionem
Miſſio ſm diuinam naturā eſt duplex.
videlicet in mentem hominis iuſti et de
iſta ſunt preſentes queſtiones. Alia eſt
miſſio que eſt diuine nature in carnē que
eſt alia et alia miſſio: ergo oportet ꝙ intel
ligatur illa miſſio eſſe diuine nature miſ
ſio et non humane nature: quia illa non-
dum fuit nec habebat illam ⁊ de ꝑma in
telligit Auguſtinus. ¶ Secūda opinio
eſt Guilhemi altiſiodorēſis: et ſtat in tri-
bus propoſitionibus. ¶ Prima propoſi
tio eſt. Mitti competit ſolum duabꝫ per
ſonis productis: ſcilicet filio et ſpiritui-
ſancto. ¶ Secunda propoſitio. Mitti di
cit ſubauctoritatē in miſſo: eo ꝙ produ
citur ab alio: ⁊ cum hoc dicit diſtinctio-
nem quia mittitur. Probatur primum
quia illud dicitur habere ſubauctorita-
tem qđ producitur ab alio. Secūda pꝫ
patet: quia nihil poteſt mittere ſeipſum.
¶ Tertia propoſitio. Mittere dicit au-
ctoritatem et diſtinctionem in mittente
et miſſo: patet quia ſemper inter mitten-
tem eſt diſtinctio realis. ¶ Primū corre-
lariū. Mittere connotat productionem
actiuam ſicut mitti productionem paſſi
uā. ¶ Secundum correlarium. Spiri-
tusſanctus nullam perſonam mittit: pa-
tet quia nullam producit. ¶ Tertium
correlarium. Nulla perſona mittit ſeip-
ſam. Probatur: qꝛ nulla ꝓducit ſeipſam.
¶ Quartum correlarium. Tantum fi-
lius et ſpiritusſanctꝰ mittuntur. ¶ Qui
tum correlarium. Mittere ſolum conue
nit patri et filio. ¶ Sextum correlariū.
Tantum ſunt due perſone mittentes ſi-
cut ſunt due perſone miſſe. ¶ Septimū
correlarium. Mittere non eſt amplius
eſſentiale ꝙ̄ mitti. Confirmant autem
ſuam opinionem tali medio: quia pater
nunꝙ̄ dicitur mitti: quia non habet ſub-
auctoritatem: ergo a ſimili ſpiritusſanctꝰ
non dicitur mittere: quia non habet au-
ctoritatem ſupra ſeipſum. Et ſic reſpon
dent argumentis magiſtri ⁊c̄.

Sꝫ licet hec poſitio poſ
ſit ſuſtineri rationabiliter. Tamen pro-
pter auctoritates ſanctorum doctorum
et reuerentiam magiſtri tenebimus opi-
nionem quaꝫ tenet magiſter. Unde dat
regulam hic ſanctus Bonauentura: ꝙ
nō debemus auctoritates ſanctorum ad
noſtram trahere rationem. Sed magis
rationem noſtram ſubijcere eiſdem. hoc
eſt contra aliquos friuolos qui omnem
auctoritatem nituntur exponere ſeu tra
here ad propria ſentimenta ⁊c̄.

Pro ſolutione argumē
torum notande ſunt propoſitiões. ¶ Pri
ma propoſitio. Et ſi miſſio importet de
ſuo intellectu neceſſario iſta duo ſcꝫ ma-
nifeſtationem perſone producte et ema-
nationem perſone. ꝑncipalius tamē im-
portat manifeſtationem: ⁊ connotat ema
nationem. patet: quia miſſio principalit̄
dicitur temporalis. Et ad hoc videt̄ eſſe
Auguſtinus dicens. Mitti eſt cognoſci
eſſe ab alio. ¶ Secūda ꝓpoſitio eſt. Li-
cet manifeſtatio talis importet̄ ꝑ iſtud
verbū mittere actiue: ⁊ ꝑ modū actionis
et per mitti paſſiue: tamen emanatio ſci-
licet paſſiua vniformiter ꝑ vtrūqꝫ impor
tatur. Et in hoc eſt differentia inter mas

ex puris naturalibꝫ:habitus ponit̃ loco generis:ꝛ dicit̃ ſupnaturalis ꝑ qđ excludunt̃ ſciētia:ſapia:ꝯſiliū:dicit̃ ſecūdo imediate infuſus a deo:quia ſolū poteſt creari a deo. dicit̃ tertio in natura intellectuali ꝓpter nobilitatē habit⁹. dr̃ q̃rto eſt digna vita eterna. Un̄ q̃cunqꝫ habet gratiā illā eſt dign⁹ vita eterna:ꝛ ecōtra: q̄ nō habet eſt dignus pena eterna. Jſta gr̃a eſt veſtimentū nuptiale ſine quo nemo acceptat̃ ꝛ admittit̃ ad vitā perhennem ꝛ beatā. Omnis habēs gratiā amicus dei appellat̃ ꝛ eſt ſanctus:licet in hac ꝑegrinatione exiſtentes nō ſint ꝯfirmati In patria tñ ſunt ſcti cōfirmati. ¶ Gr̃a gratiſdata eſt aliq̄d additū naturalibꝫ eſſentialibꝫ creature rōnalis ꝑparans et iuuans aliquo modo ipſam ad vſum vel habitū gratie:ſcꝫ gratūfaciētis. Un̄ gratia gratiſdata ſemꝑ eſt accidens. Nota duplicia ſunt naturalia creature videlicet:eſſentialia ꝛ accidentalia. Naturalia eſſentialia ſunt eſſentia aie:vt intellect⁹ ꝛ voluntas:que ſcꝫ ſibi neceſſario conueniunt. Naturalia accidentalia ſunt aliq̄ accidentia que inſunt ipſi anie a principio ſue originis:vt ingenium: clementia ingenita:ꝛ pulchritudo quo ad corpus. Et ſic patet ꝑmo quare dicat̃ additum: quia accidens. Scđo quare dicat̃ naturalibꝫ eſſentialibꝫ:dicit̃ tertio nature rationalis:qꝛ ꝓprie iumētis nō dat̃ gratia gratiſdata. Ultima particula dicit̃ iuuans ꝛc̄.qꝛ oīs gr̃a gratiſdata debet vel ꝓpter charitate. ¶ Nota ꝙ triplex ē gr̃a gratiſdata:ſcꝫ habitualis:actualis ꝛ motiua. Habitualis ē donū habituale ſupadditum naturalibꝫ eſſentialibꝫ ꝛc̄. vt̃s. hoc mō ſcientia datur. Et dr̃ donū habituale quia eſt habit⁹. Nam in quolibet ſcientifico ſciētia debet ipm̄ magis inflāmare ad ſequendū deū q̄ ad ſequenduꝫ mūdi vanitates. Actual̃ eſt donū actuale ſupadditū naturalibꝫ eſſentialibꝫ ꝛc̄. Hoc mō bona monitio vel bona locutio vel aliqua flagellatio ꝑ quā de⁹ excitat mentē noſtrā ad deum querendū eſt gratia gratiſdata. ¶ Dupl̃r aliqui trahunt̃ ad deū. Uno mō ſuauiter. Alio mō violenter. Suauiter ꝑ bonas inſpirationes Uiolenter vero ꝑ tribulationes et vexationes. Gratia motiua eſt ſpeciale dei auxilium vel beneplacitum quo ipſe mouet nos ad bene agendū vel ad bene loquendū. ¶ Nota ꝙ tertia gratia gratiſdata differt a ſecūda:qꝛ tertia imediate dat̃a deo. Et fundat̃ in eo loco vbi dicit̃ Joh. iij. Spūs vbi vult ſpirat ꝛc̄. Hoc ſepe experiunt̃ multi hoies. Scđa autē communiter fit ꝑ creaturā. Nota duplici motione ſpiritusſanct⁹ mouet creaturā. Uno mō motione generali:ꝛ ſic de⁹ mouet quēlibet peccatorē:ꝛ quālibet creaturam. De hoc intelligit̃ dictum doctoris ſubtilis in. iiij. diſt. xiiij. dicentis:ꝙ ſtante influentia generali pctōꝛ pōt dolere de peccatis ſuis ꝛc̄. Hec nō eſt gratia gratiſdata ſpecialis cum ſit cōmunis. Alio mō mouet ſpūſſanct⁹ creaturā motione ſpeciali qñ videlicet aliquem ſubito mouet ſicut patet de ꝓphetia balaā:ꝛ alioꝝ ꝓphetarū qui ferunt̃ dixiſſe nō poſſum⁹ non loqui que dixit deus ꝛc̄.

Reſpōdendo doctoꝛ ſeraphicus ponit duas opiniones: quarū primā nō multū improbat nec tñ approbat. Sed ſcđam tenet. ¶ Prima ℊ opinio ſtat in vna diſtinctione ꝛ duabꝫ ꝓpoſitionibꝫ. Uide textū:qꝛ valde clarus ē. Dicit autē ſctūs Bonauentura ad ꝑmā opinionē ꝙ dantē oppoſitū iſti⁹ ſolutionis.i.negantē ꝙ ſapia dicat̃ a ſapere vno mō:ꝛ alio mō a ſapoꝛe. Et ꝙ ſpūſſanct⁹ detur vt ſpūs ꝛ detur vt ſctūs adhuc pōt ſoluere queſtionē quia ꝛc̄. ¶ Scđa opinio ꝛ doctoris ſtat in vna diſtinctione et aliq̄bus ꝓpōnibꝫ. ¶ Diſtinctio. Spiritumſanctū dari vel mitti eſt dupl̃r. vno mō ſimpl̃r:alio mō quantū ad hoc.i. ſm̄ quid. vel ad hoc.i.ad vtilitatem eccleſie. ¶ Prima ꝓpoſitio. Spūſſanctus nunq̄

datur ſimpliciter alicui: nec etiã filiꝰ niſi p gratiã gratũfacientẽ: patet qꝛ nulli datur ſpũſſanctꝰ nec filiꝰ niſi quem ſanctificat. ¶ Correlariũ. Nunq̃ ꝓprie daꝛ ſpirituſſanctꝰ niſi habeaꝛ q̃tũ ad vſũ ꝛ fructum: hoc eſt habere ſimpl'r. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Q̃ñcunq̃ creatura põt diligere deũ meritorie ſic q̄ dilectio ſit grata deo: tunc hꝫ ſpm̃ſctm̃ q̃tũ ad vſum ꝛ fructũ. Nota hñs magnã ſcientiã nõ aũt charitatẽ habet ſpm̃ſctm̃ quo ad hoc .i. ſm q̄d non ſimpl'r: quia pctõr mortalis non põt frui ſpũſctõ licet bene poſſit vti ſcientia.

Pro ſolutione argumẽ torꝫ nota q̃ñ dĩ. Spũs dñi venit in eũm vꝫ ad eũ: ſic notaꝛ q̄ ſpũſſanctꝰ habeatur ſimpl'r. Sed ſup eum hoc nõ eſt ſemp ad inhabitandũ ſicut dĩ ſpũs dñi factꝰ ſup ſaul. Propoſitio. Filius nunq̃ mittiꝛ in reuelatione facta p angelũ: ſed in ſola reuelatione facta imediate a deo: quia reuelatio ſi fiat in gr̃a gratũfacientẽ filius mittitur ſimpl'r: ſi nõ: mittiꝛ ſm q̄d. Propoſitio. Filiũ cognoſci ab alio p̄ciſe non eſt ipſum mitti: ſed oportet q̄ cognoſcaꝛ in aliquo tanq̃ in habitaculo. ¶ Notandum tamẽ q̄ nõ poſſumꝰ certitudinaliter cognoſcere ſpiritũſanctũ ꝛ filiũ mitti niſi ex fide. Pro quo notande ſunt alique ꝓpoſitiones. Prima propõ. Non ſufficit quecũq̃ cognitio filij ad hoc q̄ filꝰ mittatur ſimpl'r. Et ſic gloſandus ẽ Augꝰ. qui dicit. Filiũ mitti eſt cognoſci ipſum eſſe ab alio. Sed oportet q̄ cognoſcatur eſſe ab alio in aliũ vt in habitaculũ per charitatẽ. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Quãq̃ ſpirituſſanctus mittaꝛ ꝛ filius ad quẽlibet iuſtũ: nullus tñ põt hoc cognoſcere naturaliter: ſed ſola fide.

Queriꝛ ſecundo. Utrũ ſm eadẽ dona q̃re dicaꝛ mitti filꝰ ꝛ ſpirituſſanctꝰ. Pro declaratiõe huiꝰ termini dona. Nota q̄ in q̃libet natura intellectuali ſunt due potentie ſimplicr̃ beatificabiles: ſcꝫ intellectꝰ ꝛ voluntas. Quia cũ iſte due potẽtie imediate pñt deũ diligere ꝛ amare: ſic q̄ nõ deficit intellectus nec volũtas donec clare deꝰ videatur et fruaꝛ in patria. Uñ Augꝰ. in libro ꝯfeſſionũ. Inquietũ ẽ cor meũ dñe donec requieſcat in te. Sic etiã in via ſunt dona ꝑficiẽtes intellectũ et volũtatẽ. Et dona intellectꝰ ſunt ꝟtutes ſeu habitꝰ intellectuales: vt fides ſcia ꝛc̃. dona ꝓ voluntatis ſunt habitꝰ ſeu ꝟtutes morales habitus ſcꝫ affectiui ꝛ gr̃a gratũfaciens.

Reſponſio ſancti bonauenture doctoris ſeraphici ſtat in aliqƀ ꝓpoſitionibꝫ. Prima ꝓpõ. In miſſione inuiſibili ſemp ẽ donoꝝ collatio in q̄bꝫ eſt manifeſtatio ꝛ inhabitatio pſone. Prima ꝓbaꝛ: qꝛ nunq̃ mittiꝛ aliq̃ diuina pſona ad aliquẽ quin det aliq̄d donum. Scđa ꝓ de manifeſtatione patet: ſicr ꝛ tertia de inhabitatõe. ¶ Scđa ꝓpõ. Poſſumꝰ loq̄ de donis dei tribꝫ modis. ꝑmo modo q̃tũ ad radicẽ. ſcđo mõ q̃tũ ad actum. tertio mõ q̃tũ ad habitũ. ¶ Tertia propoſitio. Gr̃a ſiue charitas eſt radix oĩm donoꝝ gratuitoꝝ. Probatur: quia nulla bona gratuita ſine charitate valent ad vitã eternã. Iſta ꝓpõ ſm modũ etiã loquẽdi ſcꝫ de radice: patet p Gregoriũ in Omelia quadã. Nec quicq̃ hꝫ ramꝰ boni opis niſi maneat in radice charitatis ¶ Quarta ꝓpoſitio. Filiꝰ ꝛ ſpũſſanctꝰ danꝛ in eodẽ dono quo ad radicẽ. ptꝫ: qꝛ nec filiꝰ nec ſpũſctũs ſimpl'r daꝛ niſi gr̃a gratũfaciẽs detur. ¶ Quinta ꝓpõ. Triplices ſunt habitꝰ ſcꝫ pure cognoſcitiui: pure affectiui: et ptim cognoſcitiui partim affectiui. Habitꝰ pure cognoſcitiui dicunꝛ illi qui ſolũ ꝑficiunt intellectũ vt fides ſcientia: et omnis qui pertinet ſolum ad intellectũ. Alij ſunt habitus pure appetitiui ꝛ ſunt illi q̄ ſolũ ꝑficiunt voluntatẽ vt charitas ꝛ ſpes iuſticia ꝛ caſtitas ꝛc̃. Alij ſunt habitus partim cognoſcitiui et ptim affectiui .i. partim ptinent

ad intellectū partim ad voluntatē vt eſt ſapiētia (meo iudicio) Importat em̄ cognitionē dei ꝛ charitatē qua deꝰ ſapidꝰ ē ꝛ nullus alius habitus. Et ſic dicit duo ſcꝫ charitatē ꝛ ſcientiā. Vn̄ dicit doctor ſubtilis in tertio di. xxxiij. ꝙ ſapia in ſacra ſcriptura pro charitate cōiter capit: vt ibi. Beatus vir q̄ in ſapia morabitur ¶ Sexta ꝓpō. Sicut ſpūſſanctꝰ datur ꝛ mittit in habitibꝫ affectiuis ita filiꝰ dicit dari in habitibus cognoſcitiuis. Ex quo em̄ ſpūiſancto ex vi ſue productionis appropriant oīa que reſpiciūt voluntatem vt pietas ꝛ miſericordia. licet eque cauſetur a patre ꝛ filio ꝛ ſpūſancto tn̄ appropriatur ſpūiſctō. Eodeꝫ modo declarat alia ps. ¶ Septima ꝓpō. In habitibus ꝑtim cognoſcitiuis ꝑtim affectiuis ſm diuerſas rōnes quas cōtinent: tā filiꝰ ꝙ̄ ſpūſſanctꝰ mittit. Oīa dona dei que dat deus ſ. ſolū ꝓpter duos actus dat: ſcꝫ ad inflāmandū ꝛ illuminandū. vn̄. ¶ Octaua ꝓpō. Licet varia ſint dona dei tn̄ oīa dona dei pn̄t reduci ad duos actꝰ. ſ. illuminationē ꝛ inflāmationē. ¶ Nona ꝓpō Quoniā iſta dona ſcꝫ illuminatio ꝛ inflāmatio ſemper ſunt coniuncta ꝛ cōiunctim dantur a deo: ideo miſſio filij et ſpirituſſancti ſunt inſeparabiles. Et licet inflāmatio ſit cōmunis tribus tamē per appropriationē eſt ſpūſſancti. Similit de illuminatione eſt dicendum. Iſta propoſitio ſoluit magnā queſtionē videlicꝫ. ¶ Vtrum miſſio filij ꝛ miſſio ſpirituſſancti poſſint diuidi. Dicēdum ꝙ poſſumꝰ loqui de iſtis duabꝫ miſſionibꝫ dupliciꝰ. Vno modo quantum ad realem diſtinctionem ipſoꝝ. Alio modo quantum ad actualē ſeꝑationem. ¶ Propoſitio. Miſſio filij ꝛ miſſio ſpūſſancti quātum ad realem diſtinctionē ipſorum realiter diſtinguuntur: ꝛ hoc ſiue de per ſe ſignificatis ſiue de connotatis: pro per ſe ſignificatis ſm vnam opinionem eſt productio paſſiua. Sed due ſunt productiones paſſiue filij ꝛ ſpirituſſancti: ſcilꝫ generatio et ſpiratio paſſiua. Pro cōnotatis vero etiam ſic diſtinguuntur: quia aliud eſt donum illuminatio: ꝛ aliud inflāmatio. Tamen in ſapientia concurrūt. Semper autem ex parte productionū eſt diſtinctio realis. Quantū auteꝫ ad actualem ſeparationem nunꝙ̄ diuiduntur. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Non autē oportet ꝙ ſit tanta connexio vel vnio inter miſſionem viſibilem filij et miſſionē viſibilem ſpūſſancti: quāta eſt inter miſſionem inuiſibilem ipſorum. Patet em̄ ꝙ quādo filius fuit incarnatus fuit miſſus viſibili miſſione. Sed ſpirituſſanctus tunc nō fuit viſibiliter miſſus.

Tertio querit. Vtrum

miſſio filij et ſpūſſancti ſit ſm eadem dona gratie augmentata. Huiꝰ queſtionis ſub verbis magis patentibus. ſenſus eſt. Vtrum quotienſcunꝙ̄ gratia vel dona augentur (vt quando fides vel ſpes augetur) ſemper mittatur filius et ſpirituſſanctus. ¶ Pro declaratione terminorum notandum ꝙ augmentare gratiaꝫ poteſt intelligi dupliciter. Vno modo effectiue. Alio modo meritorie. Effectiue ꝛ ſic ſolius dei eſt augmentare grām. Sed meritorie augmentatur per bona opera. Unde communiter eſt ꝛ regulariter: ꝙ ad meritū cuiuſcꝫ boni operis augetur gratia. Et ſic ex magna liberalitate et miſericordia deus bene auget gratiam quantum ad ſubſtantiam: propter bona opera. Tamen non vult diminui quantum ad ſubſtantiam. Licet bene quantum ad feruorem propter veniale feruor tamen iſte non eſt gratia. patet in peccato mortali.

Reſolutio queſtionis

Doctor ſeraphicꝰ reſpondendo ad queſtionem narrat duas opiniones. ¶ Prima opinio ſtat in vna diſtinctione ꝛ duobus dictis. ¶ Diſtinctio. Gratiā augeri poteſt eſſe dupliciter: ſcꝫ ꝑceptibiliter: quando

ſcʒ cognoſcit ille in quo augetur ſeu ꝑcipit ꝙ augmentatur. ¶ Primū dictum. In tali augmento grē datur vel mittitur filiꝰ ⁊ ſpirituſſanctus. Scḋo mȯ pōt grā augeri imꝑceptibiliter cū ſcʒ aliquis nō ꝑcipit ꝙ augmentatur in eo charitas ſeu gratia. ¶ Scḋm dictū In tali augmēto nō mittitur ſpūſſanctus. Et rō illoꝝ eſt: q꞉ tūc dicitur dari vel mitti cum mente ꝑcipitur. Hanc opinionē doctor ſeraphicꝰ nec improbat nec approbat. ¶ Secunda opinio ſtat in vna diſtinctione ⁊ duabus ꝓpoſitionibꝰ. ¶ Diſtinctio. Augmentum gratie poteſt eſſe dupl'r vel ꝓpter profectum in gratia habita ꝑ̄us: aut eius vſu vel propter collationē noui vſus vl' etiā doni gratuiti. ¶ Prima ꝓpoſitio. Non oportet ꝙ filius ⁊ ſpūſſanctus mittatur ꝓpter ſolū profectū gratie. Tunc enī nō dr̄ mitti nec filius nec ſpūſſanctꝰ. In cōfirmatione aliquis fit miles xp̄i ad defendendū fidē chriſti vt oportet ⁊ vbi oportet. ¶ Scḋa propō. Quotienſcunqʒ augetur grā ꝑ collationē noui doni vel noui vſus ſicut fuit in apoſtolis in die penthecoſtes tūc mittitur filꝰ ⁊ ſpūſſanctus.

Circa diſtinctionē

ſextamdecimā primo queritur Quid eſt miſſio viſibilis. Inter omnes doctores nullus eſt q̄ tam multa dicat de miſſione ſpūſſancti ſicut iſte doctor: vt patet pluribus diſtinctionibus. Omne equocum ꝑ̄us eſt diuidendū q̄ȝ diffiniendū. ¶ Nota ergo ꝙ duplex eſt miſſio viſibilis. Quedā eſt que eſt ꝑ realem aſſumptionē alicuius nature create viſibilis in vnitatem ꝑſone. Hoc modo fuit miſſus filius a patre quando aſſumpſit naturā humanā in vnitate ſuppoſiti. Alia eſt q̄ non eſt ꝑ realem aſſumptionem alicuiꝰ nature ī vnitate perſone, vnde iſte ſunt heretice. Spūſſanctus fuit columba: nec vnq̄ȝ vniuit ſibi naturam ignis. ſed erat ibi vnio ſignati ad ſignuʒ Columba enī exterius apparens ſignū erat ſpūſſanctuʒ inhabitare ⁊c̄. ¶ Nota miſſio viſibilis ſic pōt deſcribi. Eſt aliq̄ apparitio rerum corporaliū: facta circa creaturā rōnalē humanā: eideʒ creature rōnali repn̄ſentans miſſionē inuiſibilē ꝑſone diuine. In iſta deſcriptione ſunt tres ꝑtes. Prima apparitio rerū corporaliū q꞉ cū diuine ꝑſone ſint inuiſibiles de ſe: ſi viſibiliter mittantur oportet ꝙ fiat ꝑ aliqua corporalia apparentibꝫ nobis. Per ſcḋam excluduntur irrōnalia ⁊ angeli: licet enī ſpūſſanctꝰ miſſus fuerit angelis bonis dū eſſent viatores: ſed tn̄ hoc non oportuit eſſe viſibil'r. tertia ponitur: quia nunq̄ȝ mittitur aliqua ꝑſona niſi ad ſanctificandum ⁊ ſic nunq̄ȝ fit talis apparitio niſi ad repn̄ſentandū aliquē effectū ſpālē circa illū cui mittitur puta charitatem. Qn̄ primo fit miſſio viſibilis in aliquo nō oportet ꝙ ſit ſignū ꝙ miſſio inuiſibilis ꝑſone de nouo ſeu primo fiat. Unde qn̄ ſpūſſanctus viſibiliter fuit miſſus in baptiſmo chriſti repn̄ſentabatur ꝙ grā ꝑ̄us īfuerat ⁊ ꝑmanebat nec augebatur gratia in chriſto. Aliud fuit de apoſtolis.

Reſponſio ſancti bonauenture.

¶ Prima ꝓpō. Miſſio viſibil' ꝑ̄ſupponit miſſionē tanq̄ȝ ſupius et ſuperaddit differentiā q̄ eſt viſibile. ¶ Scḋa ꝓpō. Miſſio communiter dicta dicit in miſſo emanationē ⁊ ſuꝑaddit manifeſtationē illiꝰ emanationis. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Quia manifeſtatio emanatiōis non fit niſi ſuꝑ eum in quo inhabitat ſpūſſanctus ꝑ gratiā gratūfacientē. Inde eſt ꝙ miſſio in cōmuni dicit manifeſtatiōem non ſolū emanationis ſed etiā inhabitationis. ¶ Arguitur cōtra. Conſtat ꝙ ſpirituſſanctꝰ mittitur q̄tidie illis qui cōfitentur peccata ſua vere ꝑ ſacramentū penitētie ⁊ tn̄ ipſi neſciūt ꝙ ſpūſſanctꝰ eis mittitur vt patet de vetulis: ergo miſſio nō dicit manifeſtationē inhabitationis gratie. Itē etiam docti neſciunt ſi ſint in gratia per conſequens miſſio non eſt manifeſtatio.

¶ Reſpōdeo ꝙ duplex eſt manifeſtatio emanationis: vel pōt eē duplex: ſcʒ actualis et habitualis. Actualis eſt illa qua aliquis actualiter cognoſcit ſpm̄ſanctū emanare a pr̄e ⁊ filio. Habitualis eſt illa qua aliqͥs habitualiter cognoſcit ſpiritūſanctū emanare a pr̄e ⁊ filio. Uel ſic breuius cōprehēdendo vtrūqʒ. Duplex eſt manifeſtatio emanationis et cōſimiliter inhabitationis. Quedā eſt actualis. Et eſt illa qua aliqͥs cognoſcit actualiť ſpm̄ſanctū ꝓduci a patre ⁊ filio et inhabitare ꝑ grām. Tunc dico ꝙ nullus viator de lege cōmuni pōt cognoſcere actualiter cognitione infallibili ꝙ ſpūſſanct⁹ mittať ad eū: ⁊ hoc ꝯcludit argumētum Scđa eſt habitualis. Et eſt illa qn̄ aliquid fit per qđ pōt cognoſci vnā ꝑſonaʒ produci ab alia: et ꝙ ſpūſſanctus inhabitet aliqueʒ hominem. Licet igitur iudei vidētes linguas igneas nō cognouerint actualiť nec fideles: tn̄ ſuffecit habitualis cognitio ſcilʒ ꝙ poterant deuenire in cognitionem emanatiōis ꝑſone a ꝑſona et inde habitatōeʒ grē. ¶ Quarta ꝓpō. Iſta differētia viſibilis aduenięs miſſioni tāqʒ ſupiori ꝯtrahit ipam ad manifeſtationē exterioꝛē ad manifeſtandū ꝑſonam ꝓcedentē ⁊ inhabitantē. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Miſſio viſibilis eſt apparitio exterioꝛ in qua manifeſtať diuina perſona non vt operans tm̄: ſed etiam vt inhabitans: nō vt inhabitans tm̄: ſed etiam vt emanās: quaſi ab alio veniēs. Per primū excludit apparitionē dei ī qualibet creatura. Perſone diuine ſunt in omni re: vt operans. Omnes enim effect⁹ ſunt effectus dei. Sed etiā vt inhabitans hoc dr̄ ad differentiam apparitionis qua ꝑſona diuina apparuit moyſi vel abrae. Qđ ſi ita ſit ꝙ ſpūſſanctus et pater ⁊ filius apparuerint ſanctis patribus. iſta apparitio non fuit ad ſignificandum inhabitationem iam exiſtentem: licet etiaʒ eſſent in gratia. Sed per iſtas apparitiones ſignificabatur inhabitaturū eſſe deum in humana natura. De h̄ vide Richardū. ¶ Nota. Deus dicit̄ eſſe in rebus quinqʒ modis. Primo modo eſt generaliter in omnib⁹ rebus et iſte modus ſubdiuidit̄ in tria membꝛa. Quia in qualibet re eſt ꝑ eſſentiā: preſentiā: potentiā. Scđo modo dicitur eſſe in aliqua re ſacramentaliter. Et ſic dico ꝙ tota trinitas eſt in ſacramento altaris. Sed tamē nec hoc eſt ad propoſituʒ: nec illo modo dicitur fili⁹ proprie mitti. Patet de malo ſacerdote celebrāte ī peccato moꝛtali. Tercio modo. Deus dicitur eſſe in aliqua re ꝑ realem aſſumptionē alicuius nature in vnitatem ſuppoſiti. Hoc mō non eſt inconueniens ꝙ filius alio modo inſit nature humane qʒ pater et ſpūſſanctus. Quarto mō. Spūſſanctus eſt in aliq̄ re ꝑ ſpecialem inhabitationem. Sicut dicitur Pater noſter qui es in celis. i. in ſanctis In quibus ſpecialiter ſpūſſanctus inhabitat per gratiaʒ. et hoc mō deus mittit̄ inuiſibiliter. Quinto mō. Eſt in aliquo tanqʒ ſub ſpeciali ſigno repreſentante illam miſſionem interioꝛē. ſic ſpūſſanctus miſſus eſt in ſpecie colūbe flatus et ignis Et ſic deus mittitur viſibiliter.

Scđo querit̄. Ad quid

ſit vtilis miſſio viſibilis. Quid ſit bonū vtile: et quotuplex ſup̄ habitum eſt. Duplex aūt eſt miſſio. q̄re in p̄cedēti q̄ſtiōe. ¶ Reſpōſio ad queſtionē ſtat in vna cōcluſione: diſtinctionib⁹ et ꝓpoſitionib⁹. ¶ Concluſio. Miſſio viſibilis fuit vtilis ad manifeſtandum emationem ꝑſone miſſe. Et ad manifeſtandum inhabitationem in perſonis ad quas miſſus eſt. ¶ Nota duplex eſt inhabitatio ſpiritus ſancti in homine. Una per ſanctificationis ſufficientiam. Alia ſm̄ redundantiam plenitudinis. ¶ Prima propoſitio. Quotienſcunqʒ aliquis hō recipit graciam de nouo ſpūſſanct⁹ habitat in eo ꝑ ſanctificationis ſufficientiā. ¶ Secūda propoſitio. In om̄i tali ſuſceptione gra

tie gratumfacientis inuiſibiliter mittit ſpūſſanctus. Sed de hac non ad propoſitum. ¶ Scđa diſtinctio. Duplex eſt genus credentiū: quidā volunt ſigna vt puta ſenſibiles: id eſt ſimplices. quidam volunt intelligentiam. vt perfecti in fide. ¶ Tercia propoſitio. Miſſio viſibilis ē vtilis ad manifeſtandum inhabitationem plenitudinis redundantis: ⁊ hoc ꝑſonis manuducendis per ſenſum. Uide lrām Bonauēture: qꝛ pulcra eſt.

Tercio querit. Quib⁹

modis fit miſſio viſibilis. ¶ Notādū ꝙ legimus quattuor miſſiōes viſibiles ꝑſonarum diuinarum. Prima fuit excellētiſſima qua filius vnitus ē homini: id eſt nature humane in vnitatem ſuppoſiti. Secunda qua ſpiritusſanctus fuit miſſus in ſpecie columbe dum baptizabat chriſtus. Matth. iij. Tercia quādo ſpiritusſanctus fuit miſſus in ſpecie flatus ad denotandū ꝙ ſpūſſanctus ſpiratur Iohis. xx. Quarta qua ſpūſſanct⁹ fuit miſſus in ſpecie linguarum ignearum in die pentheco. Actuū. ij.

Reſolutio queſtionis.

¶ Prima ꝓpõ. famoſa in phia. Finis ſe imponit neceſſitatem his que ſunt ad finem. Et eſt ſenſus neceſſitas medioꝝ cōſideratur ad neceſſitatē finis. Unde neceſſe eſt ſeruare mandata dei: non quidem abſolute: ſed ſi volo ſaluari. Nec hoc eſt abſolute neceſſariū: niſi ad bene eſſe ſcꝫ ſi volo ſummā euadere miſeriā et ſummā habere beatitudinē. Modus autē apparendi ſumendus eſt iuxta finē operationis. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Filius apparuit vt mediator: ſpūſſanctus vt doctor. patet Ioh. xvi. Cū aūt venerit ille ſpūs veritatis docebit vos oēm veritē ⁊c. vide litterā qꝛ eſt plana. ¶ Sed verū illa columba erat vera columba: magna difficultas hic fit aliqñ a curioſis ⁊ non ſolū a vetulis. ¶ Reſpondeo per aliquas ꝓpoſitiones. ¶ Prima ꝓpoſitio. Colūba ſub qua apparuit ſpūſſanctus nō fuit verum animal. ¶ Scđa ꝓpõ. Illa colūba ſub qua ſpūſſanct⁹ dr̄ apparuiſſe erat vera res. Conſimiliter dicendū eſt de igne quia nec comburebat ⁊ poſt nō fuit. Tamen rationes iſte nō ſunt demonſtratiue. Thomas. iij. parte ſumme. qōne. xxxix. arti. iij. ex intentione mouet iſtā queſtionem. Et dicit ꝙ erat vera colūba. Sed argumentū et rationes eius ſoluuntur a ſancto Bonauentura. Sanctus Bonauentura habet pro ſe ſacram ſcripturā: quia in euangelio dicitur Luce. iij. Deſcendit ſpiritusſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. et Matth. iij. et Tho. in diſt. pñti. q. iij. in ſolutiōe tertij argumenti dicit ꝙ non fuerit vera colūba. Unde patet ꝙ ſibi contradicit. ſicut et de conceptione beate virginis ſuꝑ ſententias et in ſumma. Item in quarto dicit ꝙ papa poſſit diſpenſare in voto continentie ſeu caſtitatis. In prima parte ſumme dicit ꝙ non.

Irca diſtinctionē

c decimāſeptimam. Primo queritur. Utrum preter donum charitatis increate ſit ponere donum charitatis create id eſt. Utrū charitas qua diligimus deum ſit ſpiritusſanctus. Uidendum ergo eſt quid ſit charitas: eſt quidam habitus ſupernaturalis inherens formaliter nature beatificabili: per quē ipſa acceptatur a deo ad vitam eternā: tanꝙ digna tanto premio: et per quē ipſa eſt amica dei: et ſibi grata et cara: ⁊ per quē actus eius elicitus ſm inclinationem talis habitus eſt meritorius vite eterne. Prima particula eſt habit⁹. Scđa ſupernaturalis ⁊c. Primo tamen videamus de deſcripto. Et prima ſui diuiſione diuiditur in charitatem increatam ⁊ creatam. Charitas increata eſt ipſemet deus. Et eſt duplex ſcꝫ eſſentialis: ⁊ ſic eſt communis tribus

Alia eſt perſonalis: et eſt perſona ſpiri-
tusſancti: quia procedit per modū amo-
ris. Queſtio noſtra non eſt de charitate
increata nec eſſencialiter nec perſonali-
ter capta. Licet charitas increata perſo
naliter capta ponatur in titulo queſtio-
nis. Alia eſt charitas creata que capit̄
tripliciter. Primo modo pro habitu de
charitate. Hoc modo eſt queſtio noſtra
Scdo mō pro actu. Eſt quicunqꝫ actꝰ
beniuolentie vel liberalitatis exhibitus
alicui ex charitate: vl̄ factus pro aliquo
ex charitate. Hoc modo dicimus: Iſte
fecit mihi magnam charitatem ⁊c̄. Itē
in euangelio. Maiorem hac charitatem
nemo habet ⁊c̄. Johis. xv. Tercio mō
pro obiecto. Et eſt duplex. Primarium
qd̄ eſt deus. Et ſic ē charitas creata ob-
iectiue reſpiciens deum. Secundarium
et eſt proximus. Qui diligit proximum
legem impleuit. ¶ Primo dicitur eſt ha-
bitus ad differenciaꝫ aliorum membro-
rum. Secundo dicitur ſupernaturalis
⁊ merito quia non eſt producibilis ab a-
gente naturali: ſed a ſolo deo creabilis.
Tercia particula. Inherēs formal̄r ⁊c̄.
et ponitur ad differenciam gratie aſſiſtē-
tis. Pro quo notandum ꝙ duplex eſt
charitas ſcilicet Aſſiſtens. Unde ſpiri-
tusſanctus aſſiſtens nobis et acceptans
opera noſtra eſt charitas aſſiſtens. Qui-
dam enim admittebant ſpiritūſanctum
eſſe habitū: ſed non poteſt dici inherens.
Inherens charitas. Eſt vna forma ac-
cidentalis decorans animam per quam
ipſa acceptatur ad vitam eternā. Quar-
ta particula. Nature beatificabili. vbi
notandum. Q; duplex eſt natura beati-
ficabilis: ſcilicet increata et creata. Cre-
ata: vt angelica humana. et de illa intel-
ligitur. Quinta particula. per queꝫ ipſa
acceptatur Pro quo notandū: ꝙ duplex
eſt acceptatio diuina: ſcilicet large vl̄ cō-
muniter dicta. Et eſt illa qua acceptat
aliquid ad aliquod bonuꝫ: id eſt cui de-
us vult aliquod bonum. Et ſic deꝰ oēm
rem poſitiuam acceptat. ¶ Correlariū.
Deus acceptatione generali que eſt ad
eſſe acceptat actum ſubſtratum peccati.
Alia eſt acceptatio ſpecialis. Et eſt illa
qua deus acceptat aliquam naturam ra-
tionalem vel intellectualem ad vitam e-
ternam tanqꝫ dignaꝫ tanto premio. Et
de illa intelligitur Sexta particl̄a. Per
quem ipſa eſt amica dei. Ubi notan-
dum ꝙ Amicus dei dicitur dupliciter
Uno modo generaliter quem ſcilicet di-
ligit deus generaliter. Hoc modo pec-
catores ſunt amici dei. Aliomō ſpeciali-
ter quem ſcilicet ſpecialiter diligit deus
et ad bonum ſpeciale: ſcilicet ad vitam
eternam. Et ſm̄ iſtas duas particulas
ſciꝫ quintam et ſextam iſte habitus vo-
catur amicicia: gratia et charitas. Et p-
ſona habens talem veſtem nuptialem et
illam margaritam acceptatur ad vitaꝫ
eternam ſiue operetur ſiue non. ¶ Se-
ptima particula. Per quem actus elici-
tus ⁊c̄. Ubi notandum ꝙ aliter accepta-
tur perſona et aliter actus eius: nam ad
acceptationem actus tanqꝫ meritorij de
condigno requiruntur duo. Primo ꝙ fi-
at ab habente charitatem. Et ſic exclu-
duntur bona opera facta ī peccato mor-
tali. Secūdo oportet ꝙ eliciatur ſm̄ in-
clinationem talis habitus ad differen-
tiam illorum actuum qui ſunt indifferē-
tes: et propter peccata venialia. Patet:
quia aliquis poteſt peccare venialiter: li-
cet exiſtat in charitate: vt patet de cātā-
te miſſam cuꝫ aliquali vana gloria: quia
ſcilicet propter melodiaꝫ aliqualiter ele-
uat: ſic tamen ꝙ ibi non ſtet ⁊c̄. Iſta cha-
ritas vniformiter ab omnibus doctori-
bus dicitur vita ſpiritualis. ¶ Correla-
rium. Omnis exiſtēs in peccato morta-
li eſt mortuus. nam ideo dicitur pecca-
tum mortale: quia demeritorie priuat vi-
tam ſpiritualem. Exemplum de impera-
tore qui decreuit ꝙ omnis habens ve-
ſtem viridem eſſet amicus dei: ⁊ daret q̄-
bus vellet ⁊c̄.

Reſolutio queſtionis.

Circa hanc queſtionē fuerūt opiniones ab antiquo. Prima fuit magiſtri et ſtat in vna concluſiōe. ¶ Charitas qua diligimus deū et qua pater ⁊ filius diligūt nos eſt ſpūſſanctus: ita ꝙ preter ſpm̄ſanctum non eſt aliud ſeu aliꝰ habitus quo diligimus deum. Et antiqui voluerunt eum ſic defendere dicētes: ¶ Scd̄a propoſitio. Qꝛ ſicut lux conſideratꝛ abſolute ī trāſparenti ſeu diaphano: ⁊ in corpe terminato. Unde lux eſt q̄litas q̄ eſt in corpe lucido: lumen ꝓo eſt in corpe ꝑſpicuo ſeu tranſparenti. color ꝓo e ī in corpore termiato ⁊c̄. Primo modo dicitur lux. Scd̄o mō lumen. Tercio mō ſubiectum coloris. ¶ Tercia ꝓpō. Ita dicūt ꝙ ſpūſſanctus tripliciter conſideratur: ſcꝫ in ſe. Et ſic eſt amor pr̄is ⁊ filij. Alio modo inq̄ꝫtum inhabitat aīam noſtraꝫ Et ſic dicitꝛ gr̄a. Tercio modo pōt conſiderari vt vnitur voluntati nr̄e. Et ſic ſpiritusſanctus eſt charitas qua nos diligimus deum. Et addūt illi ꝑuerſores (et nō expoſitores) errorē errori dicētes Qꝛ ſpūſſanctus vniatꝛ volūtati nr̄e hypoſtatice. Preterea dicūt ꝙ ſicut filiꝰ ſolus eſt hō: licet tota trinitas ſit opata illam vnionem. ſic ſpūſſanctus ſolus vnitur voluntati: licet illam operetꝛ tota trinitas. ¶ Sed cōtra eos arguitꝛ. Si ſpiritusſanctus vniretur voluntati ſicut filius humane nature: ergo ſequitꝛ cōicatio ideomatū. i. ꝑ̄dicatorū. ergo ſpūſſanctus erit ꝑ̄dicabilis ⁊ ꝯuertibilis. Sanctus Bonauētu. arguēdo capit vnibile pro vnito. Dicere eīm ꝙ ſpūſſanctus nō ſit vnibilis voluntati ſicut filius nature humane eſt falſum. ¶ Aliter ergo exponitur magiſter a ſctō Bonauē. Et ſtat ſua expoſitio in vno dicto et aliquibus ꝓpoſitionibus. ¶ Iſtud dictū aggrega[illegible]o diligimus deū: poteſt capi tribus modis: ſcꝫ effectiue: exemplariter et formaliter. ¶ Prima propoſitio. Illud quo diligimus deū effectiue eſt tota trinitas: licet appropriate ſit ſolū ſpiritusſanctus. Probatur ergo ꝑ̄ma pars. Illo diligimꝰ deū effectiue qd̄ cauſat amorē in nobis. Sꝫ tota trinitas eſt hmōi: ergo ⁊c̄. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Illd̄ quo diligimus deum exemplariter eſt ipſe ſpiritusſanctus. Probatꝛ: quia dilectio noſtra imitatur dilectionē patris et filij ergo ⁊c̄. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Itēꝫ hoc quo diligimus deum formaliter eſt affectio animi. i. actus amandi ſeu amor voluntatis. ¶ Correlariuꝫ. Preter ſpiritūſanctum ⁊ preter actū voluntatis nō eſt ponendus alius habitus quo diligimꝰ deum: puta qualitatem habituale. Et hec ſm̄ opinionem magiſtri. Et ideo dimittitꝛ. ¶ Cōcluſio. Qꝛ ſcꝫ Neceſſe ſit ponere habitū creatum quo diligimus deuꝫ informans animā ⁊c. Fundamentū aūt huius eſt dictuꝫ apoſtoli. Ad Cor. xiij. Si linguis hominū loquar et angelorū charitatem aūt nō habeam ⁊c̄. Et alibi: Nunc autem manent fides: ſpes: charitas tria hec. Maior autē horum eſt charitas ⁊c̄. ¶ In reſolutiōe q̄ſtionis. Sanctus Bonauē. ponit diffinitionem charitatis dicēs: Charitas eſt bonitas ſuple habitualis creature rōnalis ꝑficiēs: et diſtinguens ipam et ordinans atqꝫ diſponēs ad vitā eternā. ¶ Nota quadruplex eſt bonitas: ſcilicet naturalis ⁊ entitatiua. Ex genere ⁊ incomplete moralis. Uirtuoſa et cōplete moralis. Gratuita ſiue bonitas meritoria. Prima dicitꝛ bonitas naturalis et entitatiua. Et eſt illa que competit cuilibet enti poſitiuo ſm̄ gradum ſue entitatis magis vel minus Unde ſm̄ ꝙ entia ſunt perfectiora tāto magis participant de illa bonitate. Et illa bonitas eſt ꝓpria paſſio entis. Secūda eſt bonitas ex genere et ſm̄ qd̄ moralis. Et eſt illa q̄ competit alicui actui vel operationi ex eo ꝙ trāſit ſuper obiectum ſibi conueniens ſm̄ dictamen recte rationis: vt dare elemoſynam indigenti.

Obiectum autem poteſt eſſe cōueniens actui dupliciter. Uno modo ex natura ſua. Sicut eſt cibus cōmeſtioni vel color viſui ꝛc̄. Et de iſta nihil ad ꝓpoſitū. Aliud eſt obiectū cōueniens actui ſm rectam ratiōnē. Et de iſta cōueniencia eſt ad propoſitum. Quare autē illa bonitas dicit̄ incōplete moralis? Reſpondetur ꝓpter obiectū quod eſt prima circūſtancia in genere moris. Unde ſicut animal eſt contrahibile per differencias: ſic quodāmodo actus bonus ex genere eſt ꝯtrahibilis: id eſt circumſtantionabilis alijs circumſtancijs. Tertia eſt bonitas virtuoſa ꝛ complete moralis. Et eſt illa que competit alicui actui vel operationi ſm ꝙ elicitur cum omnibꝫ ſuis circumſtancijs dictatis a recta rōne ſibi conuenire: vt dare elemoſynā indigenti de proprio ꝓpter deū: ꝛ loco congruenti ꝛc̄. Et hoc eſt qđ dicit dionyſius. Bonuꝫ eſt ex integro ꝛc̄. Quarta eſt bonitas meritoria: ſiue bonitas gratuita: vel bonitas ex acceptatōe dei in ordine ad merituꝫ. Et eſt illa que competit actui ſuppoſita triplici bonitate dicta: ꝛ cum hoc ꝙ fiat ſm inclinationē charitatis ſeu principij meritorij. Correlarium. Omnis actus bonus meritorie eſt bonus moraliter ꝛ non econtra. Itē omnis actus bonus moraliter eſt bonus ex genere et nō ecōtra ꝛc. Unde duplex eſt bonitas gratuita: ſcꝫ habitualis ꝛ actualis. Habitualis ē illa qua aliqua ꝑſona beatificabilis acceptatur ad vitā eternā ſiue operet̄ ſiue non. Uel ſic. Eſt aliquis habitus quo aliqua ꝑſona beatificabilis acceptat̄ ad vitam eternā. Actualis eſt illa qua aliqs actus acceptat̄ tanq̄ meritorius vite eterne. Correlariū. Iſta addit ſupra primā: ꝙ ſcꝫ eliciat̄ ſm inclinationē charitatis: et nō ſufficit ꝙ eliciatur ab habente charitatem. Uñ ſicut ſupra dictū eſt exiſtens in charitate pōt peccare ꝛ tamē deus nō acceptat pctā venialia ꝓpter habitū ſic exiſtentē. Correlariū. Charitas non inclinat ad actus indifferētes: vt fricare barbam nec inclinat ad act⁹ peccatoꝝ venialium: multo magis nec ad actus pctōꝝ mortaliū. Correlariū. Licet apli fuerīt ꝯfirmati in grā poſt miſſionē ſpūſſancti tñ adhuc peccauerunt venialr̄. patet: qꝛ ſcriptura ſcā nihil falſum ponit. Sed ſctūs paulus ſcribit ꝙ reſtitit cephe coram oibꝫ: qꝛ rephenſibil̄ erat. Itē ſimilr̄ videt̄ de paulo ꝛ barnaba: ꝙ aliquis eoꝝ vel ambo peccauerūt venialr̄ ꝛc. ¶ Itē ex ꝑmiſſis declarat̄ diffinitio charitatis data a ſctō Bonauētura q̄ ſic intelligit̄ Charitas eſt bonitas (ſupple meritoria habitual̄) creature rōnalis (qꝛ nulli inferiori creature datur) ipſam ꝑficiens (id eſt formalr̄ ei inherēs) Uñ ꝑficere capit̄ duplr̄. Uno mō effectiue. Et ſic de⁹ ꝑficit me dando mihi vitā: vel eſt effectiue vita mea. Alio mō formalr̄: ꝛ ſic aīa mea corpori meo dat vitā vel eſt vita corꝑis formalr̄. Illo modo charitas ꝑficit creaturam rationalem ꝛ diſtinguens ꝛ diſponens ad vitam eternā. Unde Auguſtinus. Sola charitas ē que diſtinguit inter filios regni ꝛ perditionis.

Solutio argumentoꝝ.

Nota ꝙ ponunt̄ nouem argumēta pro parte falſa: ꝛ ſimiliter nouē pro affirmatiua parte. Prime tres rationes ſumunt̄ ab eſſencia charitatis. Alie tres ab actu. Nota regulam illā logicalē vbi eſt vnuꝫ ꝓpter alterū ibi tm̄ vnū: ꝛ ſic eſt de charitate et anima rationali. Probatur: quia ibi eſt vna bonitas videlicet hoīs ꝓpter charitatē: quia ex charitate homo acceptatur. ¶ Pro maiore primi argumenti nota iſtā regulā. Quādocunq̄ ſunt due ſpēs eſſentialiter diſtincte ſemꝑ vna excellit aliā ꝛ minimū ſcꝫ indiuiduū cōtentum ſub ꝑfectiori ſpecie excedit omne cōtentū ſub ſpecie imperfectiori. Regula illa eſt pro declaratione iˀ li⁹ maioris vbi dicitur ꝙ nullum accidens eſt meli⁹ ſubſtancia. vel ſic. Quādocūq̄ ſunt due ſpe

cies nunꝙ̄ vna eſt eque ꝑfecta ſicut alia: ſed ſemꝑ inter quaſcunqꝫ ſpecies diuerſas ꝛ inter q̄cun. ꝓ contenta ſub diuerſis ſpeciebꝰ eſt ordo ꝑfectionis. Unde Correlariū. Minimū indiuiduū (ſi ſuſcipiat ſubſtantia magis ꝛ minus) ſpeciei humane eſt perfectius ſummo indiuiduo equi ⁋ Pro ſolutione ſecundi argumenti nota aliquē actum eſſe dignum vita eterna eſt dupliciter. Uno modo ꝙ ille actꝰ ſit dignus ex ſe vita eterna. Et ſic nullus actus eſt dignꝰ vita eterna. Alio modo ꝙ ille actus ſit dignꝰ vita eterna ſm eſtimationē ꝛ ordinationē dei qua deus acceptat eum. Pro hac diſtinctione mouet dubium quincuplex. Primum dubium.

Utrū aliquis actus elicitus ab exiſtente in charitate ꝛ ſm inclinationē charitatis ſit dignꝰ vita eterna.

⁋ Reſponſio ſtat in vna diſtinctione et duabus ꝓpoſitionibꝫ. ⁋ Diſtinctio. Aliquē actū eſſe dignū vita eterna vel p̄mio eterno pōt intelligi duobꝫ modis. Uno modo ꝙ ille actus habeat dignitatem ex natura rei per quem eſt dignus vita eterna. Alio modo ꝙ habeat huiuſmodi dignitatem ex acceptatione diuina. Et eſt eadē diſtinctio cum priori. Unde Scotus accepit eam a Bonauentura. ⁋ Prima ꝓpoſitio. Nullus actus elicitꝰ ex charitate ꝛ ſm inclinationē charitatis quantūcunqꝫ bonus ſit eſt dignus vita eterna ex natura rei. Probatur: Non ſunt condigne paſſiones huiꝰ temporis ad futurā gloriā que reuelabitur in nobis. Item xp̄s in euāgelio Luce. xvij. Cū feceritis oia que p̄cepta ſunt vobis dicite ſerui inutiles ſumus ꝛc̄. Sed ſi homo faceret actꝰ ex natura rei dignos eterno premio non eſſet ſeruus inutilis. ⁋ Secunda propoſitio. Omnis actus elicitus ab habente charitatem ꝛ ſm inclinationē charitatis ſolum eſt dignus vita eterna ꝓpter paſſiuam acceptationē dei. Exemplū de rege ſtatuente ꝙ qui habet talem denarium erit princeps ꝛc̄. Secundum dubium.

Utrum deus neceſſitet vel neceſſario acceptet habentem charitatem ad vitam eternā.

Reſponſio ſtat in vna diſtinctione ꝛ duabus propoſitionibus. ⁋ Duplex eſt neceſſitas: ſcilicet abſoluta ꝛ conditionata. Abſoluta: Et dicitur illa qua aliquid ſic eſt vel ſic fit quod non poteſt non eſſe vel non fieri. ⁋ Prima propoſitio. Deus nulla neceſſitate abſoluta acceptat habentem charitatem. ⁋ Correlarium. Omnem quem deus acceptat ad vitam eternam contingenter acceptat. Alia eſt neceſſitas conditionata: Et eſt illa qua aliquid neceſſario eſt vel fit ex ſuppoſitione aliq̄. ⁋ Secunda propoſitio. Deus neceſſitate quadam conditionata habentē charitatem acceptat ad vitā eternā. Probatur. Stabiliuit enī deus lege ſue ſapiētie ꝙ omnē habentem charitatē finaliter velit acceptare ad vitam eternā: Tertiū dubium.

Utrū deꝰ potuerit iſtā acceptationē ponere i alio habitu ꝙ̄ charitate.

Dicis enī ꝙ ex ſe charitas non eſt digna vita eterna: hoc eſt querere. Utrū deus potuerit ponere in fide vel in ſpe. ⁋ Reſponſio: breuiter dico ꝙ deus illā acceptationē que eſt extrinſecū quoddā charitati potuit ponere nō ſolum in alio habitu virtuoſo: a charitate diſtincto: ſed etiam in quocūqꝫ habitu corporali. Unde licꝫ charitas multo nobilior imo nobiliſſima forma accidētalis ſit ſimitate nō tamē charitas magis ē digna vita eterna: dignitate ex natura rei ꝙ̄ ſimitas vel criſpitudo. Exēplū de rege ſtatuente ꝙ denariꝰ aureus plus valeat argenteo Et licet ſit ſic ex natura metalli: tamen potuiſſet ꝯtrariū ſtatuiſſe. Sic deus potuit: licet charitas ſit aurū reſpectu aliorum habituum. ⁋ Quarta difficultas.

Utrū deus poſſit damnare habentē charitatē et poſſit ſaluare

peccatorem blaſphemantem ſe. Dico ꝙ de potētia dei abſoluta deus poſſet. Nā omnes dicunt ꝙ de potentia abſoluta deus poſſet omnes damnatos ſaluare: eo ꝙ non implicat contradictionem. Similiter dico ꝙ poſſet omnes beatos dānare Sicut enim figulus poteſt omnia vaſa que ordinauit ad honorem deſtruere vl' ordinare ad contumeliā ſic ⁊ deus. Quinta difficultas.

Contra p̄dicta dicis cōtra teipſum ⁊ deſtruis dictum omniū doctoꝝ ⁊ maxime Scoti qui dicit. Omnē actum elicitum ſm̄ charitatis inclinationem ⁊ in charitate eſſe dignū premio eterno. Unde dico ꝙ deus poſſet omēs actus noſtros bonos remunerare in vnius hore ſpacio per aliquā leticiam ſpiritualē. ¶ Pro ſolutione tertij argumenti nota duplex eſt bonū videlicet per eſſentiam. Et ſic ſolus deus eſt bonus ſcilicet pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus. vnde Nemo bonus niſi ſolus deus. ⁊ eſt illud qd̄ neceſſario ē bonū. ¶ Prima propoſitio. Bonū per eſſentiam non poteſt non eſſe. ¶ Secunda propoſitio eſt. Non poteſt nō eſſe bonū. ¶ Tertia propoſitio ꝙ bonū per eſſentiam nō poteſt eſſe malum. Alio modo eſt bonū per participationem ⁊ eſt oē aliud a deo. Et eſt duplex: vl' quia ē ens participans bonitatem: vel quia eſt ipſa participatio. Omne ergo ens creatū eſt bonum per participationem. ¶ Quarta p̄poſitio. Charitas creata poteſt ſimpliciter non eſſe. Patet: quia ipſa non eſt bona per eſſentiam. Charitas ſi exiſtat: non poteſt nō eſſe bona. Patet quia charitas eſt ordinatio ad vitam eternam. ¶ Quinta propoſitio. Habens charitatem poteſt eſſe malus. ¶ Nota charitas dicitur forma virtutuꝫ. Pro cuius declaratione pono talē propoſitionē. ¶ Omnis virtus et quicunqꝫ actus virtuoſus ſine charitate dicitur informis. Patet qꝛ omnis virtus et omnis actus qui eſt vel fit ſine forma virtutum eſt informis: ergo ⁊c̄. In hoc dicitur charitas eē forma virtutum quia omnis virtus ⁊ omnis actus virtutis habent a charitate ꝙ acceptantur ad vitam eternam. ¶ Correlariū. Acceptare ad vitā eternaꝫ eſt forma virtutum ⁊ actuū virtuoſoꝝ. ¶ Correlarium. Charitas nō poteſt eſſe informis. Aliud correlariū. Oēs alie virtutes et actus poſſunt eſſe informes ⁊c̄.

Item hoc ipſum oſtēditur rationibꝫ ſumptis a virtute. Maior autem p̄me rationis que eſt pulchra ⁊ ſatis poſitiua maxime fundatur in dictis Auguſtini. Qui fecit vel creauit te ſine te: nō ſaluabit vel iuſtificabit te ſine te ꝙ autem cooperemur deo: patet per orationem eccleſie. Adiuua nos deus ſalutarꝭ noſter. ſed ſi nihil cooperemur deus proprie non adiuuat nos. ¶ Pro ſecūdo argumento nota talem regulam. Omne agens qd̄ poteſt in ſua actione recte agere ⁊ nō recte: bene agere ⁊ deficere: īdiget in aliquo regulante: ad hoc ꝙ recte agat tale regulans eſt charitas virtus creata ¶ Nota ꝙ charitas quinqꝫ actus habet facere. Primo nāqꝫ habet recreare vl' reformare animā noſtraꝫ. Secūdo vnire nos deo: id eſt facit nos gratos deo. Tertio diligere deum ⁊ p̄ximū. Quarto viuificare. Quinto diſtinguere. Habꝫ primo reformare. Quādocunqꝫ enim ſumus in peccato mortali imago dei ī nobis ē dfformata: immo proprie in nobis nō eſt imago dei: vt ſupra diſtinctione tertia. Reformare autē preſupponit informare qd̄ eſt imp̄fectionis. Ideo quo anima reformatur eſt habitus creatus. Nunqꝫ reformatur anima noſtra ſeu recreatur niſi p̄ creationē: non tamen dico anime ſed charitatis. Unde nō eſt minꝰ imo quo ad aliqd maioris virtutis eſt recreare q̄ꝫ creare ⁊ hoc in genere cauſe efficientis. Per hoc poteſt gloſari dictū Auguſtini. Maius eſt iuſtificatio impij q̄ꝫ creatio celi et ter

re. Et videtur ꝙ non cum ad vtrumq̄
requiritur infinita potentia. Et poteſt
intelligi dupliciter. Uno modo ex par/
te potentie iuſtificantis et creantis. Et
ſic dico ꝙ eſt equalitas non maioritas.
Alio modo ex parte effectus. Hoc mo/
do maius eſt facere de impio pium q̄
creare celum ⁊ terram: plures enim effe/
ctus tunc concurrunt q̄ in creatione mū/
di. Patet in iuſtificatione impij eque eſt
creatio gratie: ſicut in creatione mundi
erat creatio. Item dimittit offenſas. Itē
ordinat ipſum ad vitā eternam: ſed hoc
eſt maius q̄ creare mundum. Patet er/
go ꝙ oſtenſiue magꝭ eſt iuſtificare impiū
q̄ creare celum ⁊ terrā. Simpliciter ta/
men non eſt maius quia eiuſdem potētie
¶ Pro tertio argumēto nota talem pro/
poſitionem. Omnis creatura in q̄tū eſt
ex nihilo eſt vanitas id eſt nō eſt firmitas
ſed poteſt non eſſe. Nota charitas nec in/
clinat angelum neq̄ hominem ad diligē/
dum deum quātum debet diligi. Patet.
charitas non inclinat ad impoſſibile: ſed
diligere deum quātum eſt diligēdus ſm
ſe eſt impoſſibile angelo ſimiliter ⁊ homi/
ni ⁊c̄. Inclinat tamē ipſa charitas ad di/
ligendum deum quātum eſt diligendus
a tali ſcilicet a viatore vel a comprehen/
ſore ipſo. Solus deus diligit ſe quātum
diligendus eſt: id eſt quantum debet dili/
gi. Patet quia infinita dilectione ⁊ infi/
nite. ¶ Aliquid magis diligere poteſt in/
telligi dupliciter. Uno modo intenſiue.
Hoc modo aliquis poteſt intenſiori dile/
ctione diligere patrē aut matrem q̄ deū
Nec oportet vt peccet i hoc. Patet quia
promptior eſſem alicui ad reſiſtendum
ledenti patrem meum q̄ peccati in deū.
Alio modo appreciatiue. Hoc mō queli/
bet creatura rationalis tenetur diligere
deum ſuper omnia: licet non ſit obligata
ad gradus intenſiores. ¶ Nota pro ter/
tio argumento in oppoſitum. vnde Hu/
go de ſancto Victore. Hoc ſcio anima
mea quia amor eſt vita tua. Sed omnis

vita participatione alicui competens eſt
ab informante ex quo et viuificabili fit
vnū: ſed ex deo et anima impoſſibile eſt
fieri vnum taliter: igitur ⁊c̄. ¶ Prima p/
poſitio. Gratia gratiſdata ſiue charitas
eſt vita ſpiritualis anime. ¶ Secūda p/
poſitio. Opera humana ſunt in triplici
differentia. Quedam ſunt viua: quedā
mortua: quedam mortificata. ¶ Tertia
propoſitio. Omnia opera humana que
eliciuntur ab homine habente charita/
tem et ſm inclinationem charitatis dicū/
tur viua. ¶ Quarta propoſitio. Et du/
plici de cauſa. quia a principio viuo: et
quia ordinantur ad vitam eternam: ⁊ ſic
principatiue et finaliter. ¶ Quinta pro/
poſitio. Omnia opera facta ab homine
non habente charitatem ſunt mortua.
Et hoc per oppoſitum: quia non eliciun/
tur a charitate: nec vnq̄ accepta erūt ad
vitam eternam. Correlarium. Opera
mortificata dicuntur omnia illa opera
humana que fuerunt elicita in gracia et
ſm inclinationem charitatis: ſed tamen
per peccatum mortale ſuperuenięs ſunt
mortificata. Correlarium. Opera mor/
tua nunq̄ fuerunt viua nec vnq̄ reuiui/
ſcent. Correlarium. Omnia opera mor/
tificata reuiuiſcunt in reditione ad cha/
ritatem. Correlarium. Quilibet reſur/
gens a peccato mortali ſemper reſurgit
cum maiori merito. Probatur quia oīa
merita reuiuiſcunt: ⁊ cum hoc reſurgens
continuando contritionem meretur ger/
cā. Reſurgens tamen a peccato nō opor/
tet vt reſurgat in maiori gracia. Deꝰ ñ
ita ordinauit ꝙ reſurgens a peccato n
ꝙ magis ſe diſponit vel minus ad recipi/
endam gratiam ſm hoc maiorem vł mi/
norem gratiam recipiet. ¶ Correlariū.
Homo aliquando reſurgit a peccato cū
maiori gratia aliquando cum equali ali/
quando cum minore. ¶ Correlarium.
Omnis exiſtens in peccato eſt mortuus
vn̄. p̄s. cxiij. Non mortui laudabunt te
dn̄e neq̄ oēs qui deſcendunt in infernū.

Queritur ſecundo. Utrū charitas ſit amabilis ex charitate.

In ſuperioribꝫ habuiſtis quid ⁊ quotuplex ſit amor. cōſimiliter de charitate. Nota tn̄ ꝓ declaratione tituli q̄ſtionis: ꝙ aliquid amari ex charitate eſt ipſum ordinari i\[n\] ſūmū bonū: qđ ꝑ ſe charitas diligit. Un̄ pro regula habendū eſt ꝙ quotiēſcunꝙ aliq̄d ordinat̄ in vltimū finē ⁊ ſummū bonum illud amat̄ ex charitate. Volūtatē ergo diligere aliq̄d ex charitate: eſt ipſaꝫ diligere vel ordinare aliquid ad vltimū finē. Nota voluntas pōt aliq̄d diligere ex charitate dupl'r. Uno modo ꝙ diligit aliquid ſic: ꝙ ipſum dilectū natū ſit ꝑuenire ſeu attingere vltimū finē. Et ſic tn̄ ſunt q̄ttuor diligibilia. Deus: natura ꝓpria: proxim⁹: ⁊ corpus noſtrū. Alio mō tanꝙ illud per quod pōt deueniri ſcꝫ ad ſummū bonuꝫ. Et ſic quelibet creatura pōt eſſe ſuo mō mediū deueniēdi ad ſummum bonū. ¶ Correlariū primū. Charitas ergo creata ꝑmo modo non eſt diligenda. Scđm correlariū. Charitas tn̄ eſt diligēda ex charitate ſcđo modo ⁊c̄.

Tota reſolutio queſtionis

Irca ſcðm articulum querit̄ ꝑmo. Utrū in diuinis ſit ordo. Unicꝰ eſt hic terminꝰ declarandꝰ ſcꝫ ordo. Ubi nota ꝙ ordo pōt ſic deſcribi. Ordo ē habitudo ꝑoris ad poſteriꝰ ꝛ ecōtra. In iſta deſcꝑtione due particule ponunt̄. Prima particula ē habitudo: ꝛ ponit̄ loco generis. Seqͥtur ꝙ ordo non eſt abſolutum. Secūda particula ꝑoris ad poſterius: ꝛ ecōtra. ꝛ ponit̄ ad differētiā relationū q̄ nō ſunt ꝑoris ꝛ poſterioris. ¶ Primū Correlariū. Ubicunqꝫ eſt ordo ibi eſt ꝑus ꝛ poſteriꝰ: patet ex diffinitione. ¶ Scðm Correlariū. Ubicūqꝫ eſt ꝑus ꝛ poſterius ibi eſt ordo. hanc nō concedit ſanctꝰ Thomas (ſeu thomiſte moderni) ꝛ tñ concedit primā. Patet tñ correlariū: quia inter ꝑus ꝛ poſterius neceſſaria eſt habitudo: alioquin nō erunt prius ꝛ poſteriꝰ. ¶ Tertiū Correlariū. Duplex eſt ordo ſcꝫ prioritatis ꝛ poſterioritatis. Prioritatis ē habitudo prioris ad poſterius. Poſterioritatis ē habitudo poſterioritatꝫ ad ꝑus. ¶ Quartū Correlariū. Quot modis pōt dici ꝑus et poſterius tot modis poteſt dici ordo. ¶ Nota ſeptē ſunt ordines ſiue prioritates famoſe licet plures poſſint dari. Primus eſt ordo durationis: ꝛ eſt ille qui eſt inter aliqua duo quoꝝ vnus eſt prius duratione ſeu ꝑcedit duratione reliquuum Et ſic eſt ordo inter hominē mille ānoꝝ: ꝛ inter hoīem triginta annoꝝ. ¶ Prima ꝑpō. Ordo durationis nullo modo ponendus eſt in deo patet: quia quicqͥd eſt in deo ad intra eſt eternū. Scða ē ordo originis. Et ſm mentē ſcti Bonauenture. Eſt ordo q̄ eſt inter duas res: quarum vna eſt vere originans aliam ꝛ alia vere originata. ¶ Scða ꝑpoſitio. Ordo originis neceſſario ponit̄ in diuinis. De iſto ordine non intelligebat in ſymbolo ſuo Athanaſiꝰ cū dicebat: nihil prius aut poſterius: ſed de primo ſcꝫ durationis. Uñ eſſe aliqͥd prius origine eſt eſſe aliquid a quo alius eſt. Sed poſterius origine eſt aliquid eſſe ab alio. ¶ Et notandū ꝙ ſm ſanctū bonauēturā ſunt tria ſigna originis. Primū ſignū originis eſt eſſe a ſe vel eſſe a quo aliȷ̄ ſunt. Scðm ſignuꝫ eſt eſſe ab alio generante. Tertiū ſignuꝫ eſt eſſe ab vtroqꝫ. Illa tñ ſigna aliter aliqñ accipit doctor ſubtilis. Tertiꝰ eſt ordo cauſalitatis ꝛ eſt ille qui eſt inter duas res quarū vna eſt vere cauſa alteriꝰ. ¶ Tertia propō. Iſte ordo cauſalitatis nullo mō ponit̄ in diuinis. patet: qꝛ nulla ē habitudo cauſe ad intra ī diuinis. Uñ licꝫ Ockā non diſtinguat inter ordinem (et hoc male) originis ꝛ cauſalitatis: non tñ ſunt idē. Pōt tñ dici ꝙ ordo originis ſit ſuperius ad ordineꝫ cauſalitatis: qꝛ vbicunqꝫ eſt ordo cauſalitatis ibi eſt ordo originis: ſed nō econtra. Quartꝰ ē ordo nature. Et de illo ordine habebit̄ in ſequēti q̄ſtione eo ꝙ ponit̄ in titulo q̄onis ſequētis. Quintꝰ ordo eſt eminētie ꝛ ꝑfectionis vel dignitatis. Et eſt int̄ aliqua duo quoꝝ vnū eſt nobilius alio. Et hoc dupl'r. Primo mō qua vna res tota ſua eſſentia ē nobilior altera. Et talis ordo eſt int̄ oēs ſpēs vniuerſi ꝛ iſte ē per reſpectum ad eſſentiā vniuſcuiuſqꝫ. Alius eſt ordo eminentie ſm volūtatē vt rex ꝑ voluntatē hominū eſt prior ordine dignitatis ruſtico. ¶ Quarta ꝑpō. Licet ordo eminentie ſit in deo reſpectu creaturarū nō tamē in deo ad intra eſt ordo eminentie. ꝑma pars patet: quia deus ē eminentiſſimū ꝛ primū ens inter oīa entia. Secunda patet quia vna ꝑſona nō eſt perfectior alia. Sextus ē ordo cōmunitatis ꝛ eſt inter aliqua duo quoꝝ vnū eſt cōmunius altero. Et ſic iſte eſt inter omne inferius ꝛ ſuū ſuꝑius. Uñ omne ſuꝑius ē prius cōmunitate ſuo inferiori. Iſte ordo eſt in diuinis ad intra. Et licet ꝓprie non ſit ibi ſuperius ꝛ inferius. Eſt tñ ibi cōmunius quia deus ē cōmunius patre. Septimꝰ eſt ordo localis vl' ſituationis.

Et eſt ille q̄ eſt inter aliqua duo: quoꝝ vnū ē prius alio loco. Et fit duobꝫ modis (q̄nto metaphiſice. c. de priori.) Uno mō p cōparationē ad aliq̄d qđ naturalr̄ eſt primū. Alio mō p cōparationē ad aliq̄d qđ ſtatuit̄ prius in loco. Exēplū pmi modi. Reſpectu celi qđ eſt ſupmū: ignis eſt prior aere: aer aqua: aqua terra q̄ eſt infima. Exēplū ſecūdi q̄ eſt in angulo ſeu in cornu meſe vbi q̄ dexterā manū hꝫ liberā eſt in pmo loco: videlicet ſm q angulus aliq̄s ex ordinatione hoīm eſt dignior locus. ¶ Quinta propoſitio. Pr̄ nō eſt ſic prior filio: nā talis ordo nō ē in diuinis: licet deus ſit in omni loco immenſiue.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in diſtinctione z aliq̄bus ppoſitionibꝫ. ¶ Diſtinctio. Triplex ē ordo: ſcꝫ ſm poſitionē. z eſt eoꝝ q̄ ſic ſe habent q vnū eſt ſupius z aliud inferius. Et hoc ē duplr̄. Uno mō ſm poſitionē localē: ſic ignis ē ſuperior aere. Alio mō ſm dignitatē. Et ſic rex eſt ſupior ruſtico. ¶ Prima ppō. Iſti duo ordines nō inueniunt̄ in diuinis ad intra. Scđo eſt ordo ſm anteceſſionē z eſt eoꝝ quoꝝ vnū eſt prius z alterū ē poſterius. Et hoc ē duplr̄: quia vel vnū eſt prius altero tpe: z iſte eſt ppꝛie ſm anteceſſionē z durationē. Uel vnū eſt prius altero natura. i. naturali itelligētia. ¶ Secūda ppō. Omne ſupius h̄ mō eſt prius inferiore: patet q2 ſupius pōt intelligi ſine inferiore. ¶ Correlariū. Et ſic nō ē in diuinis vtroq3 modo. Tertio ē ordo ſm originē. Et ē ille q̄ eſt int̄ pducens z productū. Tertia ppō. Ordo ſm originem eſt in diuinis. ¶ Pro ſolutiōe cuiuſdā argumenti nota iſta tria vocabula ſcꝫ proprietas: ordo: z notio: noīant in generali oēs notiones vel aliquas. Spiratio em̄ actiua nō eſt ppꝛietas: tñ alia duo nomināt oēs generalr̄. ¶ Ad vltimū argumētum melior eſt ſcđa ſolutio. Nā prima q ordo originis ſit ppꝛie ordo nihil valet. Item oēs ppter pbm neceſſario habent ponere inter ſupius z inferius ordinē et tñ falſum eſt q pſupponant numerū.

Querit̄ ſecundo. Utrū

in diuinis ſit ordo nature. Nota duplex eſt ordo in generali: ſcꝫ ordo eſſentialis z accidental̄. Ordo eſſentialis eſt ille qui cōſeq̄tur extrema ex ſuis rōnibꝫ formalibus z q̄ddicatiuis. Et ſeq̄tur immediate eſſentias rerū. Ordo aūt accidētalis eſt ille q̄ cōpetit extremis p accidēs: vt ordo durationis: ordo ſituationis. Nā oēs ordines de q̄bus heri dictuꝫ eſt pñt reduci ad illā diuiſionē bimembrem. Maxima Ois em̄ ordo cōpetit extremis vel per ſe vel p accidēs. Dicit̄ aūt p ſe: q2 cōſeq̄tur eſſentialia. Per accidēs: q2 ꝯſequit̄ accidētalia. De ordine eſſentiali nota ſequētes ppōnes. ¶ Prima ppō. Subſtantia z accidēs hoc mō habēt ordinē. ¶ Scđa ppō. Silr̄ inter totū z partes ē talis ordo. ¶ Tertia ppō. Similr̄ inter deum z creaturā eſt talis ordo. ¶ Quarta ppō Inter materiā z formā eſt ordo eſſentialis. ¶ Quinta ppō. Inter quācūq3 cauſam z cauſatum eſt ordo eſſentialis. Duplex ē ordo eſſential̄: quidā ē neceſſarius ſimplr̄. Et ē ille: q̄ non pōt mutari: etiā p potentiā diuinā: etiā abſolutā. Uñ deus nō pōt facere q poſteri⁹ eſſentialr̄ poſſet eſſe ſine priore eſſentialiter. Et ſic relatio nō pōt eſſe ſine fundamento et termino. Hoc mō etiā ē ordo inter totū z partes. Quidā ē ordo eſſential̄ neceſſari⁹ neceſſitate ſm q̄d. Et eſt ille q̄ nō pōt mutari p naturā: licet bñ p potentiā diuinā. Hoc mō eſt ordo eſſential̄ neceſſari⁹ int̄ ſbam z accidēs: z nō neceſſitate ſimplr̄. Deus em̄ pōt facere poſteri⁹ illo mō ſine priori vt albedinē ſine ſubiecto. ¶ Ordo nature capit̄ tribꝫ modis. Primo modo ppꝛie p ordine exiſtēte int̄ duas naturas realr̄ z eſſentialiter diſtinctas. ¶ Sexta ppō. Hoc mō eſt ordo int̄ qualcunq3 ſpecies ſpāliſſimas toti⁹ vniuerſi: vna em̄ ex ſua rōne formali ē pfectior altera. ¶ Septi-

ma propoſitio. In diuinis non eſt ordo nature proprie. Implicat enim contradictionem ꝙ ſint plures nature in diuinis. Secundo modo capitur large vel cõmuniter pro ordine exiſtente inter perfectiões naturales: ſiue ſint realiter diſtincte ſiue formaliter. ¶ Octaua propoſitio. In diuinis eſt ordo nature hoc modo: ideo dicitur nature: quia inter perfectiones naturales. patet ſm Scotum. Quia pater prius intelligit ꝗ vult. Neqꝫ enim intelligere eſt origo neqꝫ velle: ſꝫ eſt actus eſſencialis. Unde in omni natura intellectuali actus intellectus eſt prior volitione. Nam ſm Auguſtinũ. Nihil volitum niſi precognitum. ¶ Correlarium. Inter intellectionem ⁊ volitionem non eſt origo: licet bene ordo nature. ſecundo modo dictus. Tertio modo capitur ordo nature cõmunius pro ordine naturalis intelligentie. ¶ Nona propoſitio. Omne id qđ natum eſt prius cõcipi alio dicitur prius natura ipſo. id eſt naturali intelligentia. Unde ordo nature pro ordine naturalis intelligentie eſt quedã habitudo inter aliqua quoꝝ vnũ eſt prius altero naturali intelligentia.

Reſolutio ſancti bonauenture doctoris ſeraphici ſtat in quinqꝫ propoſitionibus ⁊ aliquibus correlarijs

¶ Prima propoſitio. Ordo dicitur eſſe alicuius dupliciter. Aut vt ordinati: aut vt rationis ordinandi. In omni enim ordine neceſſario ſunt aliqua ordinata. Et eſt aliqua forma ſm quã ſunt ordinata. Ut ſi ſit inter nos ordo ſituationis inter me ⁊ te eſt ordo noſtrum ſituatorum: ⁊ loci tanqꝫ rationis ordinandi. ¶ Secũda propoſitio. Ordo in diuinis ſicut ordinati eſt ipſius patris et filij ⁊ ſpiritusſancti: ⁊ eſt ipſius nature diuine tanqꝫ rationis ordinandi. ¶ Tertia propoſitio. Natura in diuinis dicit vim productiuaꝫ qꝛ clarum eſt ꝙ natura in diuinis eſt fecunda: immo natura diuina eſt productiua filij vt memoria: vel vt eſt obiectũ intellectus. Et ſpũſſancti vt eſt obiectum voluntatis. Circa qđ aduertẽdum ꝙ licet eſſentia diuina et natura diuina important eandem rem: nõ tamẽ eodem modo (ſimiliter natura creata et eſſentia creata) nam abſolutiſſime conſiderata res dicitur eſſentia ſine comparatiõe ad aliqđ. Natura vero importat eandem rem in cõparatione ad productionẽ. ¶ Quarta propoſitio. Quia in diuinis eſt ordo ſm productionem: ideo ibi eſt ordo nature: id eſt naturalis originis. Ordo enim naturalis originis prouenit ex eo quod eſt vnum producens: aliud productum. ¶ Tertia propoſitio. Iſte genitiuus nature conſtructus cũ ly ordo non conſtruitur cum ly ordo ſubiectiue ſed declaratiue. id eſt ex vi declarationis eſſentie vel demonſtrationis eſſentie ſicut etiam hic albedo claritatis. ¶ Regula. Quãdocunqꝫ aliquis genitiuus ꝯſtruit̃ cum aliquo recto ſubiectiue: ſignificatum illius genitiui eſt ſubiectum illius nominatiui id eſt rei importate per rectuꝫ vt albedo petri. Unde ſicut dꝛ homo auctoritatis auctoritas nõ ſignificat̃ eſſe ſubiectũ hominis: ſed declarat hoiem: ita cum dicit̃ ordo nature declarat̃ ꝙ eſt natura que habet vim ꝓductiuam. ¶ Correlarium. Iſte genitiuus nature habet reſolui per alios duos genitiuos. Unde ordo nature: id eſt ordo naturalis originis. Unde nõ eſt ordo in diuinis tanqꝫ ordo nature tanqꝫ ordinate ſed tanqꝫ ratiõis ordinãdi. Unde iſta nunqꝫ admittitur. In diuinis eſt ordo eſſentie diuie. Nota ordo naturalis originis: in creaturiꝫ duo dicit ſcilicet emanationem ⁊ anteceſſionẽ. Nã calor emanat ab igne: qui ignis antecedit calorem quia eſt effectus ipſius. Et hoc eſt ideo: quia ſemper cauſa ⁊ effectus habent diuerſas naturas. ¶ Correlariũ. In diuinis nunqꝫ admittũtur illa noia cauſa ⁊ cauſatũ. Ordo autẽ naturalis originis ĩ diuinis ſolũ dicit emanationẽ

Rta

ad quā non ſequitur eſſentie diuerſitas. ¶ Nota duplex ē ordo nature quidā eſt ꝙ alter eſt prius natura altero: ⁊ alter poſterius natura altero. Et hoc eſt proprie nec ſic eſt in diuinis: eo ꝙ ē eadē natura in diuinis. Quidā eſt ordo nature ꝙ alter eſt ex altero. ¶ Prima ꝯcluſio affirmatiua. In diuinis ꝙ eſt ordo nature quo alter eſt ex altero in eadē natura. ¶ Correlariū. Idez eſt ordo nature hoc ſcḋo mō ⁊ ordo originis. Hec autem eſt rō quare etiam dicaꝶ ordo nature q2 eſt ordo producentis et producti in eadem natura. ¶ Scḋa ꝯcluſio negatiua. In diuinis non eſt ordo nature quo alter ſit poſteriꝰ natura altero. patet q2 vt ſic dicit diſtinctionem eſſentialē. Correlariū. Et licet non ſit ibi prius et poſterius: non tamen ſequitur ꝙn ſit ibi ordo nature; cū ibi ſit producens ⁊ productum.

Pro ſolutione argumētorum

nota ꝙ triplex eſt ſubſtantia producens. Quedam ꝓducit ꝑ tpa magnū vt homo hoiem. Quedam ꝓducit ꝑ tps imperceptibile. vt ſol ſplendorē. Quedaz producit in inſtanti vt deus. Nota triplex eſt cognoſcens. primū ꝑ tempus vt ſunt homines. ſcḋm in inſtanti vt angeli. tertiū ſimul natura: vt deus.

Circa diſtinctionē

vigeſimāprimā primo queriꝶ. Utrum dictio excluſiua in diuinis vere addatur termino ſubſtātiali. ſed quia hoc poſſet fieri a parte ſubiecti vel a parte ṕdicati. ideo ṗmo queritur. Utrum dictio excluſiua in diuinis vere addatur termino ſubſtātiali a parte ſubiecti. Pro declaratione tituli queſtionis nota ꝙ dictio excluſiua eſt illa ꝙ priuat aſſociationē ⁊ exercet excluſionē. Prima particula videtur aſſumi ab ariſtotele in ṗmo elencoꝝ dicente ſolus eſt nō cū alio dūtaxat. Pro ſcḋa particula notanduz ꝙ hoc verbū excludo ſignificat excluſionem ſicut hoc verbū nego ſignificat actū negandi. Aduerbia aūt exercent. Propoſitio excluſiua eſt illa in qua poniꝶ dictio excluſiua excluſiue tenta in qua diffinitione ſūt due particule. Circa qḋ aduertendū ꝙ ꝗ̄trum ſufficit ad ꝓpoſitū requiruntur quattuor ad ꝓpoſitionē excluſiuā. Primū eſt dictio excluſiua vt ſūt tm̄: dumtaxat: ſolus: vnicus ⁊c̄. Secūdo reqritur terminꝰ cui additur dictio excluſiua ⁊ eſt ſubiectū in ꝓpoſito. Terminus autē ſuper quē capit excluſio ꝓprie eſt excluſum. Tertio ṕdicatum ꝙ dicaꝶ de termino cui additur excluſio. Omis eīm excluſiua infert ſuam ṗiacentem. Quarto implicite poniꝶ excluſum per dictionez excluſiuā. Excluſum aūt eſt omne illud qḋ vere negaꝶ de ſubiecto ꝓpōnis. Ut tm̄ homo ē riſibilis: id eſt nihil aliud ab homine eſt riſibile. ¶ Prima propoſitio. Ois ꝓpoſitio excluſiua affirmatiua exponitur ꝑ duas ꝓpoſitiones quarū ṗma eſt preiacens ſua ⁊ ſecūda eſt vna negatiua in qua remoueꝶ a ſubiecto omne illḋ a quo remoueꝶ ṕdicatum: vt tm̄ hō eſt riſibilis. Exponitur ſic. tm̄ hō eſt riſibilis homo eſt riſibilis ⁊ nihil nō hō eſt riſibile. Et eſt gr̄a infinitationis vel gr̄a contradictiōis: qñ ſcilz in ſcḋo negatur ṕdicatum excluſiue a termino infinitato: videlicet a ſubiecto ſumpto cū negatiōe infinitante vel cōtradicente. Et hic modꝰ exponendi magis placet doctori ſubtili ꝗ̄ expoſitio gratia alietatis. Omnis tm̄ ꝓpoſitio excluſiua vera: gratia alietatis eſt vera gratia infinitationis. ¶ Regula ṗma. Ois dictio excluſiua addita termino relatiuo: in ꝓpoſitione affirmatiua: de eſt ſecūdo adiacēte facit ꝓpoſitionem falſam ⁊ impoſſibilem vt illa tm̄ pater ē. ꝓbatur. Quia bene ſequitur Tm̄ pater eſt. ergo pr̄ eſt: ⁊ vltra pr̄ eſt: ergo filiꝰ eſt ⁊ vltra filius eſt: ꝗ aliud a patre eſt: ꝗ nō tm̄ pater eſt. ¶ Scḋa regula. Omis illa ꝓpoſitio ē falſa ⁊ impoſſibilis ad quā neceſſario ſequiꝶ ſua ꝯtradictoria. nā bene

ſequitur tm̄ pater eſt ergo non tm̄ pater eſt. ¶ Tertia regula. Omnis dictio excluſiua addita alicui termino ſignificante totum conſtitutum ex partibus eſſentialibus ſiue integralibus: in propoſitione de eſt ſecundo adiacente facit ipſam falſam et impoſſibilem: vt tm̄ homo eſt: ergo homo eſt. Ulterius homo eſt: ergo anima rationalis eſt. Ultra ergo aliud ab homine eſt: ergo nō tm̄ homo eſt. Duplices ſunt termini. Quidam ſunt ſubſtantiales qui dicuntur predicata eſſentialia que ſcilicet cōueniunt tribus perſonis eo modo quo eſſentia predicatur. Hec eñ̄ predicatur in ſingulari numero de ſingulis: ꝛ etiam de omnibus ſimul: vt pater eſt eſſentia ꝛ pater ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanctus eſt eſſentia. Quidā termini ſunt notionales qui dicuntur predicata notionalia que ſolum dicūtur de vna perſona vel ad plus de duabus.

Reſolutio queſtionis

ſtat in vna diſtinctione ꝛ duabus ꝓpoſitionibꝫ. Et quia de illa dictione tm̄ non eſt dubium nec equiuocatio. Ideo ſctūs Bonauentura diſtinguit de hac dictione ſolus. Illa eñ̄ dictio ſolus aliquādo capitur ſinkathegoreumatice: aliquādo kathegoreumatice. Uñ kathegoreuma eſt dictio que per ſe eſt ſignificatiua alicuius rei vniuerſalis vel particularis. Dictio autem ſinkathegoreumata eſt dictio que non eſt per ſe ſignificātia ſed eſt diſpoſitio dictionū kathegoreumaticarum. ¶ Unde propoſitio pma. Iſtud nomen ſolus vt capitur kathegoreumatice non admittitur in diuinis etiam de predicatis eſſentialibus. Unde hylariꝰ epiſcopus pictauienſis dicit. Dominus non eſt ſolitarius confitendus. ¶ Secunda propoſitio. Solus kathegoreumatice captum non facit propoſitionem excluſiuam: eo ꝙ kathegoreuma non facit propoſitionem excluſiuam. Regula. Iſta dictio excluſiua ſolus ſinkathegoreumatice tenta: et quelibet equiualens bene additur termino eſſentiali poſito a parte ſubiecti reſpectu cuiuſcunqꝫ predicati: ſiue ſubſtantialis: ſiue perſonalis quod ſoli deo competit: vt ſolus deus erat: ſolus deus eſt pater: id eſt deus eſt pater et nihil aliud a deo eſt pater: ſcilicet in diuinis. Non ſic eſt iſta: ſolus pater eſt deus.

Solutio argumentoꝝ.

Sophiſta vno modo idē eſt qꝺ ſapiens logicus: ſophos enim grece eſt ſapiēs latine: hoc modo accipit ſanctus Bonauētura. Alio modo capitur in malum pro aliquo querente vanam gloriam per falſa argumenta. ¶ In libro Auguſtinꝰ de regulis fidei. Res generis vł res ſpeciei capitur pro forma communi. Sed res generis capitur pro ſingulari vł pro ſuppoſito. Sicut aliqui cōſueuerunt dicere omne animal fuit in arca noe: vera eſt ꝑ generibus ſingulorū non pro ſingulis generum. ¶ Notandū tamen ꝙ ſolutio hec ſecunda vel ſecundi argumēti nō eſt bona. Non eñ̄ eſt bona logica dicere ꝙ in eadem propoſitione idem terminus habeat ſuppoſitionem ſimplicem ꝛ ſuppoſitionem perſonalē. Nam ſi ſic non eſt vna Item terminus nō ſupponit in reſpectu ad aliud ꝙ̄ ad predicatū. Unde ſoluendum eſt argumentuꝫ ſicut ſoluit doctor ſubtilis. Nam omnes moderni logici derelinquunt ipſum ſanctū Bonauēturā in iſto. Cum ergo dicis ſi ipſa ē vera cū ſit indefinita locutio redditur vera vel pro patre vel pro filio vel pro ſpirituſancto. Dico ꝙ ſub termino ſtante confuſe tm̄ non licet deſcendere qꝺ tamen tu vis facere. Eſt autem regula doctoris ſubtilis. Omne ſubiectum (ſi ſit terminus cōmunis) excluſiue ſupponit confuſe tm̄. Omnis enim excluſiua affirmatiua conuertitur in vnam vniuerſalem affirmatiuam de terminis tranſpoſitis ſi termini eius ſint communes.

Querit̃ ſecundo. Utrū dictio excluſiua vere poſſit addi termino ſubſtanciali a parte p̄dicati. Pro declaratione illius termini a parte predicati. ¶ Notandum primū dictum ꝙ dictio excluſiua poteſt addi in propoſitione tripliciter. Primo modo tanq̃ determinatio ſubiecti tm̄. Sc̄do modo tanq̃ determinatio predicati tm̄. Tercio modo tanq̃ determinatio totius ꝓpoſitionis. ¶ Sc̄dm dictum. Quandocūq̃ dictio excluſiua vel ſignū excluſiuū ponit̃ in ꝓpoſitione ſic ꝙ eſt determinatio ſubiecti tm̄ vel predicati tm̄: tunc non facit ꝓpoſitionē excluſiuā ſed ꝓpoſitioneꝫ de excluſo ſubiecto vel excluſo predicato.

¶ Terciū dictum. Quādo ſignū excluſiuum ponit̃ in propoſitione ſic ꝙ determinat totā ꝓpoſitionē facit ipſam excluſiuā. ¶ Prima regula. Omnis ꝓpoſitio de excluſo ſubiecto equiualet vni propoſitioni kathegorice in qua ponit̃ ad ſubiectum: ly exiſtens vel aliquid ſimile q̄d exiſtit: ⁊ poſt ſubiectum ponitur hoc cōplexum. Nō aliud: vel nō plura: vel non plures: vt ſolus pater eſt pater. Si ly ſolus determinet ſubiectū tm̄: tūc ſenſus ē: exiſtens pater: vel qui eſt pater: ⁊ nō alius eſt pater. Unde lata eſt differentia inter ſenſum excluſiue: ⁊ de excluſo extremo quo ad hāc ⁊ multas alias: ſolus pater eſt deus: vt enim eſt vna excluſiua eſt heretica: q⁊ ſenſus eſt pater eſt de⁹ ⁊ nullus alius a patre eſt deus. Quādo aūt eſt vna de excluſo ſubiecto: tunc eſt ſenſus: qui exiſtit pater ⁊ non alius eſt de⁹.

¶ Secūda regula. Omnis propoſitio de predicato excluſo equiualet vni kathegorice in qua ad predicatuꝫ ponitur ly exiſtens et poſt additur non aliud vel non plura: vel nō plures: vt iſta: Trinitas eſt vnus ſolus de⁹ et verus: id eſt ipſa trinitas eſt exiſtens vnus deus ⁊ nō plures. Et nō debet exponi per aliud vl' per alius cum in ea ponatur terminus numeralis qui exigit: vt exponatur gratia pluralitatis.

Reſpondendo ad queſtionē. Sanctus Bonauētura ponit duas opiniones primam reprobat. ¶ Opinio prima ſtat in duobus dictis. ¶ Primū dictum. Regula. Iſta dictio ſolus nunq̃ debet addi ad predicatum: ſꝫ omnes propoſitiones in quibus ponitur ad predicatum ſunt improprie. Et hoc volunt probare per Auguſtinum dicenteꝫ ꝙ iſta ſit impropria: pater eſt ſolus de⁹. ¶ Secundum dictum. Iſtud ſignū ſolus additum predicato valet tātum ſeu equalet huic ſigno tm̄. Sed contra. Hi in ambobus dictis deuiant. Nam terminus poſitus ad predicatum ſupponens ſuam formam ſufficienter excludit om̄e aliud a ſe. Unde ſuperflue additur ⁊ nugatorie ſignum excluſiuum.

Secunda opinio ⁊ propria ſtat in vna diſtinctione ⁊ aliquibus dictis. ¶ Diſtinctio. Hec dictio ſolus poteſt addi termino ſubſtātiali: id eſt cōmuni vel eſſentiali in diuinis dupliciter. Uno modo per ſe ſolum ſumpto. Alio modo cum termino numerali vel partitiuo ſumpto. ¶ Primū dictum. Quotienſcunq̃ ſignum excluſiuum addit̃ termino cēciali a parte predicati ꝑ ſe ſumpto eſt impropria. Unde oēs tales (ſm Bonauenturā) debent exponi ſeu referri ad ſubiectum. vnde Auguſt. vij. de trinitate. patrem dicimus eſſe deum. Sed non eſſe ſolum deum. ¶ Tercium dictū. Quandocunq̃ dictio excluſiua additur termino ſubſtantiali a parte predicati ſumpto cum termino numerali. propoſitio eſt propria et exponitur per non plura vel non plures. Non enim poteſt dici ꝙ ly ſolus referatur ad ſubiectum in iſta. Trinitas eſt vnus ſolus deus cū ibi eſſet incongruitas. Item non debet exponi per aliud. non enim magnum di-

xiſſet Augꝰ. ſic intelligendo: quia implicat contradictionem manifeſtã ꝙ aliqui ſint homines ⁊ ſint aliud ab homine: nec taliter intendebant arriani et maximinꝰ ¶ Correlarium. Iſta dictio ſolus ⁊ qdlibet ſignũ excluſiuũ poteſt proprie addi termino ſubſtantiali poſito a parte pͤdicati ſumpto cum dictione numerali: vel termino partitiuo.

Pro ſolutione argumẽtorũ.

Nota pro penultimi ſolutione argumẽti. Qꝛ ois dictio excluſiua importat duo: ſcilicet alietatem et negationē: vt ſolus homo currit: id eſt homo currit et nullus alius ⁊c. Et dicit ſanctus Bonauentura ꝙ quando ponitur ad predicatum tunc ratione negationis preponitur copule: et licet ſm ſitum ponaẛ poſt copulam: ratione tamen alietatis poniẛ ante copulam. Nec eſt inconueniens ꝙ idem terminus ſm diuerſa ponaẛ a parte predicati et ante copulam: vnde ſi dicatur video ſolum Conradum: ſenſus ẽ video Conradum et non video alium a Conrado. In iſta ꝓpoſitiõe negatio ponitur ante copulam: ⁊ alietas poſt copulam. ¶ Primũ argumentũ eſt tale. Hec dictio ſolum eſt diſpoſitio ſubiecti ſicut hoc ſignum omnis: ſed quãdo omis additur ad predicatum: locutio eſt falſa et impropria: ergo ſimiliter quando hec dictio ſolus additur ad predicatum locutio eſt falſa et impropria. Dicendum ꝙ hoc ſignũ ſolus nõ eſt ita propria diſpoſitio ſubiecti ſicut hoc ſignum omnis: qꝛ omnis diſtribuit pro ſuppoſitis pro quibus terminus ſubijcitur ⁊ non predicatur: ſaltem ſimul ſumptis.

Circa ſcdm articulum

c

Irca ſcdm articulum primo queriẛ. Utrũ dictio excluſiua poſſit addi termino relatiuo vel termino perſonali reſpectu predicati proprij. ¶ Nota duplex eſt relatiuum in diuinis: ſcꝫ ad extra ⁊ ad intra. Relatiuũ ad extra eſt illud qđ importat relationẽ rationis dei ad creaturaꝫ: vt creator dominus. ¶ Regula. Omnis reſpectus dei ad extra eſt rationis. Relatiuum ad intra eſt illud quod importat relationẽ vnius perſone ad aliaꝫ. Unde relatiuũ ad intra et notionale conuertunẛ. Omne enim relatiuum ad intra eſt notionale. Et omne notionale eſt relatiuum ad intra. Et ſi illud relatiuum ad intra perſone ad perſonam ſit negatiuum erit negatiuum notionale. Et ſi illud relatiuũ ad intra fuerit affirmatiuum: erit notionale affirmatiuum. ¶ Corrélariũ. Nullus reſpectus ad extra eſt notionalis. patet: quia notionale eſt reale ſiue affirmatiuum ſiue negatiuum. ¶ Nota predicata i diuinis ſunt duplicia: Quia quedam ſunt communia: quedam autẽ ſunt propria. Communia adhuc ſunt duplicia. Quia quedam ſunt eſſentialia; quedam vero notionalia. Eſſentialia ſũt illa que conueniunt tribus. Notionalia ꝗ conueniunt duabus: vt ſpiratio actiua: qꝛ nõ conuenit tribus. Commune enim predicatum eſt quod cõuenit pluribus. Alia autẽ predicata ſunt propria. Proprium autē predicatum eſt illud quod vni ſoli conuenit. Et de hoc ad propoſitum. Senſus igitur queſtiõis eſt. Utrũ illa ſit vera. Solus pater eſt pater et ſolus filius eſt filius ⁊c.

Reſpõſio ſancti Bonauenture

Reſpõſio ſancti Bonauenture ſtat in vna diſtinctione ⁊ ꝯcluſione. ¶ Diſtinctio eſt taẛ. Solus põt capi dupliciter. Uno mõ kathegoreumatice: ⁊ ſic ẽ nomẽ adiectiuũ ⁊ ſignificat ſolitudinẽ. Illo mõ ſolus nõ capiẛ in ꝓpoſito. Alio mõ capiẛ ſinkathegoreumatice: ⁊ tm̃ valet ſicut nõ cum alio. Et ſic facit ꝓpoſitionẽ excluſiuaꝫ. Et ſic recipiẛ in ꝓpoſito. ¶ Prima ꝯcluſio. Hec ꝓpo

ſitio ſolus pater eſt pater: eſt vera: capiendo ly ſolus nõ karhegoreumatice: ſed ſinkathegoreumatice. Scdm eñ ꝙ importat priuationẽ aſſociatiõis vera eſt: qr cũ tripliciter poſſit eam importare in qlibꝫ ſenſu locutio eſt vera. Põt eñ hec dictio ſolus importare ꝑuationẽ aſſociationis reſpectu forme termini: vt dicat̃ ſolus pater: id eſt ille q̃ eſt ſolus pater: et ſic abſqꝫ dubio habet veritatẽ. Solus pater eſt pater: vel importat priuationem aſſociatiõis reſpectu predicati. Et hoc dupliciter: quia vel in participando vt quia alij nõ conueniãt: ꝛ ſic adhuc eſt vera: quia hoc predicatum pater ſoli perſone patris conuenit: vel in cõparticipando: vt cum dicitur petrus comedit ſolus: non quia alij etiam eodem tempore non comedant: ſed quia nullus comparticipat cum eo ſic: ſcꝫ vt ſit comedens de eadem portione ꝗuis participẽt alij ſic ꝙ etiam comedunt: et ſic locutio adhuc eſt vera: quia perſona patris non cõparticipat cum alia in proprietare paternitatis cum non participet. Et tamẽ comparticipare eſt participare.

Pro ſolutione argumẽtorum. Alietas eſt duplex formalis et ẽ diſtinctio formalis. Suppoſitalis ꝛ ẽ diſtinctio ſuppoſitalis. Aliud poteſt addi termino alicui. Uno modo immediate: vt iſte eſt alius aſinus. Alio modo mediante ꝓpoſitione: vt homo eſt alius ab aſino. Correlarium. Quandocunqꝫ ly aliud additur termino mediante prepoſitione nõ importat neceſſario identitatem ſpecificaꝫ: Unde iſta eſt vera homo eſt aliud ab aſino. Illa autẽ falſa homo eſt alius aſinꝰ ab aſino. Regula. Quãdocunqꝫ iſte terminus alius addit̃ imediate alicui termino ſine ꝓpoſitione: tũc ponit identitatem ſpecificam inter extrema ipſius alietatis. Unde iſta eſt falſa. Equus eſt alius aſinus a brunello.

Secũdo querit̃ Utrum dictio excluſiua vere addat̃ termino perſonali reſpectu cõmunis ꝓdicati. Utrũ ſcꝫ iſta ſit vera. Solus pr̃ eſt deꝰ. Circa hanc queſtionẽ eſt opinio antiquorũ doctorũ que ſtat in duobꝫ dictis falſis. Primũ dictũ. Hec ꝓpoſitio ſolus pater eſt deus: eſt vera abſqꝫ diſtinctione. Scdm dictũ. Dictio excluſiua addita relatiuo alicui: nunqꝫ excludit ſuũ correlatiuum. Et hic eſt defectꝰ in logica: et ex hoc dicto ſequit̃ primũ. vnde dicũt ꝙ qñ dicit̃ Tantũ pater eſt: nõ excludit̃ filius. Habent aũt hanc rationẽ: quia dictio excluſiua non excludit illud qđ eſt de ratione termini cui additur illud ſignum excluſiuuꝫ. Patet eñ ꝙ anima nõ excluditur in illa: tm̃ homo currit. Et ſi arguatur ꝙ nõ ſit ſimile de anima et de filio: quia filius opponitur patri. Habent quandam reſponſionem. quere in littera Bonauenture. ¶ Sed hec opinio nõ valet. Probatur extra litteram Bonauenture quia pꝛio Phiſicorũ arguit Ariſtoteles contra illos quos dicebat ponere omia vnum eſſe principium: tali modo. Tantum principium eſt: ergo principiatum non eſt. Secundo arguitur. Si ſic hec poſſet eſſe vera tm̃ creatura eſt: et creator eſt: quia ſũt duo correlatiua ſicut arguit Ockam. Sed contra. Quandocũqꝫ dictio excluſiua additur alicui ſubiecto excludit ab eo omne illud de quo vere negatur: vt tm̃ homo currit: ergo canis non currit. Sed pater in diuinis nõ eſt filius: nec filius eſt pater: ergo dictio excluſiua addita patri a parte ſubiecti: excludit filium. Dubium tamen eſt an ſignum excluſiuumadditũ termino excludat partes eſſentiales eius ſeu integrales. Et licet doctor ſubtilis nõ aperte dicat nõ tamen contradicit. Unde dico ꝙ de rigore ſermonis dictio excluſiua addita termino ſignificãte totuꝫ: ex-

cludit partes eſſentiales ſiue integrales ſm ꝙ fuerit totum. Probatur. Quādocūꝙ dictio excluſiua additur alicui termino excludit omne illud qd̄ vere negat de illo: ergo ⁊c̄. Tamen ſm vſum cōmunem aliquādo ↄcedit oppoſitum.

Opinio Bonauenture

ſtat in aliquibus propoſitionib⁹. ¶ Prima propoſitio. Dictio excluſiua addita alicui relatiuo excludit ſuū correlatiuū. ¶ Correlarium. Dictio excluſiua addita patri excludit filium. ¶ Correlarium De rigore ſermōis iſta ⁊ ſimiles ſunt falſe. Solus pater eſt deus. patet: quia omnis propoſitio exponibilis cuius vna exponens eſt falſa ipſa eſt ſimpliciter falſa. Sed vna exponens iſtius eſt falſa: ergo ⁊c̄. Minor patet. Nam exponit ſic. Solus pater eſt deus ⁊ nullus alius a patre eſt deus: et hoc ſi ſit excluſiua. Q; autē iſta. Solus pater eſt deus vt eſt vna excluſiua exponi debeat per alius et non aliud. Probatur ſic. Omnis excluſiua falſa habet exponentē falſam. Sed hec Solus pater eſt deus eſt excluſiua falſa ergo habet exponentem falſam. Sȝ hec exponens non eſt falſa. Pater eſt deus ⁊ nihil aliud a patre eſt deus: ergo habet aliam. Illam ſcilicet ⁊ nullus alius a patre eſt deus: quam ponit ſanctus Bonauentura. Minor probatur. Omnis excluſiua equipollet ſeu infert ⁊ conuertitur per vnam vniuerſalem affirmatiuā de terminis tranſpoſitis: ergo iſta: ſolus pater eſt deus infert illam: omnis deus eſt pater. Sed hec eſt falſa: ergo ⁊ ꝑ conſequens illa ex qua ſequitur antecedens patet: quia valet illam. Omne quod eſt deus eſt pater. alioquin non erit vniuerſalis vniuerſalitate prioriſtica. Item ꝙ illa ſit falſa. Solus pater eſt deus ⁊ debeat exponi per ly alius ⁊ nō aliud. Probatur ex ſupradictis. Sicut probatū eſt ex philoſopho ſignum excluſiuum excludere correlariū. Nec eſt ſimile de excluſiuis compoſitis ex extremis limitatis eo ꝙ ſemper alius ⁊ aliud in creaturis ſeſe concomitantur. Item creature ſunt cōpoſite ex partibus qua propter non valet expoſitio ꝑ ly alius. ¶ Nota hec. Solus pater eſt deus eſt diſtinguēda: quia in eo eſt duplex compoſitio ſcilicet min⁹ principalis ratione ſcȝ ſubiecti qd̄ eſt ſolus pater: ⁊ eſt ſenſus. Ille qui eſt ſolus pater eſt deus. Alia ꝓncipalis ⁊ eſt illa que denotatur per copulam: ⁊ tunc facit excluſiuam. Iſta autem diſtinctio patebit. ¶ Secunda propoſitio. Si ly ſolus facit excluſionem compoſitionis in ſubiecto eſt vera: quia ſic excluduntur alij in ſola forma ſubiecti: ⁊ nō in forma predicati. Et tunc non eſt excluſiua: ſed eſt vna de excluſo ſubiecto: vt ſolus pater eſt deus id eſt ille qui eſt pater ⁊ nō ali⁹ eſt deus: vel exiſtens pater qui nō eſt nō pater eſt deus. Auguſtinus. Solus ſpiritusſanctus eſt tantus quantus eſt pater et filius. Si illa diſtinctio non admittitur (vt quidam doctor arguit) tunc Auguſtin⁹ dixit hereticam. patet: quia ſic exponitur: ſpiritusſanctus eſt tantus quantus eſt pater ⁊ filius: ⁊ nullus alius eſt tantus quantus eſt pater ⁊ filius et ſecunda eſt falſa: ⁊ per conſequens heretica. Sȝ ſic exponitur id eſt ille qui eſt ſolus ſpiritusſanct⁹ eſt tantus quātus ⁊c̄. ¶ Tertia propoſitio. Si ly ſolus faciat excluſionem circa compoſitionem principalem: illa ſolus pater eſt deus eſt falſa. Patet per exponentes. Et omnes ſimiles niſi addatur determinatio vt arcetur id eſt reſtringatur excluſio vt ibi Tu ſolus altiſſimus Ieſu chriſte cū ſancto ſpiritu i gloria dei ⁊c̄. Unde omnes tales ꝓpoſitiones in quibus ponitur excluſiua proprie loquendo eſſent falſe: ſi dimitterentur determinationes vt Deo patri ſit gloria eiuſꝙ ſoli filio: ſed tamē addit cum ſpiritu paraclyto ⁊c̄.

Pro ſolutione argumētorum. Nota nemo capitur dupliciter. Uno modo proprie et de rigore ſermonis. Et ſic valet tm̄ ſicut nullus homo. Hoc modo non intelligitur iſta auctoritas nemo nouit filium niſi pater. Alio modo capitur vſualiter: ⁊ ſic ſtat pro natura aliqua non cognoſcente: et ſic iſta eſt vera. Nemo inter angelos niſi gabriel nunciauit virgini marie chriſti conceptionem. ¶ Scd̄m cōmunem opinionē quandocunq̄ additur dictio excluſiua alicui toti non excludit partem. Unde iſta nunq̄ poſſet eſſe vera. Solus ſortes eſt albus: ſi excluderent̄ partes. ¶ Nota q̄ his non obſtantibus ſm̄ veros logicos dictio excluſiua addita toti de rigore ſermonis excludit partes ipſius totius: vt patet per ſuperiora. Sed contra. Si dictio excluſiua addita toti excluderet partes totius ſequeretur q̄ excluderet diffinitionem a diffinito: et ɔ̄ñs ab añcedēte: ſꝫ ɔ̄ñs eſt falſuꝫ. ergo ⁊ añs. Rñdeo. Notandum q̄ duplex eſt diffinitio Quedā eſt q̄ nihil diſtinctū realr̄ a diffinito addit vel ponit. ¶ Propō. Omnis talis diffinitio non excluditur a diffinito. Secundo: Quedam eſt que aliquid diſtinctum realiter a diffinito ponit.

¶ Propoſitio. Omnis diffinitio ſecundo modo diſtinguitur a diffinito. Et ideo excluditur per ſignum excluſiuum vl' ſaltem partes eius que realiter diſtinguuntur a diffinito. ¶ Notandum inſuper q̄ duplex eſt conſequēs: ⁊ etiam antecedēs Quoddā eſt conſequens qđ non diſtinguitur realiter ab antecedēte: vt animal ad hominem. Et quodlibꝫ ſuperius ad ſuum inferius. ¶ Propoſitio. Dictio excluſiua addita tali antecedenti nō excludit conſequens. Quoddam conſequens eſt qđ diſtinguitur realiter ab antecedēte vt filius eſt conſequens ad patrem et ecōuerſo. ¶ Propoſitio. Dictio excluſiua addita tali antecedenti excludit conſequens realiter diſtinctuꝫ ab eo ⁊c̄. Et ſic patet ſolutio argumenti.

c Irca viciſimam ſecundam diſtinctionem primo queritur. ¶ Utrum deus ſit nominabilis. Nota in propoſito nominabile: effabile: narrabile: idem ſunt ſm̄ ſanctum bonauenturā. Nominabile eſt illud quod poteſt dici vel vocari vel appellari. Et capitur dupliciter. Uno modo aptitudinaliter. Et ſic illud qđ eſt aptum natum dici. Alio modo potentialiter. Et ſic eſt illud qđ poteſt dici: nec ſūt idem: conſtat enim q̄ cecus eſt aptus natus videre: nō tamen poteſt videre naturaliter. Et diuerſo de lapide reſpectu vbi ſurſum. ¶ Correlariū. Omnis res creata eſt apta nata nominari.

Reſolutio ſancti bonauenture ſtat in ſeptem propoſitionibus. ¶ Prima propoſitio. Sicut intelligere dicitur dupliciter: ita etiam effabile ⁊ nominabile dicitur dupliciter. ¶ Secunda propoſitio et probat primam partem. Intelligere dicit̄ dupliciter. Uno modo per perfectam comprehenſionem. Alio modo per ſemiplenam cognitionē. Unde ille dicitur aliqđ intelligere per perfectam cognitionem quando intelligit rem ipſam quantum ipſa eſt intelligibilis intenſiue: ⁊ omnia predicata verificabilia de ipſa extenſiue. ¶ Correlarium. Nullus viator pro ſtatu iſto poteſt intelligere aliquā rem perfecta comprehenſione. ¶ Correlariū. Nulla creatura q̄tuncunq̄ beata poteſt intelligere deum primo modo. Probatur: quia nulla habet infinitam intellectiuitatē. Intelligere aliquid per ſemiplenam cognitionem eſt aliquid intelligere confuſe et imperfecte. Hec cognitio eſt nobis poſſibilis. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Effabile etiā

em dicit dupliciter. Uno modo per ꝑfectam expreſſionem quando exprimitur ſeu declaratur q̄tum declarari poteſt. Alio modo per ſemiplenam narrationem. Et eſt quando exprimitur imperfecte ſeu confuſe. ¶ Quarta propoſitio Si effabile capitur primo modo tūc dico: ꝙ ſicut deus ſibi ſolus eſt intelligibilis: ſic ſibi ſoli eſt effabilis et nomīabilis: non alio nomine q̄ ipſe ſit: nec alio verbo q̄ ipſe ſit. ¶ Quinta propoſitio. Sicut deus eſt nobis incomprehēſibilis ſic eſt nobis ineffabilis. Unde dionyſius ꝺ diuinis nominibus. Deum neq̄ dicere neq̄ intelligere poſſumus: id eſt comprehenſiue. ¶ Sexta propoſitio. Quicq̄d contingit cognoſci contingit appellari: et ex hoc probatur ſexta propoſitio. Capiendo effabile ſcđo modo quēadmodū a nobis deus eſt cognoſcibilis: ſic etiam eſt effabilis a nobis. Omne enim credere eſt intelligere quoddam. ¶ Septima propoſitio. Ille qui melius cognoſcit deum diſtinctius nominat. ¶ Correlariū. Beati diſtinctius poſſunt nominare deum q̄ viatores. ¶ Aliud correlarium. Fideles diſtinctius loquuntur de deo q̄ infideles et philoſophi.

Solutio argumentorū

¶ Nota pro quarto argumēto pro parte vera. Q2 quecunq̄ noticia producta de aliquo obiecto eſt verbum eius. Signum autem verbi eſt vox. Nam vox eſt index verbi: id eſt indicat verbum.

¶ Pro prima ratione que eſt tercium argumentum ante oppoſitum. Notandū ꝙ intellectus meus eſt proporcionatus diuine eſſentie non tamē eſt ſimilis. Unde illa eſt falſa finiti ad infinitum nulla eſt proportio. ¶ Pro ſcđa ratione nota. Forma peruia eſt forma ducēs nos in cognitionem alterius per repreſentationē. Omnis enim forma eſt ꝑuia intellectui noſtro que eſt ratio cognoſcendi aliud per repreſentationē: vt ſunt ſpecies intelligibiles. Sed quia nō habemus ſpeciem diuine eſſentie. Ideo dicit Auguſtinus. Deus qui omnē formam ſubterfugit intellectui peruius eſſe non poteſt. ¶ Pro ſolutione vltimi argumenti. Notandum: ꝙ ſubſtantia et qualitas capitur dupliciter. Uno modo proprie ꝛ ſtricte. Et ſic duo ſunt predicamēta ſubſtātia et qualitas. Alio mō large. Hoc modo omne illud vocatur ſubſtātia qđ poteſt intelligi vt quid. Ratio autē cognoſcēdi illud dicitur qualitas. ¶ Nota duplex eſt demonſtratio: ſcꝫ ad ſenſuꝫ et ad intellectum. Prima fit per ſenſibilia: ſecunda per intelligibilia ꝛc̄.

Secundo querit Utrū

deus habeat vnum ſolum nomē an plura. ¶ Pro declaratione terminorum notandum: ꝙ nomen prout nunc ſufficit capitur tripliciꝭ. Primo mō capiꝭ ꝑ omni voce ſignificatiua incōplexa. Et ſic idēꝫ ſunt nomē: dictio et terminus. Hoc modo nulla oratio eſt nomen. Iſto mō verbum participiū ꝛc̄. eſt nomen. hoc modo capiꝭ hic. Alio modo ꝑ voce ſignificatiua incomplexa ſignificante ſubſtantiam cum qualitate per modū habitus ꝛ quietis. Et ſic non capitur in titulo queſtionis. Tercio modo capitur pro fama alicuius. Unde Salomon: Melius eſt nomen bonum q̄ diuitie multe. Inde dicitur nominioſus: id eſt famoſus. Ignominioſus: id eſt infamis.

Reſponſio ſancti Bonauēture

ſtat in ſeptem vel octo propoſitionibus. ¶ Prima propoſitio. In q̄libet nomine (capiēdo primo modo) tria ſunt ſcꝫ vox. ſignificatio: et ratio innoteſcendi quia notamen: patet exemplariter: quia iſta vox homo eſt nomen habēs ſignificationē: ſcꝫ habitudinem ad rem ſignificandā ꝛc̄. ¶ Secūda propoſitio.

Nomen capitur tripliciter. Uno modo pro voce ſignificante: vt Johānes. Aliquando pro re ſignificata. Unde Tullius. Bonum ⁊ honeſtum ſunt idem nomine: id eſt eadem res ſignificata. Hoc modo accipit porphirius. ¶ Tercia propoſitio. Capiendo nomē pro voce ſignificāte ſunt plura nomia dei Tercio modo capitur qro ratione innoteſcendi ſeu pro ipſo notamine: vt factio ex humo eſt ratio innoteſcendi vel notificatio hominis. ¶ Quarta propoſitio. Accipiendo nomen pro re ſignificata quodāmodo: eſt vnū nomē in deo quoddāmodo: alio modo ſunt plura nomina. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Si enim res capiatur eſſentialiter ⁊ nō pro re nominata nō eſt niſi vnū nomen. Capiendo vero rem perſonaliter ſic ſunt plura: vt pater vnum ⁊ ſpiritusſanctus aliud. ¶ Sexta propoſitio. Capiendo nomen tercio modo pro ratione innoteſcendi qōdāmodo eſt vnū nomen: et quoddāmodo plura. ¶ Septima ꝓpoſitio. Si enim accipiatur ratio innoteſcendi ex pte dei ſic innoteſcit per virtutem q̄ vna eſt ⁊ magna: ⁊ ſic eſt vnū nomen. Si autē accipiat̄ ratio innoteſcēdi ex parte effectuum: ſic ſunt plura nomina dei. ¶ Ultima propoſitio et octaua. Deus innoteſcit et cognoſcitur a nobis tribus vijs: ſcʒ per cauſalitatem: hōc modo deus dicit̄ gubernator et creator et cauſa prima. Hoc modo ⁊ etiā duob⁹ ſequentib⁹ philoſophi deū cognouerūt: perfectius tamē fideles cognoſcūt. Secundo modo per ablationem: hoc modo cognoſcitur remouendo imperfectiones repertas in creaturis: vt deus nō eſt porcus: non eſt lapis. Tercio modo per excellentiam: vt quando attribuimus ipſi deo omnia que dicunt ꝑfectionē. ¶ Unde regula theologicalis. Quicq̄d dicit ꝑfectionē in creaturis eſt attribuendum deo in ſummo: vt de⁹ eſt ſummū ens: ſūmū bonum: ſumme neceſſarius.

Solutio argumentorū

Primū argumentum nō ſoluitur formaliter. Secūdū poteſt ſic formari. Si ſūt plura nomia dei ſunt ſinonima: ergo ſuperflua. Probatur añcedens: quia omne quod eſt in deo eſt deus: omnis ergo terminus ſignificans aliq̄d qd eſt in deo ſignificat deum ⁊c̄. Rñſio. Solū illa nomina dicunt̄ ſinonima que ſolum differūt in voce: nō aūt in re ſignificata. Nomina ſinonima ſunt noia diuerſa: penitus eandeʒ rem importātia: vt Marcus tullius. Si igit̄ marc⁹ ſignificaret illuʒ hoīem inq̄tū phs: ⁊ ſic Tullius eundeʒ ſignificaret inq̄tum orator nō eſſent ſinonima: non enim inter ipſa eſſet ſinonimū. ¶ Propoſitio. Quanq̄ ſapiētia diuina iuſticia ⁊ bonitas ⁊ ⁊ miſericordia importent eandē rem habēt tñ diuerſam rationē innoteſcēdi reſpectu creaturarum. Prima pars patet: Secūda probatur: quia iuſticia dei innoteſcit in punitione peccatorum. Unde apoſtol⁹ ad Hebreos. vj. Horrenduʒ eſt incidere in manus dei viuentis: licet ſemper concurrat miſcđia etiā in inferno. Tamen magis innoteſcit in hac via penes patientiam quā habet cum peccatoribus: q: poſſet eos in inſtanti punire etiam annihilando et iuſte faceret: ſed nō facit. Et ſic patet argumenti ſolutio.

Querit̄ tertio. Utrum

omnia noīa diuina dicant̄ trāſlatiue: an etiā quedā dicant̄ ꝓprie Hugo de ſācto victore dicit: ꝙ quadruplicia ſunt noia diuina: quedam ſunt multiuoca: q̄dam diuerſiuoca: alia ſimbolica ⁊ alia anagogica. Primo quedā ſunt multiuoca. Et dicunt̄ illa q̄ ſub multiplicatiōe vocum important vnaʒ et eandem rem oīno: vt theos: deus. Omīa talia ſunt ſinonima in diuinis. ¶ Regula. Omia noīa diuina multiuoca ſūt ſinonima. Alia ſūt di-

uerſiuoca. Et dicuntur illa nomina diuina que important vnū ꝛ idem ſignificatum ſub alia ꝛ alia ratione: ſicut veritas diuina ſub ratione veritatis: iuſticia diuina: miſericordia diuina: eſſentia diuina. Alia ſunt ſimbolica ꝛ dicunt̄ illa nomina diuina que ex viſibilibus creaturis quaſi tranſſumptiue attribuim⁹ deo. Sicut lux ꝛ ardor. Dicimus em̄ ꝙ de⁹ eſt lux: quia nihil obſcurū eſt in deo: licet non ſit lux corporea. Sub illo modo attribuitur deo: leo. ꝛ hoc propter fortitudinem: lapis ſeu petra propter ſtabilitatem. Item chriſtus eſt agnus ꝛc̄. Nota ſimbolus dicitur eſſe collatio viſibilium formarū ad inuiſibiles a ſin qḋ eſt con et bolos qḋ eſt cōueniencia. Nomina anagogica dicunt̄ nomina que attribuūtur deo cum exceſſu vt deus eſt ſuprſubſtantialis. Et eſt hec diſtinctio Hugonis.

¶ Propriū capitur duobꝰ modis. Uno modo vt diſtinguitur contra cōmuniter ꝛ ſic illud dicitur proprie competere alicui qḋ ſibi ſoli conuenit. Cōmuniter em̄ dicitur quod pluribus competit. Alio modo diſtinguitur contra tranſlatiue: vel tranſſumptiue ſeu metaphorice vel ſimilitudinarie. Tunc illud cōuenit alicui proprie: quando terminus principaliter impoſitus eſt illi: quod rei ineſt vere. ¶ Prima regula. Quandocunq̄ aliquis terminus dicitur ꝓprie de aliquo tunc res importata per talem terminum realiter conuenit illi rei. ¶ Secunda regula. Quandocunq̄ aliquis terminus dicitur methaphorice de aliquo tūc res importata per talē terminū non realiter ſed ſolum ſimilitudinarie cōuenit illi rei Ut pratum ridet.

Doctor ſeraphicus reſpondendo

ponit primo opinionem que ſtat in quattuor dictis. ¶ Primū dictū. Nomina diuina quedam ſunt que deus impoſuit ſibimet. Alia ſunt que nos impoſuimus ei. ¶ Secundū dictum. Omnia nomina que imponit deus ſibiipſi dicuntur proprie ꝛ non trāſlatiue. ¶ Tercium dictum eſt verum ꝛ valde pulchrū Et eſt tale: Licet multa nomina deus ipſe ſibi impoſuerit: tamen principaliora ſunt. Qui eſt. et Bonum. Prima ps patet per ſcripturam. Nomen meū adonay magnum ꝛc̄. Secunda pars patet: quia dionyſius excellentiſſimus theologus qui erat edoctus a doctore qui immediate habebat a ſancta trinitate ſcꝫ a ſancto paulo qui raptus fuit in tertium celum ꝛc̄. Dionyſius ille dicit ꝙ bonum ſit principalius. Damaſcen⁹ vero dicit ꝙ qui eſt ſit principalius nomen. Dicit ego Bonauentura. Dionyſius attendit in nomine perfectionē: quia ſm philoſophum. Bonū eſt perfectum. Damaſcenus autem abſolutionē. Bonū enim importat reſpectū cōmunicatiui: vterq̄ tamen proprietatē. Dicit ergo illa opinio ꝙ nomina que deus ſibi impoſuit ſunt propria et hoc quidem verum eſt. ¶ Quartū dictū. Sed qḋ vltimo dicit ꝙ omnia nomina que nos ei impoſuim⁹ ſunt tranſlatiua: hoc non eſt verū: bene autem verū diceret ſi diceret aliqua. Cū enim cognoſcimus deū tripliciter vt in reſolutione proxime queſtionis habitū eſt: ſcilicet per effectum et per excellentiā et per ablationem ꝛc̄. Et omnibus his modis contingit deum nominare. Si ꝑ effectum. Nulla eſt ibi tranſlatio: ſimiliter ſi per excellenciā ꝛ ablationē. Patet quia tranſlatio attenditur ſm aliquam ſimilitudinem. Omnes em̄ transferentes ſm aliquam ſimilitudinem transferunt. ſexto topicorum.

Opinio ſancti Bonauenture

ſtat in vna diſtinctione ꝛ tribus dictis. ¶ Diſtinctio eſt talis. Triplicia ſunt nomina aliquid in diuinis ſignificancia. Quedā nomina ſignificant rem.

cuius veritas eſt in deo et oppoſitum eſt in creatura. ¶ Primum dictum. Omnia nomina talia dicuntur proprie de deo ſic ꝙ per nullam ſimilitudinem: vt immenſus. ¶ Correlariū. Talia noīa nō trāſferuntur ad diuina. Secundo ſunt que ſignificant rem cuius veritas eſt in deo: ſed ſimilitudo eſt in creatura: vt ſunt omnia iſta que important perfectionem.

¶ Secundum dictum. Omnia talia nomina ſecundo modo dicta tranſferūtur ex creaturis ad diuina non ſm rem ſed ſm impoſitionem: quia prius impoſita ſunt creaturis. Tertio ſunt nomina que ſignificant rem cuius veritas eſt in creaturis ⁊ conſimilis proprietas reperitur in deo vt lapis eſt leo. ¶ Tertiū dictum. Omnia talia nomina tertio modo ſunt tranſlatiue dicta de diuinis. ¶ Correlarium reſponſiuum ad queſtionem. Non omnia nomina dicuntur tranſlatiue de deo.

Queritur quarto et vltimo.

Utrum omnia nomina dicta de deo dicantur ſm ſubſtantiā. ¶ Pro declaratione queſtionis notandū ꝙ vt vult Auguſtinus .ij. de trinitate. Et eſt regula theologicalis. Omne nomen dictum de deo vel dicitur ſm ſubſtantiam vel dicitur ſm relationem: excepto iſto nomine homo. Nam omnia nomina que dicunt̃ de deo ſm ſubſtantiam ſunt cōmunia tribus perſonis. ¶ Notandū etiam ꝙ ſubſtantia capitur dupliciter. Uno mō ſubſtantia capitur vt eſt ens per ſe. Subſtantia vt eſt ens per ſe dicitur de omnibus in diuinis. Unde hoc modo relationes in diuinis ſunt ſubſtantie. Alio modo capitur ſubſtantia vt eſt ens ad ſe: id eſt abſolutū: hoc modo ſubſtantia diſtinguitur contra relationē. Et ſic capitur in titulo queſtionis. ¶ Prima ꝓpoſitio. Hoc modo nō omnia nomina de deo dicta dicuntur ſm ſubſtantiā. ¶ Secunda propoſitio. Nec omnia dicuntur de deo relatiue ſeu ſm relationem. Unde illa dicuntur ſm relationem q̄ ſunt notionalia vel perſonalia. Quicquid autem dicitur ſm relationē eſt relatiuum ſed ille terminus homo nō eſt relatiuus terminus. ergo ⁊c̃.

Reſolutio ſancti bonauenture

ſtat in vna diſtinctōne ⁊ quinq̧ ꝓpoſitionib⁹. ¶ Diſtinctio eſt hec. Dici diuerſimode poteſt capi tripliciter. Primo modo ſm diuerſum modum eſſendi. Eſt autē duplex modus eſſendi: ſcʒ per ſe ⁊ per accidens. Secūdo modo ſm diuerſum modū intelligēdi. Tertio modo ſm diuerſos modos ſe habendi. ¶ Prima propoſitio. Nulla nomina dicta in diuinis de deo dicunt̃ ſm diuerſum modum eſſendi. Patet: quia in deo nullum eſt accidens ſed eſt vnus modus eſſendi. ¶ Secunda propoſitio. Omnia predicata in deo que dicim⁹ in diuinis dicunt̃ ſm diuerſos modos intelligendi. Et bene patet in hac q̄ſtionis ſolutione ꝙ ſanctus Bonauētura nō poſuit diſtinctionem formalē inter attributa. Unde non ſolum eſt dici diuerſimode ſecundo modo in nominib⁹ diuinis: ſed etiā omnimode: id eſt ſm omnia genera dicere. Deus enī dicit̃ ꝑ modū ſubſtantie: ſapiens per modū qualitatis: immenſus per modum quantitatis. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Diuerſus modus ſe habendi eſt medius inter diuerſum modū eſſendi ⁊ inter diuerſum modum intelligendi. Diuerſus modus eſſendi dicit diuerſitatē eſſentialē. diuerſus modus ſe habendi arguit diſtinctionem realem perſonalē. Quomodo enim ſe habet fili⁹ ad patrē? reſpondet̃ tanq̄ ꝓductū ad producens. ¶ Quarta propoſitio. Sc̄d̄m diuerſum modum intelligendi nulla omnino attenditur in re diſtinctio. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Illa predicata dicuntur de deo ſm ſubſtantiā que

ſunt abſoluta ⁊ intrinſeca. Nomina vero relatiua dicuntur ſm relationem. ¶ Correlarium. Attributa ſignificata per modum qualitatis dicuntur de deo ſm ſubſtantiam.

ſupra dictũ eſt. Querit vtrum diffinitio
cõueniat ꝑſone diuine. ¶ Hic eſt opinio
que reſpondet q̄ ſic. Sed arguit contra
q̄ nõ. Nullũ ſimplex eſt diffinibile perſo
na in diuinis eſt quid ſimplex ergo per/
ſona in diuinis non eſt diffinibilis. Ma/
ior patet quia omnis diffinitio debet da/
ri ꝑ aggregationẽ. Probat quia diffini/
tio ſemper habet duas partes adminus
Proprie eñ omnis diffinitio debet dari
per genus ⁊ differentiam. Sed iſta duo
non dicũt penitus idẽ: alioquin eſſet nu/
gatio. i. eiuſdeꝫ inutilis repetitio. ¶ Eſt
euaſio hic dicendo q̄ licet deꝰ ſit ſimplex
ſm rem nõ tamẽ ſimplex ſm rõne intelli/
gendi. ¶ Cõtra hanc euaſionẽ arguitur
in textu vel vltra textũ poſſet ſic argui.
Intellectus intelligens ꝑſonã diuinam
eſſe compoſitũ ſm rationẽ: vel verũ intel
ligit vel nõ. Si ſic: ergo perſona in re nõ
eſt ſimplex. Si nõ: ergo eſt falſus intelle
ctus. ¶ Ad hoc argumentũ ponit dupli/
cem reſponſionẽ. Scḋa autẽ eſt de inten
tione eiꝰ. ¶ Prima. Dupliciter aliquid eſt
diffinibile. Uno mõ diffinitione in recto
⁊ ꝑ differentiã addentẽ. i. cõtrahentẽ po/
ſitiue. Alio mõ diffinitione in obliquo ⁊
ꝑ differentiã priuatiuã vt ſimitas ẽ naſi
curuitas. ¶ Prima ꝓpoſitio. Diffinitio
primo modo dicta dicit aggregationẽ et
compoſitionẽ ⁊ hoc modo ſolũ aggrega/
tum eſt diffinibile. ¶ Scḋa ꝓpõ. Perſo/
na in diuinis nõ eſt pmo mõ diffinibilis.
Illo eñ mõ ſolũ compoſitũ eſt diffinibi
le. Scḋa autẽ diffinitione q̄ eſt in obliq̄
⁊ ꝑ differentiã priuatiuã nõ ſignificatur
ſubſtantia rei aggregari ⁊c̄. vt in textu.
Hanc igitur opinionem bene improbat
doctor ſeraphicus in littera: ¶ Unde ali/
ter reſpõdet Bonauẽtura q̄ iſta diffini/

tio vel ratio pſone ipſius Boetij ponit vere aggregationē rei in creaturis: in diuinis vo nō dicit aggregationē ſm rem ſed ſm intelligendi rōnē: nec tñ eſt vana: eo ꝙ oīa que dicunꝰ in rōne pſone inueniunꝰ in deo: licet nō per diuerſitatē. Et ↄſequenter ponit talem differentiā inter pſonā creatā ꝛ increatā declarādo vt patet in lrā. In fine tñ huiꝰ ſolutionis innuit breuē ſolutionē dicens. Eo ꝙ deus cadit a rōne diffinitionis. Nam proprie nihil diffiniꝰ niſi qd eſt in genere. Sꝫ nihil in diuinis eſt in genere. ꝫ ꝛc. Licet ꝫ deus nō ſit ꝑprie diffinibilis eſt tñ notificabilis ſm ꝙ intelligiꝰ a nobis. ¶ Pro ſecundo argumēto notādū ꝙ rōnale capiꝰ dupłr. Uno mō dicitꝰ qd habet potentiā diſcernendi bonū a malo: verū a falſo: et ſic deo ꝛ creature cōuenit. Hoc mō accipit Boetius in diffinitione vel notificatione pſone. Alio mō dicitꝰ qd hꝫ potentiam diſcernēdi ꝑ inquiſitionē ꝛ diſcurſū Et illo modo non accipiꝰ in diffinitione pſone. ¶ Correlariū. Rōnale in veritate nō eſt ꝑpria differentia hoīs cum etiā ↄueniat angelo. Et intelligendū ē ꝙ hō inquirit cū labore ꝛ difficultate ſcientiā. Un̄ ſunt notāde due ꝑpōnes. ¶ Prima ꝑpō eſt. Quilibet angelus ꝗtum eſt de natura ſua pōt habere ꝑprias cognitiones rerum in ꝑprio genere ꝑ inquiſitionē: diſcurſū ꝛ collationē. Et licet in minore tpe poſſit ꝗ nos adhuc pōt in tpe licet quaſi inpceptibili. ¶ Scōa ꝑpō. Etiam ſi angelus ſimul tempore cognoſceret in inſtanti p̄miſſas ꝛ concluſionē adhuc tñ diſcurreret quia nō eſt incōueniēs ꝙ cauſa ꝛ effectus ſimul tpe incipiant dum tamen cauſa ſit naturalis ipſius effectus. Un̄ licet angelus ſimul tpe vel eodē inſtanti haberet notitiā p̄miſſarū ꝛ concluſionis adhuc tamē p̄miſſe ſunt cauſa cōcluſionis. ¶ Correlariū ad diſcurſum nō requiriꝰ neceſſario tēpus: patet de angelo. ¶ Correlariū ad diſcurſum ſufficit notitiam p̄miſſarū cauſam eſſe noticie cōcluſionis. ¶ Correlariū. In deo autem non ſic qm̄ deus nihil cognoſcit niſi per eſſentiam ꝑpriā: ideo cōmuniter negaꝰ ꝙ ſit diſcurſus in diuinis ſaltem ſm rationeꝫ cauſalitatis p̄miſſarū reſpectu cōcluſionis. ¶ Ad illud qd in penultimo argumēto queriꝰ. Utrū hoc nomē pſona ſtet pro cōmuni aut ꝑ ipoſtaſi. Primo ponit reſponſiones duas quarū prima non valet. Secūda autē ſtat in hac diſtinctione. Triplex eſt incōmunicatas ſeu incōmunicabilitas ſicut triplex eſt cōmunitas ſeu cōmunicabile: ſcꝫ per ꝑdicationē cōpoſitionē ꝛ vnionē. Cōmunicabile per predicationeꝫ eſt illud qd predicatur in recto de illis quibꝰ cōmunicaꝰ. Hoc modo omne ſuperius cōmunicatur ſuis inferioribus: ꝛ omne vniuerſale ſuis ſingularibus. Cōmunicabile per cōpoſitionē eſt illud qd eſt cōponibile cū alio ad con ſtruendū vnū tertiū. Cōmunicabile autem per vnionē eſt illud quod eſt vnibile alteri tanꝗ digniori vnione ypoſtatica. Hoc mō natura humana in chriſto ē cōmunicabilis nō autē pmo nec ſcđo mō Et ſic eodē mō triplex erit incōmunicabile. ¶ Prima ꝑpoſitio. In cōmunicabile ꝑ pdicationē eſt de rōne ypoſtaſis: nullum em̄ ſingulare eſt cōmunicabile per pdicationē. ¶ Scōa ꝑpoſitio. Alia duplex incōmunicabilitas eſt de rōne indiuidui: ſic ꝙ indiuidua ſubſtantia dicaꝰ: id eſt incōmunicabilis exiſtētia. ¶ Correlariū ſecūdū. Per iſtū ꝫ nō oīs ypoſtaſis eſt indiuidua ſbā: qꝛ indiuidua ſbā dicit duplicem incōicabilitatē: ꝛ ſic plus dicit ꝗ ypoſtaſis. Et ſic diceretꝰ ꝙ anima eſſet ypoſtaſis licet nō perſona. Et licet bene ſaluetꝰ ꝙ ibi non ſit nugatio tamen doctor ſeraphicꝰ bene querit ab eo quomodo capiatur ſubſtantia in diffinitione ypoſtaſis qua ſaltē diceretur eſt ſubſtantia ſingularis nō predicabilis de pluribus. ¶ Unde tertio dicitur ꝙ ſubſtantia in illa diffinitione ſtat ibi ſm ꝙ hoc nomen ſubſtantia diuiditur in primā et

ſecundam ⁊ ita in quadā cōmunitate ad ſubſtantiā vniuerſalem ⁊ particularem. Et illud nomē indiuidua coartat illā in differentiā illius noīs. ¶ Ultimū vel penultimū argumentū nō ſoluit: pōt tamē ex dictis ſolui dicēdo qꝛ dicitur ꝙ indiuidua ſubſtātia ſtat ꝓ incōicabili exiſtētia ⁊ ꝑ hoc excluditur anima.

Circa ſecūdum articulum

c Irca ſecūdum articulum queritur ꝑmo verum hoc nomen ꝑſona ſit vere commune ꝑſonis increatiſ. ¶ Pro declaratione notandū ꝙ ꝑſona eſt duplex ſcʒ īcreata ⁊ creata. Perſona increata ſolum dicitur de tribus ſuppoſitis in diuinis. Sed ꝑſona creata dicitur de omnibꝫ angelis ⁊ etiam hominibꝫ excepto chriſto. ¶ Unū prima propoſitio. Omnis angelus ē perſona patet inductiue. ¶ Secūda propoſitio. Omnis homo excepta humanitate xp̄i eſt perſona. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Licet in diuinis perſona neceſſario dicatur in creaturis tamen mere ꝯtingenter dicitur. Prima pars ꝓbatur quia illud neceſſario eſt perſona qđ nō poteſt non eſſe perſona. Sed in diuinis perſona nō pōt non eſſe perſona: ergo ⁊c̄. Secunda pars patet: quia perſona creata poteſt non eē perſona. ¶ Ex quo ſequūtur correlaria. ¶ Primū ꝙ aliqua natura que actu ē ꝑſona poteſt deſinere eſſe perſona. ¶ Secūdum correlarium. Aliqua natura que nō eſt perſona poteſt incipere eſſe perſona: patet quia natura hūana aſſumpta a chriſto que nō eſt ꝑſona poſſet de potētia abſoluta dimitti a verbo. Dicere aūt naturam humanā in chriſto eſſe perſonā eſt hereticum: licet xp̄s ſit ꝑſona: qꝛ xp̄us eſt nomen ſuppoſiti in duabꝫ tamen naturis. ¶ Tertiū correlariū. Perſona increata non poteſt deſinere eſſe ꝑſona nec poteſt incipere eſſe perſona.

Reſolutio huius q̄ſtionis

Reſolutio huius q̄ſtionis ſtat in tribꝫ ꝓpoſitionibꝫ vel tribꝫ modis dicendi vel opinionibꝫ. ¶ Prima propoſitio. Eſſentia in diuinis eſt cōmunis tribus ꝑſonis. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Perſona eſt aliq̄d cōmune tribꝫ ꝑſonis ſcʒ patri ⁊ filio ⁊ ſpirituiſancto. Probatur per rōnes ante oppoſitū. Et prima eſt ſancti Auguſtini ⁊ minorem valde notandam aſſumit Auguſtin⁹ ſeptimo de trinitate. Ideo inquit dicuntur tres perſone quia cōmune eſt eis qđ eſt perſona: ſed cōſtat ꝙ ad pluriſicationem nō ſufficit cōmunitas nominis: ergo ⁊c̄. ¶ Unde regula. Omne numeratū in aliquibꝫ ponit vniuocationē in eis in quibꝫ numerat̄. Equiuocum enī͞ vt equiuocū nunꝗ̄ numerat̄. Cōſtat enī͞ ꝙ omnino improprie dicitur ꝙ ſydus celeſte et animal latrabile ſint duo canes. Sequeretur enī͞ niſi ſic ꝙ homo pictus ⁊ homo viuus eſſent duo homines ⁊ tamē conſtat ꝙ homo depictus non eſt homo. ¶ Alia regula. Omne nomen qđ in ſe recipit ſignuʒ diſtributiuū eſt vere cōe oibꝫ illis ꝓ q̄bus diſtribuit̄. Sola enī͞ vox ſi supponat perſonalr̄ pōt diſtribui. Sed perſona recipit diſtributionē vt oīs ꝑſona diuina eſt neceſſaria. ergo ⁊c̄. Ex quo ſequit̄ ꝙ impropriiſſime porphirius dicit. Si quis oīa entia vocet equiuoce nuncupabit. Dicit enī͞ duo contradictoria: vel contraria in eadem ꝓpoſitione. vnum expreſſe ſcilicʒ equiuoce: ⁊ alterum implicite ſcilʒ vniuoce vt arguitur ex duabus regulis. ¶ Alia regula. Quandocunꝗ̄ terminus cōmunis recipit ſignum diſtributiuū tunc ſignificatum termini illius eſt vniuocuʒ ſuppoſitis pro quibus diſtribuitur. ¶ Tertia propoſitio. Eſſentia diuina et perſona ſunt duo communia tribus perſonis. Alius tamen eſt modus communitatis ipſius eſſentie: ⁊ alius ipſi⁹ perſone. Prima pars eſt epilogatio duarum propoſitionum ꝑdictarū. Secūda pars patet: quia eſſentia non pluriſicatur in perſonis. Perſona autēʒ pluriſicatur in ipſis. ¶ Et licet queſtio ſit ſoluta: tn̄ de diffe-

rentia illoꝝ modoꝝ cōmunicatis ipſius eſſentie ꝛ ꝑſone: ponit tres opiniones ꝓbabiles ꝛ textꝰ ē clarus. ¶ Pꝛima opinio ſtat in vna diſtinctione ꝛ duobus dictis. ¶ Diſtinctio ē talis. Aliqd eſſe cōmune pōt intelligi dupl'r. Uno modo poſitiue ſicut aīal ſuis inferioꝛib. Alio mō ꝑuatiue: vt nō aīal eſt cōmune lapidibus lignis ꝛ alijs. ¶ Pꝛimū dictū. Eſſentia diuina eſt cōmunis ẜm poſitionem id ē poſitiue trib ꝑſonis. ¶ Secūdum dictum. Perſona eſt cōis trib ꝑſonis ꝑ priuationē: patet quia dr incōmunicabilis quaſi nō cōmunicabilis. ¶ Scḋa opinio etiā ſtat in vna diſtinctōe ꝛ duob dictꝭ. ¶ Diſtinctio. Duplex eſt cōmunitas. Una eſt ẜm vnitatem nature abſolute. Alia ẜm ſimilitudinē habitudinis. Pꝛimo modo illud dr cōmune qḋ eſt poſitiue in pluribus: ſicut q̄libet ſpēs in ſuis indiuiduis. Scḋo modo illud dr cōmune qḋ habet ſimilē habitudinē. Exemplū. Modus regēdi illo modo eſt cōis naute ꝛ rectoꝛi ſcholariū. ¶ Pꝛimū dictū. Eſſentia diuina eſt cōis ẜm vnitatē nature abſolute. ¶ Scḋm dictū. Perſona eſt cōis tribus ꝑſonis ſolū ẜm ſimilem habitudinē. Illum modū dicendi doctoꝛ magis appꝛobat ꝛ bene. ¶ Tertia opinio ſtat in vna diſtinctione ꝛ duob dictis. ¶ Diſtinctio Duplex eſt cōmunitas. ſ. rei ꝛ rōis. Rei dr illud cōmune qḋ eſt vere cōe ſuis inferioꝛibus. Cōmune ꝟo rōnis dr illud qḋ nihil dicit cōmune rei: ſed ſolū vnā relationē rōnis. ¶ Pꝛimū dictū. Eſſentia diuina eſt cōis trib cōmunitate rei. ¶ Secūdum dictum. Perſona eſt cōis tribus ꝑſonis cōitate rōnis: patet qꝛ hoc dicit ꝑſona in diuinis qḋ indiuiduū in creaturis: ſed illud dictū vltimū eſt ſimpl'r falſum. ¶ Pꝛima opinio tranſeat. Secūda placet. Tertia autē repꝛobatꝰ a doctoꝛe ſubtili qꝛ nihil poſitū in diffinitione ꝑſone dicit ens rōnis. ¶ Ulterius ſanctꝰ bonauentura poſt tres opiniōes recitatas epilogando ꝛ quo ad aliquid oēs appꝛobando dicit. Oēs iſti modi dicendi cōuenientes ſunt ꝛc̄. Perſona em̄ dicit incommunicabile ẜm rōnē .i. diffinitionē ꝛ hoc dicit priuationē cōmunitatis. ſ. rei vt ptꝫ in ſolutione. Perſona vlterius qꝛ incommunicabilitatē habet rōne eiꝰ qḋ ſubeſt ꝓpꝛietati diſtinguēti dicit habitudinem ad ꝓpꝛietatē ſicut ꝑ nomē ipoſtaſis. Exemplū. Pater eſt incōmunicabilis rōne paternitatis ꝛ cum paternitas ꝛ filiatio ſint relationes ꝑ ꝯñs ꝑſona pr̄is dicit neceſſario habitudinē ad ꝓpꝛietatem filij. Subeſt aūt ꝑſona patris pꝛopꝛietati ſicut cōſtitutū ſub ꝓpꝛio cōſtitutiuo.

Solutio argumentoꝝ

¶ Pro ꝑmo argumento in oppoſitū notandū. Quia ꝑſona diuia nō eſt ꝑ additionē numerata in trib ꝑſonis ideo non eſt vniuerſale. Item qḋ ꝑuat cōitatem nō eſt ẜm hāc cōe: ſed ꝑſona priuat cōitatem rei nō autē rōnis .i. diffinitionis. Et qñ arguit' ſic. Perſona dicit quid cōmune trib ꝑſonis ꝑte: ꝛ dr ẜm ſubſtantiam Sꝫ oē qḋ eſt cōe ẜm ſubām: dr ẜm ſbām cōmune: ꝫ ꝑſona nō plurificabit'. Dicendum ꝙ in argumento ſunt quattuoꝛ termini quia in maioꝛi accipit' communitas vel cōmune ẜm ſimilitudinem habitudinis. In minoꝛe autē capitur cōmune ẜm vnitatē nature abſolute. Et ideo ibi eſt fallacia accidētis ꝓpter diuerſam mediū habitudinē. ¶ Ex his ſequunt' due ꝓpoſitiones ¶ Pꝛima ꝓpō. Perſona eſt cōis nō ſolū cōitate rōnis ſed nois: rōnis ꝛ rei Rōnis. i. ꝯceptꝰ cui aliqd coꝛrñdet in re ſaltē ꝓpoꝛtionalr. ¶ Scḋa ꝓpō Cōitas in re ē duplex. Quedā ẜm vnitatē rei in ſe ꝛ abſolute. Alia ẜm ſimilē ꝓpoꝛtionē vel habitudinem.

Secūdo querit'. Utruꝫ

hoc nomē ꝑſona ſit cōe vniuocū creatis ꝛ icreatꝭ ꝑſonis. Nō q̄rit' hic vtrū vniuoce ꝑdicet' ſed vtrū ſit vniuocū ꝑdicatum ad perſonā creatā ꝛ increatā. ¶ Notādū

135

ꝙ aliud eſt predicari vniuoce: ⁊ predicatum vniuocū: predicari vniuoce eſt predicari ſm vnum nomen ⁊ ſm eandem rationem quiddicatiue et in primo modo dicendi per ſe. Predicatum vero vniuocum eſt quod predicatur ſm vnum nomen et eandem rationem: ſiue hoc ſit quiddicatiue vel denominatiue. Illo modo album dictum de ligno et lapide eſt predicatum vniuocū. Et de illo querit queſtio noſtra.

Reſponſio ſancti bonauenture ſtat in duabus diſtinctionibus ⁊ ſeptem propoſitionibus. ¶ Prima diſtinctio eſt hec. Duplex eſt cõmunitas. Quedā eſt ſm cõmunitatē nature abſolute. Alia eſt ſm cõmunitatē ſimilis habitudinis. ¶ Prima propoſitio. Perſona nõ eſt communis cõmunitate nature abſolute deo ⁊ creaturꝫ. Patet: quia nulla res eſt cõmunis deo ⁊ creature. ¶ Secunda propoſitio. Perſona vt eſt comunis deo ⁊ creature ſolum dicit cõmunitatem ſimilis habitudinis ſuper quam poteſt fūdari relatio rationis. Patet: quia ſicut pater ⁊ filius ſunt ſuppoſita nature diuine diſtincta proprietatibus: ſic michael ⁊ gabriel ſunt ſuppoſita nature angelice: ⁊ iohannes et petrus ſunt ſuppoſita nature humane. ¶ Tertia propoſitio. Quia conſimilis habitudo reperit in perſonis creatis ⁊ increatis: ideo hoc nomē perſona nõ dicitur pure equiuoce ſed analogice de ipſis. ¶ Secūda diſtinctio. Communitas ſimilis habitudinis poteſt capi duobus modis. Uno modo per reſpectū ad res eiuſdem generis. vt petrus et paulus ſunt indiuidua. Alio modo per reſpectum ad res diuerſorum generum ſicut ſi compararetur hec albedo et ſortes penes ſimilem habitudinē. ¶ Quarta propoſitio. Quandocunqꝫ eſt ſimilis habitudo aliquoꝝ eiuſdē generis: tunc nõ ſolum ibi eſt analogia: ſed etiam ibi eſt vniuocatio et equalitas ſm equalitatē. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Quandocūqꝫ eſt ſimilis habitudo aliquorum diuerſorum generum: tūc eſt ibi tm̄ analogia penes inequalitatē. ¶ Unde communis opinio eſt (cui videtur fauere doctor iſte) ꝙ accidentia differunt numero propter ſubiecta et ſiue ſit vera ſiue non mihi nõ eſt cura: eo ꝙ non legi Scotum tenet tm̄ oppoſituꝫ ſcilicet ꝙ perſona ſit vniuocum deo ⁊ creature in tertio diſtinctione ꝑma queſtione ꝑma. ¶ Sexta ꝓpoſitio. Perſona dicit de ꝑſonis increatis ex vna parte ſolū: ⁊ de ꝑſonis creatis ex alia parte ſolum: nõ tm̄ analogice: ſed etiam vniuoce. ¶ Septima propoſitio. Perſona vt dicitur de perſonis creatis ⁊ increatis non dicit vnum cõmune vniuocum ipſis proprie: ſed magis analogicum. ¶ Octaua propoſitio. Hoc nomē perſona ſm rem prius dicitur de ꝑſonis increatis qꝫ creatis: tamen ſm nomen ꝑ prius dicitur de perſonis creatis. Secūda pars patet: quia prius nomen eſt īpoſitum creatis. Prima pars probatur: qꝛ perſona ſm rem nihil eſt niſi ſuppoſituꝫ intellectuale. Sed conſtat ꝙ perſona diuina eſt in natura intellectuali nobiliſſima. Unde et ipſa eſt nobiliſſima perſona. Nobiliſſimum autem eſt prius ignobiliori. ¶ Rationes poſt oppoſitum ſūt ad ſuum propoſitum: ſed facile eſt Scotiſte eas ſoluere. Item contra. Si ratio ſua valeret concluderet ꝙ nullum genꝰ eſſet vniuocum ſuis ſpeciebus: eo ꝙ ſpecies nõ ſunt equaliter in ipſo ſm Ariſtotelem. Nam vna eſt menſura aliarum: ergo. ¶ Primū argumentum qꝺ ſoluit bonū eſt ſi pōderetur: nec plene ſoluitur eo ꝙ licet particulares rationes perſone diuine ⁊ create ſint diuerſe cum hoc tamen ſtat ꝙ ſit vniuocum in ratione cõmuniori. Unde notandum ꝙ nulla perſona diuina eſt alteri perſone diuine cõmunicabilis in vnitatem ſuppoſiti. Impoſſibile enim eſt ꝙ pater aſſumat filium. Et tm̄ de illa diſtinctione.

Circa viceſimāſextam diſtinctionē queritur primo. Utrum in diuinis ſit ponere proprietates. ¶ Pro declaratione terminorū notandum ꝙ proprietas diuinarum perſonarū capitur dupliciter. Uno modo pro ipſiſmet perſonis adequate. Hoc modo proprietas patris eſt ipſe pater. Hoc modo capit ſanctꝰ Hieronymus dicēs. Impietatem ſabellij declinantes tres perſonas expreſſas nominamus: non tm̄ nomina ſed etiam nominū proprietates confitemur: vt ſit intrāſitiua-conſtructio proprietates perſonarum: id eſt proprietates que ſunt perſone. Alio modo capiūtur proprietates in diuinis. pro quibuſdam entitatibus que non ſunt adequate ipſi perſone: ſed ſunt ipſarum conſtitutiue. Nam in patre ſm fidem eſt duplex entitas. Una eſt cōmunicabilis ⁊ omnino eadem in patre et filio ⁊ ſpirituſancto: et eſt eſſentia diuina. Alia eſt entitas in patre incōmunicabilis per quā diſtinguitur pater a filio: ⁊ dicitur paternitas ſeu generatio actiua. Et eſt entitas diſtinctiua patris a filio: ⁊ conſtitutiua ipſius in eſſe patris. Conſimiliter in filio ponitur duplex entitas ⁊c. Practicare potes ſicut in patre. Cōſimiliter in ſpirituſancto. ¶ Ulterius notandum ꝙ duplex eſt ꝓprietas in diuinis ſcilicet poſitiua ⁊ priuatiua. Proprietates poſitiue in diuinis ſunt tm̄ tres ſcilicet generatio actiua: filiatio et ſpiratio paſſiua. ¶ Gregorius tamen de arimino ⁊ eius ſequaces ponūt tertium genus dicentes ꝙ proprietates perſonarum poſſunt capi pro complexis ſignificabilibꝫ: quale eſt. Pater genuit filium. De proprietate autem priuatiua nō eſt preſens intentio: ſed infra diſtinctione viceſimaoctaua: vt eſt innaſcibilitas.

Reſolutio ſancti bonauēture diuiditur in duas partes. In prima parte ponit concluſionem omniū catholicorum. In ſecunda parte ponit duos modos dicendi. ¶ Concluſio eſt talis. Omnes catholice tractatores ⁊ theologi poſuerunt proprietates perſonales in diuinis. Et probatur ſeptem rationibus: quia doctor remittit ſe ad argumēta et maxime ad quintum argumentum ¶ Unde proprietas perſonalis eſt quedam entitas diſtinguēs vnam perſonaꝫ ab alia et conſtituens ipſam in eſſe perſonali. ¶ Propter primā particulam ſcilicet ꝙ ſit vna entitas. Sequitur correlarium ꝙ nulla proprietas priuatiua: vt innaſcibilitas proprijſſime dicitur perſonalis. Secūda particula ponit̄ propter ſpirationē actiuaꝫ. Tercia ſcꝫ ⁊ cōſtituens ⁊c̄. ponitur propter maiorem expreſſionem. Secūdum correlariū. Generatio actiua et paternitas ſunt eadem proprietas. Tercium correlarium. Generatio paſſiua et filiatio ſūt eadem proprietas. ¶ Unde maxima logicalis. Illa q̄ vni et eidem incōmunicabili ſunt eadem illa inter ſe ſunt eadem. Sed ſpiratio actiua et paternitas ſunt eadem vni et eidem incōmunicabili ſcilicet patri: ergo ⁊c̄. Quartū correlariū. Generatio actiua ⁊ filiatio nō ſunt eadeꝫ proprietas. ꝓbatur: Quia pater et filius differūt realiter: ergo paternitas et filiatio differūt realiter. patet: Quia tāta eſt diſtinctio inter proprietates quāta eſt inter perſonas. ¶ Et nota propoſitionem ſm Scotum ꝙ ſpiratio actiua eſt eadem realiter cum paternitate ⁊ eadē ſpiratio actiua ē eadeꝫ realiter cū filiatiōe. Probatur: qꝛ ſpiratio actiua eſt eadem cum patre ⁊ filio: ergo eſt eadem cum paternitate ⁊ filiatiōe. Et licꝫ generatio actiua ſiue paternitas ⁊ ſpiratio actiua ſint eidem realiter differūt tamē formaliter. probatur Impoſſibile enim eſt ꝙ idem omībꝫ modis idem ſit cōmunicabile et incommunicabile vere et realiter. Sed ſpiratio actiua eſt cōmunicabilis: quia filio cō/

municatur: et generatio actiua nõ communicabilis: ergo ⁊c̃. ¶ Eſt autem opinio durandi in primo diſtinctione. xiij. ꝙ ſpiratio actiua ſit realiter diſtincta a paternitate et filiatione. Et idem videtur hic dicere Sanctus Bonauentura: Parieſienſes tamen hodie hoc non dicerent: eo ꝙ ſequitur ꝙ ſint quattuoꝛ res realiter diſtincte in diuinis. Et hoc relatiue ſaltem concedit durandus. Item ſe quereretur ꝙ in eadem perſona ſimpliciſſima eſſent due res realiẗ diſtincte. Itez contra eum vadit maxima ſupꝛa poſita Et formatur dubium. Utrum paternitas et filiatio ſint idem realiter cũ ſpiratione actiua. ¶ In ſecunda parte que incipit ibi. Sed diuerſificati ſunt ponuntur duo modo dicẽdi. Pꝛimus repꝛobatur: et ſtat in duabus pꝛopoſitionibus. ¶ Pꝛima pꝛopoſitio. Quia quelibet ꝑſona in diuinis habet ſummã ſimplicitatem: et eſt eque ſimplex ſicut eſſentia: et ſicut in eſſentia diuina nõ differunt quo et quid: ita in perſona non differunt realiter: qui diſtinguitur et quo diſtinguiẗ. ¶ Secunda pꝛopoſitio. Suppoſituz et pꝛopꝛietas qua diſtinguitur ſunt omnino idem in diuinis ſm rem: differunt tamen ſm modum intelligendi ſeu rationem. ¶ Iſta eſt opinio nominaliũ. Tamen anteq̃ eſſent nati moderni Sancti doctoꝛes: vt Bonauentura ⁊ Thomas repꝛobauerunt eam. Solus tamen ſanctiſſimus Ockam in iſta parte eſt vere realis. Gregoꝛius de arimino et multi alij moderni videntur eſſe huius opinionis falſe et periculoſe.

Opinio ſancti Bonauenture

ſtat in ſeptem pꝛopoſitionibus. ¶ Pꝛima pꝛopoſitio. In eadem perſona in diuinis ſunt due pꝛopꝛietates non ſolum diſtincte in modo loquendi: ſed ſunt etiam due pꝛopꝛietates diſtincte realiter. Iſta pꝛopoſitio pꝛobatur ꝑ quintum argumentum ante oppoſitum. Et hoc patet. Quia ille due pꝛopꝛietates generatio actiua et ſpiratio actiua ſunt in patre et diſtinguuntur non ſolum ratione: ſ; etiã realiter. ergo ⁊c̃. ¶ Quinta autẽ ratio añ oppoſitũ qua ꝓbaẗ iſta ꝓpoſitio eſt hec. Sicut ſupꝛa ꝓbatum eſt ꝙ differũt paſſiua generatio ⁊ pꝛoceſſio realiter alioquin nõ differrẽt perſone: ergo generatio ⁊ ſpiratio differũt realiter. Sed tam generatio q̃ ſpiratio eſt ĩ vna perſona nõ multiplicata. (Ex hoc patet ꝙ loquitur de generatione actiua et ſpiratione actiua) ergo cum perſona patris ſit realiter vna: ⁊ pꝛopꝛietates realiẗ plures: ergo ponere eſt pꝛopꝛietates realiter in diuinis differentes: ſed non differentia eſſentiali nec perſonali cum non ſint in eadem perſona: ergo notionali. ¶ Unde triplex differẽtia vel diſtinctio poteſt imaginari in diuinis: ſcilicet eſſentialis perſonalis et notionalis. Diſtinctio eſſentialis non habet locum in diuinis. Diſtinctio autem perſonalis eſt illa que eſt inter aliquas duas res quarum quelibet eſt perſona: ⁊ vna nõ eſt altera: vel que ſunt in diuerſis perſonis realiẗ diſtinctis. Sed diſtinctio notionalis eſt illa que eſt inter aliquas duas notiones quarum vna non eſt alia. Et hec eſt inter generationem actiuam ⁊ ſpirationez actiuam. ¶ Coꝛrelariũ. Diſtinctio perſonalis habet locum in diuinis. Et inter perſonas et tres pꝛopꝛietates perſonales. ¶ Notandum etiam ꝙ diſtinctio realis eſt duplex ſcilicet pꝛopꝛie ſumpta et large capta. Diſtinctio realis pꝛopꝛie ſumpta eſt illa que eſt inter rem et rem. Et licet Bonauentura videatur dicere ꝙ ſic diſtinguantur paternitas et ſpiratio actiua: tamen poſſet cõcoꝛdari pꝛo ſecundo membꝛo. Sed diſtinctio realis large capta accipitur pꝛo illa que eſt inter duo: et hoc ſiue ſint duo realiter ſiue due rõnes foꝛmales ita ꝙ ſecluſo omni intellectu adhuc eſſet talis diſtinctio inter ipſa. Et hoc ſcđo modo dicit Sco

tus diſtingui paternitatē et ſpirationeꝫ
actiuam. Primo mō autē nō. ¶ Et ſcias
ꝙ in tribus locis ſcꝫ de potentijs aie di/
ſtinctione tertia primi libri: et tercia deci
ma diſtinctione eiuſdem libri: ⁊ in preſen
ti loco: ſcꝫ diſtinctiōe viceſimaſexta. q. j.
ponit doctor Seraphicus diſtinctioneꝫ
formalem: licet nō baptizet eam: licet vi
deantur verba eius ſonare ꝙ ſit diſtin-
ctio realis: hoc autē multipliciter proba
tur ex littera ſm doctorem ſubtileꝫ (qui
nō tantā poneret diſtinctionem quantā
videntur verba ſancti Bonauen. ſonare
ſcꝫ ꝙ ſint plures res) dicitur ꝙ licet pa-
ternitas vel generatio actiua ſit eadem
res (ſed nō eadem notio) cum ſpiratiōe
actiua: eſt tamen nō idem formaliter cū
ipſa. Unde ſpiratio actiua nō eſt pater-
nitas nec econuerſo. Et hoc eſt propter
abſtractionem. Et quia nulluꝫ formali/
ter eſt infinituꝫ. ¶ Scđa propoſitio. In
diuinis vna perſona comparatur ad ali/
am perſonā ſm vnam relationeꝫ ſimpli-
ciſſimā. Patet: quia pater refertur ad fi-
lium pt̄nitate. ¶ Tercia propoſitio. In
diuinis vna perſona ſimpliciſſima refer-
tur ad plures perſonas per vnā relatio-
nem ſimpliciſſimam. patet de ſpirituſan
cto qui ſpiratiōe paſſiua refertur ad pa/
trem ⁊ ad filiū. Nā ſicut ego habeo vni/
cam dependentiam ad tres perſonas: tā
ꝙ̄ ad vnum creatoreꝫ: ſic ſpirituſſanct⁹
refertur ad patrem et filium vnica ſpira
tiōe paſſiua. ¶ Quarta propoſitio. In
diuinis vna perſona refertur ad plures
perſonas per diuerſas habitudines. pa-
tet de filio qui refertur ad patrem filia-
tione: ſpiratione vero actiua refertur ad
ſpiritumſanctum. ¶ Quinta propoſi-
tio. Plures perſone in diuinis per vni-
cam habitudinem ſimpliciſſimā referun
tur ad vnam perſonam: vt pater et fili-
us ad ſpiritūſanctuꝫ per ſpirationē acti
uam. ¶ Sexta ꝓpoſitio. In diuinis vni
tas vel pluralitas habitudinis non pōt
accipi a parte eſſentie: nec ex parte perſo
ne que refertur: nec ex parte perſone ad
quā refertur. Hec ꝓpoſitio patet ex p̄ce
dentibus. Si eñ vnitas relationis ſu/
meretur a parte eſſentie: ſicut vnica eſt
eſſentia ſic vnica eſſet habitudo. Conſi/
militer patēt alia membra. ¶ Septima
ꝓpoſitio. Reſtat ergo ꝙ vnitas vl' plu
ralitas relationū in diuinis ſit ſumenda
penes aliū modum a parte rei qui ſit di/
ſtinctus a trib⁹ illis modis. ¶ Ad dan-
dum illum modum nota propoſitiones
ſequentes in quibus conſiſtit reſolutio
proprie opinionis.

Reſolutio queſtionis

ſm propriam opinioneꝫ. Et conſiſtit in
octo propoſitionib⁹. ¶ Prima propoſi/
tio. In diuinis proprietates differunt a
ſeinuicem realiter. ¶ Secūda ꝓpoſitio
Proprietates perſonaꝝ differūt ab ipis
perſonis aliquo modo ex natura rei vel
a parte rei et eſt idem. ¶ Tercia propo/
ſitio. Quia in vna eſſentia in diuinis nō
plurificata: ponimus tres perſonas rea/
liter: ideo modus dicendi eſſentialiter et
modus dicendi perſonaliter non diffe/
runt ſolum a parte noſtra: id eſt a parte
noſtri intellectus: ſed etiam a parte rei.
Prima pars eſt articulus fidei. Secun-
da pars patet: quia modus dicendi eſſen
tialis ſumitur ab eſſentia: ſed modus eſ-
ſendi perſonalis ſumitur a perſona: mo-
do perſona ⁊ eſſentia diſtinguuntur rea/
liter. ergo ⁊c̄. ¶ Quarta propoſitio. Si
cut ille modus dicēdi eſſentialiter: et mo
dus dicēdi perſonaliter ſunt a parte rei
ita dicendum eſt de modo dicendi perſo
naliter ⁊ de modo dicendi notionaliter.
¶ Quinta propoſitio. Modus dicen-
di in diuinis ſm magiſtros Pariſienſes
eſt triplex. Primus eſt modus dicendi
eſſentialis. Secundus perſonalis. Ter
tius vero notionalis. Modus dicendi
eſſentialis eſt quando aliquod predica/
tum dicitur de qualibet perſona ſingu/
latim: et de omnibus ſimul ſumptis in

ſingulari. Modus dicendi perſonalis: eſt quando aliquod predicatum dicitur de vno ſola perſona: ſic ꝙ non poteſt dici de alia: vt pater generat. Modus vero dicendi notionalis: eſt quando aliqđ predicatum dicitur de pluribus perſonis: ſed nunq̃ poteſt dici de tribus nec de vna ſola. Exemplum: vt pater et filius ſpirant ⁊c̄. ¶ Sexta propoſitio. Iſti tres modi predicandi in diuinis vocantur ab antiquis doctoribus alijs tribus nominibus: ſcilicet modus p̄dicandi in quid et eſt eſſentialis. Modus predicandi in quis: et eſt perſonalis. Modus p̄dicandi in quem: id eſt i quomodo ſe habet: et eſt notionalis. ¶ Septima ꝓpoſitio. Ex commutatione alicuius iſtorū modoꝝ p̄dicandi in alium: fit fallacia figure dictionis: ſicut in creaturis ex commutatione vnius predicamenti in aliud fit talis fallacia. Exemplum in creaturis. Quicquid heri emiſti hodie comediſti: crudum heri emiſti: ergo crudum hodie comediſti: ibi commutatur ſubſtantia in qualitatem. Exemplum vbi commutatur vnus illorum modorum predicandi in alium: vt pater generat: eſſentia diuina eſt pater: ergo eſſentia diuina generat. Hic mutatur p̄dicatio identica in formalem. Minor enim eſt identica. Et ideo videtur etiam debere dici eſſentialis. Vel clarius tale erit exēpluꝫ pro Bonauenture diſtinctiōe. Omē qđ eſt pater generat: Eſſentia diuina eſt pater: ergo eſſentia diuina generat.

¶ Octaua propoſitio. Sicut igitur in diuinis vere eſt eſſentia et vere ſunt perſone: ita vere ſunt perſonarum proprietates. Correlarium. Erubeſcant igitur nominales qui dicunt: ꝙ ſolum in modo loquendi differunt ille ꝓprietates quod ſapit hereſim.

Pro ſolutione argumētorum.

Notandum: Q; primum argumentū in oppoſitum eſt per auctoritateꝫ Hylarij de trinitate: et arguitur ſic: Pater et filius et ſpiritusſanctus ſolū differunt nominibus: igitur non ſunt ibi reales ꝓprietates. Pro cuius ſolutione nota regulam generalem. ¶ Q; quādocūq; (regulariter) ſacra ſcptura: vel doctores ſancti loquūtur de nominib; diuinis intelligitur ſemꝑ de re nominata vel accipiūt ſemꝑ ꝓ rebus importatis: vt domine dominus noſter q̃ admirabile eſt nomē tuū in vni. ⁊c̄. ¶ Pro ſecunda ſolutione notandum: Q; differre ratiōe capitur tripliciter. Vno modo differre ratione eſt a parte noſtre apprehenſionis.

¶ Propoſitio. In deo magnitudo et bonitas differunt ratiōe: ſolum a parte noſtre apprehenſionis. Et illa nihil ponit in re ſeu a parte rei. Alio modo differre ratione eſt ſm differentiā attributionis.

¶ Propoſitio. Eſſentia et ꝑſona in diuinis differunt taliter. Eſſentia eniꝫ eſt cōmunicabilis: ſed perſona eſt incommunicabilis: ergo ⁊c̄. Et huic differentie rationis correſpondet aliquid in re: alias non eſſet maior prima. Et reuera illa eſt diſtinctio formalis quā ponit doctor ſubtilis. Tertio modo differre ratione eſt differre ſm pluralitatē diſtinctionū. ¶ Prima propoſitio. Illa ponit diſtinctionem realem. ¶ Secunda propoſitio. Hec nō repugnat ſumme ſimplici cuꝫ fundatur ſuper reſpectus: nec dicit diſtinctionem eſſentialem. ¶ Tertia propoſitio. Illa diſtinctio inducit tantam diſtinctionem ꝙ ſic diſtincta non predicantur de ſeinuicem. Non tamen inducit tantam i diuinis ꝙ diſtinguantur eſſentialiter ⁊c̄.

¶ Notanduꝫ ꝙ prima ratio ſcilicet poſt auctoritatem Damaſceni videtur ire ꝑncipaliter contra diſtinctionem proprietatum in eadem perſona: quod patet ex applicatione diſtinctionis dicte ibi. Dicendum igitur ꝙ proprietates perſonales non diſtinguuntur in eadem perſona ꝙ ſi quis vellet arguere de diſtinctione proprietatis a perſona. Dicēdum ꝙ ma-

ioꝛ argumenti non eſt vera niſi de differentia tertia modo dicta: et cum hoc ſuper abſoluto fundata ꝛc. ¶ Pro tertio et quarto argumentis in oppoſitum. Notandum ꝙ duplex eſt differentia. Quedam enim eſt inter entitates abſolutas. ¶ Propoſitio. Hec differētia repugnat ſimplicitati diuine. ¶ Regula. Quicquid eſt abſolutū in diuinis eſt idem cū eſſentia ꝛ cum qualibet perſona. Alia ē differentia que eſt inter p̄ſes relationē. ¶ Propoſitio. Differentia relationum non obuiat ſimplicitati diuine. Iſtam diſtinctionem ponit textus ſancti Bonauenture. Licet non ſic omnino appunctuate. Differentia autem rationis accipitur tertio modo ſm pluralitatem diſtinctionum. ¶ Ponit quoq duas propoſitiones dubias propter quas notandum ꝙ vt dicit ſimplicius in predicamētis. Mutatio eſt duplex ſcilicet ad ſe et ad aliud. Mutatio ad ſe vel illud dicitur mutari ad ſe quod mutatur ſm aliquam entitatem abſolutam: vt quando aliquis deperdit ſanitatem ꝛ acquirit infirmitatem. De hac intelligitur. ¶ Prima propoſitio. Dubia ſancti Bonauenture vt dicit. Videmus aliquem reſpectum de nouo eſſe circa aliquid: illo nullo modo mutato ſupple mutatione ad ſe. Mutatio vero ad aliud vel ad alium eſt illa qua aliqua entitas reſpectiua deperditur vel acquiritur. ¶ Propoſitio. Poſſibile eſt aliquem reſpectum de nouo aduenire alicui eo nullo modo mutato ad ſe. vt ſi ethiops fiat albus fit ſimilis mihi. Scotus autē de alia dicit. Impoſſibile eſt aliquem reſpectum de nouo aduenire alicui quin illud mutetur ſcilicet ad aliquid. ¶ Secunda propoſitio. Dubia. Impoſſibile eſt ꝙ plures reſpectus reales realiter ꝛ eſſentialiter diſtincti ſint in aliquo quin ſit compoſitius. Oppoſitum videtur dicere ſanctus Bonauentura vbi dicit dubitando tamen. Videmus aliquem habere plures reſpectus: ipſo tamen manente ſine compoſitione. Et ſumitur in illo dicto pro exemplo. Album ſimile non eſt compoſitius albo. Nota tamen ꝙ compoſitio eſt duplex ſcilicet ex rebus abſolutis. Et ſic vera eſt propoſitio ſancti Bonauenture: vbi dicit. Videmus aliquid habere plures reſpectus ipſo ſine compoſitione (ſcilicet ex rebus abſolutis) exiſtente. Alia eſt compoſitio ex duabus rebus ſiue abſolutis ſiue reſpectiuis. De hac compoſitione intelligitur propoſitio oppoſita propoſitioni ſancti Bonauēture. Nam album ſimile cōpoſitius eſt albo tñ ſm talem compoſitionem. ¶ Pro ſolutione quarti argumenti notandum ꝙ proprietates ſunt duplices: ſcilicet eſſentiales ꝛ perſonales. Proprietates eſſentiales ſūt ille que cōſequuntur eſſentiam inquantū eſſentia eſt vt bonitas: veritas ſapientia: miſericordia: clementia: iuſticia ꝛ huiuſmodi. Proprietates vero perſonales ſūt ille que diſtinguunt perſonas a ſeinuicem. ¶ Prima propoſitio. Proprietates eſſentiales in diuinis quia ſunt abſolute non diſtinguuntur. ¶ Secunda propoſitio. Proprietates perſonales ī diuinis quia ſūt reſpectiue nihil obſtat ꝙ diſtinguantur. ¶ Tercia propoſitio. Proprietates eſſentiales tranſeunt in eſſentiā diuinam. Relatio autē manet: ſcilicet cū aliquali diſtinctione. ¶ Unde notandū ꝙ tranſire in eſſentiam (ſm doctores cōmunes) eſt omnino eſſe idem ipſi eſſentie ſeu omnino identificari ipſi eſſentie.

¶ Pro ſolutione vltimi argumēti. Nota propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Eſſentia diuina non poteſt referri relatione reali niſi ad aliam eſſentiam.

¶ Secunda propoſitio. Eſſentia diuina et relationes non referuntur ad ſeinuicem relatione reali. ¶ Tercia propoſitio. Eſſentia diuina non poteſt referri relatione reali. Probatur: Quicquid refertur ad aliud relatiōe reali ordinatur ad ipſum. Sed ſicut vult phūs .v. me-

theaphiſice. Deus non ordinatur ad res ſed res ad ipſum: quia eſt principium ordinis vniuerſi: non autem eſt de vniuerſo: ergo ꝛc. Unde cum dicitur dominus creature innuitur relatio rationis ſm dici. ¶ Et ſi arguas contra. Deus eſt realiter dominus creature: ergo habet dominium realiter. ¶ Reſpondendo ꝙ ſi intelligas realiter: id eſt vere tunc concedo ꝙ eſt dominꝰ realiter: id eſt vere. Si autem velis ꝙ ſit dominus realiter: id eſt habens realem habitudinem ad creaturam ſic nego: quia illa habitudo eſſet realiter idem cum deo tanꝗ fundamentū ſm Scotum: quia nihil reale eſt in deo propter ſummam ſimplicitatem quin ſit deus. Et tūc ſequeretur ꝙ deus nō poſſet eſſe ſine creatura: quia relatio nō poteſt eſſe ſine fundamento et termino ꝛc.

¶ Pro quo notādum: ꝙ referri ſeipō tripliciter poteſt intelligi. Uno modo ꝙ inter rem et reſpectum rei nullum ſit medium. Hoc modo materia ſeipſa refertur ad formam: et ediuerſo forma ſeipſa informat materiam. Non intelligendo ꝙ iſte reſpectus ſit idem realiter ipſi anime. Sed quia in anime eſſentia fundatur ille reſpectus. Alio modo referri ſeipſo poteſt intelligi ſic ꝙ inter ipm̄ et ſuum correlatiuum nihil mediat quod nō ſit alterum illorum. Tercio modo poteſt intelligi aliquid ſeipſo referri ſic: ſcilicet quia ipſum quod refertur nō eſt niſi relatio: ſic ſcilicet ꝙ nihil aliud ſit niſi reſpectus. Hoc modo nihil poteſt referri ſeipō. Unde Auguſtinus. Relatiuum ſemper eſt aliqđ extra relatione. Ubi notandum ꝙ eſt differentia inter relationem: relatiuum et relatum. Nam relatio ipſa eſt ratio referendi. Non tamen negatur quin relatio aliqua poſſit referri: vt ſimilitudo ad aliam ſimilitudinem ſm proportionē. Sed ſimilitudo nō eſt ꝓportio. Relatiuū ꝟo eſt illud qđ refertur: vt pater. Sed relatum eſt fundamētum ipſius relationis: vt homo.

Scđo queritur de proprietatibus quid ſint ꝛ quot ſint relationes.

Et ſenſus queſtionis eſt. Utrum proprietates diuine ſint entitates abſolute vel reſpectiue. ¶ Qm̄ om̄is entitas aut eſt abſoluta aut reſpectiua. Ideo notandum ꝙ entitas abſoluta eſt illa cuiꝰ ratio formalis eſt eſſe ad ſe: vnde abſoluitur a termino. Entitas vero reſpectiua ſeu relatiua eſt illa cuiꝰ ratio formalis eſt eſſe ad aliud ꝛc.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna concluſione: et eſt talis. Omnes proprietates in diuinis neceſſario ſūt relatiōes ſicut paternitas. Patet: quia ſūt incōmunicabiles. Uñ arguo ſic: Quicquid eſt incommunicabile in diuinis: et vni ſoli conuenit eſt relatio. Sed omnis proprietas eſt incommunicabilis: ergo omnis proprietas eſt relatio. Procedit autem ſm communem opinionem theologorum. ¶ Unde eſt regula. Om̄e abſolutum in diuinis eſt commune tribus Correlarium. Nullum abſolutum in diuinis eſt incōmunicabile. ¶ Dicit ſanctus Bonauentura innuens aliā rationem: tum etiā quia realiter differūt. Et arguit ſic: Quicquid realiter differt ab alio in diuinis eſt relatio vel relatiuum. Sed ꝓprietates in diuinis differūt realiter a ſeinuicem: ergo ꝛc. Maior patet: quia omnia abſoluta in diuinis cōueniunt tribus perſonis. Nullū em̄ abſolutum in diuinis diſtiguiꝛ realiter ab alio Omnia enim ibi abſoluta ſunt eſſentialia: ꝛ omnia eſſentialia tranſeūt in eſſentiam diuinam. ¶ Dicit ſanctus Bonauētura: Sola relatio manet in diuinis: hoc eſt licet ſit eadem cum eſſentia diuina differunt tamen realiter inter ſe: ipſe ꝓprietates: hoc eſt qđ dicitur communiter ꝙ in diuinis ſolū vnū genus relationis manet. ¶ Ad declarandum iſta ponuntur quinꝗ dicta a doctore Seraphico.

¶ Primum dictum. Relatio conuenit in aliquibus cum alijs generibus ſeu p̄dicamentis et in aliquibus differt. Sicut enim alia genera ſunt predicamenta ſic etiam relatio. Item in hoc ꝙ eſt gen⁹ entis. Item in eo ꝙ cōuenit cum octo p̄dicamentis: licet non cū ſubſtantia. In q̄tum autem eſt ad aliud differt a qualitate et quantitate. Quia enim importat habitudinem ad obiectum: id eſt ad terminum. Ex hoc patet: ꝙ etiaꝫ differt penes maiorem dependentiam. Nō eñ ſolum dependet ad ſubiectum ſuuꝫ: ſed etiam ad terminum. ¶ Secūdū dictuꝫ. Quātum ad primas conditiōes: inq̄tum conuenit cum alijs generibus: ſcilicet cum qualitate et quantitate. Impoſſibile eſt illo modo manere relationeꝫ in diuinis. ¶ Tercium dictum. Quantuꝫ ad conditiones ſcd̄as in quibus ipſa relatio differt ab alijs generibus: neceſſe ē quoddāmodo ipſam manere in diuinis: et quoddāmodo non manere. Nam due ſunt conditiones in quibus differt ab alijs: vt ſupra probatur. Quanteꝫ enim ad habitudinem neceſſario manet inq̄tum ſcilicet dicit reſpectum ad obiectū: id eſt ad terminum propter veram diſtinctionem. Eo ꝙ pater neceſſario ponitur in diuinis. Nam nō eſt intelligibile ꝙ aliquis ſit pater alicuius et ꝙ nullam habitudinem habeat ad ipſum. Quantuꝫ vero ad dependentiaꝫ neceſſe eſt nō manere relationem ꝛc̄. ¶ Quartum dictū. Alia genera ſcilicet ſubſtātia: qualitas: quantitas: tranſeunt ſimpliciter in eſſentiam. ¶ Regula. Quicquid enim eſt in deo realiter ſiue abſolutum ſiue reſpectiuum eſt eſſentia diuia. Propoſitio. (Magis tamen apta ad ſecundū dictum) Sicut alia genera tranſeunt in eſſentiā diuinam: ſic etiam relatio q̄tum ad om̄es conditiones in quibus conuenit cū alijs generibus. Unde relatio in diuinis non manet ſm̄ rationem generis vel predicamenti. ¶ Quintum ꝛ vltimum dictum. Relatio tranſit in diuinis in identitatē eſſentie diuine q̄tū ad id quod dicit imperfectionem in creaturis et compoſitionem et dependentiam.

Tercio queritur de proprietatibus q̄tum ad actum.

Et querit Utrum actus huiuſmodi proprietatuꝫ ſit hypoſtaſes diſtinguere aut diſtinctas oſtendere ꝛc̄. Notandum primo pro declaratione terminorum ꝙ differentia eſſentialis: generica vł ſpecifica habꝫ tres actus. Primo habet diuidere gen⁹. Secundo habet conſtituere ſpeciem. Tercio ꝑo habet facere differre. Et ſm̄ hos tres actus tria ſortitur nomia. Naꝫ ſm̄ primum actum dicitur diuiſiua: ſm̄ ſecundū conſtitutiua: ſed ſm̄ tercium diſtinctiua. ¶ Prima propoſitio. Diuiſio in diuinis non habet locum. ¶ Secunda propoſitio. Alij autem duo actus ſcilicet diſtinguere et conſtituere ſunt i diuinis. Non tamen eſt proprie ibi differētia: quia nullum predicamentū eſt in diuinis: ſed tm̄ principia diſtinguende. ꝓbatur: Quia cogimur ponere principium diſtinguendi in diuinis: ergo ꝛ eſſendi. Idem autem eſt principium eſſendi ſeu conſtituendi et diſtinguendi. Rationale enim eſt conſtitutiuuꝫ hominis et diſtinctiuū ipſius ab omni alio. Proprietatis ergo in diuinis eſt duplex act⁹ ſcilicet conſtituendi perſonam et diſtinguendi eaſdē. ¶ Pro ſecunda parte queſtionis (vbi dicitur aut diſtinctas oſtendere) Notandum ꝙ Petrus et Paulus oſtendūt diſtinctas perſonas. Nam diuerſa nomina propria manifeſtāt diſtinctionem nominatorum. Similiter de diuerſis accidentibus. Item diuerſitas locorum notificat et oſtendit diſtinctionē locorum. Sequitur ergo ꝙ aliud eſt hypoſtaſes diſtinguere: id eſt conſtituere i eſſe perſonali et a priori. Et aliud ſoluꝫ oſtendere eas iam eſſe diſtinctas: et ſic eſſe quaſi aduenticia.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat in duabus opinionibꝫ. ¶ Prima opinio eſt cōmunior et verior quā etiam doctor ſubtilis tenet ꝛ ſtat in tribꝫ dictis. ¶ Primum dictū. Abſtractis ꝓprietatibꝫ ꝑſonalibus in diuinis. Impoſſibile eſt intelligere ꝑſonas eſſe diſtinctas ab inuicem realiter ꝓbatur. Remotis eñ ſeu nō intellectis ꝓprietatibꝫ nihil manet niſi abſolutū. Sed omne abſolutū eſt cōmune tribus. ergo ꝛc̄. Omnis relatio ad intra poteſt vocari ꝓprietas. ¶ Secundū dictum. Proprietates ꝑſonales in diuinis dant eſſe perſonale ipſis ꝑſonis diuinis ꝛ conſtituunt eas in eſſe perſonali. Prima pars patet ī lr̄a ſancti Bonauēture. Intelligit autē de eſſe ꝑſonali licet nō addat. Patet eñ ꝙ pater deitate eſt ſimplr̄: paternitate autē eſt pr̄. Scd̄a ps ꝓbatur. Nā cōſtituere in eſſe ꝑſonali eſt dare eſſe incōmunicabile: ſed hoc nō eſt niſi ꝑ ꝓprietatē ꝑſonalē. Eo ꝙ oīa alia ſunt communia. ergo ꝛc̄. Tertiū dictū. Iſte ꝓprietates ꝑſonales diſtinguūt perſonas inter ſeinuicē. Et nō ſolū manifeſtant diſtinctionem. Probat̄. Eius eñ eſt diſtinguere cuiꝰ eſt cōſtituere. Sed ꝓprietates ꝑſonales cōſtituūt. ergo etiā diſtinguūt. Et hec opinio videt̄ ſecurior. ¶ Secūda opinio ſtat etiā in tribꝫ dictis. ¶ Primū dictū. Abſtractis ꝓprietatibꝫ in diuinis adhuc poſſibile eſt intelligere ꝑſonas eē diſtinctas: probat̄: quia abſtracta paternitate adhuc eſt intelligere illuꝫ: qui ab alio: ꝛ quo alius. ¶ Secūdū dictū. Proprietas ꝑſonalis in diuinis non eſt ratio diſtinguēdi ꝑſonas ſm̄ rem: ſed ſolum ſicut ratio manifeſtādi diſtinctionē perſonarū. ¶ Tertiū pro maiori expꝛſſione ꝑſone diuine conſtituunt̄ aliquibꝫ entitatibꝫ abſolutis: prioribus ſeu p̄cedentibꝫ ipās ꝓprietates relatiuas. Probat̄ ex ſecūda ꝓpoſitione ꝙ ſit intentio illoꝝ. Proprietas ꝑſonalis eſt ratio manifeſtādi diſtinctionē ꝑſonalē. vel ergo manifeſtāt verū. Et ſic diſtinctio eſt iā facta: vel manifeſtant falſum qḋ nō eſt cōcedendū. Unde dicūt ꝙ aliquo abſoluto cōſtituat̄ perſona tanq̄ a priori. Et licet videat̄ (Sicut dicit ſcotus) valde noua iſta opinio forte tamen nō ſic noua eſt. Eo ꝙ iſti de hac opinione negarēt ꝙ omne abſolutū in diuinis eſſet comune tribus. Nam dicerent abſoluta triplr̄ eſſe in diuinis. Et fundarent ſe in Richardo de ſancto victore. Et ſupra in textu habitū eſt ꝙ duplex eſt abſolutū in diuinis. Quoddam dicit naturā cōmunē: quoddā vero ſuppoſitū certū ꝛc̄. ¶ Aliꝰ tñ modus dicendi eſt quē innuit ſctūs Bonauētura. Et eſt prepoſitiui dicentis ꝙ perſone nō diſtinguuntur entitatibus abſolutis vt in tertio dicto addidi: ſed ſeipſis diſtinguātur. ¶ Sed cōtra iſtam opinionē fortiſſime arguit doctor Subtilis.

Reſolutio proprie opinionis doctor ſeraphicus poſtq̄ poſuit duas opiniones extraneas. Ponit ſuam propriam opinionē. Que cōſiſtit in ſeptem vel nouem ꝓpoſitionibꝫ. Prima ꝓpoſitio. In diuinis ypoſtaſibus intelligimus originem ſiue emanationē ꝛ habitudinē id eſt relationē. Hec ꝓpoſitio fundatur in articulo trinitatis. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Licet ſm̄ rationē intelligendi origo precedat illud qḋ oritur: tamē ſm̄ eandē rationē intelligendi habitudo ſequitur ipſum quod refert̄. Prima ps patet ſicut (vt groſſo modo loquar) factio domus ſeu domificator p̄cedit domū: et generatio p̄cedit hominē: ita in ꝓpoſito. Secunda pars patet quia prius oportet aliquid eſſe anteq̄ referatur. Et fundatur in dicto beati Auguſtini. Q̄ relatiuū eſt aliq̄d excepta relatiōe. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Si ꝓprietas relatiua in diuinis dicat ſolam relationē tūc nō eſt ratio diſtinguendi ꝑſonas: ſed eſt ratio manifeſtandi perſonarū diſtinctioneꝫ. Hec propoſitio eſt pro ſecunda opinione prel-

cedente. Aliquo em̄ modo ſanctus Bo-
nauentura concordare nititur illas opi-
niones magis tamen declinat ad primā
vt patebit. Hec autē tertia ꝓpoſitio ꝓ-
batur ex ſecūda. Quia em̄ habitudo cō
ſequitur ipſum qđ refertur cū ipſa pro-
prietas dicat habitudinē ꝓſupponit ipm̄
quod refertur. Et ita ſolum manifeſtat
diſtinctionē perſonarū. ¶ Quarta pro-
poſitio. Si proprietas in diuinis non ſo
lum dicat habitudinē: ſed etiā originem:
tunc talis proprietas nō ſolum eſt ratio
manifeſtandi diſtinctionē perſonarum:
ſed etiam inquantū originē dicit: eſt ra-
tio diſtinguendi: ⁊ ꝑ cōſequens ꝯſtituen
di perſonas. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Circū
ſcripta omni origine ſiue emanatiōe: im-
poſſibile eſt in diuinis intelligere perſo-
nas diſtinctas. Probatur: quia propter
emanationē fuerūt coacti doctores ſan-
cti ponere pluralitatē perſonarū. Unde
ſi filius nō produceretur a patre nō eſſet di
ſtinctus a patre. ergo ⁊c̄. ¶ Sexta ꝓpo-
ſitio. Licet in diuinis perſonis ſint idem
oriri: eſſe ⁊ ſe ad alterū habere: iſta tamē
tria ſunt ordinata ſm̄ intellectū. Unde
generari: oriri ⁊ eſſe filium eſt idem filio.
Spirari: oriri eſt idē ſpiritui ſancto. Un̄
ſm̄ moduꝫ noſtrū intelligendi primū eſt
oriri. Eſſe ſecūdū: ſed ſe habere ad alterū
eſt tertiū. Nam filius accipit eſſe ꝑ origi
nem ſeu oritur ⁊ habet eſſe a patre et ha-
bet ſe ad patrē. Septima ꝓpoſitio: quia
origo ⁊ habitudo in diuinis ſunt omni-
bus modis idē: ideo eiſdē nominibꝫ con-
grue nominantur. Circa qđ notandum ꝙ
duplex eſt origo in diuinis ſcꝫ Origo ge
neratio qua filius accipit eſſe ⁊ origo ſpi
ratio qua ſpūſſanctꝰ accipit eſſe. Et eſt
duplex ſpiratio vt habitum eſt ſupra ſcꝫ
actiua ⁊ paſſiua. Spiratio actiua eſt ha
bitudo patris ⁊ filij tanꝙ vnius ſpirato
ris ad ſpm̄ſanctū. ¶ Correlariū. Pater-
nitas nō ſolū vocatur relatio ſed etiā origo
que eſt generatio actiua. Ad maiorē ex-
preſſionē nota ¶ Octauā ꝓpōnē. Licet
origo ⁊ habitudo poſſint eodem nōie no-
minari: gn̄atio tamē ⁊ ſpiratio ꝓprie ſm̄
modū intelligēdi nr̄m dicūt originē. Et
pr̄nitas ⁊ filiatio relatiōes. ¶ Nona ꝓpō
Quia ſm̄ vſū cōiter loquētiū in theolo-
gia: ⁊ doctoꝝ theologoꝝ loquentiū de ꝓ-
prietatibꝫ ꝓprietates nō ſolū importāt
relationes ſed etiā origines. Ideo ꝓprie-
tates nō ſolū ſunt ratio manifeſtandi di
ſtinctionē ſed etiam diſtinguendi.

Ad argumentuꝫ primū

cū ſic arguitur. Omne reſpectiuū reducitur
ad abſolutū. Sed qđ reducitur ad aliqđ
ſm̄ rōnē intelligendi ſequitur illud. Cum
igitur ꝓprietates ſint reſpectiue: ypoſtaſes
vero abſolute: et ꝓprietates reducuntur ad
ypoſtaſes: igitur ypoſtaſes ſunt priores.
¶ Rn̄det ꝑ diſtinctioneꝫ. Quia ꝓprie-
tas inquantū origo reducitur ad abſolutū
ſicut ad principiū. Inquantū vero pro-
prietates ſunt relationes tūc nō ſunt rō
diſtinguendi ꝑſonas ⁊c̄. vt ſupͣ dicto ſe-
cundo in ſecūda opinione. Dat aliā ſolu
tionē cui innititur Ockam. Quia maior
vera ē de reſpectiuo dependente. In deo
autē nulla eſt dependentia. ¶ Notandū
ꝙ neꝙ doctor ſubtilis neꝙ ockam appro
bant illam diſtinctionē ꝙ ꝓprietates in-
q̄ntū origines diſtinguāt: ſic ꝙ ſint ratio
diſtinguēdi ⁊ cōſtituendi ꝑſonas. inq̄ntū
vero ralationes nō: quia ſm̄ ſanctū Bo-
nauēturā ſequuntur illud qđ refertur qđ eſt
ꝑſona. Quare nō approbet vide in ipſis
¶ Notandū ꝙ abſolutū dr̄ duplr̄. Uno
q2 eſt ens ad ſe: vel cuiꝰ rō formalr̄ eſt eſſe
ad ſe. Hoc mō pr̄nitas nō eſt abſolutū.
Alio mō dr̄ abſolutū q2 indepēdēs. Hoc
mō pr̄nitas ⁊ filiatio i diuinis ſunt abſo
lute ꝓprietates. ¶ Propō ſcti bona. Si
per intellectū nr̄m pr̄nitas abſtraheretur a
pr̄e nō eſt poſſibile in re nec in intellectu
ipm̄ eſſe diſtinctū a filio ⁊ ſpūſctō. Quid
ergo remaneret? Rn̄deo ſola eſſentia cū at-
tributis. Sicut eſt ſi ab hoīe abſtraheretur
rōnale: nō diſtingueretur ab aſino.

Querit quarto de proprietatibus q̄ꝫtum ad numerū ⁊c̄. queritur ergo quot ſint notiōes in diuinis ſeu proprietates. Pro intellectu q̄ōnis notādum ꝙ proprietas: notio: ⁊ relatio ſunt idem in diuinis.

Reſolutio queſtionis

Reſolutio queſtionis ſtat in tribus dictis. ¶ Primum dictum In intellectu verbi cadunt iſte tres cōditiones. Intelligentis cognitio: ſimilitudinis conceptio et alicuius expreſſio. Hoc probat p̄mo p̄ auctoritatē Anſelmi in littera ſancti Bonauēture. Et ſecūdo rōne vel diffinitione ſumpta ex illa auctoritate. Uñ verbū eſt noticia genita expreſſiua alicuius obiecti intelligibilis cuius eſt perfecta imago vel ſimilitudo naturalis: hanc deſcriptionem innuit ſanctus Bonauentura. Et eſt eadem cuȝ illa nuper dicta ſm doctorē Subti. In qua quidē deſcriptione tres ponuntᷣ particule. Prima particula eſt. Noticia et ſic patet prima pars dicti: ſcȝ intelligētis cognitio: qđ idem eſt qđ noticia. Secunda genita: et intelligitur p̄ ſimilitudinis cōceptionē. Unde ī intellectu verbi: id eſt de ratiōe q̄ddicatiua verbi eſt ꝙ ſit productū. Tertia particula eſt exp̄ſſiua ⁊c̄. Per hoc pateȝ tertia clauſula noſtre ꝓpoſitionis prime et p̄ conſequens ipſa tota propoſitio. Et ſic patet ꝙ verbum includit iſta tria: ſcilicet noticiā genitam: id eſt generationē ⁊ imaginē et ſimilitudinem obiecti. ¶ Scḋm dictum. Sapientia ⁊ noticia cum dicāt aliquod abſolutum ſunt cōmunia tribus: verbū tamen ⁊ imago ⁊ filius ſunt ꝓpria filio. Prima particula patet: quia ſunt abſoluta: appropriantur tamen filio. ¶ Tercium dictum. Iſta quattuor nomina habent ſe per ordinem: ſapiētia: filius: imago ⁊ verbum: ꝓut dicuntᷣ de ſcḋa p̄ſona in diuinis. Primo eñ dicitᷣ ſapientia ſm modum noſtrū intelligendi: dehinc filius. tertio imago. quarto verbum. Uide iſta latius in textu. Verbum enim dicit ⁊ intellectionē ⁊ genitū ⁊ modū exp̄ſſum emanādi ⁊ ſup̄addit vltra hec tria rationē exprimendi ⁊ manifeſtandi.

Querit quarto. Utrū hoc nomē verbū debuit ad diuina transferri ⁊c̄. Notandū pro declaratione terminoꝝ ꝙ ly verbum accipitur quattuoꝛ modis. Primo hoc nomen verbum accipitur pro deceptione: vt Uerba dat omnis amans. Secundo modo pro parte orationis. vt Uerbum eſt pars orationis ⁊c̄. Tertio modo ꝓ filio dei: vt Uerbum caro factum eſt. Quarto modo capitur verbum pro loquela. Unde verſus. Eſt deceptio: pars: loquela: filiꝰ dei. Notandū vlterius ꝙ verbū captum pro loquela eſt triplex: ſcꝫ. exterioꝛ loquela: interioꝛ: ⁊ media. Hoc eſt qꝺ dicit beatꝰ Auguſtinꝰ. xv. de trinitate. Q. eſt verbū ſenſibile: intelligibile vel intellectuale: ⁊ mediū. Loquela interioꝛ ſeu verbū intellectuale eſt ip̄a actualꝭ noticia intellectualis: naturalr̄ ꝓducta. Sꝫ loquela ſeu verbū exterius: ſiue verbū ſenſibile: eſt illud qꝺ attendiť in vocis ꝓlatione: vel eſt ipſamet vox ſignificatiua. Loquela vero media ſiue verbū mediū: eſt noticia vel cogitatio quedā de voce prolata ſeu proferenda exterius. Unde verbum intellectuale attendiť in cogitatione rei Uerbū mediū in cogitatione vocis: verbum vero ſenſibile attendiť in vocis ꝓlatione. Uñ in aı̄a nr̄a iſta tria ſunt ſubordinata. Primo ē intellectio rei: vt lapidis: ⁊ vocať verbū mētale. Scđo ē intellectio vocis vel de ꝓferēda voce ⁊ illa eſt tantūmodo de voce ⁊ nō̄ de re: ⁊ vocatur loquela media: qꝛ mediat inť intellectionē rei ⁊ vocē ipſam ſenſibilē. Tertio eſt ipſa vox q̄ eſt loq̄la exterioꝛ. Exēpli cauſa. Doctoꝛ lecturꝰ. p̄mo cogitat lectionē ſuā legendā. ſcđo cogitať quō̄ vult eam ꝓferre ſeu declarare: quia nō̄ ſufficit doctori rem intelligere: ſed etiā opoꝛtet doctoꝛē p̄meditari quō̄ vtiliter ⁊ clare velit exprimere q̄ intelligit. Nō̄ em̄ inꝙ̄tū rationabiliter agens neceſſe hꝫ p̄cogitare. Tertio ē ipſa vox ſenſibilis ⁊c̄. ¶ Poſſet ergo queſtio fieri p̄mo de verbo ſenſibili Utrū transferať ad diuina verbū exterius. Secūdo vtrū verbū mediū trāſferatur ad diuina. Tertio an verbū mentale transferatur ad diuina ⁊ de illo verbo principaliter querit queſtio noſtra. Et nota ꝙ reſponſio ad queſtionē nō̄ fuit reducta ad ꝓpoſitiones per doctoꝛē.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in ſex ꝓpoſitionibus. ¶ Prima ꝓpoſitio. Nullum verbū ſenſibilem prolatū exterius transfertur ad diuina. Patet quia tale verbū nihil aliud eſt ꝙ̄ vox que potius dicitur index verbi: ꝓprie em̄ nō̄ eſt verbū: licet dicatur verbū ſenſibile. Et ſic habetur reſponſio pro prima formatione queſtionis. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Nullum verbū mediū transfertur ad diuina. Et per hoc patet ſecunda queſtio. patet iſta ꝓpoſitio. Quia verbū mediū non eſt niſi cogitatio de exp̄ſſione verbi ꝓprie dicti. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Solum verbū ꝓprie dictū ſcꝫ intellectuale trāſfertur ad diuina. Et quia textus ſancti Bonauētu re nō̄ eſt obſcurus. Ideo ī p̄nti in vlterioꝛes non reſoluā ꝓpōnes. ¶ Uñ eſt notandū ꝙ duplex pōt eſſe trāſlatio alicuius noīs. Una ſm̄ rem. Alia vero ſm̄ impoſitionē. Pro p̄ma trāſlatione nota talem regulā. ¶ Quandoꝗ̄ aliquod nomen p̄mo ⁊ ꝑ ſe: ⁊ ꝓprie ſignificat aliquā rem ꝓpter aliquā tñ̄ ſimilitudinem repertā in alia re: transferť ad ſignificandum illā improprie. Exemplū. Ridere ſignificat p̄mo ⁊ ꝓprie actū oris ⁊ transfertur ad floꝛere. ¶ Pro ſecūda trāſlatione nota ſecundā regulā. ¶ Scđa regula Quādocunꝗ̄ aliqꝺ nomē eſt impoſitū alicui ſiue ꝓprie ſiue minꝰ ꝓprie: ⁊ trāſfertur: ad ſignificandū aliquid qꝺ prius ⁊ ꝑfectius eiꝰ ſignificatū eſt: tūc ē trāſlatio ſm̄ impoſitionē. ¶ Quarta ꝓpoſitio Cū nec verbū ſenſibile nec etiā verbum mediū transferť ad diuina ⁊ nō̄ ſit aliud verbū ꝙ̄ intellectuale ſequitur ꝙ ipſum

trāſſerť ad diuina. Quinta ppō. Sicut ergo rō paternitatis ꝑ prius ē in diuinis ipm tñ nō tranſferť a creaturis ſic etiam lux ꝛ verbū: ꝛ ſic de alijs. Dicit ergo ꝙ ſi/ cut rō trinitatis reperitur in ſenſu: reperiť etiā in rōne cōuerſa ad ſenſum: ꝛ reperiť in ratione ſm ſe: ſic ꝛ ratio verbi. Exem- plum de potencia viſiua. Primo eſt po- tencia viſiua. ſecūdo ipſa viſio. tertio ꝓ- ſecutio vel appetitus quo ſenſus ꝓſequiť obiectū ſibi cōueniens. Non eſt tamē ex/ preſſa ſimilitudo. vnde nec imago dicen/ da eſt. Sexta ppoſitio. Verbū noſtrum intellectuale habet ſimilitudinē ad ver- bum increatū quantū ad tria: ſcȝ ꝗtum ad originem: quantū ad diſpoſitionem: quia verbū diuinū eſt ars plena omniū ratione vīentiū: id eſt omniū obiectoꝛuȝ intellectoꝝ. Et ī illa arte oīa ſūt exem plata. tertio verbū noſtrū intellectuale habet ſimilitudinē ad verbū increatum ꝗtum ad vnionē eo ꝙ vnituȝ eſt nature humane ſic tamē ꝙ manet integrū apud patrē: ſicut verbū noſtrū vnitur voci vt innoteſcat: ꝛ tamen nō tranſit in vocem: ſȝ manet in mēte integrū. ¶ Notādū eſt pro verbis beati Auguſtini: ꝙ oīs crea- tura inquantū cognita a deo diciť viue- re in deo. Tale em̄ eſſe extrinſece ꝛ par- ticipatiue habet cognitū: quale eſſe ha- bet cognitio formaliter ꝛ intrinſece. Vñ dicit philoſophus ꝙ actus intellectꝰ eſt vita. Nullus enim intelligit niſi viuat ꝛ ipſa intellectio eſt vita. Et hoc in creatu ris licet accidentalis. Domus ergo intel lecta viuit. Hinc dicit beatus Auguſti- nus ꝙ imꝑfectiora habent nobilius eſſe in intellectu ꝗ̄ in ſe. Unde domus cū di cat artificiale: habet nobilius eſſe in co- gnitione ꝗ̄ ad extra: licet nō habeat no- bilius eſſe domus: quia eſſe domus dicit eſſe ad extra. Ita ego habeo nobiliꝰ eſſe in intellectione diuina ꝗ̄ in ꝓpria exiſtē- tia: licet nō habeā nobilius eſſe hominis in intellectu diuio ꝗ̄ ad extra. Cōſimili ter omnes creature habēt ſimpliciter no

bilius eſſe ꝛ verius in cognitione diuina ꝗ̄ in ſe. Ab eterno em̄ vitale eſſe habue- runt a deo. Unde beatus Auguſtinus ſuper primo capitulo Iohānis. Quod factū eſt: in ipſo vita erat. Quod factum eſt: in ipſo vita creatrix erat: in ipſo ſcȝ fi lio. Hinc canit ſācta mater eccleſia. Re/ gem cui omnia viuunt. ¶ Propoſitio. Non quodlibet verbuȝ in mente noſtra habet ſimilitudinē ꝗtuȝ ad illa tria ad verbū increatū. Patet quia multa ſunt verba in nobis importantia imꝑfectionē Nam eſt verbū dubiū: eſt verbū falſum verbum impotens: ꝛ verbum diſplicens. Exemplū primi. Omnis cogitatio qua dubito de aliquo ſicut phus. Utrū mū/ dus eſſet eternus. ¶ Propoſitio. Verbū dubiū nunꝗ̄ eſt ad ſimilitudinem verbi diuini. patet quia incertum nō eſt ſimile verbo certiſſimo. Exemplū ſecundi. Co gitamus ſepius ſcire que neſcimꝰ. ¶ Pro poſitio. Verbū fallax ſeu falſum nunꝗ̄ poteſt eſſe ad ſimilitudinē verbi diuini. patet quia falſum non poteſt eſſe ſimile verbo veriſſimo ꝛ veraciſſimo. ¶ Propo ſitio. Nec verbū diſplicens eſt ad ſimili/ tudinem verbi diuini. Nec etiam verbū impotens: quia dicit ſanctus Bonauen tura. Frequēter cogitamꝰ que neſcimus Et ſic verbo noſtro cōiuncta eſt fallacia frequēter cogitamꝰ q̄ nolumꝰ. Et tūc cō iuncta eſt diſplicētia: frequēter etiā cogi tamus que nō poſſumꝰ. Et tunc cōiun- cta eſt impotentia. Diuinū autē verbū eſt veriſſimū: placentiſſimū: omnipoten- tiſſimum. Ideo expreſſa eius ſimilitudo nō cōſiſtit in verbo noſtro niſi ſit verbuȝ certe noticie ꝛ cōplacentie ꝛ potentie. Et hoc eſt verbū quod conſiſtit in cogitatio ne iuncta ſibi affectiua. i. amore ꝛ opera- tiua: id eſt virtute. Unde beatus Augu ſtinus. ix. de trinitate. Verbum eſt cum amore noticia ꝛ ſi addatur virtus tunc eſt ratio perfecta. Verbum ergo eſt cum amore ꝛ virtute noticia: ſupple concomi/ tanter nō formaliter.

Jrca diſtinctionē
c viceſimāſeptimā p̄mo queriť.
Utrū hoc nomen innaſcibili-
tas ſiue ingenitus dicať ſ.m ſubſtantiaʒ
vel ſm relationē. Pro declaratione illi⁹
termini ingenituʒ (q̄ alīq̄ declarati ſunt
ſufficienter) nota hanc regulam firmiſſi-
mā apud oēs logicos φ oīs dictio cōpo-
ſita ex aliquo multiplici ⁊ ex p̄ticula pri-
uatiua eſt dupľr multiplex. Primo eniʒ
rōne affirmatiōis oppoſite. Secūdo ra-
tione p̄uatiōis. Jſta regula ſumiť a pħo
q̄nto metaphiſice. capitulo de potentia.
vbi diſtinguit impotētiā. Primo ſm mo
dos potentie. ſc̄do ſm modos p̄uationis
Jngenit⁹ aūt eſt talis dictio q̄ eſt cōpo
ſita ex ly genitus qđ eſt multiplex. et ex
p̄uatione ptʒ q̄ prepoſitio in addita per
cōpoſitionē accipiť p̄uatiue. Et q̄ p̄ua-
tio hʒ cognoſci per habitum. Notanduʒ
igiť prout ad ꝓpoſitū ſufficit φ aliquid
pōt dici genituʒ trib᷒ modis. Primo mō
ꝓprie genitū illo mō eſt aliq̄d ꝓductū ꝑ
generationē tanq̄ꝫ p̄mus termin⁹ genera
tionis. ¶ Propō. Solus fili⁹ đr ꝓprie ge
nitus illo mō. Sc̄do mō capiť genitum
cōiter. Et ſic đr eſſe aliq̄d qđ eſt cōicatū
ꝑ gn̄ationē tanq̄ꝫ termin⁹ formalis gene
rationis. ¶ Propō. Hoc mō eſſentia di-
uina pōt dici genita. vñ dicit Hilari⁹ in
de trinitate. Nihil hʒ fili⁹ niſi natū. i. niſi
ꝑ natiuitatē cōicatū. Tertio mō genitū
pōt capi cōius ſcʒ pro aliquo ꝓducto qđ
nō eſt termin⁹ totalis gn̄ationis neq̄ꝫ ter
minus formalis eſt tñ neceſſario prexi-
gens gn̄ationē. ¶ Propō. Solus ſpiri-
tusſanct⁹ đr genit⁹ hoc mō ⁊ hoc ad itra
¶ Nūc vlterius eſt notandum φ p̄uatio
pōt capi trib᷒ modis. ſ. ꝓprie cōiter ⁊ cō-
munius. Priuatio ꝓprie capta eſt qñ ali
q̄d caret aliqua forma quā natū eſt habe
re ſm ſe: ⁊ qñ oportet: ⁊ quō oportet ſm de-
bitas circūſtantias. Unde ſi aliquis hō
p⁹ annū vel duos nō habeat dētes ē edē-
tulus. Et ſi catulus poſt nouē dies non
videat dicitur cecus. Priuatio cōmuni-
ter capta eſt qñ aliquid caret aliqua for-
ma quā natū eſt habere ſm ſe: ſed nō ſm
debitas circūſtantias. Hoc mō catulus
eſt cecus ante nonū diē. Priuatio autem
cōmunius capta eſt qñ aliquid caret ali
qua forma quā nō eſt natū habere ſm ſe:
ſed ſm ſuum genus. Hoc mō talpa dici
tur ceca. Unde licet talpa nō ſit nata vi-
dere ſm ſe: eſt tñ nata videre ſm ſuum ſu
perius. Unde pħus quinto methaphiſi
ce capitulo de priuatione dicit φ talpa
nō ſit ceca in ꝯtum animal. ¶ Regula.
Nulla priuatio propriiſſime loquendo
poteſt eſſe in diuinis. Probatur. Oīs
priuatio propriiſſime loquendo dicit im-
perfectionē. Uel ſic. Omne p̄uatum in-
q̄ūtum priuatū proprie eſt imꝑfectum.
Sed nihil imꝑfectū eſt i deo: ergo regu-
la vera. Patet maior quia priuatū pro-
prie aptū natum eſt aliquid recipere ⁊c̄.
¶ Unde eſt animaduertendū pro maio-
ri declaratione φ duplex eſt negatio: ſcʒ
in genere ⁊ extra gen⁹. Negatio extra ge
nus contradicit affirmationi: et indiffe-
renter diciť tam de ente q̄ꝫ de nō ente. Et
illa negatio nihil ponit. Negatio vero
in genere eſt illa que preſupponit natu-
ram alicuius generis vel entis de quo
dicatur: vt diſtinctio dicit non idempti-
tatem ſcʒ negationem in genere: quia ni-
hil eſt diſtinctum niſi fuerit ens. Eſt eñ
diſtinctio paſſio entis. ¶ Jngenitū ergo
poteſt capi quattuor modis. Primo pro
priiſſime. Secūdo proprie. Tertio com
muniter. Quarto cōmuniſſime. Primo
propriiſſime. Et dicitur illud quod non
eſt genitum: eſt tamen aptum natum ge-
nerari. ¶ Prima propoſitio. Hoc mo-
do ingenitum totaliter repugnat diui-
nis. Primo probatur hoc ratiōe. Secun
do exemplariter. Quia ponit priuatio-
nem propriiſſime. Negat enim formaʒ ⁊
ponit aptitudinē: ſed nihil tale eſt in di-
uinis: ergo ⁊c̄. Patet quia aptitudo ad
generari ⁊ gn̄are in diuinis nō differunt

Quia quicq̄d aptū natū eſt generari eſt genituȝ: ḡ ꝛc̄. Ingenitū ꝓprie dr̄ aliq̄d ſubſiſtens nō genitū. ¶ Scd̄a ꝓpō. Ingenitū hoc mō nō ſolū dicit̄ de patre ſed etiā de ſpūſctō. ¶ Tertia ꝓpō. Eſſentia diuina nō dicit̄ ingenitū hoc mō quia cō ditio ꝑma deficit: licet em̄ eſſentia diuina ſit ens nō genitū: nō tn̄ eſt ſubſiſtēs. i. ꝑſona. Tertio mō capit̄ ingenitum cōiter. Et ē illud qd̄ nō generat̄ nec aptū natū eſt generari nec eſt cōicabile ꝑ generationem. ¶ Quarta ꝓpō. Hoc modo eſſentia diuina nō diceret̄ ingenita. Eſſentia em̄ diuina actu cōicat̄ ꝑ gn̄ationē. Quarto mō capit̄ ingenitū cōmuniſſime vt idē valet ſicut ſuppoſitū nō ꝓductum. Et ſic requirūtur due ꝯditiones. Prima ꝙ tale ſit ſuppoſitum. Scd̄a ꝙ non ſit productum. ¶ Quinta ꝓpō ꝛ reſponſiua. Solus pr̄ in diuinis eſt ingenitū cōmuniſſime. Quādo ergo doctores loquūtur de ingenito cōmuniter ſic ſumūt.

Reſolutio queſtionis

Notandū ꝙ ſanct⁹ bonauētura hic quatuor adducit opiniones. Quarum due ꝑme nihil valent. tertia autē opinio probabilis ē. Ipſe tn̄ doctor ſeraphic⁹ magis declinat ad quartā opinionē. Anteq̄ȝ autem accedam⁹ ad opiniones eſt notandū q̄d eſt maxima apud oēs theologos ꝙ ingenitū dicit̄ ſm relationē. ¶ Prima opinio ſtat in duobꝫ dictis. ¶ Primū dictū. Licet ingenitū dicat ſolū priuationē relationis vel relationē priuationis tamē iſtud ſufficit ad hoc ꝙ dicat̄ de ſolo patre notionaliter. Vn̄ duplex eſt relatiuū: Quia quoddam poſitiue importat relationem. Aliud priuat relationē. Et non proprie eſt relatiuū: ſed eſt relatiuū priuatiue ſic ꝙ ē diſtractio. ¶ Scd̄m dictū. Priuatio ſola nō ſolū pōt dici ſm dignitatē ſed etiā negatio pura pōt eſſe rō vel ꝓncipiū diſtinguēdi vnā ꝑſonā ab alia. Exēplū nō regi dicit dignitatē in rege. Vide illius opinionis improbationē in lr̄a. Et ē multū groſſa opinio. falſuȝ em̄ eſt ꝙ pura negatio ſit ꝓncipium diſtinguendi: nec valet in propoſito: qꝛ eēntia diuina nō eſt genita. Itē nec pura negatio dicit nobilitatē. Sed ꝑ te ingenitum dicit purā negationē: ḡ ꝛc̄. Similiter ſi diceret nobilitatē ꝛ ꝑfectionē tūc ſequeretur ꝙ pr̄ eſſet ꝑfectior filio ꝛ nobilior: qꝛ haberet aliquā nobilitatē quā non haberet filius ſed hoc eſt falſum: ḡ ꝛc̄. ¶ Secunda opinio ſtat in duobꝫ dictis ſimilr̄. ¶ Primū dictum. Ingenitū nō ſolū importat relationē ꝓuatiue ſed etiā poſitiue. Et vt declaret ponit (licet deficiat) ſcd̄m dictū. ¶ Scd̄m dictū. Sicut inequale priuat equalitatē et ponit relationem illi oppoſitam ſic ingenitus priuat relationem et ponit oppoſitā. Sed nō declarat quā ponat. Et etiaȝ in dicto deficit. Vn̄ eſt regula. Omis relatio originis vel eſt ad ꝓncipiatū. i. productū vel eſt relatio ad principiū. i. ad producens. Et ex hoc improbat̄ ſcd̄a opinio vt pȝ ī littera. ¶ Tertia opinio ſtat in octo ꝓpoſitionibus. ¶ Prima propoſitio. Ingenitū ſm ꝙ eſt proprietas patris: dicitur ſm relationē partim ꝓuatiue ꝛ partim poſitiue. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Ingenitus eſt idē qd̄ nō genit⁹. Et ē btūs Augu. ix. de tri. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Non genit⁹ pōt capi tribus modis. Vno mō vt eſt negatio extra gen⁹. Alio mō vt ē negatio in genere. Tertio mō vt eſt negatio partim in genere partim extra gen⁹. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Hoc nomē nō albū pōt capi tripliciter. Vno mō vt eſt negatio extra genus. Et ſic nihil poſitiue ponit: et negat oēm qualitatē ꝛ omnē entitatē. Alio mō vt eſt negatio ī genere ſcȝ proximo. Sic nō albū negat albedinē: ꝛ ponit ſpēm oppoſitā albedini ſub eodē genere ſcȝ coloris: vt nigrū vel rubeū ꝛ ſic de alijs: quia oīa ſunt in genere coloris. Exemplum. Iſte eſt nō albus eſt tn̄ bene niger. Tertio mō pōt capi: non albū: vt eſt negatio partim in genere ſcȝ remoto ꝛ partim ex

tra genus ſcʒ primū. Hoc mō non albū diceret̄ de angelo. Vñ angelus eſt nō albus ſic q̄ nō hʒ albedinem nec colorē: hʒ tamen alias q̄litates. Vñ talis negatio negat primū gen⁹ puta coloris et ponit genus remotū ſcʒ q̄litatē: ⁊ eſt ſenſus: licet angelus non habeat colorē: habet tñ q̄litates. Genus aūt nō capit̄ ꝓprie ſed pro colori. Vñ ens hoc mō dicit̄ genus. ¶ Quinta ꝓpō. Ingenitū importat ordinē id eſt relationē: ⁊ hoc negatiue ſm ſe ⁊ abſolute in rōne generꝫ remoti. Et importat ordinē vel relationē ad principiū in ratione generis primi. Vel pōt dicere ordinē in rōne ꝓncipij cōpletim tanq̄ ſm ꝓpriā rationē. Sicut em̄ genitū affirmatiue importat ordinē ad ꝓncipiū. Ita ingenitus vl' ingenitū importat ordinē ad principiū ꝓuatiue ſeu negatiue. ¶ Sexta ꝓpō. Si ingenituʒ ſit negatio extra genus: tunc ille dicit̄ ingenitus q̄ non generat̄: nec habʒ ordinē nec relationem. ¶ Correlariū. Ingenitum vt dicit negationē extra genus dicit purā priuationē. ¶ Septima ꝓpō. Si ingenitū ſit negatio in genere tūc ille dicitur ingenitus qui nō generat̄: habet tñ ordineʒ ad principiū ſcʒ vt priuatiue aut poſitiue. ¶ Correlariū. Illo mō ingenitū non ſolum dicit̄ de patre: ſed etiam de ſpūſctō. Pʒ: q2 ſpūſſanctus nō generat̄ ⁊ dicit relatione ad principiū ſpiratiuū. ¶ Octaua ꝓpō. Si ingenitū ſit negatio partim in gn̄e ⁊ partim extra gen⁹: tūc ille dr̄ ingenit⁹ q̄ nō generat̄ nec hʒ ordinē ad ꝓncipiū: hʒ tñ ordinē importātē nobilitatē ¶ Correlarium. Ingenitū hoc mō dr̄ de pr̄e. patet: declarādo ꝑticulas. Prima pʒ q2 pr̄ nō generat̄. Scđa ꝓbat̄: q2 nō ꝓducitur ab aliq̄. Et ſic nō hʒ ordinē poſitiue ad ꝓncipiū. Et ex h̄ ſequit̄ tertia particula. Ex quo em̄ nō ꝓducit̄ eſt ꝓm⁊ ꝑſona ⁊ ꝓ[m]itas importat nobilitatē. g̃ ⁊c. ¶ Correlariū reſpōſiuū inferēs ꝓmā propoſitionē. Ingenitū vt ſoli pr̄i competit dicit̄ partim ꝓuatiue ſm relationē ⁊ partim poſitiue ſm relationē: qđ idē eſt cum eo qđ dr̄ partim i genere ⁊ partim extra gen⁹. ¶ Eſt tñ notandū q̄ dicere ꝓmitatem ⁊ dicere nobilitatē in pr̄e ꝑſonalē nō eſt intelligēdū q̄ pr̄ ſit nobilior filio. Dicere em̄ nobilitatē pōt eſſe dupl'r. ſ. poſitiue ⁊ negatiue. Dicere nobilitatē negatiue: eſt nō dicere imꝑfectionē ⁊ ignobilitatem. Et ſic debet accipi dictū illius opinionis ad hoc vt ſit verū ⁊c̄. ¶ Quarta opinio ſtat in quinq3 ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. Licet ingenitū vt eſt ꝓprietas pr̄is ꝓmo ⁊ ꝓncipaliter importat ꝓuationem relationis: illud tñ ex cōſequenti pōt importare relationē poſitiue. Prima pars patet: q2 hoc priuat ingenitum qđ ponit genitū. ergo ⁊c̄. Scđa ps ex ſequētibꝫ declarabit̄. ¶ Scđa ꝓpō. Aliq̄d pōt dici nō generari tribꝫ modis. Vno mō q2 ſimpliciter nō generat̄ hoc mō nō generari dr̄ de tribꝫ in diuinis ſcʒ de patre filio et ſpūſctō. Alio mō dr̄ nō generari: et q2 nō gn̄atur: ⁊ q2 nō accipit̄ ꝑ gn̄ationē. Hoc mō eſſentia diuina nō dr̄ nō gn̄ari. Hoc mō dr̄ de ſpūſancto nō generari: Tertio mō dicit̄ aliq̄d nō generari: q2 nō generatur ſimpl'r nec accipit̄ ꝑ generationē nec cōſequit̄ generationē. Illo mō ſolus pr̄ dr̄ nō generari. Correlariū. Nō generari tertio mō ⁊ ingenitum: vt eſt ꝓprietas pr̄is cōuertunt̄. Ingenitū g̃ eſt qđ nō generat̄ nec accipit̄ ꝑ gn̄ationē nec ꝯſeq̄tur generationē. Prima particula ponit̄ ad differentiā filij. Scđa ad differētiā eſſentie. Tertia ad differentiā ſpūſſcti. Spiritusſanct⁹ em̄ ꝓducit̄ i poſteriori ſigno originis: hoc eſt qđ breuiter ⁊ ſubtilit̄ loquit̄ Scotus. Ingenitū eſt ſuppoſitū nō productū. Tertia ꝓpō. Licet generatio vel ꝓductio filij nō ꝓ̄cedat ꝓductionem ſpūſſancti ordine tꝑis vel durationis: ꝓ̄cedit eā tamen ſm rationē intelligendi. ¶ Quarta ꝓpō. Aliq̄d dicit̄ ingenitum tripl'r. Primo q2 nō generat̄. Secundo q2 nō accipit̄ ꝑ generationē. Tertio mō aliquid dicit̄ ingenitū: quia nec generat̄

nec accipitur per generationē nec pſup-
ponit generationē. ¶ Quinta ꝓpoſitio.
Ingenitū vltimo mō captū dicit primi-
tatem ⁊ fontalem plenitudinē ⁊ ſuppoſi-
tum qđ oīno eſt a ſe. ¶ Correlariū. In
genitū vltimo mō captū ex ꝯſequenti di
cit poſitionē. ¶ Notandū ꝙ per fontalē
plenitudinē in pr̄e nō eſt intelligēdū eſſe
in ipō (ſm̄ Scotū) aliquā relationē rea
lem poſitiuā diſtinctā a generatiōe acti-
ua et a ſpiratione actiua q̄ cōueniat ſoli
pr̄i. Vn̄ licet doctores moderni nō mul
tum apprecient̄ ſeu improbent illud di-
ctum de fontali plenitudine. Tamē ſan
ctus Bonauentura non vult aliud q̄z ꝙ
fontal' plenitudo dicit generationē acti-
uam ⁊ ſpirationē actiuā: iſtas duas ſcꝫ
ꝓductiones. Et ſic q̄ſi vnū per accidens
ſcꝫ logice loq̄ndo n̄ methaphiſice ¶ Sex
ta ꝓpoſitio. Fontalis plenitudo non di-
cit preciſe generationē actiuam: nec pre-
ciſe ſpirationē actiuā: ſed dicit vtranq;
ſimul. ¶ Correlariū. In filio nō eſt fon-
talis plenitudo. et ꝙ ſic loquitur ſanctꝰ
Bonauentura: patet ex reſpōſiōe ad vlti
mū argumentum vbi dicit. Bene dicit
Augꝰ. ꝙ dicit̄ ad nō genitorē: q: ingeni-
tus ſignificat remotionē genitōris ſm̄
vero ꝙ importat relationē poſitiue et ex
ꝯſequēti ſic reſpectu principati. In hoc
verbo innuit ꝙ fontalis plenitudo dicit
duplicem principiationē ſeu fecunditatē
ſicut duo ſunt principiati in diuinis ſcilꝫ
filius ⁊ ſp̄ūſſanctus. Tūc hoc eſt dubiū.
vide. q. ij. diſt. p̄cedentis.

Secundo querit̄ Vtrū

ingenitus importet eandem relationem
quā hoc nomen pater. Hoc eſt querere.
Vtrum innaſcibilitas et paternitas im-
portent eandem relationem. ¶ Notan-
dum pro termino⁊ intellectu ꝙ innaſci-
bilitas eſt priuatio gn̄ationis: q̄ ſcilꝫ ali
quid non generat̄: nec accipitur per ge-
nerationē nec generationē conſequitur.
In iſta deſcriptione quattuor ponūtur
particule. Prima particula eſt priuatio
generatiōis. Innaſcibilitas ēm̄ eſt inge-
neratio. Et accipitur large p̄uatio. Se-
cūda particula eſt. Qua aliquid non ge
nerat̄: ⁊ ponitur ad differentiā filij q̄ ge-
nerat̄. Tertio dicit̄. Nec accipit̄ p̄ gene-
rationē: ad differentiā eēntie diuine que
licet nō generet̄: tamē accipitur per gene-
rationem in filio. Quarta particula eſt.
Nec conſequitur generationē ad dr̄iam
ſp̄ūſſancti q̄ licet nō generet̄: tamen cōſe-
quit̄ generationē. ¶ Correlariū ſequit̄.
ꝙ ingenitū ſiue innaſcibilitas illo modo
eſt ꝓprietas pr̄is. ¶ Vn̄ aiaduertendū,
ꝙ paternitas eſt habitudo producentis
naturaliter filij ipſi producto in natu-
ra intellectuali vel ſenſitiua. In iſta de-
ſcriptione etiā q̄ttuor ponunt̄ particule.
Prima particula eſt habitudo ꝓducētis.
⁊ ponit̄ ad differentiā filij. Et eſt habitu-
do cōmuniꝰ p̄ſnitate. Scđa eſt natural'r
ꝓducti. Et p̄ hoc excludit̄ habitudo pa-
tris ⁊ filij reſpectu ſp̄ūſſancti q̄ libere ꝓ-
ducit̄. Tertio ponit̄ filij ꝓducto ad dif-
ferentiā ſolis reſpectu rane ⁊ hōis reſpe-
ctu pediculi quē producit. Quarta par-
ticula eſt. In natura intellectuali vel ſen-
ſitiua ad differentiā ignis reſpectu ignis
Et licet aliqui dicant ꝙ ſolum in natu-
rā intellectuali ſit paternitas: tamē ꝓpt̄
auctoritatē ſacre ſcripture que dicit nō
coques hedū in lacte matris ſue ideo po
no. ¶ Propoſitio. Licet paternitas ſit
vel dicat verā realē habitudinē ⁊ poſiti-
uā: tn̄ innaſcibilitas nō ē niſi p̄uatio rela-
tionis ſcꝫ de p̄ncipali ſignificato. ¶ Cor-
relariū. Innaſcibilitas nō dicit eandē re-
lationē cū paternitate. Patet: quia vera
relatio ⁊ p̄uatio nō ſunt idē formal'r: ſed
paternitas ⁊ innaſcibilitas habēt ſe ſicut
relatio ⁊ priuatio. ergo ⁊c̄.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vnica ꝯcluſione: ⁊ eſt talis ¶ Innaſci-
bilitas dicit aliā relationē q̄z paternitas
nō ſolū q̄ztū ad principalē intellectum:

ſed etiā ꝯtrum ad ꝯſequentē. Prima ps ꝑtet ex innaſcibilitatꝭ deſcriptiōe. Secūda pars probaꝛ: Quia innaſcibilitas ex ꝯſequēti (vt ex ꝑcedenti qōne ptȝ) dicit fontalē plenitudinē: fontalis plenitudo aūt duplicem dicit fecunditatē: ſic ꝙ nō vnicā ſed ꝓncipiationē duplicēȝ. Paternitas aūt dicit vnicam: ergo non oīno ſunt idem. ¶ Pro vltimi argumēti ſolutione eſt notandū ꝙ Primū capi pōt dupliciter: ſcȝ priuatiue ⁊ poſitiue. Priuatiue: ſic primū dicitur qđ nō habet prius ſe: negat em̄ priorem. Et ſic virgo glorioſiſſima genuit filiū ſuū primogenituȝ: id eſt prī⁹ nō generat aliquē. Poſitiue ⁊ ſic dicit ordinē ad ſecundū: Hoc modo hereticus voluit intelligere ſanctū euangeliū de virgine glorioſa: dicens ꝙ poſt xpi generationē habuerit filios cum ioſeph. Accipiendo ergo primū priuatiue: ſcȝ ꝑ priuationē prioris ſic primū ⁊ principiū idem ſunt re: ſed nō ratione: capiēdo aūt poſitiue ſunt idem re et ratione.

Querit tertio. Utrum

innaſcibilitas ſit proprietas perſone patris. Hoc eſt q̄rere an p̄nitas ſit innaſcibilitas. Pro declaratiōe terminoꝝ ē notandū: ꝙ duplex eſt ꝓprietas in diuinis: ſcȝ ꝑſonalis ⁊ nō ꝑſonalis. Diffinit aūt ꝓprietas ꝑſonalis ſic ſm̄ Scotū. Eſt illa q̄ cōſtituit ꝑſonā in eſſe pſonali: ⁊ ꝓmo diſtinguit ipam ab omī alia. Scđm ſro ſcm̄ Bonauen. ſic ꝓprietas ꝑſonalis ē prima ⁊ ꝓpria habitudo ipius ꝑſone poſitiua ⁊ cōpleta. In iſta diffinitiōe quatuor ponunꝛ particule. Prima eſt prima et ponitur ꝓpter diſtinctioneȝ: qꝛ primo eſt diſtinctū. Scđo dicit ꝓpria habitudo. Et ſic excludit ſpiratio actiua que ē cōmunis habitudo. Tercio ponit poſitiua ⁊ ꝑ illā particulā excludit ingenitū. Quarta particula eſt completa: qꝛ conſtituit in eſſe perſonali.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna concluſione: et eſt talis. ¶ Paternitas eſt ꝓprietas ꝑſonalis ipſius perſone patrꝭ ⁊ nō innaſcibilitas. Correlariū. Pater ꝯſtituit ꝑ paternitatē nō ꝑ ingenitum. Quod ſi arguat: Innaſcibilitas ex ꝯſeq̄nti dicit fontalē plenitudinē: ꝫ ſm̄ talē rōnem pōt eſſe ꝯſtitutiua pr̄is. Reſpōdet ad h̄ ꝙ aliqua relatio ſit ꝑſonalis oportet ꝙ dicat illius ꝑſone primā et ꝓpriā habitudinē ⁊ ꝑ modū poſitiōis et cōpletiōis. Sed ꝯſtat ꝙ innaſcibilitas ꝯtrū ad ꝓmū intellectū nō dicit poſitionē ꝯtrū ad ꝯſequentē intellectū nō dicit ſpecialē relationē: ſed fontalē plenitudinē. Silr ſpiratio nō dicit ꝓpriā relationē. Et ideo neceſſe eſt ꝙ p̄nitas dicat. ¶ Propō. Per intellectū plene cōprehēdētē qđ eſt ꝑſona pr̄is: nō ē bn̄ intelligibilis abſq; ꝯdictione ꝑſona ſine p̄nitate. Sic em̄ intelligere ē intelligere ꝯdictoria qđ nihil ē. ¶ Damaſcen⁹. In diuinis oīa ſūt vnū ꝑter gn̄ationē (ſcȝ actiuaȝ et paſſiuā) in gn̄atioȝ ⁊ ꝓceſſionē dupliceȝ: ſcȝ ſpirationē actiuam ⁊ paſſiuā.

Querit quarto. Utruȝ

improceſſibilitas ſit notio pr̄is ſicut innaſcibilitas. Ubi eſt notandū ⁊ ꝓ intellectu terminorū ꝙ improceſſibilitas eſt priuatio ſpiratiōis: q̄ ſcȝ aliqđ nō ſpirat nec ſpiratiōe accipit: nec ſpiratiōȝ conſequit. In q̄ quidē deſcriptiōe q̄tuor notanꝛ ꝑticule. Primo ponit. Priuatio ſpiratiōis ⁊ ē ꝓncipale ſignificatū ei⁹. Secūdo ponit. Qua aliqđ nō ſpirat ad differentiā ſpūſſcti q̄ ſpirat. Tercio ponit. Nec ꝑ ſpiratione accipit ad drīam eſſentie diuine q̄ ꝓp̄e nō dr̄ improceſſibil': qꝛ accipit ꝑ ſpirationē. Quarta ꝑticula ē. Nec ſpirationē ꝯſequit ad differentiam oīs creature q̄ cōſequit ſpirationē.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna regula theologicali et ſex correlariis. ¶ Regula theologicalis. Nihil poteſt eſſe notio in diuinis niſi dicat reſpectum poſitiuū vel ex ꝓmo intellectu ſuo: vel ex ꝯſequenti: id eſt vel de ꝑ ſe ſignifi-

cato:vel de ↄnotato. Patet declarando ſic. Quia qđ dicit puram negationem eque dicit̄ de eēntia ſicut de pſona:vt nō pduci eque dicit̄ de eſſentia ſicut de patre. ¶ Correlarium primū. Ingenitum non eſſet notio niſi ex cōſequenti importaret reſpectum poſitiuū. ¶ Scđm correlarium. Improceſſibilitas nō pōt dici notio in diuinis niſi ex conſequenti dicat reſpectū poſitiuū. ¶ Tercium correlarium. Improceſſibilitas vel inſpirabilitas non poteſt dicere aliquē in diuinis reſpectum alium a ſpiratione actiua.
¶ Quartū correlariū. Sicut innaſcibilis dicit̄ qui nec generatur nec generationem conſequitur: ſic etiam improceſſibilis dicitur qui nec procedit nec pceſſionem cōſequit̄. ¶ Quintum correlariū. Innaſcibilitas et improceſſibilitas non ponunt numerum in patre. Improceſſibilitas em̄ dicit aliquā rationē ipi⁹ innaſcibilitatis q̄ſi partialiter. ¶ Sextuz correlariū z vltimuz. Improceſſibilitas nō poteſt eſſe notio diſtincta a ſpiratiōe actiua in filio:eo ꝙ ↄnotat ipam ſpirationē actiuā zc̄. quere lati⁹ in textu.

Irca viceſimam

c nonam diſtinctionē primo queritur (ſuppoſito ꝙ principium dicatur eſſentialit̄) Utrū hoc nomen principiū etiam poſſit accipi perſonaliter ſiue notionalit̄. Hic vnicus terminus reſtat declarandus ſcz pncipiū. Et eſt notādū ꝙ in tota illa diſtinctione principiū capit̄ pro principio pducente. ¶ Nota tamē pro clariori illius termini intellectu ꝙ principiū pductiuum poteſt capi duob⁹ modis. Uno modo pro p ſe ſignificato. Et ſic non dicit niſi relationē principij pducentis ad principiatum:vt deus eſt principiū creature:ly principiuz importat pncipiationem fundatā in principiante et terminatam ad creaturā. Alio mō capit̄ pncipium pductiuū pro cōnotato. Et ſic ē proximū illius relatiōis fundamentū. Hoc mō volūtas diuina eſt pncipiū. ¶ Notādum vlterius ꝙ principiū formaliter captū capit̄ adhuc dupliciter. Primo modo p pncipio q̊. Et ſic ē ipe reſpect⁹ ſiue relatio abſtractiue ſignificata. Unū ſi q̄ratur q̊ de⁹ creauerit creaturaz pōt dici creatione actiua. Alio modo pro principio qđ. Et ſic eſt propriū cōcretū ipſius abſtracti:vt creator. Exempluz ad propoſitū. Pater eſt principiuz qđ: generatio principiū quo: ſed memoria fecunda eſt p ſe ſignificatū. Unde eſt vlterius notandum ꝙ principium formaliter z pro p ſe ſignificato capitur tripliciter in diuinis ſcz eſſentialiter:notionaliter z perſonaliter. Principiū formaliter eſſentialiter captum eſt reſpectus ipſi⁹ eſſentie diuine creātis ad creaturas quas creat: z vocat̄ creatio actiua. ¶ Regula. Oīs reſpectus cauſalitatis dei ad creaturaz eſt eſſentialis. Hoc modo principium ſolū dicit reſpectū ratiōis. ¶ Correlariū. Hoc modo principiū nō dicit relationez ad intra. Sed principiuz formaliter notionaliter captuz dicit quendā reſpectū pr̄is z filij inq̄ꝫtum ſunt vn⁹ ſpirator ſpiritusſancti. ¶ Correlariuz. Principium notionaliter captū z formalit̄ eſt relatio realis. patz: qz nihil aliud eſt q̄ꝫ ſpiratio actiua. Principiū ꝓo formaliter perſonaliter captū:dicit relationē pſone generātis ad pſonā genitā. Et vocat̄ generatio actiua. ¶ Correlariū. Principiū pſonaliter captum ſoli patri ↄuenit. ¶ Aliud correlariū. Principiū pſonal'r captuz eſt relatio realis. ¶ Aliud correlariū. Principiū notionaliter captū ↄuenit duob⁹: ſcz pr̄i z filio:inq̄ꝫtū ſunt vnus ſpirator. Sic ḡ ſuppoſitis iſtꝭ videlicet ꝙ pncipiū dicat̄ eſſentialiter. Querit̄ an etiā poſſit dici perſonaliter ſiue notionaliter.

Reſolutio queſtionis

ſtat in q̄nq3 ꝓpoſitiōibꝰ. ¶ Prima ꝓpō. In diuinis nō ſoluz eſt origo vera:z ve-

ra emanatio:ſed etiam ipſa eſt cōpletiſſima. Prima ꝑs pꝫ ex dictis diſtin. ij. Sed ſcđa pars pꝫ ſic:qꝛ nihil impfectiōis eſt in deo:ergo ⁊c. ¶ Scđa ꝓpō. Ad hoc ꝙ origo in diuinis ſit cōpletiſſima: neceſſe eſt ꝙ emanans.i.productū habeat omnodā eq̄litatē ⁊ vnitatē in ſubā. Si eñ filius haberet aliā ſubam a pr̄e tūc non ſtaret omnoda equalitas inter ipſos. ¶ Tertia ꝓpō. Ad exprimendū originē ⁊ emanationē in diuinis cōuenienter ⁊ catholice debent accipi termini dicētes originē. Et non debēt accipi termini dicentes impfectionē: inequalitatem vel diuerſitatem. ¶ Quarta ꝓpō. Quia iſti duo termini principiū ⁊ principiatū dicunt veritatē originis: ideo recipiuntur in diuinis. ¶ Quinta ⁊ vltima ꝓpō. Quia intētio cauſe ⁊ cauſati dicunt diuerſitatē:finis vero ⁊ finiti intencio dicit inequalitatē. Sed initiū ⁊ initiatū dicunt impfectam durationē. Prius autē ⁊ poſterius.ſ.tpe dicūt impfectionē: ideo non recipiunt in diuinis. ¶ Correlariū ſequitur. Intētio ꝓducentis ⁊ ꝓducti recipitur in perſona reſpectu ꝑſone. Patet: qꝛ poſſibile eſt ꝙ ꝓductus ſit ſumme ꝑfectus:ergo ⁊c.

Pro ſolutione argumētorum

Et primo pro primo qđ eſt tale. Principiū ⁊ principiatū idē ſunt: ergo vnū eſt dicere ꝑncipiū ⁊ ꝑncipiatū qđ ē notādum. Propoſitio. Sicut ſm hylariū pater eſt maior filio nec tñ filiꝰ dicit minor. ita pr̄ eſt prior filio:licet filiꝰ nō ſit poſterior. Iſta tñ ꝓpō eſt calūniabilis:qꝛ poteſt habere multiplicē ſenſum. Vñ licet ſm naturā humanā pr̄ ſit maior filio:dicere tamē ꝙ ſm naturā diuinā ſit maior: nullo mō eſt admittendū ſine expoſitiōe ſic ſcꝫ ꝙ per ly maior intelligit primū ſignum originis. ¶ Prima ꝓpoſitio. Licet in diuinis ſit ordo ⁊ origo:ꝓprius tamē eſt ibi origo ꝙ̄ ordo. Secunda pars patet:qꝛ niſi ibi eſſet origo nullo mō admitteret ordo. ¶ Scđa ꝓpō. Licet in diuinis ordo originis recipiat tñ ordo durationis abijcitur. ¶ Tertia propō: Illud nomē ꝑncipiū ſimplr̄ recipit in diuinis: licet ordo nō recipiat niſi cū determinatione ſcꝫ originis. ¶ Ad ſecūdū argumētū dicit ꝙ initiū capit duplr̄. Uno modo large ad principiū eſſendi ⁊ durandi. Hoc mō pōt admitti in diuinis:qꝛ pater eſt ꝑncipiū eſſendi:⁊ durandi filio duratione eterna. Alio modo capit ſtricte pro noua ſcꝫ duratione ⁊ imperfecta:que diſtinguit ꝯtra eternitatē. Sic non admittitur in diuinis. ¶ Pro vltimo notandum ꝙ argumentū vltimū non valet:qꝛ finis ſemꝑ eſt melior his q̄ ſunt ad finem ideo nō eſt ſimile de principio.

Querit ſecundo. Utrū

hoc nomē principiū (cū dicat eſſentialiter: notionaliter ⁊ ꝑſonaliter) dicatur vniuoce vel equiuoce:hoc eſt querere. Utrū ꝑncipiū dicat vniuoce de ꝑncipio notionaliter ⁊ eſſentialiter dicto. Hic vnicus terminus eſt declarādus.ſ.ꝑncipiū. ¶ Vñ eſt notandū ꝙ principiū in diuinis ſm ꝙ differenter dicit ſcꝫ eſſentialr̄: notionalr̄ ⁊ ꝑſonaliter habet triplicem actum ſibi correſpondentē. Vñ ꝓut dicit eſſentialr̄ habet ꝓ actu ſibi correſpondente actum creandi. Scđm vero ꝙ dicit perſonaliter habet pro actu ſibi correſpondente actum generandi: Sed ſm ꝙ dicitur notionaliter habet pro actu ſibi correſpondente actū ſpirandi. Querit ergo vtrū principium dicatur de illis relationibus vniuoce vel equiuoce.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in quinqꝫ dictis. ¶ Primum dictū. Aliquod nomen poteſt accipi in diuinis differenter tribus modis. Primo q̄tum ad ſuppoſitum. Secundo q̄tum ad ſignificatum. Tertio q̄tum ad connotatum. Exemplū primi. Sicut hoc nomē deus in iſtis:deus eſt trinitas:deus generat. Ille eñ terminus deus idem ſignificat

et connotat. Tamen ꝙ̄tum ad ſuppoſitum ly deus diuerſimode accipitur. Nā hic. Deus eſt trinitas: accipit̄ pro eſſentia diuina. In ſcd'a vero accipitur ly deus pro perſona cum dicitur: de⁹ generat ¶ Scd'm dictum. Diuerſificatio nominis ſolum penes ſuppoſitum nō inducit equiuocationem vel multiplicitatem in diuinis. Patet in exemplo illarum propoſitionum. ¶ Scd'o poteſt aliquod nomen in diuinis accipi differēter ꝙ̄tuꝫ ad ſignificatum. Exemplum: vt Pater generat. Pater noſter qui es in celis. Nam ly pater in primo exemplo ſignificat pſonam. In ſcd'o vero ſignificat eſſentiam. ¶ Tertium dictum. Diuerſificatio termini in diuinis penes ſignificatum inducit multiplicitatē ſimpliciter. Patet: qꝛ quādo termin⁹ aliud et aliud ſignificat eſt equiuocus. ¶ Tertio. Aliquod nomen in diuinis poteſt accipi differenter ꝙ̄tum ad connotatū: vt hoc nomē principium eſſentialiter dictuꝫ connotat creaturam. Sed perſonaliter ſeu notionaliter dictum nihil creatum cōnotat: ſed increatum. ¶ Quartum dictū. Diuerſificatio nominis in diuinis facta ratione connotati non inducit ſimpliciter equiuocationem: licet inducat multiplicitatem ſm analogiā. ¶ Quintum dictum quaſi correlarium. Principium in diuinis: vt dicitur de principio eſſentiali: notionali et perſonali nō dicit equiuocationem: tamen dicit̄ ſm analogiā. Nā principium de ſua impoſitione: impoſitū eſt ab actu producendi non creandi nec generandi. Unde ſicut producere dicit̄ ſm analogiā de productione filij ꝛ creature non equiuoce: ita hoc nomen principiuꝫ ſm has tres cōparationes accipit̄ differenter. Exemplū pro regula phi que talis eſt. Si aliquid in vna ſua acceptione habet vnū oppoſitum: ꝛ in alia aliud dicitur multipliciter. Intelligenda eſt tamen ſi illa oppoſita non vniantur in aliꝗ̄ nec vniuoce nec analogice.

Pro ſolutione argumē-

torum eſt notandū ꝙ iniuſticia capit̄ dupliciter. Uno modo negatiue. Alio modo poſitiue. Quando accipitur negatiue: tunc idem valet ſicut nō iuſticia. Et ſic habet ꝯtradictorie oppoſitū ſcꝫ iuſticiam. Alio modo capitur poſitiue: et ſic eſt vicium et vnus habitus poſitiu⁹. Et tunc cōtrarie habet oppoſitū iuſticiam. Et ſic intelligitur dictum phi vbi dicit Si aliquid in vna ſui acceptione habet vnū ſignificatū: ꝛ in alia aliud dr̄ multipliciter ꝛc̄. ¶ Contra illud qd' doctor ſeraphicus dicit in lr̄a ſcꝫ ꝙ analogum ſit mediū inter equiuocū vere et vniuocum vere. Arguit̄ ſic. Inter nulla (quoꝝ diffinitiones includūt ꝯ̄dictoriū) eſt mediū. Sed vniuocū ꝛ equiuocū ſunt huiuſmodi. ergo ꝛc̄. Probat̄: qꝛ eſſe eadē ꝛ nō eſſe eadē ſunt ꝯ̄dictoria. ergo ꝛc̄. ¶ Regula. Omne nomē cōmune aliquibꝫ vł habet eandē rōnē: vel nō habet rōnē: ſi pmū: eſt vniuocū. ſi ſecundū: eſt equocū. Quid ḡ ad doctorē. ¶ Reſpondet̄ ꝙ vniuocū accipitur dupliciter. Uno modo dicit eandem rationē equaliter participatam ab illis quibꝫ nomē eſt cōmune. Hoc modo inter vniuocum ꝛ equiuocū bene eſt medium. Sola eñ̄ ſpecies ſpecialiſſima hoc modo eſt vniuocū. Alio modo vniuocū dicit nomen cōmune ꝛ eandem rationē: inequaliter tamen participatā ab illis quibus eſt cōmune. Hoc mō genus eſt vniuocū. Uñ̄ ad cōcordādū doctorē ſubtilē et doctorē ſeraphicū poſſet dici ꝙ ſanct⁹ Bonauētura loquit̄ de vniuocatione vł vniuoco pmo mō Scot⁹ vero de vniuoco ſimpliciter. ¶ Propoſitio. Licet idē ſit eſſentia ꝛ perſona in re. nō tamē idem eſt intelligere eſſentiā et perſonam.

c Jrca pſentis di-

ſtinctiōis articulū ſecūdū pmo querit̄. Utrū pater ꝛ fili⁹ poſſunt dici vnū prin-

cipiū ſcʒ notionale ſpūſſcti ⁊c̄. Notādūʒ ꝙ ſctūs Bonauē. incidentalr̄ duas has ponit q̄ōnes cū mag̃ꝛ ꝑtinēt ad diſt. xij. Eſtq̓ notādū ꝙ q̄ō nr̄a intelligit̄ de ꝓncipio notionaliter capto. Nā ꝙ nō intelligat̄ de ꝓncipio eſſentialr̄ vl̄ ꝑſonalr̄ ſatis pʒ ex dictis in ꝑrimis q̄ōnib⁹. Principiū autē notionalit̄ nihil aliud eſt niſi vis ſpiratiua. Et nō eſt niſi volūtas diuina ī illo ꝓori ſm̄ ꝙ intelligit̄ ſpūſſctūs nondū ꝓductus. Principiū ḡ notionalr̄ captū fundamentalr̄ eſt ipā vis ſpiratiua. Formalit̄ aūt vocat̄ ſpiratio actiua.

Reſolutio queſtionis

directe ſtat ī vna ꝯcluſiōe quā oēs theologi ꝯcedūt. Et eſt talis. ¶ Pr̄ ⁊ fili⁹ ſūt vnū ꝓncipiū reſpectu ſpūſſcti. vñ beat⁹ Aug. ix. de tri. Sicut pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊. ſſ. ſunt vn⁹ deus ⁊ relatiue ſunt vn⁹ creatoꝛ ad creaturā: ſic pr̄ ⁊ fili⁹ ſunt vnū ꝓncipiuʒ reſpectu. ſſ. Et lʒ apud theologos in cōcluſione nō ſit diſcoꝛdia: tm̄ in mō ponendi diuerſificant̄ ꝓpter primū argumētū in oppoſituʒ q̄d eſt difficilius de pn̄ti lectiōe. Vñ bn̄ foꝛmat̄ q̄ſtio a doc. Sera. Et ponit q̄ttuoꝛ opiniōes rn̄dētes argumēto. ¶ Pria opinio ꝯſiſtit ī duob⁹ dictꝭ. ¶ Primū dictū. Hoc nomē ꝓncipium in illa ꝓpōne: nec dicit eſſentiā: nec ꝑſonaʒ: nec dicit notionē. Sed dicit ꝯuenientiā pluriū ꝑſonaꝝ in vna notione. ¶ Scdm̄ dictū. Sicut hoc nomen trinus dicit diuerſitatem ſuppoſitoꝝ vt ꝯueniūt ī vna natura: ſic hoc nomē pꝛincipium dicit in iſta ꝓpoſitione diuerſitatē ꝑſonaruʒ: vt cōueniunt in vna notiōe. ¶ Reprobatio huius opinionis ponit̄ in lr̄a ſcti Bonauenture. Quia hec poſitio ſiue tranſlatio nō habetur ex vi ſermonis: ideo nullam habet firmitatē hec poſitio. ¶ Secunda opinio ſtat etiam in duob⁹ dictꝭ. ¶ Primū dictum. Hoc nomen principium importat notionē in adiacentia: id ē ī quadā ꝯcretione: ⁊ hoc adiectiue. In hoc deficiūt: quia principiū nō eſt nomē adiectiuuʒ apud grāmaticos. ¶ Scdm̄ dictū. Quādo iſtud nomen adiectiuum numerale vnū: addit̄ huic nomini principium tunc in tali propoſitiōe cadit a ratione nominis et tenetur aduerbialiter. Et valet tantū ſicut ly vno modo vt ſit ſenſus. Pater et filius ſint vnum principium: id eſt vno modo ſpirāt ſpiritūſanctū. ¶ Sed contra. Iſtud nomen principium de ſua impoſitiōe eſt ſubſtantiuuʒ et nō adiectiuum: ergo ⁊c̄. ¶ Tertia opinio ſimiliter in duobus conſiſtit dictis. ¶ Primū dictum. Licet hoc nomen principium q̄ꝫtum eſt de ſe dicit ſemꝑ eſſentiam: poteſt tn̄ attrahi vel cōtrahi ꝑ additionē ad ꝑſonā vt cū dicit̄. Pater eſt ꝓncipium filij: pater ⁊ filius ſunt principiū ſpūſſancti. ¶ Scdm̄ dictum. Vnū in illa ꝓpoſitione ponit vnitatem circa eſſentiam: vt determinata vel cōtracta ad ꝑſonam. ¶ Sed hec opinio nō concoꝛdat dictis beati Augꝰ. ⁊ mgr̄i in omnib⁹: igit̄ ⁊c̄. ¶ Quarta opinio ⁊ ꝓpꝛia pōt redigi ad duo dicta. ¶ Primū dictum. Hoc nomen principiū in illa ꝓpōne ſtat ꝓ notione: non ſolum in comparatione ad ſuppoſita: ſed etiā in cōparatiōe ad vnā vim ſpiratiuā. ¶ Scdm̄ dictum. Vnū in illa ꝓpōne ponit vnitatē notionis in cōparatione ad vim ſpiratiuā. Dicit ergo ſctūs Bonauē. ꝙ ꝓncipiū ſtet ꝓ notiōe. Et eſt parua differētia int̄ doctorē Subtilē et hūc Seraphicū: q2 vterq̓ dicit ꝙ vtrūq̓ ſcʒ tā vis ſpiratiua q̄ꝫ notio importet̄ ꝑ ly ꝓncipiū. Sctūs Bonauē. tn̄ dicit ꝙ ꝓncipalr̄ importet̄ notio ⁊ connotet̄ vis ſpiratiua. Doctoꝛ aūt Subtil̄ e diuerſo vult ꝙ ꝓncipalr̄ vim ſpiratiuā importet ꝓncipiū: q̄ eſt abſolutū: ⁊ ꝯnotet̄ notio q̄ eſt ſpiratio actiua. vñ dicit doctoꝛ Subtilis: Pr̄ ⁊ fili⁹ ſunt vnū ꝓncipiū ſpūſſcti id eſt ſunt vna vis ſpiratiua: q̄ ſpirāt vnica notiōe. Pro q̄ nota. ꝓpōnes ſequētes. ¶ Prima ꝓpō. Pr̄ ⁊ fili⁹ ꝓducūt ſpiritū ſctm̄ inq̄ntū vn⁹ de⁹ improceſſibil̄. patʒ: q2 diffinitio improceſſibil̄ ꝯuenit vtriq̓.

¶ Secūda ꝓpoſitio. Pater ꝛ fili⁹ ingn̄itum vnus deus habent vnitatem in voluntate. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Pater ꝛ filius ingn̄itū ſunt improceſſibiles vł ingn̄itum ſunt vnus deus improceſſibilis habent vnicam voluntatis fecunditatē. ¶ Quarta propoſitio. Volūtas fecunda omnibꝫ modis eadem eſt in patre ꝛ filio ſine diſtinctione.

Pro ſolutione argumētorum.

Notandū ꝙ Gregorius de Arimino ꝓpter ſcḋm argumentū poſt oppoſitū dicit (licet ſobꝛie: implicat cm̄ ſine preiudicio ſine aſſertione ꝛ huiuſmodi:) ꝙ pr̄ et filius ſint duo principia. Et hoc maxime ꝓpter illā regulam. Qn̄cūq3 in aliqua ꝓpōne ponunt̄ iſta duo ꝓnomia hoc ꝛ illud ſemꝑ ſupponūt pro diuerſis. Sed in re vera ipſe eſt ſuſpectus in hoc: ꝛ nullo mō admittit̄. Vn̄ duplicem ſolutionem. S Bonauentu. ponit. Prima eſt ſubtilis licet rigoroſa. Scḋa eſt mitior quia diſtinguit. Et in ſcḋa ſolutione ſumpſit doctor Subtilis regulā talem Qn̄cunq3 arguit̄ a pluralitate ſuppoſitorū ad pluralitatē formarū eſt fallacia ꝯſequētis. Dicit iſte ꝙ eſt fallacia figure dictionis. Et vtrūq3 eſt verum. ¶ In ſcḋa ſolutione huius ſcḋi argumēti forma exponit̄ ꝑ vim ſpiratiuā vel notionē ¶ Pro penultimo argumēto poſt oppoſitū. Regula. Qn̄cūq3 ex vnitate forme infertur vnitas ſuppoſitorū eſt fallacia ꝯſequētis maxime in diuinis. ¶ Pro vltimo argumento eſt regula. Sub termino ſtante confuſe tm̄ non licet fieri deſcenſus copulatiue vel diſiūctiue. Et licet phs primo phiſicoꝝ cōtra permenidē et meliſſum arguat ſic: Si oīa ſunt vnū ergo oīa ſunt hoc vnū vel hoc vnū puta lapis. Hoc tamen argumentū formaliter non valet: licet materialiter bene arguat Ariſtote. eo ꝙ imponit eis ꝙ omnia dicerent vnum eſſe vnum determinate. De hoc doctor Subti. diſt. iij. primi de vniuocatione entis. ¶ Regula alia: Quilibet terminus cōmunis ſumptus cum termino numerali ſingl'ari poſitus a parte predicati reſpectu ſubiecti copulati vel diſiūcti ſtat confuſe tm̄. Et poſſet ampliari regula ſic ꝙ etiam termin⁹ ſingularis numeri ſine termino numerali reſpectu talis ſubiecti ſupponat cōfuſe tm̄: vt rome et pariſius vendit̄ piper. Exemplum primi. Pater et filius ſunt vnum principium ſpiritusſancti.

Querit̄ ſecundo. Utrū

iſte ſint concedende Pater et filius ſunt vnus ſpirator ſpūſſancti. Et pater ꝛ filius ſunt idē pricipiū ſpūſſancti. Queritur ergo de veritate duarum propoſitionum iſtarum. Prima. Utrū iſta ſit cōcedenda pater ꝛ fili⁹ ſunt vn⁹ ſpirator reſpectu ſpūſſancti. Scḋa vtrū hec ſit vera. Pater ꝛ filius ſunt idem principium ſpūſſancti. Et non eſt idem dicere idem principium et vnum principiū: qꝛ ly idē eſt pronomen referēs perſonam: nō autē ly vnus. Nam vnus ſaltem in neutro genere dicit vnitatē eſſentie.

Reſolutio ꝓpria et directe

ad q̄ſtionē rn̄ſiua ſtat in vna ꝓpoſitione que eſt talis. ¶ Propoſitio. Licet hec ꝓpō. Pater ꝛ fili⁹ ſunt vnū ꝓncipiū reſpectu ſpūſſancti ſimplr̄ recipiat̄. Hec tn̄ pr̄ ꝛ filius ſunt vnus ſpirator nō recipit̄. Silr̄ hec non recipit̄ pr̄ ꝛ filius ſunt idē principiū ſpūſſancti. Vn̄ vult ꝙ iſte nō equiualeāt ꝛ patet in lr̄a. ¶ Notādū ꝙ cū ſctō Bonauē. in iſta ꝯcluſione ſol⁹ eſt Egidi⁹ de roma: Nam alij cōiter tenēt oppoſitū. Sz qꝛ eſt difficultas grāmaticalꝭ: ideo nō eſt magna cura ꝛ vtrūq3 habet forte ꝓbabilitatē. ¶ Ad ſcḋm argumentū rn̄dendo accipit ſuppoſitū pro ſingulari large: ſcꝫ ꝛ nō proprie: quia nō ꝓ incōicabili. ¶ Clarius ſic fieret vltimū argumentū. Pater ꝛ filius ſunt eadem ſpiratio actiua: ergo ſunt idem ꝓn-

cipium. Non ſequit̃ ſm ipſum ⁊ ſuis di-
ctis ꝯſequēter dicendo bene ſoluit.

Opinio tamē Scoti eſt oppoſita. Unde cõcedit illã: pater et filiꝰ
ſunt vnꝰ ſpirator reſpectu ſpiritusſancti.
Nunq̃ꝫ tamen concedit illã pater et filiꝰ
ſunt vnus ſpirans. Et hoc ꝓpter capien
do ſpirans eo ꝙ eſt adiectiuũ. ¶ Regu-
la eñ eſt: Quãdo terminus numeralis
adiectiuus additur alteri termino adie-
ctiuo nõ ponit ſignificatũ ſuum circa il-
lud cui additur: cum ambo ſint adiecti-
ua ⁊ dependētia. Et ideo requirit̃ aliud
ſcꝫ terminꝰ ſubſtãtiuus terminãs depen
dentiam illoꝝ circa quod terminus nu-
meralis ponit ſuum ſignificatuꝫ vt ſunt
ſpirans: quis: perſona vel ſuppoſitũ. Sꝫ
due perſone ſpirant. ¶ Ex dictis conſe-
quenter dicendo. Iſta eſt falſa. Pater et
filius ſunt duo ſpiratores. ¶ Quarta ꝓ
poſitio. Iſta etiã eſt falſa. Pater ⁊ filius
ſunt vnus ſpirans. Unde egregiũ dictũ
dicit doctor Subtilis in fine diſtinctio-
nis duodecime. vide ibi. Ad primum ar-
gumentum quod pro ſe relinquit ſan-
ctus Bonauētura. Diceret doctor ſub-
tilis ꝙ non equipollent ſpirator et qui
ſpirat: ſeu ſpirans. Spirator enim ſigni
ficat per modum habitus et quietis.

¶ Ad ſecundum argumentum diceret
ꝙ nullum nomen ſubſtantiuum nume-
ratur ad numerationem ſuppoſitorum.
Et ideo non ſufficit numeratio ſuppoſi-
torum ad numerationem naturarũ ſeu
forme: Adiectiuum autē numeratur ad
numerationem ſuppoſitorum Unde ſm
Scotũ. Illa eſt vera. Pater ⁊ filius ſunt
vnus ſpirator. Similiter illa ē vera ſm
ipſum. Pater ⁊ filiꝰ ſunt due ſpirantes.
Illa autem ſm ipſum eſt falſa. Pater et
filius ſunt duo ſpiratores. ¶ Ad vlti-
mum argumentum. Patet ꝙ ly idem re-
quirit certum ſuppoſitũ ſicut et alia pro-
nomina ſm Priſcianum: id eſt certum
ſingulare ⁊c.

Circa diſtinctio-
nem. xxx. p̃mo querit̃. vtrũ
aliquid dicat̃ de deo ex tpe
Notandum pro intellectu
q̃onis ꝙ ſm iſtũ doctorē Aliq̃ dicunt̃ de
deo ſm eſſentiã: aliq̃ ſm inherētiã vel q̃ſi
inherētiã: ⁊ aliq̃ ſm cãm. Illa p̃dicata di
cunt̃ de deo ꝑ eſſentiaꝫ q̃ p̃dicant̃ de deo
in p̃mo mõ dicēdi ꝑ ſe. vt deꝰ eſt vita: deꝰ
eſt ſpũs deꝰ ē exiſtentia actual̃ intelle-
ctual̃ Sed illa p̃dicata dicunt̃ de deo ꝑ
inherētiã (meliꝰ tñ eſſet dicere ꝑ denoia-
tionē ſeu formalr̃ ſm doctorēꝫ ſubtilē) q̃
dicũt q̃ſi entitatē ſecundariã: vl̃ denoia-
tionē: vl̃ ſm doctorē ſubtilē q̃ dicunt̃ for
malit̃ vl̃ denoiatiue. Sicut ſũt oia attri
buta: vt ſapia. bonitas: iuſticia ⁊c. ¶ Re
gula. Quicq̃d dr̃ de deo ꝑ eſſentiã ⁊ etiã
q̃cq̃d dr̃ de eo ꝑ inherētiã vel q̃ſi inheren
tiã eſt eternũ. Nihil eñ ē in deo ex natu-
ra rei q̃n ſit eternũ. patet qꝛ oĩe qđ ē in
deo ex natura rei: ē ipſe deꝰ. Correlariũ
Nihil dictũ de deo ꝑ eſſentiã vl̃ q̃ſi ꝑ in-
herētiã eſt tp̃ale. Tertio mõ aliq̃d dr̃ de
deo ꝑ cauſã. Ut tu es patiētia mea. i. cu
cauſas i me patiētiã: dñe ſpes mea. i. cau-
ſa ſpei mee. Quarto mõ aliq̃d dr̃ de deo
ꝑ vnionē. Hoc mõ oĩa p̃dicata q̃ dicunt̃
de natura aſſumpta a v̄bo dicũt̃ de v̄bo
diuino etiã vt xp̃s ē flagellatꝰ: pro nobis
mortuus ⁊c. Quinto aliq̃d dr̃ de deo ꝑ
quãdã cõparationē ad aliqđ tp̃ale: vt dñs
refugium. Hec eñ nec dicunt̃ ꝑ vnionē:
nec ꝑ cãm. Dominiũ eñ nihil reale dicit
qđ cauſet̃. ¶ Uñ ponit̃ tal̃ ꝓpõ de iſtis
trib9 vltimis modis. Illa q̃ dicũt̃ de deo
ꝑ cãm p̄ciſe vel ꝑ vnionē p̄ciſe vel ꝑ q̃ndã
cõparationē ad tp̃ale dicunt̃ de deo ex tp̃e.
¶ Notandũ ꝙ differētia eſt int̃ illa tria.
Eſſe i tp̃e: eſſe cũ tp̃e: ⁊ eſſe ex tp̃e. Aliq̃d
eſſe cũ tp̃e nihil aliud ē q̃ꝫ ipm exiſtere ſi-
mul cũ tp̃e. ¶ Prima ꝓpõ. Hoc mõ deꝰ
cũ ſit nũc: ⁊ tēpus etiã eſt nũc: ipſe eſt cũ
tp̃e. ¶ Scđa ꝓpõ. Deꝰ nõ fuit ab eterno
cũ tp̃e. patet: qꝛ tēpus nõ fuit ab eterno.

Tertia ꝓpoſitio. Poſt dīē iudicij nulla
res erit cum tēpoꝛe. Pꝛobatur ex apoca-
lypſi ſancti Johānis. Jurauit quidā an
gelus q̄ amplius tempus non erit. Eſſe
in tempoꝛe eſt aliquid menſurari tēpoꝛe.
¶ Pꝛopoſitio. Quicquid eſt in tempoꝛe
eſt cum tempoꝛe: ſed nō econtra. Unde
deus eſt cū tempoꝛe: ſed nō eſt in tempo-
re. Patet. Quicquid em̄ eſt in tempoꝛe
eſt coꝛruptibile ꝛ generabile ꝛ menſurat̃
tempoꝛe. Sed deus non eſt huiuſmodi:
ergo ꝛc̄. Coꝛrelarium. Nec deus nec an-
gelus nec anima intellectiua dicitur pꝛo
pꝛie in tempoꝛe. ¶ Eſſe ex tempoꝛe va-
let tm̄ ſicut de nouo eſſe ſeu incipere eſſe
quādoq̄. Unde quicq̄d de nouo incipit
eſſe dicitur eſſe ex tempoꝛe. Notandū ta
men q̄ aliqua poſſunt dici ex tēpoꝛe duo
bus modis. Uel quia ſimul receperunt
eſſe de nouo cū tempoꝛe. Hoc modo an-
geli ſunt ex tempoꝛe licet nō ſint in tem-
poꝛe. Alio mō quia inceperunt eſſe poſt
tēpus: vt omnia generabilia ꝛ coꝛrupti-
bilia. Pꝛimo modo tēpus eſt ex tempoꝛe
nō q̄ omne tempus pꝛeceſſerit tempus:
ſed quia de nouo eſſe incepit.

Reſolutio q̃ſtionis ſtat

in vna diſtinctione ꝛ ſex ꝓpoſitionibus.
¶ Diſtinctio eſt talis. Aliquid dici ex tē
poꝛe eſt dupliciter: aut quia ipſuꝫ quod
dicit̃ ex tempoꝛe eſt tempoꝛale: aut quia
dicit reſpectuꝫ ad tempoꝛale licet ipſum
non ſit tempoꝛale. ¶ Pꝛima pꝛopoſitio.
Nihil p̄dicatur de deo ex tempoꝛe p̄mo
modo dicto: per eſſentiā vel etiā per inhe
rentiam. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Aliqua
p̄dicantur de deo ſecundo modo ex tem-
poꝛe. Uel ſic. Multa p̄dicantur de deo
ex tēpoꝛe per cauſam: per vnionē vel per
comparationē ad tēpoꝛale: nec ſequitur:
ergo deus mutatur. ¶ Tertia ꝓpoſitio.
Licet creatoꝛ ꝛ dñs de pꝛincipali ſignifi
cato impoꝛtent eſſentiā diuinam tamen
connotant tempoꝛale aliquod. Secūda
pars patet quia creatoꝛ connotat creatu
ram: dominus ſeruū. Pꝛima pars patet:
amabile: ⁊ omnia alia tanꝗ̄ ſecundario.
Amor eſſentialis eſt improductꝰ. ¶ Pro
poſitio. Ille amor eſt vnicus ⁊ cōmunis
tribus. Et eſt ipſuꝫ velle vnicum diuine
voluntatis. Alio modo capitur diligere
notionaliter ⁊ ſic dicit voluntatis diuine
fecūditatem id eſt ſpirationē ad produ-
cendum tertiam perſonā: que fecunditas
eſt ſolum in duabꝫ ꝑſonis: licet voluntas
ſit in tribus. ¶ Primū dictū. Si capiat
diligere eſſentialiter in predicta propoſi
tione ipſa eſt falſa patet: quia illud dili-
gere nō eſt aliud ꝗ̄ amor eſſentialis. Sꝫ
patet ꝙ illa dilectio eſt formaliter in pa-
tre ⁊ filio: nec eſt plus ſpūſſanctus ꝗ̄ pa
ter: ergo eque illa eſſet concedenda ſpiri-
tusſanctus et filius diligunt ſe patre: qđ
eſt falſum ⁊ incōueniens: ergo ⁊c̄. ¶ Se-
cūdum dictum ſi ly diligere capiatur no
tionaliter ipſa eſt cōcedenda: patet quia
ſenſus eſt pr̄ et filius ſpirāt ſpm̄ſanctū q
eſt nexꝰ amboꝝ vel amor nectens ambos
Idē dicit Scotus ⁊ Ockam. Et tūc eſt
conſtructio retranſitiua ⁊ eſt ſenſus pa-
ter diligit filium et filius diligit patrem
⁊ diligendo ſe mutuo concorditer produ
cunt ſpm̄ſctū q eſt amor patris et filij.

¶ Regula. Omnis ꝓpoſitio in qua ponitur illud ꝓnomē ſe in plurali numero imediate poſt aliqḋ verbū plural' numeri eſt diſtinguēda: eo ꝙ pōt eſſe ꝯſtructio reciproca: vł pōt eſſe ꝯſtructio retrāſitiua. Circa qḋ notandū ſm petrū helie ꝙ duplex ē ꝯſtructio ſcꝫ trāſitiua ꝛ intranſitiua: Intrāſitiua ē illa in q̄ ꝯſtructibilia ſunt idē vel videnꝰ eſſe idē. Exemplū Johānes ē capra ē ꝯſtructio intrāſitiua. Et hec ē duplex: ſcꝫ ſimplex ꝛ reciproca. Et hoc ſm aliquos cōſtructio intranſitiua ſimplex eſt illa in qua conſtructibilia ſimplr videnꝰ eſſe idē. Reciproca aūt eſt illa in qua actus verbi imediate regreditur ad ſubſtantiam: a qua fuit egreſſus. Exemplum vt diligo me. Conſtructio tranſitiua eſt illa in qua conſtructibilia pertinent ad diuerſa vel videantur pertinere ad diuerſa. Conſtructio tranſitiua eſt duplex: ſcꝫ ſimplex ꝛ retranſitiua. Simplex eſt illa in qua actꝰ verbi egreditur ab vna ꝑſona ꝛ tranſit immediate ſuꝑ aliā: ſine aliqua regreſſione: vt video hominē. Conſtructio tranſitiua retrāſitiua eſt illa in qua actus verbi egreditur ab aliquo ſuppoſito in aliud: ꝛ iterum ab hoc regrediꝰ ad primū ſuppoſitū. vt diligo te vt tu diligas me. Ego do vt des. Talis eīm cōſtructio eſt in verbis matrimonij ſm Scotū. ¶ Scḋm petrū helye Omnis cōſtructio ꝓprie retranſitiua cōponiꝰ ex duabꝫ tranſitiuis: ꝛ ſic nō ē vna ꝯſtructio ſimplr. Unde reſoluiꝰ in vnā ypoteticā in logica. Exemplū ꝑ regulā iā data. Iſti pugnāt vt vincāt ſe. Unde iſta eſt diſtinguēda: qꝛ ſi eſt cōſtructio reciproca eſt falſa: quia ſenſus eſt. Sortes pugnat: vt vincat ſe: et plato pugnat vt vincat ſe: ſed hoc eſt falſum. Si autē eſt cōſtructio retrāſitiua: eſt vera: qꝛ ſenſus eſt. Sortes pugnat vt vincat platonem ꝛ plato pugnat vt vincat ſortē. Sic applicando regulā iſtā ad ꝓpoſitum. Iſta ꝓpoſitio. Pater ꝛ filius diligūt ſe ſpiritūſancto: poteſt intelligi dupłr. Quia ſi hic eſt ꝯſtructio retrāſitiua eſt vera: quia ſenſus eſt. Pꝛ diligit filiū: ꝛ filius diligit patrē: ꝛ diligendo ſe ꝓducūt ſpm̄ſanctū qui eſt nexus amborū. Idē dicit doctor Subtilis et Ockam qui hec hauſerunt ab illo fonte. Si autē ſit ꝯſtructio reciproca tūc eſt falſa vt dicit ſanctus Bonauentura ꝛ ſenſus eſt. Pater diligit ſe ꝛ filius diligit ſe ſpiritūſancto.

Pro ſolutiōe quarti argumenti nota ſequentes propoſitiones. ¶ Prima ꝓpoſitio. Generatio ī diuinis pōt dupłr ſignificari. Primo per terminum ſignificantē emanationē ꝓciſe ꝛ abſolute. Alio mō ꝑ terminū ſignificantem emanationē ſuꝑaddendo declarationem ſeu expreſſionē in ꝑſona genita. Primo modo ſignificaꝰ per hoc verbū generare qḋ dicit reſpectū gignentis ad genitum ſic expſſius dicit ſcotus. Secūdo modo ꝑ hoc verbū dicere ſignificaꝰ ꝙ ſignificat ipſam emanationē ſeu productionē: ſcꝫ generationē actiuā ſuꝑaddita expſſione (exprimit doctor ſubtilis) cum reſpectu declarationis. ¶ Nota ꝙ doctor ſubtilis magis audax fuit ſancto Bonauentura: quia concedit hic ꝙ pater diligit ſe ſpūſctō: tanta tamē fuit difficultas iſtiꝰ ꝓpōnis quam determinauit in hac qōne ſctūs Bonauentura: ꝙ mgr̄ ſententiarū non reſoluit eā: licet mouerit ſed dicit ſe relinquere eā lectori ſagaciori. ¶ Scḋa ꝓpō. Silr ſpiratio pōt dupł'r accipi ī diuinis. Primo mō ꝙ ſignificet illā emanationē ꝓciſe ꝛ abſolute. Alio mō pōt ſignificare ſm ꝙ dicit emanationē cum actu nectendi ſiue concordandi duas ꝑſonas in ſe. Primo mō ſignificaꝰ ꝑ ſpirare. Secūdo mō ꝑ diligere. Un̄ diligere notionaliter nō ꝓciſe ſignificat illā emanationem: ſed cū hoc cōnotat actū amoris ſeu actū ꝯcordantie qḋ eſt eſſentiale. ¶ Tertia ꝓpō. Sicut dicere īportat in diuinis generationē connotando actū declarandi. Sic diligere notionalr importat re-

ſpectū emanationis:cōnotando actū cōcordandi:ſiue actū amoris. ¶ Quarta ꝓpō. Sicut ↄcedit̃ iſta pater dicit ſe verbo ꝓpter actum declarandi in verbo:ſic iſta ē cōcedenda:pater diligit ſe ſpūſctō ꝓpter actū cōcordie ſiue amoris. Unde ſenſus illiꝰ eſt. pater dicit ſe verbo:id eſt pater generat verbū quod declarat omnia. Similiter pater diligit ſe ſpūſctō.i. pater ꝓducit ſpm̄ſanctum qui eſt nexus amborū. ¶ Regula. Omnis notio que dicit̃ in diuinis cōcretiue ſeu denoīatiue ſeu de aliqua ꝑſona illa etiā dicit̃ idēpdice de eadē. Exemplū. Pater generat:ergo pater eſt generatio.

Querit̃ ſecūdo. In qua

habitudine cōſtruit̃ ille ablatiuus cū dicitur pater ꝛ filius diligūt ſe ſpūſancto. Pro declaratione terminoꝝ notandum: ꝙ qñcunqꝫ ablatiuus ſequit̃ verbū tranſitiuum:tūc ſempꝫ ↄſtruit̃ cū illo ſub aliqua habitudine. ¶ Diligere ī diuinis poteſt capi tribꝫ modis. Uno modo mere eſſentialiter. Alio mō mere notionaliter Alio mō partim eſſentialr̃ ꝛ partim notionaliter. Qñ capit̃ mere eſſentialr̃:tūc capitur pro amore eſſentiali qui eſt communis tribꝫ:quo ſcꝫ oēs tres ꝑſone amāt quicqd amant. Iſte amor eſt formaliter in omnibꝫ ꝑſonis. Alio modo capitur diligere mere notionaliter ꝛ ſic idē eſt qꝺ ſpirare. Et ſic tm̄ valet pater ꝛ filiꝰ diligunt ſe.i.ſpirant ſe ſpūſancto.ꝛ ſic nō capitur in p̄ſenti qōne. Tertio mō capit̃ diligere partim eſſentialr̃ et partim notionaliter ꝛ ſic tm̄ valet ſicut ꝓducere ſpm̄ſanctū ꝓut ē amor nectens ambos. Uel aliter ſm̄ Scotū. Diligere eſt producere ſpm̄ſctm̄ ꝗ eſt amor p̄ris ꝛ filij. Et ſic diligere addit reſpectū amoris ad amabile. ¶ Sic ↄformiter diſtinguit̃ de dicere. Qꝺ dicere pōt capi tripl'r:ſcꝫ mere eſſentialiter:mere notionalr̃:ꝛ ꝑtim eſſentialiter ꝛ partim notionaliter. Dicere ꝑmo mere eſſentialr̃:nihil aliud ē q̄ꝫ intelligere:ꝛ tale eſt vnicū in diuinis. Scđo dicere mere notionalr̃ nihil aliud eſt q̄ꝫ generare. Et ſic dicimꝰ pater dicit filiū.i.generat filiū. Tertio capit̃ partim eſſentialiter ꝛ partim notionaliter. Et ſic dicere importat reſpectum generationis ꝛ cum hoc ſuꝑaddit expreſſionē ſeu declarationem omnis declarabilis.

Reſolutio queſtionis.

Doctor ſeraphicus reſpōdēdo ad qōnē. Primo ponit duas opiniones quas non tenet. Secundo ponit ꝓpriā quā tenet. ¶ Prima opinio ē magiſtri ſymonis tornacēn. qui dicit ꝙ ille ablatiuus ſpūſctō ↄſtruit̃ cum verbo ſub habitudine ſigni ꝛ nō ſub rōne forme. Et tunc ſic exponit̃ illa. Pr̄ ꝛ filiꝰ diligūt ſe ſpūſctō.i.diligūt ſe ꝛ ſignū huiꝰ dilectionis eſt ſpūſſanctꝰ. Sed hec opinio nihil valet quia eadem ratione concederet̃ illa. Pater ꝛ filius diligunt ſe creatura ꝛc̄. ¶ Secūda opinio Guillermi altiſiodorenſis eſt ꝙ ille ablatiuus ſpūſancto conſtruit̃ cum verbo in rōne forme. Probat̃: quia ſpūſſanctus ē nexus amboꝝ ꝛ hoc formaliter.ergo ꝛc̄. Improbationē illius opinionis vide in lr̄a ſancti Bonauēture. ¶ Opinio propria ꝛ etiam Hugonis de ſancto victore eſt:ꝙ ille ablatiuus cōſtruit̃ cū verbo in ratione effectus formalis: ſi licet noīare effectū quod eſt ex principio. Probatur per ſimile. Quia ſicut ibi in illa oratione. Ego diligo te amore a me ꝓcedente ē conſtructio in ratione effectus formalis ſic in propoſito in illa. Pater ꝛ filius diligunt ſe ſpiritūſancto:ille ablatiuus ſpiritūſancto conſtruitur in ratione effectꝰ formalis. In hoc tamen eſt differentia quia amor a re procedens in creaturis: eſt in re requieſcens:vniens et inherens: quia accidēs. Sed in diuinis amor a patre ꝛ filio procedens eſt in eis requieſcēs et vniens:nō tamen vt inherens:quia nō eſt accidens ſed ſubſtantia ꝛ ypoſtaſis. Uide litteram.

c Circa ſecūdum articulum queritur p̄mo. Utrū hec. Pater eſt ſapiens ſapiētia genita ſit admittenda. In p̄ncipio hui⁹ prologi queſtiōe tertia eſt declaratus ille terminus ſapientia. Sapientia eſt duplex: ſcilicet creata ⁊ increata. Creata capitur quinq̄ʒ modis vt in p̄ncipio ⁊c̄. Increata eſt ipſe deus. Et capitur dupliciter. Uno modo eſſentialiter ⁊ eſt act⁹ ſapientialis ipſius intellectus diuini quo pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus ſunt vna ſapientia: qua tam eſſentiam diuinaʒ q̄ʒ omnia alia cognoſcunt. Alio modo capitur appropriate: ⁊ ſic eſt filius dei quia ꝑducitur per intellectum. De ſapientia increata p̄mo modo dicta non eſt queſtio noſtra. patet enim ꝙ pater eſt ſapiens ſapientia taliter capta cum formaliter ſit in ipſo. Sed de ſapientia ſecūdo modo dicta eſt queſtio noſtra Eſt ergo queſtio vtrum illa ſit concedenda. Pater eſt ſapiens ſapientia genita.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna concluſione. Concluſio eſt talis. ¶ Hec propoſitio. Pater eſt ſapiens ſapientia genita ſimplr̄ eſt falſa: ideo nullo modo admittenda. Eſſe eñ̄ ſapienteʒ ſolum dicitur eſſentialiter nō autem notiōaliter ſeu proprie. Et ſi alicubi legaꝛ ab aliquo ſancto eſt exponenda. Unde licet ſanctus Auguſtinus in libro cōfeſſionum dixerit eam: tamen in libro retractationū illam retractat ⁊ dicit ſe melius dixiſſe in libris de trinitate ⁊ maxime in vi. et. xv de trinitate.

Pro ſolutione argumē

torum notande ſunt ſequentes ꝓpōnes. ¶ Prima ꝓpoſitio. Omnē entitatē quā habʒ pater ſiue abſolutā ſiue reſpectiuā realē. pater habet a ſe: ⁊ nullā a filio: nec etiā a ſpiritusſancto. ¶ Secūda propoſitio. Licet hec ꝓpō in diuinis cōcedatur filius eſt ſapiētia patris. Hec tamē ſimpliciter eſt falſa: pater eſt ſapiēs ſapiētia genita. Ad declarationem prime partis notandū ꝙ aliquid diciꝛ eſſe alicui⁹ dupliciter vel tanq̄ʒ ſubiecti vt albedo ē petri. Aut tanq̄ʒ principij productiui vt filius patris. ¶ Tertia propō. Filius in diuinis nō eſt ſapientia patris tanq̄ʒ ſubiecti. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Filius in diuinis eſt ſapientia patris tanq̄ʒ principij. Quare autē hec ſit falſa. Pater eſt ſapiens ſapiētia genita eſt: quia ille ablatiu⁹ cōſtruiꝛ in rōne cauſalitatis vel in habitudine. i. rōne forme vel principij: et maxime forme: ſed filius nec ē cauſa nec forma nec principiū patris: ideo ipſa falſa. Quare autē nō poſſit ꝯſtrui in rōne effectus formalis: ſicut amor pōt cōſtrui cū ablatiuo in rōne effect⁹ formal' vt pr̄ ⁊ filius diligūt ſe ſpūſctō. ¶ Prima rō generalis eſt ſumpta creatura. Pro cui⁹ intellectu notandum ꝙ dicit ſctūs Bonauētura (ſiue ſit verū ſiue nō) Act⁹ q̄ſdā eſſe q̄ dicunt motū a reb⁹ ad animā: vt intellectio ⁊ ſapia. Quidā act⁹ alij dicūt motū ab aīa ad res vt amare: iō cōparatio amoris ē ad amantē in rōne exiſtētis forme: nō in rōne imprientis: ⁊ ideo amor de ſe īportat formā ⁊ effectū nō ſic ſapia q̄ tm̄ formā ⁊ nō effectū. ¶ Quita ꝓpō. Licet hec ꝓpō cōcedatur. Pr̄ nouit oīa in filio hec tamē nō eſt concedenda. pater nouit oīa filio. Ratio prime partis eſt. Quicunq̄ʒ cognoſcit aliquē perfecte ⁊ ſm̄ omnem modū ſm̄ quē eſt cognoſcibilis: cognoſcit omnia que ſunt in eo: ſed pater cognoſcit filiū taliter: ergo ⁊c̄. Sed omnia creata ſunt in filio: ergo ⁊c̄. Omnia enim creata ſunt in deo tanq̄ʒ obiecta cognita. Et licet prima videatur ſimpliciter concedenda: tamen ipſe multū ſubtiliter et logice eam diſtinguit. Quia (in filio) poteſt determinare nouit in comparatione ad ſubiectum: et ſic eſt falſa. Unde pater in filio nouit om̄ia illo modo ſenſus eſſet ꝙ filius ſit patri ratio cognoſcendi. Uel (in filio) pōt determinare

Illud verbū nouit in cōparatione ad ob/
iectū: ꝛ ſic eſt vera. Vñ pr̃ nouit oia in fi
lio: ſenſus eſt: ꝙ filiꝰ ſit rebꝰ cognitis rō ꝛ
exemplar ꝛ cauſa exēplādi: ꝛ hoc a ꝓprie/
tate. ¶ Sexta ꝓpō. Licet hec ꝯcedatur
a doctoribꝰ ſacris. Pater dicit ꝟbo que/
cunqꝫ dicit. Hec tñ nullo mō eſt admit-
tenda: pr̃ intelligit verbo. Prima ps ptꝫ
qꝛ ſenſus eſt: pr̃ generat verbū qḋ eſt de-
claratiuū ꝛ exꝑſſiuū patris: ꝛ oīm creato
rū. Capiendo em̄ ly dicit mere eſſentiali
ter nō eſt ꝯcedenda. Pater dicit ꝟbo nec
mere ꝑſonaliter: qꝛ non eſt verū ꝙ pr̃ ge/
nerat verbo. Secūda autē ꝓpoſitio nō
poteſt eſſe vera niſi verbum eſſet ratio co
gnoſcendi patri: qḋ eſt falſum. Intellige
re em̄ ſolum capitur eſſentialiter.

Querit̃ ſecundo. Utrū

hec ſit admittenda. Pr̃ eſt potens potē/
tia quā genuit ſiue virtute quaꝫ genuit.
Pro declaratione terminoꝝ notandū ꝙ
virtus ꝓut ad ꝓpoſituꝫ ſufficit capitur
tripl̃r. Primo mō capitur pro aliquo ha
bitu ꝑficiente animā ꝛ inclināte eam ad
recte agendū. Et ſic diuidit̃ in ſeptē vir/
tutes quaruꝫ tres ſunt theologicales vt
fides: ſpes: ꝛ charitas. Quattuor mora/
les ſeu cardinales: vt tēperantia: fortitu
do: iuſticia ꝛ prudētia que ꝓprie eſt regu
la virtutū moraliū. vñ Ariſtoteles ſecun
do ethicoꝝ. Virtus eſt (ſupple qualitas)
q̄ habentem ꝑficit: ꝛ eius opus bonū red
dit. Aliā deſcriptionē ponit ſanctꝰ Au-
guſtinꝰ. Virtus eſt bona qualitas men/
tis: qua recte viuitur: ꝛ nullus male vti
tur ꝛ quam ſolus deus in homine opera/
tur. Iſta deſcriptio datur ꝑ q̄ttuor cau/
ſas. Primo nāqꝫ ponitur. Virtꝰ eſt qua
litas bona: loco cauſe formalis. Secun/
do mentis ꝛ ponit̃ loco cauſe materialis:
eo mō quo accidentia habēt materiā ſcꝫ
In que. Tertio qua recte viuitur ꝛ nul
lus ꝛc̄. ꝛ ponitur loco cauſe finalis qꝛ be
ne viuere ꝛ bene vti virtute eſt finis vir/
tutis. Quarto ponitur. Et quaꝫ ſolus
deus in hoie operatur. Et ponitur loco
cauſe efficientis. Et ſic patet ꝙ illa de/
ſcriptio ſolū intelligit̃ de virtutibꝰ infu/
ſis quas deus cauſat in nobis ſine nobis
licet nō ſine nobis ꝯſentientibꝰ. ¶ Corre
lariū. Oēs alie virtutes ꝛ dona ſpūſſan/
cti reducunt̃ ad aliquas illarū. Alio mō
capitur ꝟtus pro quacūqꝫ potentia pro/
ductiua alicuiꝰ effectus: ſiue libera ſiue
naturali. Hoc mō capitur pro omni po/
tentia: ſiue ꝓductiua: ſiue actiua: ſiue re/
mota: ſiue ꝓpinqua. Et ſic lapis precio/
ſus hꝫ virtuteꝫ. Tertio mō capitur ꝓut
eſt vltimū potentie: vt dicit phꝰs de celo
ꝛ mūdo. Iſto modo virtus eſt potentia
productiua ꝓpinqua: vltimo diſpoſita:
accepta ſm ſuū totū conatū: ꝛ ſm totum
eſſe. ¶ Correlariū. Iſtis duobꝰ ſecundis
modis pōt capi virtus in ꝓpoſito nō pri
mo mō. Virtus ſeu potentia ꝓductiua
in diuinis capit̃ dupl̃r. Eſſential̃r et eſt
voluntas diuina qua tres diuine ꝑſone
ſunt eque potentes ad producendū effe/
ctum. Alio modo appropriate et ſic non
eſt niſi filius dei. In hoc ſenſu illa eſt fal
ſiſſima. Pater eſt potens potentia quaꝫ
genuit: quia ſequeretur ꝙ pater haberet
potentiam a filio.

Reſolutio queſtionis

ſtat in vna ꝯcluſione. Concluſio eſt ta/
lis. Hic ꝓpō. Pater eſt potentia genita
eſt ſimpl̃r falſa: ꝛ hec magꝭ eſt impropria
q̄ꝫ aliqua predictarum.

Pro ſolutione argumē

toꝝ nota ſequētes ꝓpōnes. ¶ Prima ꝓ
poſitio. Iſta prepoſitio per aliter ꝯſtrui
tur cū verbo abſoluto et aliter cū verbo
trāſitiuo. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Quoti
enſcunqꝫ ly ꝑ cōſtruit̃ cū verbo abſoluto
tūc denotat in ſuo caſuali auctoritatem
vt ego ſum bonꝰ per deū: ego viuo ꝑ deū
ſignū eſt ꝙ deus eſt auctor ꝛ creator mee
bonitatis. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Quotien
ſcunqꝫ hec prepoſitio ꝑ ꝯſtruit̃ cū verbo
tranſitiuo denotat in ſuo caſuali ſubau-

ctoritatem: vt rex occidit vel punit p baliuum: per lictorem. Rex punit per baliuum: id eſt per illum qui gerit vicē ei⁹. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Licet hec propoſitio pater eſt potens p filium ſit falſa. Illa tñ eſt vera: pater opaꝛ p filiuȝ. Opari em̄ ꝛ creare idem eſt: ꝛ ſunt verba trāſitiua: et ſic denotaꝛ ſubauctoritas in filio. Vñ arguēdo pȝ opaꝛ p filiū: ḡ pōt p filium. Negaꝛ ꝯſeq̄ncia: eo ꝙ eſt fallacia figure dictiōis. ¶ Cum arguiꝛ ſicut ſe habet noſſe ad ſapiētiā: ita opari ad potentiā: ſed bene ſequiꝛ ille nouit per illum: ergo eſt ſapiens per illum: ergo ꝛ bene ſequiꝛ: iſte operaꝛ per illuȝ: ergo habet potenciam p illum. ¶ Dicendū ꝙ non eſt ſimile de noſſe ꝛ opari ꝗuis enim noſſe ſit verbum trāſitiuū: tamē nō cōnotat effectum ſicut operari: et ideo ꝓpoſitio p nō pōt cum ipo importare ſubauctoritatē. Ubi em̄ eſt ſubauctoritas: notaꝛ ꝙ aliquid ſcȝ tertiū ſit a duobꝫ: ꝛ ab vno p alterū: et ſic patet argumētū. ¶ Nota agere per aliquid pōt eſſe q̄druplicter. Primo tanq̄ p rationē formalē agēdi. Secundo tanq̄ p inſtrumentum. Tertio ſicut per cauſam ſcdam. Quarto tanq̄ p aliquid cui cōmunicat eandē potentiam numero. Itē lic. ꝛ ſctus Bonauē. nō concedat ꝙ pater agat vel opetur p ſpiritū ſanctū nō tamē negat omimode. Nā ſicut pater diciꝛ opari p filium: ita etiā cōmunicat eandem virtutem agendi ſpiritui ſancto: ꝛ ſic nō eſt incōueniens cōcedere pater opatur p ſpiritū ſanctū. Probatur ex pš. Verbo dñi celi firmati ſunt: id eſt per filium dei. Additur et ſpiritu oris eius oīs virtus eoꝝ: qḋ intelligitur de ſpirituſancto. Tamē illud appropriatur filio. Et licet filius et ſpirituſſanct⁹ ſint eque potentes: tamen brachium dextera et manus appropriantur filio. Digitus vero appropriatur ſpirituſſancto: eo ꝙ pater per filium producit creatorem non ſolum creaturam.

Circa triceſimā tertiam diſtinctionez p̄mo queritur. Utruȝ ꝓprietas in diuinis ſit ipſa perſona. hoc eſt querere in claris terminis. Utrū paternitas ſit pater: filiatio filius et ſpiratio paſſiua ſpirituſſanctus. Termini ſupra ſunt declarati.

Reſolutio queſtionis

Doctor Seraphicus reſpondendo ponit tres opiniōes. ¶ Prima opinio ē Gilberti porretani: et ſtat in vna concluſione. ¶ Concluſio eſt talis. Proprietates perſonarum diuinarum non ſunt perſone diuine: nec ſunt in ipis pſonis: ſed aſſiſtunt ipſis ſicut relationes. Motiuū eorum fuit ſimplicitas pſonarū diuinarū. ¶ Sed ꝯtra. Quicq̄d eſt deus realiter: eſt pater vel filius vel ſpūſſanctus: ſed ꝓprietates tres ſunt deus realiter: ḡ ſunt pr̄ ꝛ filius et ſpūſſanctus. ¶ Rn̄debant ad minorē ꝙ nō ſunt ꝓprie deus. ¶ Contra. Uel ſunt creator vel creatura. Non creatura patet: quia ab eterno ſunt proprietates diuinaꝝ pſonarū: ergo creator ¶ Dicebant ꝙ nec hoc nec illud ſed abſtrahūt ab vtroq̄. In hoc fuit condēnata iſta opinio in concilio remenſi. ꝛ magr̄ Gilbertus porretanus ꝓprio ore eam retractauit. ¶ Caueat ergo Gregori⁹ de arimino dicens ꝙ ꝓprietates diuinaruȝ pſonarum ſint quedam cōplexa ſignificabilia que nec ſint aliquid extra animā nec ſint deus nec creatura. Dicunt enim ꝙ ſolum incōpletum ſignificabile ſit de⁹ vel creatura. ¶ Secūda opinio prepoſitiui eſt in alio extremo: ꝛ ſtat in vna concluſione. ¶ Proprietates diuinarum perſonaruȝ ſunt totaliter ipſe perſone ſic ꝙ differunt ſolum in modo loquēdi: q: ſcȝ ſicut abſtractum ꝛ concretū. ¶ Contra. Impoſſibile eſt eandē rem ꝛ penitus eandem plurificari ꝛ nō plurificari: ſed proprietates plurificanꝛ nō plurificata ſeu

multiplicata perſona: vt patet de pater-
nitate et ſpiratione actiua: ergo ꝛc. ¶ Ter-
tia opinio eſt magiſtrorū pariſien. Con-
cluſio. Proprietates diuinarū perſona-
rum: licet identificentur realiter ipſis pſo-
nis diſtinguuntur tñ aliquo mō realiter: ſcʒ
ſm modū ſe habendi. Vñ nota regulam
theologicā. In eadem pſona nō poſſunt
eſſe plures res realiter ⁊ eſſentialiter di-
ſtincte ꝓprie vt res ⁊ res. ¶ Pro ſcđa pte
concluſionis Notandū: ꝙ duplex eſt di-
ſtinctio realis ſcʒ eēntialis: et ſm diuer-
ſum modū ſe habendi. Vñ ptʒ ꝙ ſanctꝰ
Bonauē. ponit diſtinctionē mediam ali
quo mō realem inter eſſentialē et diſtin-
ctionē rōnis que fit per actuʒ intellectꝰ.
Et videtur oīno idem eſſe cū dicto docto.
Subti. ꝙ ſit diſtinctio formalis inter pſo-
nā ⁊ ꝓprietatē. Et Franciſcus maronis
aliqñ vocat diſtinctionē modalē: et vide
tur eſſe ſumptuʒ ab hoc ſctō doctore: qꝛ
dicit ꝙ ſit diſtinctio penes diuerſum mo
dū ſe hñdi. Vñ merito cōparatur hic do-
ctor. S. Bonauentu. leoni tanꝙ rex in-
ter doctores. Scotus autē aqle q̄ eſt rex
auiū ꝛc. ¶ Pro ſolutiōe auctoritatꝭ Bo-
ecij Nota: ꝙ Boecius noluit dicere ꝙ re
latiōes nō habeāt eſſe: ſed vult dicere ꝙ
nō habeāt eſſe abſolutū: nec vnꝙ fuit in
tentio eiꝰ ꝙ relatio nō ſit in aliꝗ cū cōce
dat ꝙ ſit accidens in creaturis. vñ dicit
ſctūs Bonauētura ꝙ relatio tā in diuis
ꝙ in creaturis ē in aliꝗ. vñ dicit Boetiꝰ
de trinitate: Relatio nō in eo qđ eſt eſſe
cōſiſtit: ſed in comparatione. i. relatio nō
dicit eſſe ad ſe ſeu abſolutū: ſed ad aliud
vel alium. ¶ Nota duplex eſt mutatio:
ſcʒ abſoluta. Et eſt illa q̄ eſt ad aliquam
entitatē abſolutā. Sic intelligitur dictum
Bonauenture ꝓprium eſt relationi ad-
uenire alicui ſine ſui mutatione: licet nō
ſine mutatione termini. Alia eſt reſpecti
ua. Et eſt illa que eſt ad aliquā entitatē
reſpectiuam ꝛc. Pro vera opinione ſunt
argumēta in oppoſitū: ⁊ ſunt regule pul-
chre ⁊ bene notande. Prima eſt. Omne
ſimpliciſſimū eſt id qđ habet excepto eo
ad qđ relatiue dicitur. Unde duplex ē mo-
dus habendi in diuinis ſcʒ formaliter et
relatiue ſeu correlatiue.

Secundo queritur de cō-
paratione ꝓprietatis ad eſſentiā. Et eſt
q̄ſtio: Utrū ꝓprietas ſit eſſentia diuina.
¶ Reſpondendo igitur ad queſtionē do-
ctor ſeraphicus premittit duas opinio-
nes. Prima opinio fuit aliquoꝝ ⁊ impo-
nitur pictauienſi quā etiā recitat mgr in
littera que heretica eſt (meo iudicio) Et
ſtat in hac cōcluſione. ¶ Proprietas nec
eſt eſſentia: nec eſt in eſſentia: ſed ſolū aſ-
ſtens. ¶ Cōtra hanc optime procedunt
quattuor rōnes ante oppoſitū q̄ ſunt ca-
piende pro auctoritate: eo ꝙ ſctūs Bo-
nauentu. remittit ad illas. Prima ē. Ni-
hil eſt adorandū latria niſi diuina eſſen-
tia: ſed ꝓprietas eſt adoranda adoratio-
ne latrie: ergo ꝛc. Minor patet. Eccleſia ca-
nit. In pſonis adoretur ꝓprietas. vnde
Bern. Illā ꝓprietatē q̄ deꝰ nō eſt: nō mi
hi adorabilē credo. ¶ Correlariū. Nul-
la imago inquantum imago (etiā ſi ſit exci-
tatiua ad honorē dei) eſt adoranda ado-
ratione latrie. Probatur. Nihil creatū qđ
eſt excitatiuum creature ad honorem dei
eſt adorandū adoratione latrie: ſed ima-
go crucifixi inquantum imago eſt creatum.
ergo ꝛc. Probatur maior alioquin omia
creata eſſent adoranda adoratione latrie.
Sanctus eñ Franciſcus et multi alij ex
viliſſimis creaturis excitabantur ad lau-
dem dei. Et cum dicis Idem eſt motus
adorationis in imaginem ⁊ imaginatuʒ.
Quero aut intelligis motū corporalē vel
ſpiritualem. De primo parum vel nihil
ad propoſituʒ. Omnis eñ motus eſt in
terminum a quo ⁊ terminuʒ ad quem: ⁊
denominatur a termino ad queʒ. Unde
licet excitetur natura rationalis vel ho-
mo ab imagine ad adorandum deum la
tria. nullo modo tamen ꝓpter hoc ꝓprie
dicendum eſt ꝙ imago creata ſit adoran

da latria. Et licet abſq; dubio ſententia
antiquorum doctorum bona fuit tñ mo
dus loquendi proprie nõ poteſt ſtare: q̄-
ritur enim quid reduplicetur ꝛc̄.

Scd̃a opinio ꝛ propria

que ſtat in ſex dictis. ¶ Primum dictuȝ.
Licet relatio ratione comparationis ad
ſubiectũ tranſit in ſubſtantiã: ratione tñ
cõparationis ad terminũ ſiue obiectum
manet: ſcȝ res diſtincta. Prima pars ptȝ:
quia omnia in diuinis identificant̄ ipſi
eẽntie: ꝛ hoc ẽ trãſire. Scd̃a pars patet:
quia paternitas cõparata ad obiectum
vel oppoſitum ſcȝ ad filiationẽ eſt reali-
ter diſtincta. ¶ Scd̃m dictum. Paterni
tas ꝛ quelibet ꝓprietas differt ab eſſen-
tia non quia dicit aliam et aliam eſſentiã
eſſentialiter: ſed quia dicit modum aliũ
ſe habẽdi: id eſt modaliter. Hoc bene de
clarat doctor Subti. in qd̃libeto q. iiij.
Paternitas eñ cõparata eſſentie diuine
dicitur modus. Formaliter enim pater-
nitas nõ eſt tante entitatis q̄nte eſſentia
quia hec eſt realitatis abſolute et illa re-
latiue. Et ſm̃ hoc eſt intelligẽdus ſctũs
Bonauentura. Paternitas enim non di
cit perfectionẽ ſimpliciter. ¶ Tertiũ di-
ctum. Quia paternitas diſtinguit̄ ali-
qualiter ab eſſentia: et per comparatio-
nem ad oppoſitum eſt vera res: ideo nõ
eſt vanitas in modo intelligendi. patet:
quia paternitas comparata ad oppoſi-
tum id eſt filiationẽ eſt vera res: quia eſt
tante entitatis quante ipſa filiatio ꝛc̄.
¶ Quartum dictũ et eſt rñſiuũ ad que-
ſtionem. Quoniã ergo ille reſpectus vł
proprietas nõ dicit aliud ab eſſentia cõ-
parata ad eſſentiaȝ: nec aliud a perſona
comparando ipſam proprietatẽ ad per-
ſonam: ideo ipſa eſt tam eſſentia q̄ȝ perſo
na. ¶ Quintum dictum. Quia reſpe-
ctus proprietatis non eſt eſſentie diuine
ad aliud: ſed eſt perſone ad perſonaȝ ad
intra: ideo talis reſpectus proprie eſt in
perſonis non in eſſentia. Probat̄: Quia
diuine perſone ipſis reſpectibus ꝓprie-
tatum referunt̄: ꝛ diſtinguunt̄ ꝛ nõ eſſen
tia diuina: ergo ꝛc̄. ¶ Sextum dictum.
Licet ꝓprie ꝛ ſtricte loquendo: ille pro-
prietates ſint in perſonis: tamen cõmu-
niter ꝛ improprie loquendo poſſunt dici
eſſe in eſſentia: ſm̃ q̄ omne illud dicitur
eſſe in eſſentia qd̃ eſt ipſa eſſentia realit̄.
¶ Correlarium. Licet pater et paterni-
tas ſolum differant in modo loquẽdi ſi-
cut abſtractũ ꝛ concretum: tamen pater
aliquando capitur ſubſtantiue: ꝛ tũc ſi-
gnificat totum ſuppoſitum: ꝛ ſic pater ꝛ
paternitas diſtinguunt̄ formalr̄ ꝛ ex na-
tura rei: ꝛ nõ tm̃ ſm̃ modũ loquendi ꝛc̄.
Alio mõ pater adiectiue capit̄: tunc illa
non eſt vera. Eſſentia eſt pater. patet: qꝛ
illo modo pater ꝛ generat idem ſunt ꝛ il
la eſt falſa. Eſſentia generat.

Pro ſolutione argumẽ

torum. Pro vltimo argumẽto queritur.
Quare cõceditur q̄ proprietates diui-
ne ſint eſſentia et adorande: ꝛ tamen non
conceditur q̄ paternitas ſit creatrix vel
ſapiens. ¶ Reſponſio. Licet ꝓprietas ꝛ
eſſentia diuina ſint vna et eadem res: nõ
tamen oportet q̄ quicq̄d dicitur de vno
dicatur de alio: quia ad hoc excludendũ
ſufficit diſtinctio penes diuerſum modũ
ſe habendi. ¶ Nota: Eſſentia diuina po
teſt conſiderari tripl'r. Vno mõ ſm̃ ſe ꝛ
abſolute in oppoſitiõe ad creaturã: id eſt
vt eſt diuerſa a creaturis. Alio mõ vt eſt
in ꝑſonis trib⁹. Tertio mõ vt eſt princi-
piũ opationis: vt eſſe potentẽ: eſſe ſapien
tem: eſſe creatricẽ. ¶ Primũ dictũ. Oĩa
p̄dicata q̄ ꝯueniũt eſſentie ſm̃ ſe: vt eſt di
ſtincta a creaturis: etiã cõueniunt ꝓprie
tati: vt eſſentia diuĩa eſt immẽſa: increa-
ta: adorãda: ſic etiã p̄nitas eſt immẽſa.
Nã ꝓprietas etiã diſtinguit̄ a creaturꝫ.
¶ Scd̃m dictũ. Nulla p̄dicata dicta de
eſſentia diuina: vt eſt cõis ꝑſonis tribus
dicunt̄ de ꝓpetate. ptȝ: qꝛ eẽntia ẽ cõica-
bilis ꝛc̄. ꝛ tñ ꝓprietas nõ eſt cõicabilis.

tur ꝑ p̄dicatione denoīatiua: vel q̄ſi per inherentiā. ¶ Hoc mō p̄dicatio formalis accipit̄ in ꝓpoſito. ¶ Ulterius notādū ꝙ p̄dicatio identica ſilr̄ accipit̄ dupliciṫ Uno mō accipit̄ pro omni illa p̄dicatione in qua p̄dicatū affirmatiue verificat̄ de ſubiecto: vel in q̄ ſubiectū ꝛ p̄dicatum ſupponūt ꝑ eodem: vel ſignificant vnam ꝛ eandē rem. ¶ Correlariū. Sic oīs predicatio vera affirmatiua eſt identica. Alio mō predicatio identica capit̄ ſtricte ꝛc̄. Et ſic accipit̄ in ꝓpoſito. ¶ Correlariū. Illa p̄dicatio non eſt formalis. Paternitas eſt generatio actiua. Uel innaſcibilitas eſt paternitas.

Solutio argumentorū

Ad primū argumentū qđ eſt ſylogiſm⁹ expoſitorius talis. Pater eſt paternitas et pater eſt innaſcibilitas: ergo innaſcibilitas eſt paternitas. ¶ Dicit ſctūs Bonauē. ꝙ ſylogiſmus expoſitorius non valeat gratia forme: ſed ſolum gratia materie. Et eſt cōmune dictū antiquoꝝ. Tamen aliter dicam⁹ ꝛ melius ꝙ ſylogiſm⁹ expoſitorius eſt formalis ↄ̄ñcia ſi debite arguatur. Ad hoc ergo ꝙ ſylogiſmus expoſitorius ſit bonus ſeu ꝙ debite arguatur ſylogiſmo expoſitorio: oportet ꝙ a p̄miſſa affirmatiua ſi eſt affirmatiuus in q̄ ponit̄ termin⁹ ſingularis ſequat̄ vna de omni: ꝛ a p̄miſſa negatiua (ſi eſt negatiuus) ſequat̄ vna de nullo: hoc eſt ꝙ alij dicūt: ꝙ oportet addi ſubiecto maioris hoc cōplexū om̄e qđ ē: manēte ꝓpōne in veritate. Et in h̄ cōcordam⁹ cū marſilio ꝛ ſic illa ē falſa: om̄e qđ eſt pr̄ eſt pr̄nitas ¶ Illa ḡ maxime debet ſic poni. Quecūqꝫ vni ꝛ eidē vniuoce tento ꝛ incōicabili (cui ↄueniēter pōt addi hoc totū complexū om̄e qđ eſt) ſunt eadē: illa inter ſe ſunt eadē. Q̄ꝛ eīn oporteat addi incōicabili ſm̄ doctorē ſubtilē. patet: quia dicit oportet mediū ſylogiſmi expoſitorij eſſe hoc aliq̄d. Sed h̄ aliq̄d dicit nō ſolū ſingulare: ſed etiā incōicabile. Gloſat tamē doctor ſeraphic⁹ illā. Quecūqꝫ vni ꝛ eidem ſunt eadē ꝛc̄. ſufficiēter ad ſuū ꝓpoſitum dicēs ꝙ oportet ꝙ ſint idē tali ſm̄ idē: ꝛ in relatiuis etiā ad idē. Nā nō ſeq̄t̄ ſi iohānes ꝛ petrus ſunt ſiles paulo ꝙ inter ſe ſunt ſimiles. Nā in caſu quo paulus ꝛ iohānes ſint boni logici. Petr⁹ aūt nō ſit logicus ſit tn̄ albus ſicut paulus. Iohānes autē ſit niger: ꝛ ergo dicit̄ ſm̄ idē ꝛc̄. In ꝓpoſito pater ꝛ fili⁹ ſunt relatiua: ſilr̄ innaſcibilitas dicit reſpectū priuatiue: nō autē ad idē: q2 paternitas ad filium eſt. Innaſcibilitas autē ad nō habere principiū: ꝛ ideo dicit̄ ad idem.

Querit̄ quarto. Utrū

eadē ꝓprietas ſiue notio p̄dicet̄ de ſe denoīatiue. ¶ Denoīatiua ſm̄ Ariſto. in p̄dicamētis. Dicūt̄ q̄cūqꝫ ab aliq̄ ſolo caſu ſunt dr̄ia: ꝛ ſm̄ illud nomē hn̄t appellationē. Illa ſic declarat̄. Denoīatiua dicunt̄ q̄cūqꝫ id eſt q̄ ab aliq̄. i. a ſuis denominantibꝰ ſolo caſu. i. ſolis finalibꝰ terminationibꝰ differunt: ꝛ hn̄t appellationē. i. denoīationē ſm̄ illud nomen. i. ſm̄ noīa abſtractoꝝ: vt pr̄ a pr̄nitate: fili⁹ a filiatione. Quid autē ſit denoīatiue p̄dicari ſuꝑius habitū ē. Ex his eliciunt̄ aliq̄ regule. ¶ Prima regula. Oīa ↄcreta q̄ꝫtū eſt de ſe nata ſunt denoīatiue p̄dicari. patet: q2 oīa cōcreta ſiue in diuinis ſiue in creaturis ſunt denoīatiua. ¶ Scđa regula. Oīa noīa adiectiua nata ſunt denoīatiue p̄dicari. patet: q2 oīa ſignificant ſuū ſignificatū ꝑ modū adiacētis alteri. ¶ Tertia regula. Oīa ṽba actiua nata ſunt denoīatiue p̄dicari patet eadē rōne ¶ Quarta regula. Oīa ꝑticipia nata ſunt denoīatiue p̄dicari excepto hoc participio ens. Quando ergo querit̄ Utrū vna ꝓprietas poſſit denominare ſeipſaꝫ eſt querere. Utrū tales ſint vere. paternitas generat: filiatio generat̄.

Reſponſio ſancti bonauenture ad queſtionē ſtat in tribꝰ dictis.

¶ Primū dictū. Nulla notio in diuinis denoīat ſeipam. ¶ Scdm dictuꝫ ſequit̄ ex pmo. Oēs tales ꝓnitas generat: filiatio generat̄ ſunt falſe. ꝓbat̄: Quia denominatio notionis importat emanationis actum ꝛ relationē emanationis: vt ptꝫ de generare ꝛ ſpirare: ſed tam relatio ꝙ emanatio eſt ſuppoſiti ꝛ non forme: ergo nō conueniūt ꝓnitati q̄ eſt forma ſcꝫ reſpectiua. Unde duplex eſt forma in diuinis: ſcꝫ abſoluta ꝛ reſpectiua: vel cōicabilis ꝛ incōicabilis. ¶ Tertium dictum. Licet nulla notio in diuinis denominet ſeip̄am ꝓprietates tn̄ eſſentiales ꝛ prime ꝓpetates denominā̄t ſeip̄as. Et hec propoſitio ponit̄ ꝓpter argumēta: vt ſapiā eſt ſapiēs: bonitas eſt bona: veritas ē vera. Nota triplices ſunt ꝓprietates in diuinis: ſcꝫ eſſentiales: ꝑſonales ꝛ notionales. Eſſentiales dicunt̄ eſſe attributa eſſentie diuine que dicunt ꝑfectiones ſimpliciter: vt ſapientia bonitas. Perſonales ſunt relationes que ꝯſtituūt ꝑſonas in eſſe ꝑſonali. Notionales ſunt relationes que nō conſtituūt perſonas: vt ſunt ingenitum: innaſcibilitas. Proprietates vero pme ſunt ꝓprietates tranſcēdētes: que ſcꝫ conueniūt enti inq̄ntum ens: vt bonitas: veritas ꝛ vnitas. Un̄ hec eſt vera: vnitas eſt vna ꝛc̄. ¶ Arguit̄ penultimo ſic: Generā̄s eſt paternitas: ergo paternitas eſt generā̄s. Probat̄ per conuerſionē ſimplicē. Dicenduꝫ ꝙ generans in pma capit̄ ſubſtantiue ꝛ pro ſuppoſito: ideo vera. In ſcda ꝓ capit̄ adiectiue: et appellat ſuā formā: ſeu capit̄ rōne forme ꝛ ideo eſt falſa. Prima ergo ſic cōuertit̄: ergo paternitas eſt id quod eſt generā̄s. ¶ Regula. Ois illa ꝓpoſitio in q̄ predicatur ꝓpriū concretum: de ꝓprio abſtracto exceptis trāſcendētibꝫ eſt impropria ꝛ falſa: nō ꝓpter diuerſitatē rei: ſꝫ ꝓpter diuerſum moduꝫ intelligendi. Un̄ iſta ē falſa: albedo eſt alba. De rigore em̄ ſmonis ſignificat̄ ꝙ albedo informet̄: alia albedine qḋ eſt falſum: ergo ꝛc̄.

Circa diſtinctionem triceſimāquartaꝫ pmo queritur Utruꝫ ſit ponere in diuinis additionē hoc ē q̄rere. Utrum res nature in diuinis addat aliq̇d ſupra naturam. ¶ Nota additio eſt triplex: quedā eſt extēſiua: alia intenſiua: alia cōpoſitiua. Additio extenſiua eſt duplex: qꝛ quedaꝫ eſt multitudinis: quedā magnitudinis. Multitudinis eſt illa que fit ꝑ appoſitioneꝫ alicuiꝰ rei ad rem: non vnibilis ipſi cui apponit̄ nec potētis facere vnū per ſe cū ipſa: ſed diſtincta eſſentialiter loco ꝛ ſitu ſeparata. Exemplū de grege ouiū. ¶ Propoſitio. Talis additio nō eſt in diuinis. probatur: quia talis fit ꝑ illa que diſtincta ſunt eſſentialiter et ſeparata ꝛc̄. Alia eſt additio extenſiua magnitudinis. Et eſt illa q̄ fit per additionem alicuius rei ad rem facientis per ſe vnū cuꝫ alia re: loco ꝛ ſitu diſtincta: vt in appoſitiōe aque ad aquā: ꝛ vini ad vinū. ¶ Propoſitio. Talis additio etiā non ponit̄ in diuinis: tū quia illa additio eſt quā̄titatiua molis: ergo ꝛc̄. tum qꝛ eſt diſtincta loco et ſitu: ergo ꝛc̄. Alia eſt additio intēſiua. Et eſt illa q̄ fit ꝑ vnionē vnius rei cū alia re facientis per ſe vnum cum illa re ꝛ indiſtincta loco ꝛ ſitu ab ea. Et talis additio fit qn̄ alicui forme intenſibili addunt̄ gradus ad gradus q̄ gradus faciunt vnum ꝑ ſe. ¶ Propoſitio. In diuinis non eſt ponenda additio intenſiua. patet: quia vbicunq̧ eſt talis additio ibi eſt forma intēſibilis et remiſſibilis: ſed nihil tale eſt in deo. ergo ꝛc̄. Alia eſt additio cōpoſitiua ꝛ eſt duplex ſcilꝫ methaphiſicalis ꝛ phiſicalis. Phiſicalis eſt illa q̄ fit ꝑ vnionem forme cum materia ex quibus vnitis reſultat vnū tertiū. Exempluꝫ de corpore et anima fit homo. ¶ Prima propoſitio. Omne compoſitum ex materia ꝛ forma vltra quālibet partē addit aliā entitatē. ¶ Scda propoſitio. Omne totū eſſenti

ale vltra omnes ſuas partes addit entitatem realiter diſtinctã ab omnib9 partibus ſuis ſimul ſumptis. Totum eſſentiale eſt illud quod eſt compoſitum ex materia ꝛ forma. ¶ Correlariũ. Talis additio nullo modo eſt in diuinis. patet: Quia in deo non eſt materia nec forma informans. Additio compoſitiua metaphiſicalis. Eſt illa que fit per aliquam realitatem actualem contrahentem aliã que eſt in potentia ad ipſam. Et talis fit per differentiam et genus: ſic enim differentia contrahit genus. De iſta dicit doctor Subti. ꝙ omne inferius addit vltra ſuum ſuperius aliquod ſcʒ differentiam. Et illa etiam compoſitio methaphiſicalis: aliquando vocatur compoſitio logicalis. ¶ Correlariuʒ. Talis additio methaphiſicalis non eſt in diuinis: tum quia nihil eſt potentiale: ſeu cõtrahibile ibi: tum quia nullum eſt ibi compoſitum reale. ¶ Correlarium reſponſiuum ſm talem modum dicendi: additio nullo modo eſt in diuinis. Tamẽ aliter diſtinguit ſanctus Bonauẽtura de additione: vt patebit: reſoluendo textum. ¶ Natura capitur multis modis. Primo modo capitur prout eſt principium motus ꝛ quietis. Et ſic dicitur de principijs rerum naturalium. Illo modo .ij. phiſicoꝝ Ariſtoteles diffinit eam dicẽs. Natura eſt principium motus et cauſa quietis eius in quo eſt ſm ſe ꝛ non ſm accidens. Et ſic non capitur in queſtione noſtra. Alio modo capitur natura pro quidditate ſeu eſſentia primaria cuiuſlibet rei. ¶ Correlarium. Illo modo natura reperitur in diuinis. Correlarium. Hoc modo humanitas mea dicitur natura mea. Tertio modo capitur natura pro aliquo agente diſtincto cõtra voluntatẽ: vel accipitur pro agẽte naturali put diſtinguitur contra agẽs liberuꝫ. Correlariuꝫ. Natura illo modo dicitur agens naturaliter producens ſuum effectum. Quarto modo accipitur natura pro quacunqꝫ ſpecieſpecialiſſima cõmunicabili ſuis indiuiduis. Correlarium. Illo modo nullũ indiuiduũ dicitur natura. patꝫ: quia eſt incõicabile. Correlarium. Illo mõ eſſentia diuina dr̃ natura: patꝫ: qꝛ eſt cõicabilis trib9 pſonis: lꝫ non dicat̃ ſpecieſſpecialiſſima. ¶ Res aũt nature dicitur ipm̃ ſuppoſitum: et natura dr̃ ipſa eſſentia cõicabilis. Querit̃ ergo: Utrũ res nature ꝛc̃. hoc eſt q̃rere. Utrꝫ p̃ addat aliqd ſupra diuinã eſſentiã.

Reſolutio queſtionis

ſtat in quattuor propoſitionib9. ¶ Prima ꝓpõ. Dupliciter poteſt intelligi: ꝙ perſona diuina ſiue res nature in diuinis addat aliquid ſupra naturam. Uno modo ꝙ̃tum ad rem. Alio modo ꝙ̃tuꝫ ad intellectum. Probatur: quia duplex eſt additio: ſcʒ rei ad rem: id eſt realis: et alia per intellectum tm̃: ꝛ dicit̃ rationis. ¶ Secunda propoſitio. Perſona diuina neceſſario aliquid addit ſupra naturam diuinam ꝙ̃tum ad intellectuꝫ. probatur: qꝛ neceſſario includit intellectuꝫ nature diuine ꝛ p̃ter ipſam includit proprietatẽ per quam diſtinguitur: ergo ꝛc̃. Antecedẽs probatur per diffinitionem perſone: quia perſona eſt rationalis nature ſuppoſitum proprietate diſtinctũ. ¶ Tertia propoſitio. Huiuſmodi additio licet non diſtinguat naturã nec componat perſonam. Intellectus tamẽ illã additionem intelligẽs non eſt vanus neqꝫ falſus. Prima pars patet: quia eſſentia diuina ſingulariſſima ſtat cum trib9 proprietatibus indiſtincta. Scd̃a pars patet: quia intellectus ſan9 ꝛ fidelis intelligit perſonam quãlibet eſſe perfectiſſimã: ꝛ ſumme ſimplicẽ. ¶ Declarat̃ ſic: Nam ſicut intellectus ſanus intelligit eſſentiam diuinã ꝛ multitudinem attributorum perfectionũ formaliũ. ꝛ tamen ſine cõpoſitione: ſed cum ſumma ſimplicitate: ita in ꝓpoſito. Et ſicut iſte intellectus de eſſentia ꝛ attributis nõ eſt va-

nus ſic nec ille. Et licet nõ correſpondeant ipſis in re diſtincta: tamen ſapientia vere eſt i deo ⁊ eſt ipſa eſſencia. ¶ Quarta propoſitio et ad queſtionem formaliter rñſiua. Cum additio ex parte rei ponat neceſſario cõpoſitionẽ: ⁊ ꝑſona diuina ſit ſimpliciſſima. Impoſſibile ẽ ꝙ res nature in diuinis ſiue ꝑſona addat (ſm rem) aliquid ſupra naturã. Hec ꝓpoſitio ptʒ ex dictis añ reſolutionẽ qõnis. ſ. in declaratione terminorũ. ¶ Sʒ hic doctor Seraphi. ponit dubiũ difficillimũ Quõ ꝑſona põt eſſe diſtincta ſm rem ⁊ eſſentiã nõ. Ad hoc q̃litercũqʒ intelligẽdum cum hoc ſit ſupra vires humani intellectus. Sciendũ ꝙ duplex eſt diſtinctio: ſcʒ per qualitates ⁊ ꝑ originem. Diſtinctio ꝑ qualitates eſt quẽdo aliq̃d diſtinguitur ab alio ꝑ qualitates abſolutas: vt homo albus et homo niger. Diſtinctio vero per originẽ eſt illa que fit ꝑ productionẽ: qñ videlicet vnꝰ ꝓducit̃ ab alio. Et vtraqʒ diſtinctio eſt diſtinctio ſm rem. Et ſumpſit a Richar. de ſancto victore. ¶ Quita ꝓpõ. Quãuis ꝑſona diuina nõ ſe habeat ad naturã diuinam per additionẽʒ tñ aliquo mõ diſtinguit̃ ab ea ſcʒ ſm rationeʒ. probat̃: qꝛ nõ eſſet intelligibile ꝙ plurificaret̃ ꝑſona: remanente eſſentia vnica. Ubi notãdũ ꝙ duplex eſt diſtinctio rõnis ſcʒ p̄ciſe ꝑ intellectum: ſicut ſortes eſt ſortes. Alia eſt diſtinctio rõnis que ſcʒ eſt diſtinctio rationum formalium exiſtentiũ ibi ex natura rei. Et de illa dicit doctor Sera. ꝙ perſona inq̃ntum perſona diſtinguitur ratione ab eſſentia. Et iſta diſtinctio vocatur a doctore ſubtili diſtinctio formalis ¶ Sexta propoſitio. Quoniã ergo modus ſe habendi ad aliũ ⁊ oriendi ab alio nõ ponit compoſitionem in perſona ſm rem: ſed diſtinctionẽ realem ab alia perſona. Ideo modus ille comparat̃ꝰ ad eſſentiam vel perſonam cuius eſt: tantum eſt modus: comparatus vero ad illuʒ ad quem eſt (cum faciat veram diſtinctionẽ ſm rem) vere res eſt. ¶ Correlarium Modus ille ſe habendi ad alium facit vno modo diſtinctioneʒ realem perſonalem (ſcilicet cũ comparatur ad perſonã oppoſitam.) Alio modo diſtinctionem rationis cum ſcilicet comparatur ad eſſentiam. Iſta patent per precedentia.

Secundo querit̃ Utrũ

res nature vel perſona predicetur de natura vel ecõuerſo. Res nature hypoſtaſis ſuppoſitum et perſona illa quattuor ſunt idem in diuinis.

Reſolutio q̃ſtionis ſtat

in ſex dictis. ¶ Primum dictũ. Duplex eſt predicatio: ſcilicet per identitatem et per inherentiam. Predicatio per identitatem neceſſario requirit vnũ extremorum eſſe abſtractum. ¶ Secundũ dictũ Utraqʒ p̄dicatio tam per identitateʒ q̃ʒ per inherentiã reperitur in diuinis. Exemplum primi. Pater eſt paternitas: deus eſt creatio. Exemplũ ſcdi: deꝰ creat. ¶ Tertium dictum. Predicatio ꝑ identitatem ꝓpriſſime reperitur in diuinis ꝓpter ipſius rei ſummã ⁊ perfectiſſimaʒ identitatem. Patet: quia quicquid eſt in diuinis eſt perfectiſſima identitate ideʒ cum eſſencia. ¶ Quartũ dictum. Predicatio per inherentiam ꝓprie nõ eſt in diuinis a parte rei: ſed ſolum ꝓpter noſtri intellectus defectibilitatẽ. Probat̃ prima pars. Quia omnia in diuinis habẽt rationem ſubſtantie. Scda pars ptʒ: qꝛ intellectus noſter per intellectionẽ rerũ ſenſibilium deuenit in cognitionẽ intelligibilium: ſed inuenit in rebus ſenſibilibus inherentiã: ⁊ c. ¶ Quintũ dictum Licet in deo nulla ſit inherẽtia proprie loquẽdo tñ intellectus noſter formãs et componẽs p̄dicationes ꝑ inherentiã nõ eſt falſus. Patet ſcda pars a ſimili declarando. Sicut intellectus noſter abſtrahens lineam a materia non eſt falſus: eo ꝙ illam abſtractionem ponit circa illuʒ

intelligere ſic in ꝓpoſito. ¶ Sextum dictū. Quāuis in deo ſit ſumma ſimplicitas: tamen illa nō poteſt exprimi ab intellectu noſtro niſi ꝑ cōpoſitiones. Unde Auguſtinꝰ. Deus verius eſt q̃ꝫ cogitatur et verius cogitatur q̃ꝫ dicatur: quia licet poſſit aliquo modo ſimplex intelligi: nō tamē poteſt exprimi illa ſimplicitas ſumma a nobis niſi mediante complexione. Probatur: quia nō exprimimꝰ illam niſi per ꝓpoſitiones quas componit intellectus noſter. ergo ꝛc̃.

Pro ſolutione ſecundi

argumenti ſeu pro auctoritate dionyſij dicentis ꝙ negationes de deo ſunt vere: affirmationes vero incōpacte: cum ergo in diuinis nō ſit aliquid a nobis affirmare ergo nec p̄dicare. ¶ Sciendū ꝙ videt̄ eſſe intencio Dionyſij ꝙ nō intelligamꝰ deū niſi negatiue vt ꝙ nō eſt lapis et huiuſmodi. Dicendū ꝙ nullum nomen exprimit diuinam eſſentiam omnino ſicuti eſt ꝛ ideo incompacte: id eſt obſcure. Ul' dic ꝙ affirmatio vno modo eſt idēptitas ꝛ illa vera eſt in deo ꝛ a parte rei. Alio modo eſt affirmatio: compoſitio: ꝛ ſic reſpectu huiꝰ eſt incōpactio: quia nulla eſt ibi realis compoſitio ꝛc̃.

Querit̄ tertio. Utrum

in diuinis ſit ponere appropriationē. Nota ꝙ appropriatio eſt alicuius predicati cōmunis tribus perſonis vni ſoli attributio: ꝓpter conueniētiā illius predicati cum ꝓprio illius perſone: vel ꝓpter erroris amotionē ab intellectu viatoris. Exemplum. Amor cōuenit cum ꝓprio ſpiritusſancti: ideo appropriatur ipſi. Sapientia autē cum proprio filij ꝛc̃. ¶ Correlarium. Differunt ꝓpriū ꝛ appropriatum. Illud enī eſt propriū quod vni ſoli vel ad plus duobꝫ conuenit. Appropriatum autē ſemꝑ eſt cōmune tribꝫ. ¶ Correlarium ſecundū. Appropriatio poteſt fieri duabꝫ de cauſis. Una eſt cōuenientia appropriatorum cum proprijs. Secunda eſt excluſio erroris ab intellectu viatoris.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna diſtinctione ꝛ duabus propoſitionibus. ¶ Diſtinctio. Poſſumꝰ loqui de appropriatis in diuinis duobus modis. Uno modo q̃ꝫtū ad id quod ſignificant Alio modo q̃ꝫtum ad ordinē quē connotant. ¶ Correlariū. Hic habet̄ ꝙ appropriata cōnotant ordinē ꝛ originē diuinarum perſonarū. ¶ Prima ꝓpoſitio. Appropriata in diuinis non appropriantur q̃ꝫtū ad ſignificata ipſorū ꝓpter aliquā rationem ſumptā ex parte rei: ſed ſolum propter erroris remotionem. Videt enī homo carnalis ꝙ quanto filius ſ'm carnem creſcit: tanto pater magis decreſcit ꝛ ſic de alijs. Filius autē q̃ꝫto iunior tanto inſipientior. Spūſſanctus autē videtur ſonare incredulitatē: vt eſt illud ſpiritus procellarū: ſpiritꝰ turbinis. Ideo intellectus ſpūalis vt eleuet̄ a carnalitate patri attribuit potenciā: filio ſapiētiā ꝛ ſpirituiſancto clementiā ſeu bonitatē. ¶ Secunda propoſitio. Appropriata in diuinis q̃ꝫtum ad ordinem vel originem quā connotant appropriantur per rationem ſumptā a parte rei. ſcꝫ ꝓpter conuenientiam ipſorum ad propria perſonarum. Propriū patris eſt eſſe priorē alijs ꝑſonis. Propriū filij eſt eſſe a ſolo patre: ꝛ ſic eſſe ſecundā perſonā. Propriū ſpiritusſancti eſt eſſe tertiā perſonā. Hec autem clarius habentur in littera ſancti Bonauenture. Et ideo potentia attribuitur patri: ſapientia filio: bonitas ſpirituiſancto. Potentia enī precedit ſapientiam. Omnis homo nanqꝫ habet potentiam intellectiuam: nō tamen omnis homo eſt ſapiens. Item multi ſunt corporaliter fortes ꝛ tamen nō ſunt ſapientes. Item multi ſunt ſapientes qui ſunt mali. Et ideo aliquo modo potētia prior eſt ſapientia: quia cōmunior: ꝛ ſapientia

bonitate eadem ratione. ¶ Intellectus carnalis eſt intellectus iudicans de deo ꝑ ſenſibilia ſm ſimilitudinez. Intellectus ſpiritualis eſt ille qui intelligit de deo ſicut intelligere conueniens eſt.

Queritꝰ quarto Utrum

in diuinis ſit ponere tranſlationē. Trāſlatio prout hic capitur eſt vniꝰ dictionis vnū proprie ſignificantis tranſſumptio ad ſignificandum aliud ſimilitudinarie propter aliquam ſimilitudinē repertam in ipſis: vt ridere transfertꝰ ad ſignificandum virorem prati.

Reſpōſio ſancti Bona

uēture ſtat in ſex ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio. Ratio vel finis tranſlationis nominū creaturarū ad deum eſt duplex. Una eſt laus ꝛ gloria dei. Alia ē manuductio intellectus noſtri ad intelligēdū deum. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Propter laudem ꝛ gloriā dei neceſſaria eſt tranſlatio nominū ipſarū creaturarū ad deū. Probatur: quia deus laudabilis nimis: ideo ne ꝓpter inopiā vocabulorū contingeret ceſſare a laude dei: ſacra ſcriptura docuit nomina creaturarū ad deum transferri. In omni eñ creatura eſt reperire aliquā perfectionem: et perfectiones diſperſe in creaturis eminēter vnite ſunt in deo: idō deus vocatꝰ a theologis omninominabilis ꝛ hoc ſm mentē ſancti Dionyſij de diuinis nominibus. Ipſa eñ met veritas nominat ſe vitem. granum frumenti ꝛc̄. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Ad manuductionē intellectus noſtri ad cognoſcendū deum neceſſaria eſt tranſlatio nominū creaturarum ad deum. ¶ Quarta propoſitio. Quia tranſlatio illa fit ad laudem dei: ideo nomina importantia deformitatez (vt diabolus) non debent transferri ad diuina. ¶ Correlariū: vel regula. Nulla nomina importantia imperfectionē debent transferri ad diuina. Unde barba griſea non debet transferri ad deum.

¶ Contra. Antiquus dierū dicit imperfectionem: ꝛ tamē ſanctus Daniel ſeptimo capitulo tranſtulit illud nomen ad diuina. Dico ꝙ nō dicit imperfectionez ſed deus pater dicitur antiquus dieruz propter eternitatem. Unde gloſa. Antiquus dierum dicitur deus: vt eternitas iudicis demonſtratur. Senex quoqꝫ deſcribitur vt maturitas ſententie comprobetur. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Quia trāſlatio fit propter noſtrā inſtructionez ideo tranſlatio debet incipere vel fieri a nominibus creaturarum ꝛ nō a deo. ¶ Sexta propoſitio. Quia magna ſimilitudo mater eſt falſitatis: ideo nō trāſferuntur nomina multum ſimilia: vt nomina angelorum. ¶ Regula. Non eſt inconueniēs idem nomen ſm diuerſas vel propter diuerſas conditiones transferri ad diuerſa. Leo eñ propter crudelitatem ſignificat diabolum: propter fortitudinē vero chriſtum.

Circa diſtinctio-

c nem triceſimāquintā. Primo queritur. Utrū in deo ſit ponenda ratio ydealis: id eſt ydea. ¶ Sciendum ꝙ quot fuerūt capita doctorum tot quaſi ſunt ſenſus ꝛ opiniones de ydeis. Sicut autem Iohannes euangeliſta altiſſime intonuit: ita doctor Subtilis ceteris altius locutus eſt: ꝛ ideo hunc ſequar ſicut alias in pñſenti materia. ¶ Unde Scotus pñſenti diſtinctione ſic diffinit ydeam. ydea eſt ratio eterna in mente diuina ſm quā aliquid eſt formidabile ad extra: vt ſm propriam rationē eius. Prima particula eſt ratio: ꝛ ponitꝰ loco cōmunioris. Particula ſecunda eterna quia nō temporalis Tertia in mēte diuina et nō in humana vel angelica. Quarta ſm quā aliqd ꝛc̄. Probatio prime particule. Deus ad extra nō agit irrationabiliter ſeu ignoranter ſicut ignis ergo agit ratione. Probatur conſequentia ex ſecundo phiſicorum

¶ Prima ꝓpoſitio. Deus nõ põt eẽ in loco circũſcriptiue. ¶ Scḋa ꝓpõ. Nec angelus: nec anima ꝺ ſe: nec punct⁹: nec aliquod indiuiſibile eſt in loco circũſcriptiue. patz: quia nullũ tale hz ptes integrales: ꝫ ↄc. ¶ Tertia ꝓpõ. Eſſe in loco circũſcriptiue: occupatiue: cõmenſuratiue ꝛ dimẽſiue. i. q̃titatiue: idem ſunt. Pro ſcḋo mẽbro (ſcz aliquid eẽ in loco diffinitiue) Patet ꝙ angelus dũmodo ẽ hic nõ eſt in celo empyreo licet ſemꝑ ſit in paradiſo. i. in beatitudine. Sicut xp̃us dixit latroni in cruce. Hodie mecũ eris in paradiſo. i. eris beatus clara viſiõe diuine eẽntie. Patet em̃ ꝙ latro illa die nec fuit in ꝑadiſo terreſtri: nec in celo empyreo: ſed in limbo. ¶ Correlarium. Deus nõ poteſt eſſe in loco diffinitiue. Pro tertio membro (ſcz. aliquid eẽ in loco ſacramẽtalit. ¶ Propoſitio. Corp⁹ xp̃i nõ põt eẽ in omnib⁹ reb⁹ ſacramẽtalr. Patet: quia tunc eẽt in omnib⁹ tanq̃ ſub ſignis ſenſibilibus. Sz nec angelus nec eẽntia diuina ẽ ſignum ſenſibile: ꝫ ↄc. Corpus tñ xp̃i põt eſſe vbiq̃ ſacramẽtaliter: capiendo vbiq̃. i. in omni loco. Nec impedit ꝙ eſſe alicubi ſacramẽtalit nõ ẽ proprie eſſe in loco. ſufficit em̃ ꝙ generalr comprehẽdatur ſub eſſe in loco. Vñ poſito ꝙ corpus xp̃i de potentia diuina abſoluta eſſet ſub omnib⁹ reb⁹ ſenſibilibus: vel ꝙ ſole ſpecies cõſecrate ſint: corpus chriſti eſſet vbiq̃: id eſt in omni loco. Hic aũt nõ accipitur hoc modo eſſe in loco ſed quarto modo ſcz immenſiue.

Reſolutio q̃ſtionis ſtat

in vna diſtinctione ꝛ tribus propoſitionibus. ¶ Diſtinctio ẽ talis. Triplex eſt ꝓprietas ſiue cõditio ſm quã locus ꝛ locatum pñt cõparari. Prima dr̃ ſaluationis ſeu ↄſeruatiõis. Hoc modo loc⁹ excedit locatũ: practica in ph̃ia. Vinũ melius ↄſeruat̃ in cauea terre frigida q̃ ſi ponat̃ ad ſolẽ. Itẽ in hac terra non generantur leones ↄc. ¶ Prima ꝓpõ. Deus nõ poteſt eſſe in loco ſic ꝙ conſeruetur a loco. ¶ Secunda conditio dicit̃ cõmenſurationis ſeu equalitatis: ꝛ ſm hanc ꝓprietatem nec locus excedit locatum nec econuerſo. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Sola corpora ſunt in loco cõmẽſuratiue. Conditio tertia dr̃ impletionis: ꝛ ſm illam locatum excedit locũ: locus em̃ hoc modo indiget locato. patet ſi alicui eruant̃ oculi erit turpis quia cõcauitas iſta ſine organo eſt magne imꝑfectionis. ¶ Tertia ꝓpõ. Iſta tertia ꝓprietas nõ dicit imꝑfectionẽ iḋo ponẽda ẽ in ꝺeo. Vñ Hiere. xxiij. Celũ ꝛ terrã ego impleo ↄc.

Irca ſecundum

c

articulum primo queritur Vtrum eſſe vbiq̃: id eſt in omnibus locis ꝛ omnibus rebus ſit ꝓpriũ deo. Et ſumit̃ proprium quarto modo qḋ ſcz cõuenit omni ꝛ ſoli ꝛ ſemꝑ vt homo eſt riſibilis.

Reſpõſio ad queſtionẽ

ſtat in duab⁹ cõcluſionib⁹. ¶ Prima concluſio. Solus deus ꝑmo ꝛ ꝑ ſe eſt vbiq̃ ſic ſcz ꝙ nulli alteri cõuenit illud. Patet quia deus habet neceſſario naturã illimitatam. Vnde immẽſitas nihil aliud dicit niſi illimitationẽ ſm locũ: qꝛ menſura reſpicit locũ. Vñ ſicut eſt etern⁹ quia in omni tꝑe: ita imẽſus quia in omni loco. Probat̃ iſta ↄcluſio ſic. Nulla creatura põt eſſe immenſa niſi ſolus deus: ꝛ deus ꝓpter ſuã immenſitatẽ eſt vbiq̃ nec põt eſſe alia rõ ꝑ ſe: ergo nulla creatura põt eſſe vbiq̃ ꝑ ſe. i. independenter licet bñ ꝑ miraculũ. Et nota ꝙ cum dico deus eſt vbiq̃ dico quattuor conditiones quarũ due ſe tenẽt ex parte dei: ſcz idẽptitas et totalitas. Alie due tenent ſe ex parte nature: ſcz pluralitas ꝛ vniuerſalitas. Per primã ↄditionẽ ſcz idẽptitatẽ: excluditur vniuerſale: quia licet poſſit cõcedi aliqḋ vniuerſale eſſe in omnib⁹. Hoc tñ non eſt in idemptitate ſuppoſiti: licet ergo illud

vniuerſale ſit in omnib; hoc tamē nō eſt
in idēptitate ſed eſt cū magna diuerſita-
te ⁊ diuiſione. Nam eadē natura vna nu
mero finita nō pōt eſſe in plurib; indiui-
duis. Per ſecundam conditionē excludit
numerus: quia licet vbiqꝫ ſit numer⁹ eo
ꝙ ſm aliquos non eſt niſi res numerate.
Sed vbiqꝫ ſunt res hoc ē in totalitate.
Numerus eñ nō eſt vbiqꝫ niſi per par-
tes quia aliqua res numerata ē hic alia
alibi: deus autē totaliter ⁊ nō ꝑ partes ē
vbiqꝫ. Scdm alios autē licet diſtinguat
nūerus a re numerata eſt tñ accidēs exñs
in ipſis reb; numeratis ſubiectiue: et ſic
adhuc non cōuenit numero ſm ſe totum
eſſe vbiqꝫ: ſed ſolum ꝑ ſua ſubiecta. Ter
tia cōditio ſecludit animā que licet ſit in
qualibet parte corporis eadē ⁊ tota: non
tamen ſi ſeparent partes principales vt
cor ⁊ caput ⁊c̄. ¶ Correlariū. Licet ꝑ ſe
⁊ ꝓprie nulla creatura poſſit eſſe vbiqꝫ ꝑ
accñs tñ aīa vel aliqua creatura pōt eſſe
in omni loco: ⁊ ſic vbiqꝫ. Patet: Quia ſi
deus per ſuā potentiā abſolutā deſtruat
omnia alia a me: ⁊ a loco in quo ego ſum.
tunc ille locus eſſet omnis locus: ⁊ ꝑ con
ſequens ego eſſem vbiqꝫ. Item deus de
potentia ſua abſoluta poſſet aliqđ ens
facere eſſe in plurib; locis. Quarta par-
ticula excludit corpus chriſti quod non
eſt vniuerſaliter in omnib; locis. ¶ Con
cluſio ſecunda. Eſſe vbiqꝫ ſiue in omni
loco eſt propriū ſoli deo. ¶ Ponit autē
doctor vnā ꝓpoſitionē que indiget glo-
ſa: ſcꝫ. Tot ſunt voces quot ſunt aures
audientium. Gloſa. tot ſunt ſpecies ſen-
ſibiles vocis ꝗt ſunt aures licet ipſa vox
ſit vna. Probatur: quia vox ſe diffundit
ſperice ⁊ cauſat ſpecies ſenſibiles in me-
dio et cauſant ab vno ſenſibili ſimul vel
vna ab alia: ⁊ ſic ſpecies ille recipiunt in
aure ⁊ cauſant auditum. Et ſic ſi eſſent
mille aures eſſent mille ſpecies.

Solutio duorum argu

mentoꝝ. Poſſet eñ in paucis ſic argui.
Deus poteſt facere creaturā eſſe ſemꝑ.
ergo etiam poteſt facere creaturam eſſe
vbiqꝫ. Antecedēs patet quia deus facit
angelos eſſe ſemꝑ. Et quia prolixus eſt
in ſolutione doctor ſeraphicus: ideo redi
gam ipſum ad propoſitiones. ¶ Prima
ꝓpoſitio. Tam eſſe vbiqꝫ ꝗꝫ eſſe ſemper
important quandā infinitatem: licet di-
uerſimode: patet quia eſſe vbiqꝫ dicit im
menſitatē ſm locum: eſſe ſemper ſm tem
pus. ¶ Secunda propoſitio. Cum infi-
nitas ſempiternitatis que eſt ſm dura-
tionē ſit infinitas potentie vel impoten-
tie nō repugnat creature. Angelus eñ ē
ſempiternus ⁊ infinitus taliter. ¶ Ter-
tia ꝓpoſitio. Cum eſſe vbiqꝫ dicat infini
tatem actualem vel quandā immenſita-
tem actualem: illa nō poteſt cōmunicari
creature. Prima pars patet: qꝛ eſſe vbiqꝫ
dicit immenſitatē ſimultatis. Secunda
pars patet quia nihil actualiter infinitū
poteſt competere creature. Et ex his ſo-
lutum eſt argumentū eo ꝙ eſt diſſimile.
Nam ſm morem ſuum doctor ſeraphi-
cus ſupabundanter dicit. ¶ Quarta ꝓ-
poſitio. Aliqualiter eē vbiqꝫ ⁊ eſſe in plu
ribus aliqua: communicantur creature.
Pro quo notatur diſtinctio et poteſt eſſe
Quinta ꝓpoſitio. ¶ Triplices ſūt crea-
ture ſpūales: ſcꝫ per abſtractionē: vnio-
nem: ⁊ ſeparationē. Per abſtractionem
ſicut vniuerſalia: ⁊ illud ſpirituale repe-
ritur vbiqꝫ quia in omni loco et in omni
re includitur ens. Alie ſunt creature ſpi-
rituales per ſeparationē a materia vt ip-
ſa anima intellectiua: ⁊ ſic ꝓpter hoc po-
teſt eſſe in plurib; partibus corporis to-
ta in toto ⁊ in ꝗlibet ei⁹ parte tota. Alia
eſt res ſpiritualis per vnionē vt humani-
tas verbo vnita: ſiue corpus chriſti quod
eſt cibus ſpūalis: qđ etiā aliqualiter po-
teſt eſſe vbiqꝫ vt in ſacramento altaris.
Notandū tamē ꝙ ſm Auguſtinū de mo
ribus eccleſie. Solus de⁹ ē incorporeus
verū eſt independenter per propriā eſſen
tiam. Angelus autem licet ſit ſpūalis ta

men dependenter. Eſt eñ ſpiritualis ꝑ ſeparationẽ a materia ſicut etiã aĩa rõnal.

Poteſt etiã incidentaliter hic queri. Utrũ idẽ corpus ꝑ diuinã potentiã poſſit eſſe vbiqꝫ.i.in oĩbus locis. ¶ Reſpondetur per vnicã concluſionem. Deus de potentia ſua abſoluta pt̃ facere idem corpus eſſe vbiqꝫ circũſcriptiue. Probatur hec ↄcluſio ſic. Ubicũqꝫ vl' in quocũqꝫ loco deus poteſt facere aliquod corpus eſſe nõ ſub ſuo modo naturali: ibi vel in eodẽ loco poteſt facere idẽ corpus ſub ſuo modo naturali. Sꝫ de⁹ poteſt facere corpus chriſti eſſe in diuerſis locis ſub modo alio a ſuo modo naturali: ergo etiam põt facere ipſuꝫ eſſe in diuerſis locꝭ ſub ſuo modo naturali. Maior ꝓbatur quia primuꝫ includit duplex miraculum ⁊ eſt plus q̃ ſecũdum: quia h̃ ſcꝫ ꝙ faciat idem corpus in diuerſis locꝭ ſub modo naturali ſolum includit vnuꝫ miraculum. Sed eadeꝫ rõne qua poteſt idem corpus facere eẽ in pluribus locis eadem rõne ⁊ in omnibus. ¶ Sed cõtra. Tu dimittis doctorem ſeraphicũ qui dicit ꝙ eſſe vbiqꝫ ſit ꝓprium dei. ¶ Reſpõdeo ꝙ eſſe vbiqꝫ poteſt eſſe dupl'r. Uno modo ꝙ aliquid ſit vbiqꝫ neceſſario ⁊ independenter ꝓpter immenſitatem ꝓprie eſſentie. Hoc modo eſt ꝓpriũ ſolius dei. Alio modo ꝙ aliquid ſit vbiqꝫ contingenter ⁊ dependenter: ⁊ non propter immenſitatem proprie eſſentie. Et illo modo bene aliquid poteſt eſſe vbiqꝫ.i. in diuerſis locis. Uel breuius poteſt dici ⁊ eſt idem Aliquid eſſe vbiqꝫ poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ex natura ꝓpria ſeu ꝓpria virtute. hoc modo eſt propriũ deo. Alio modo virtute aliena ſcilicet diuia. Et ſic Scotus in quarto cõcedit ꝙ idẽ corpus poſſit eſſe circũſcriptiue etiam in omnibus locis et per conſequens vbiqꝫ. ¶ Utrum hec ſit cõcedenda. Homo iſte eſt vbiqꝫ: demonſtrando chriſtum. Reſpondeo ꝙ ſic. per cõmunicationem ideomatum: q2 ſicut iſta conceditur. deus eſt mortuus. Homo ille creauit ſtellas: ergo a ſimili iſta. Homo eſt vbiqꝫ.

Secũdo querit. Utruꝫ Eſſe vbiqꝫ conueniat deo ſemper: ſiue eternaliter. ¶ Semper eſt vna dictio cõprehendens omne tempus aduerbialiter et affirmatiue: et ideo eſt totum in tẽpore. Dicitur affirmatiue propt' nun. ꝫ. Unde triplex eſt differentia temporis: ſcilicet Preſens: Preteritum: ⁊ Futurũ. Illud ergo quod conuenit alicui ſm omnem differentiam temporis conuenit ei ſemper Semper enim idem eſt qδ in omni tempore.

Reſolutio q̃ſtionis ſtat in duabus diſtinctionibus ⁊ quattuor ꝓpoſitionibus. ¶ Prima diſtinctio. Eſſe ſemper prout dicitur de deo poteſt capi duobus modis. Primo modo eſſe ſemꝑ vt dicitur de deo importat diuinam immenſitatem ſm durationem: que non habet principiũ durationis nec finẽ: ⁊ tunc nihil aliud eſt q̃ eternitas. Et hoc modo immenſitas capitur large: quia proprie eſt ſm locum. ¶ Prima propoſitio. Eſſe ſemper vt ſic dicitur de deo ab eterno: quia ab eterno deus non habuit pñcipium. ¶ Correlariũ. Solus de⁹ eſt eternus. Angeli autẽ ⁊ anime ſunt perpetue Secundo modo. Eſſe ſemper importat diuinã immenſitatem ⁊ cõnotat ſimultatem temporis. ¶ Secunda propoſitio. Hoc modo eſſe ſemꝑ cõuenit deo a pñcipio temporis ⁊ ſic nõ ab eterno. ¶ Secũda diſtinctio. Eſſe vbiqꝫ Uno mõ importat preſentialitatẽ diuine immenſitatis: per quã eſt p̃ſens omni illo qδ eſt: ſiue ſibijpſi ſiue alijs ſit p̃ſens. Et ſic idẽ eſt eſſe vbiqꝫ ⁊ eſſe immenſiue. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Hoc mõ eſſe vbiqꝫ conuenit deo eternaliter. Ex quo patet ꝙ eſſe vbiqꝫ hoc modo captum eſt deo ꝓpriũ quarto modo: q2 conuenit omni ⁊ ſoli et ſemꝑ. Alio modo eſſe vbiqꝫ vltra p̃dictã p̃ñtialitatẽ

cõnotat locum creatum ſiue rem creatã.
¶ Quarta ppõ. Hoc mõ conuenit deo
ab initio rerũ ⁊ locoꝝ ppter cõnotatũ: et
ↄuenit ſemꝑ ⁊ adhuc eſt ppriũ deo quia
cõuenit ſoli ſcꝫ neceſſario ⁊ independenẽ
⁊ ſemꝑ vno mõ licet non eternalr. Quia
tñ vt videt ex titulo qõnis Bonauentu-
ra nõ querit. Utrum illa duo puta eſſe
vbiqꝫ ⁊ eſſe ſemꝑ cõueniant deo diuiſim
accepta ſed ſub vno ↄtextu. Utrum eſſe
vbiqꝫ cõueniat deo ſemꝑ vel eternaliter
quaſi diceret. Ex quo ꝑus determinatuꝫ
eſt ꝙ cõpetat ſoli deo. Si competere ei
ſemper ſiue ab eterno eſſet deo pprium.
quarto mõ. Ideo põt poni talis conclu-
ſio. ¶ Eſſe vbiqꝫ dictũ ſine cõnotatione
ad creata ſiue ad locũ conuenire deo ab
eterno neceſſe eſt fateri.

Circa tertiũ articu-

lum querit primo vtruꝫ deus
ſit in omnibus rebus equali-
ter ſiue vniformiter. ¶ Reſpõ-
ſio ſtat in duabꝫ diſtinctionibꝫ ⁊ tribus p-
poſitionbꝫ. ¶ Prima diſtinctio. Deũ eſſe
in rebus põt duplr itelligi. Uno modo
ꝙ idem ſit qð eẽ pſentem ꝑ intimiditatẽ
cuilibet rei nõ cõnotando effectũ. ¶ Pri-
ma ppoſitio. Deus eſt in oibus rebꝫ eq̃-
liter ꝑ naturã ſiue ꝑ eſſentiã intime non
cõnotando effectum. Alio mõ deũ eſſe in
rebus ↄnotare põt effectum ſicut artifex
dr eſſe in artificio per cõnotationem effe-
ctus: ⁊ per impreſſionẽ ſue ſimilitudinis
¶ Secũda ppoſitio. Deus abũdantius
⁊ plenius eſt in vna re q̃ꝫ in alia cõnotan-
do effectum. Magis em deus eſt in virgi-
ne glorioſa q̃ꝫ in ſancto petro vel in aliq̃
ſanctorũ cõnotando ſcꝫ effectũ: quia mi-
rabiliores effectꝰ ⁊ maiorẽ gratiã cauſa-
uit in virgie glorioſiſſima q̃ꝫ in aliis ſan-
ctis. Itẽ ſpecialiſſime eſt in xpõ. vñ aplſ
ad Colloſen. ij. dicit. In q̃ habitat pleni-
tudo diuinitatis corporaliter. ¶ Secun-
da diſtinctio. Deum eſſe in vna re magꝭ
q̃ꝫ in alia põt intelligi duplr. rõne ſcꝫ ef-
fectus. Uno modo intenſiue. hoc modo
deus magis eſt in aĩa ſenſitiua q̃ꝫ in celo.
Omne em̃ viuũ preſtantius eſt nõ viuo.
Et ſic illud eſt eſſe in vna re magis q̃ꝫ in
alia intenſiue quo ad operatione qð ope-
ratur ꝑfectius vel nobiliorẽ effectũ pro-
ducit in vna q̃ꝫ in alia. Alio mõ extẽſiue
aliq̃d dr magis eſſe in vna re q̃ꝫ in alia:
quia diutius eã cõſeruat. Hoc mõ deus
plenꝰ eſt in celo q̃ꝫ in aĩa ſenſitiua. patꝫ
quia diutius cõſeruat celũ q̃ꝫ animã ſen-
ſitiuã. Deus aũt ꝑfectius ſiue plenꝰ eſt
tam intenſiue q̃ꝫ extenſiue in aĩa rõnali.
¶ Tertia ppoſitio. Deꝰ vniformiter eſt
in omnibꝫ rebus hec diſtinguẽda eſt ſm
ↄſtructẽ ſermonis: quia vel lꝫ vniformiter
põt determinare illuꝫ terminũ deus: vel
põt determinare res. Si pmũ tunc deus
vniformiter eſt in omnibꝫ rebꝫ quia vni-
formitas ẽ ipſius eſſe diuini. Sed ex par-
te effectuũ ſi intelligatur ſ tũc eſt falſa.

Querit ſecũdo quibus

modis ⁊ qualiter deus eſt in oibus rebꝫ.
¶ Auguſtinꝰ de pñtia dei ad Dardanũ
Deus ẽ in aliquo triplr. ſcꝫ ꝑ naturaꝫ: et
ſic deꝰ eſt in oibꝫ rebꝫ. Alio mõ ꝑ gratiaꝫ
inhabitantẽ. Sic ẽ in iuſtis. Tertio mõ
ꝑ vnionẽ. Sic eſt in xpõ. Gregorius aũt
ſuꝑ illud. v. Canticoꝝ. Quo abijt dile-
ctus tuus: ponit aliã aſſignationẽ ſcilꝫ ꝙ
deus eſt in oibꝫ rebꝫ pſencialr: potenciali-
ter ⁊ eſſencialiter. Querit ergo de diſtin-
ctione ſufficientia ⁊ ordine iſtoꝝ modoꝝ.
¶ Reſponſio dicẽdum ꝙ aſſignatio Au-
guſtini reſpicit diuerſitatem modorum
eſſendi deũ in rebus. Sꝫ aſſignatio gre-
gorij reſpicit cõditiones modoꝝ eſſendi.
Ubicũqꝫ em̃ ẽ deus ſiue ꝑ naturam ſiue
per gratiam ibi eſt eſſentialiter: pſenciali-
ter ⁊ potencialiter. Alia patent in litte-
ra Bonauenture ⁊ in textu ſniarũ. Et lꝫ
iſti ſint tres modi gñales ſunt tñ multi
ſpeciales: Auguſtinꝰ libro cõfeſſionum.
Deus eſt in ſeipſo vt alpha ⁊ o. Eſt autẽ
in mundo vt creator ⁊ gubernator. Eſt

nūt in angelis vt beatificatoꝛ. Vñ dicit
Pater nr̄ qui es in celis. i. in iuſtis nō in
celo empyreo. Vñ ⁊ tꝛhon⁹ ſapie aīa iu/
ſti dicitur. Vñ ⁊ illud: fiat voluntas tua
ſicut in celo ⁊ in terra. i. ſicut in iuſto ſic
in peccatoꝛe: vt ſcꝫ cōuertat̄ Eſaias. Ce
lum mihi ſedes eſt: terra ſcabellū pedū
meoꝝ. i. iuſtos inhabito per grām. Im/
pios premo ꝑ eterni iudicij diſtrictionē.

Circa ſcd̄am par

tem huius diſtinctiōis que
duos habet articulos. Cir
ca primū articulū ꝑmo q̄ri
tur. Vtrum deus ſit localis intra locū
¶ Locale eſt illud qd̄ cōtinet̄ a loco: mē
ſuratur loco: conſeruat̄ in loco: ⁊ termi/
natur loco. ¶ Coꝛrelariū primū. Deus
nō eſt localis. patet: qꝛ iſte ꝯditiōes po/
ſite in deſcriptione localis dicunt perfe/
ctionē ex parte loci ⁊ impfectionē ex pte
locati. Sed nihil imperfectiōis eſt i deo
ergo ⁊c̄. ¶ Coꝛrelariū ſcd̄m. Nihil ē lo/
cale niſi qd̄ eſt in loco circumſcriptiue.
¶ Nota. intra ⁊ extra poſſunt capi duo/
bus modis. Vno mō negatiue: et ſic ex/
tra locum dicit nō eſſe in loco: vt ſum ex/
tra choꝛum. i. nō ſum in choꝛo. Antixp̄s
eſt extra terram: id eſt non eſt in terra.
¶ Prima ppō. Deus non eſt extra locū
negatiue. Eſſe intra locū negatiue eſt eſ
ſe ſic in illo loco ꝙ nō in alio. ¶ Secūda
ppō. Deus hoc mō non eſt intra aliquē
locū. Alio modo capiunt̄ poſitiue. Sic
eſſe intra locū eſt eſſe pn̄s loco per indi/
ſtantiā pn̄tialitatis. Extra locū ꝓ po
ſitiue eſt eſſe in aliquo loco alio diſtante
ab illo loco. ¶ Tertia propoſitio. Hoc
modo deus eſt intra omnē locū ⁊ etiā ex
tra locū. Deus eīn propter ſuā ſimplici/
tatem infinitatē ⁊ immenſitatē ſic eſt in/
tra oīa ꝙ etiā eſt extra oīa ſm̄ Gregoriū
Per has propoſitiones debite intelligū/
tur dicta Auguſtini: qui dicit deum nec
eſſe intra nec extra locū. Gregoꝛius aūt
dicit ꝙ ſit extra ⁊ intra. Et hic capit po/
ſitiue: ille autem negatiue.

Reſponſio queſtionis

ſtat in tribus propoſitionibus. ¶ Pri/
ma ppō. Locale dr̄ illud qd̄ ſequit̄ leges
loci ſicut tp̄ale vocat̄ illud qd̄ leges tp̄is
ſequit̄. Vnde vna lex. i. conditio tp̄is eſt
ꝙ excedant̄ oēs res tp̄ales. ¶ Coꝛrelari
um. Angeli nō ſunt res tp̄ales q̄ntū ad
iſtam cōditionē: qꝛ durabūt imppetuū.
Alia lex tp̄is eſt ꝙ oīa tp̄alia tabeſcūt:
id eſt ſeneſcūt in tp̄e. ¶ Scd̄a ppō. Lex
loci eſt q̄druplex. Prima eſt cōtinere lo/
catum. Scd̄a eſt mēſurare locatū. Ter
tia eſt ſaluare. Quarta eſt terminare lo/
catum. Et ſm̄ iſtas conditiones locus
habet ſe per modū imptientis hoc eſt vt
dicunt moderni doctoꝛes ꝑ modū actiui
Locatum vero ꝑ modū recipientis vl̄ ſu
ſcipientis: hoc eſt per modum paſſiui.
¶ Tertia ꝓpoſitio. Quia deus nihil re
cipit a loco: neqꝫ pōt ſaluari a loco: nec
detineri a loco: ideo nō pōt dici localis.
¶ Pro ſolutione primi argumenti nota
ꝙ non eſt idem eſſe in loco: eſſe locatum ⁊
eſſe locale. Vnd̄ iſta oīno abijcitur a ma
giſtro ſententiarū: deus eſt locat⁹ ⁊ mul
to foꝛtius illa deus eſt localis. Deus au
tem eſt in loco immenſiue. Nam de rigo
re ſermonis quādo abſolute dicitur eſſe
in loco ſm̄ vſum phoꝝ videt̄ ꝙ dicat̄ ali/
quid eſſe tanqꝫ determinatum loco et ſic
non concedit̄ abſolute ſm̄ cōem vſum lo
quendi: tn̄ ex vi vocabuli bene pōt conce
di deum eſſe in loco. q̄re in lr̄a Bonauē.
¶ Penultimū argumentū poteſt ſic foꝛ/
mari. Deus eſt vbiqꝫ: ergo deus eſt hic
ſed qd̄ hic eſt: eſt in loco determiato: ⁊ qd̄
eſt in loco determiato eſt locale: ergo ⁊c̄.
¶ Rñdeo. Q꜡ ly hic pōt teneri demon/
ſtratiue tm̄ vl̄ demōſtratiue ⁊ diſcretiue
Si capitur demonſtratiue tm̄: ſic conſe
quentia vera: quia nō eſt ſignare locum
cui deus non ſit pn̄ſens. ⁊ ſic tenet illa con
ſequentia a toto in loco ad ſuā partem.
Alio modo poteſt teneri demonſtratiue

z diſcretiue: ſic ꝯſequēs eſt falſum: quia tunc ſignificatur ꝙ deus ſic ſit hic ꝙ nō ſit in alio loco diſcernēdo: ſcʒ hunc locū contra alia loca: nec ſequitur ſic ex añcedēte: ſed potius contradicit añcedenti. ¶ Pro ſolutione vltimi argumenti. Nota ꝙ iſta eſt diſtinguēda. Deus ſm ſe totum eſt in loco. Nam deus eſt in quolibet loco totus non tamē eſt totaliter in loco. patet: quia deus non eſt in loco ſm partē: quia eſt ſimplex: nec ſm totum: qꝛ infinitus. Et ideo dicēdus eſt totus eſſe in quolibet loco non tamen totaliter. vide lr̃am: quia eſt plana ꝛc̃.

Queriť ſecundo. Utrū

deus ſit mutabilis ſm locum. ¶ Pro declaratione terminoꝝ. Nota ꝙ triplex ē mutatio ſm locum. Una eſt deꝑditiua tm̄: z eſt illa qua aliquid deꝑdit locum: nullum nouū locū acquirendo: vt ſi deꝰ me poneret extra vniuerſum vel omnia deſtrueret a me. Alia eſt acquiſitiua tm̄: z eſt illa qua aliqͩd de nouo acquirit locum non deꝑdendo aliū: vt qñ adā creatus eſt in cāpo añ paradiſum acquiſiuit de nouo locum nō deꝑdendo locuʒ: quia prius non erat. Tertia eſt mutatio acquiſitiua partim z partim deꝑditiua: q̄ ſcʒ aliqͩd ſic deꝑdit aliquē locū ꝙ acqͥrit alium vt dū modo vado ad eccleſiam.

Reſpōſio ad queſtionē

ſtat in vna ꝓpoſitione. ¶ Deus nō ē mutabilis ſm locum nec per ſe nec per accidens. Ratio huiꝰ eſt immēſitas diuina. ¶ Pro ſolutione argumentoꝝ nota: Et primo ꝓ vltimo argumēto ꝓ parte vera. Qꝛ ſicut deꝰ nō pōt moueri ita nec qͥeſcere ꝓprie. patet: qꝛ quies eſt terminꝰ ꝓuatiuus: ſed nulla ꝓuatio ꝓprie competit deo. Unde qñ inueniť in ſacra ſcriptura vel in doctoribꝫ ꝙ deꝰ quieſcat debite eſt intelligenda ſcriptura. ¶ Solutio vltimi argumēti z declaratio ſequētis argumenti. Et debēt emendari libri habētes ſic. Hinc eſt ꝙ nō per ſe ſed per accidēs moueť: quia talis textus cōtradicit reſolutioni ſancti Bonauenture. Unde delendum: ſed z ponendū eſt: nec per accidens. Periculū quoqꝫ eſſet dicere deum per accidens moueri. ¶ Ad argumentū ſatis ſubtile videlicet tale. Si intelligamus corpus (vtputa vinū de vaſe vl' huiuſmodi) egredi de loco nullo introeunte: tūc remanet vacuū: aut ergo deus eſt ibi aut nō. Si ſic: ergo deus eſt in eo qđ nihil eſt quod ſtultū eſt dicere. Si non: cum prius ibi fuerit videtur mutari per accidens. ¶ Rñdet ꝙ ſi per impoſſibile ponať locū euacuari: tunc remanere intelligiť capacitas: ſcʒ ſpaciū imaginariū loci: ꝓuata capacitas aūt aliquid ē. Dicit notanter per impoſſibile quia naturaliter vacuū eſſe eſt impoſſibile. Eſt aūt ſimplr̃ poſſibile deo annihilare ignem et aquā ꝛc̃. et ſic facere vacuum.

Tertio queriť. Utrum

deus ſit ſeꝑabilis ab om̄i loco: vel ſit extra oēm locū. Iſta q̄ſtio habet duas partes. Prima pars eſt. Utrū deus ſit ſeparabilis ab om̄i loco. Scđa pars. Utrū deus ſit extra oēm locū. ¶ Rñſio ad primam partē q̄ōnis ſtat in vna diſtinctione z q̄tuoꝛ ꝓpōitꝫ. ¶ Diſtinctio ē talis Aliqͩd đꝛ ſeꝑari ab alio duplr̃. Primo ꝑ diſtantiā qđ ſcʒ elongať ab alio: vt duo ſi fuerint Baſilee z vnus vadat argentinam: alius autē conſtantiā. Alio mō per independentiā qua vnū dicitur ſeparari ab alio qđ ſcilʒ nullo modo dependet ab alio. ¶ Prima ꝓpoſitio. Deus non eſt ſeparabilis ab aliqua re per diſtantiam. ¶ Scđa ꝓpō. Deus eſt ſeꝑabilis a qualibet creatura ꝑ independentiā: qꝛ deus a nulla depēdet creatura. ¶ Tertia propoſitio. Quelibet creatura eſt inſeparabilis a deo per dependentiā. ¶ Quarta propoſitio. Licet deus ſit ſeparabilis a loco: locus tamen non eſt ſeparabilis a deo ſcilicet ſuppoſito ꝙ locus ſit.

¶ Ad ſcdam partem queſtionis. Rñſio ſtat in vna diſtinctione: ꝛ aliquibus propoſitionibꝰ. ¶ Diſtinctio eſt talis. Aliquid poteſt dici extra oēm locum dupliciter: ſcꝫ Poſitiue. Illo modo eſſe extra aliquem locum: eſt eſſe in aliquo loco diſtante ab hoc vel illo. ¶ Correlarium. Illo modo impoſſibile eſt deum eſſe extra oēm locū. vt patebit. ¶ Propoſitio. Si deus miraculoſe faceret me eē ſimul hic ꝛ hieroſolymis: tunc ego eſſem extra hunc locum poſitiue: non autē negatiue. Vñ nō valet tūc: tu es extra iſtum locū: ergo tu nō es in iſto loco: ſed ſic: ergo nō ſolum es in iſto loco. Sic etiā eſſe intra aliquem locū poſitiue eſt ipm eſſe p̄ſens illi loco per indiſtantiam p̄ſentialitatis. Deus ergo eſt intra oēm rem quia omnibus eſt preſens. Unde Gregorius. Deus eſt extra omnia non tñ excluſus: et eſt intra omnia non tamen incluſus. ¶ Cū ergo querit̄. Utrū deus ſit extra omnes locum. Rñdet̄ ꝙ ly extra vno mō eſt differentia loci. Hoc mō dicit ſitum ꝛ poſitionē. Et tūc huius ꝑpoſitiōis deus eſt extra omneꝫ locum: ſenſus eſt. Deus eſt in loco ꝗ eſt extra oēm locū vel qui nō eſt qḋ eſt manifeſta cōtradictio. Sicut añ. Uno mō eſt differētia tp̄is: ꝛ ſic impoſſibile eſt ꝙ deus ſit ante tp̄us: qꝛ tunc ſenſus eſſet deus eſt in tp̄e qḋ eſt ante omne tp̄us: qḋ manifeſte implicat. Alio mō extra dicit exceſſum vel ſuperexcellētiā et eternitatis diuine et immenſitatis reſpectu loci: et hoc mō deus eſt extra oēm locum: id eſt excellit omnē locū. Sic añ cū denotat exceſſum earundē reſpectu tp̄is ꝛ ſic deus eſt ante tempus.

Irca ſecundum

c articulū ꝑtis ſcḋe querit̄ ꝑmo. Utruꝫ angelus poſſit moueri localiter ſine corpe

Pro terminoꝝ declaratiōe Nota: ꝙ angelus dr̄ dupliciter officio ſcꝫ et natura. Angelus officio dr̄ quicunqꝫ nuncius a deo ad hoīes miſſus ꝑpter aliqua miniſteria cōplēda. Et ſic angelus nō ſolū dr̄ de ſpiritibꝰ angelicis: ſꝫ etiā de hoībꝰ. vñ Malach. iij. Ecce ego mitto angelū meum ꝛc̄. i. Iohēm baptiſtā. Et angelus in greco dr̄ malach i hebraico: i latino nuncius. Et h̄ nomē angelꝰ traſlatū ē ab officio: dr̄ eñ angelꝰ: qꝛ nūciꝰ. Nā poſt diē iudicij nō erunt angeli: qꝛ nō mittent̄ ad hoīes. Et ſilr̄ hri ſpūs: vt michael: gabriel nō ſemꝑ ſūt angeli: ſꝫ qñ trāſmittunt̄ ad nos. Angelus aūt natura ſic pōt deſcribi. Eſt natura intellectualꝭ: Finita: cōpleta: Incorporea: ſimplex et mere ſpūalꝭ. Quę deſcriptio ſex in ſe ꝯtinet ꝑticulas Ex qbꝰ ſex ſequunt̄ correlaria. ¶ Primū Nulla natura irrōnalis ſiue non intellectualꝭ pōt dici angelꝰ. ¶ Scḋm correla. Eſſentia diuia nō pt̄ dici angelꝰ natura ¶ Tertiū correla. Nec aīa intellectiua qꝫtūcunqꝫ ꝑfecta pōt dici angelꝰ natura ¶ Quartū corre. Licꝫ hō poſſet dici angelus officio nō tñ pōt dici angelꝰ natura. ¶ Quintū corre. Angelꝰ nō eſt cōpoſitus ex materia ꝛ forma. ¶ Sextū correlariū. Angelꝰ eſt ſpūs i ꝑmo mō dicēdi ꝑ ſe. Spūs eñ in ꝑmo mō dicēdi ꝑ ſe dr̄ ḋ angelo ꝛ ḋ deo. ¶ Notādū inſuꝑ ꝙ duplex eſt corpꝰ ſcꝫ mathematicū ꝛ naturale. Corpꝰ mathematicū eſt corpꝰ de gñe quantitatis: ꝛ nihil aliud eſt ꝙ̄ trina dimēſio. Hoc mō nō ſumit̄ in titulo q̄ōnis Corpus autē naturale vꝉ reale eſt aliqḋ cōpoſitū ex materia ꝛ forma realiter: natū recipe trinā dimenſionē. Et eſt de genere ſubſtātie ꝛ ſumit̄ duplr̄. Primo mō ꝑ q̄ddītate ſpeciuocā ꝯſtituta ex gñe. ſ. ſubā ꝛ corporeo tanq̄ꝫ ex dr̄ia intrinſece Hoc mō eſt in recta linea p̄dicamentali: ꝛ ſic capit̄ methaphiſicalr̄. Alio mō corpus naturale ſumit̄ phiſicalr̄. pro altera parte cōpoſiti ꝑfectibili a forma. Et vtroqꝫ mō pōt capi in q̄ſtione. ¶ Deinde Nota ꝙ quadruplex eſt corpꝰ de genere ſubſtantie: ſcꝫ celeſte: vt luna: celum. Aliud eſt elementare: vt ignis: aqua: aer

¶ Correlariū. Angelus aſſumendo corpus nō aſſumit corpus celeſte nec elemētare. Aliud eſt corpus pfecte mixtū: vt lapis granū hō. Aliud eſt impfecte mixtum: vt grando nix q̄ ſcʒ faciliter reſoluuntur. ¶ Correlariū. Angelus de communi curſu non aſſumit corpus perfecte mixtum (nō dico q̄ nō poſſit) ſed corpꝰ impfecte mixtū aſſumit. ptʒ: qꝛ in dimiſſione ſtatim reſoluit̄ quod nō fieret ſi eſſe perfecte mixtum. ¶ Poſtremo nota q̄ motus localis eſt duplex ſcʒ Circūſcriptiuus: ꝛ eſt quo aliquid fert̄ de loco ad locū circūſcriptiue vel ſm circūſcriptionem. Alius eſt diffinitiuus quo aliquid fertur de loco ad locum diffinitiue quādo ſcʒ aliquid nō q̄tum mole ſed limitatum mouet̄ de loco certo ad aliū. ¶ Prima ppoſitio. Angelus non pōt moueri de loco in locū circūſcriptiue ſine corpe aſſumpto. ¶ Scda ppō. Angelus pt moueri de loco ad locū circūſcriptiue p accidēs cū corpore aſſumpto. ¶ Tertia ppoſitio. Angelus p ſe pōt moueri d loco ad locū diffinitiue: lʒ plꝰs nō diceret.

Reſolutio queſtionis

ſtat in duabus ppoſitionibꝰ. ¶ Prima ppō. Angelus pōt moueri de loco ad locuʒ ſimpliciter. ¶ Scda ppō. Angelus nō ſolū mouet̄ de loco ad locū cū corpore aſſumpto: ſʒ etiā ſine corpe aſſumpto.

Pro ſolutione argumētorū.

Nota aliquas ppoſitiōes. ¶ Prima ppō. Omne qđ mouetur naturaliter ſeu motu naturali mouet̄ propt̄ indigentiā. patet de igne: aqua terra ꝛc̄. ¶ Scda ppō. Nō omē qđ mouet̄ motu voluntario: mouetur pp̄ter indigentiā. Ptʒ de militibꝰ exercentibꝰ ſe in armis: aliquādo pp̄ter vanam gloriā: aliqn̄ ad cōplacendū dn̄abus ꝛc̄. ¶ Itē nō ſolum doctor Subtilis dicit relatiōes mouentis ꝛ moti cōpetere eidē ſic ſcʒ q̄ idē moueat ſeipſum (vt patet de graui puta lapide ſurſum poſito et de anima: licet in corporibus ſeu corporalibꝰ ſemp poſſit aliqua diſtinctio inueniri inter p ſe mouens ꝛ per ſe motū) ſed etiā doctor ſeraphicus hoc dicit. Sʒ eſt dr̄ia magna: qꝛ Bonauentura addit q̄ ſm materiaʒ ſit habilis ad moueri: ſed ſm formam mouet: ſed hoc non tenebimus. Alia argumēta ſunt pro parte affirmatiua: ꝛ ideo concedenda.

Querit̄ ſecundo. Utrū

angelus moueat̄ p medium: vel nō. Nota Motus localis eſt duplex: ſcʒ Continuus ꝛ eſt variatio ſucceſſiua diuiſibilis ad diuiſionem magnitudinis ſup quam fit hmōi variatio. Et habet hec deſcriptio tres particulas. Prima eſt ly variatio: ꝛ ponitur loco generis. Scda particula eſt ly ſucceſſiua: pro q̄ talis ponit̄. ¶ Propō Implicat ꝯradictionē motū continuum eſſe in inſtanti: quia de ratione ſua eſt ſucceſſiuus. Sed eſt cōtradictio ens ſucceſſiuū eſſe in inſtāti: ergo ꝛc̄. Et etiā dicit̄ ad differentiā mutationis inſtantanee. Tertia particula eſt diuiſibilis ꝛc̄. Et de iſto motu eſt queſtio iſta ¶ Alius aūt eſt motus localis indiuiſibilis: ꝛ eſt quedam mutatio inſtantanea qua mobile vel mutabile tranſit de vno extremo in aliud inſtantanee. Primo dr̄ eſt mutatio: quia localis motus indiuiſibilis non eſt motus propie. Patet per ſcdam particulam ſcʒ inſtantanea. Tertia particula eſt qua mobile ꝛc̄. Sequūtur alique ppoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Nihil qđ mouet̄ indiuiſibiliter de loco ad locū tranſit per mediū. Unde ſi angelus ab hac aula in inſtanti faceret ſe pſentem eccleſie tunc nō moueretur p clauſtrum: ſed in aliquo tēpore eſſet hic ꝛ in alio tēpore ſequēti illud inſtans eēt in eccleſia. ¶ Scda ppoſitio. Omis motus localis cōtinuus quieſt ab extremo ad extremuʒ fit per medium neceſſario. Unde duplex eſt medium. Aliquod eſt.

eſt medium quod nihil eſt extremorū vt ignis reſpectu ſpere lune et ſpere aeris. Aliud eſt mediū qđ eſt aliquid extremorum. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Angelus virtute ſua propria ꝛ naturali non poteſt trāſire de extremo ad extremum ſine medio maxime ſi medium ſit aliquid extremorum ꝛ loquendo de motu continuo. Unde angelus exiſtens in celo virtute ſua ꝓpria non poteſt ſe immediate facere i terra. patet: quia ſi hoc poſſet ſequeretur ꝙ q̄tumcū q̄ magna diſtantia non impediretur angelus ab operatione ſua: ſed exiſtēs in celo empireo poſſet operari in terra. Et tunc videtur ꝙ ſit virtutis ꝛ operationis infinite ꝛ illimitate: ſed hoc ē falſum: ergo ꝛc.

Sanctus Bonauentura

rn̄dendo ad queſtionem duas recitat opiniones. ¶ Prima opinio eſt oīno falſa que ponit angelos non poſſe tranſire per mediū: patet falſitas: quia angelus ſic pōt cuſtodire hominē: vt non deſerat eum ꝛ ſic moueat̄ cū eo per mediū. pꝫ de iuniore thobia cū quo angelus raphael continue per magnum iter tranſiuit ꝛc. ¶ Scđa opinio. Aliquid dicit verum et aliquid improbabile. Exemplū quoq̄ ipſius non eſt cōueniens vt pꝫ in Bonauentura. In hoc bn̄ dicit ꝙ angelus poſſit ſe mouere per mediū. ¶ Prima propoſitio. Angelus pōt virtute propria ſe mouere motu īdiuiſibili ab vno loco ad aliū ꝓpinquū: puta qui includit̄ in toto loco ſibi adequato ꝛ hoc ꝓpter ꝑfectionē ſue virtutis. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Angeli habēt varias affectiones circa eundē hominē. Un̄ angelus cuſtodiēs me magis afficitur mihi cum ſequor inſpirationes mihi ab ipo immiſſas: q̄ꝫ quādo offendo dominū deum negligendo bonū.

Tercio querit̄. Utrum

ſpiritus angelicus pertranſeat medium motu ſubito vel ſucceſſiuo. In precedentibus declarati ſunt termini. Unde ſicut non ſequitur hoc mouetur motu indiuiſibili. ergo mouetur. Sic nec ſequit̄ hoc mouetur motu ſubito: ergo mouet̄ cum idem ſint motus inſtantaneus indiuiſibilis ꝛ ſubitus.

Reſolutio queſtionis.

Doctor ſeraphicus reſpondēdo ad queſtionē narrat duas opiniones. ¶ Prima opinio ſtat in quibuſdā dictis cum propoſitionibus aliquibꝫ. ¶ Primū dictū. Prima ꝛ ꝑfecta ſucceſſio in motu ꝓuenit ex q̄druplici cauſa ſcꝫ ex medij diſtantia ex medij reſiſtētia ex ꝯtibilitate mobilis ꝛ ex ꝟtute mouētis finita: Pro ꝓmo mēbro talis ponit̄. ¶ Prima ꝓpō. Quanto maior eſt diſtātia alicuꝰ ſpacij intercepti inter terminū aliquē a quo ꝛ terminū ad quē: tanto motus eſt magis ſucceſſiuus. patet ad ſenſum: quia ab hinc ad franckfordiā motus ē velocior q̄ꝫ ad argentinā. Pro ſecundo mēbro. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Quāto mediū eſt rarius ꝛ ſubtiliꝰ tanto minꝰ reſiſtit mobili ꝛ motori: et quāto mediū eſt denſius ꝛ groſſius tanto magꝭ reſiſtit mobili ꝛ motori: quia quāto mediū eſt ſubtilius ꝛ rarius tanto motꝰ factus in tali medio eſt velocior ꝛ quanto mediū eſt denſius tanto motꝰ factus in tali ē tardior. Patet de aere ꝛ aq̄ et equo currente. Pro tertio mēbro. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Quāto aliqđ mobile habet plures partes tanto motus eius eſt tardior. Pro quarto. ¶ Propoſitio q̄rta. Quanto aliqua virtus mouēs eſt ꝑfectior (ceteris paribꝫ) tanto motus eiꝰ eſt velocior ꝛ quanto virtus eſt imꝑfectior tanto motus eſt tardior. Ex dictꝭ patet hoc dictū philoſophi ſcꝫ qualis eſt ꝓportio medij ad mediū in ſubtilitate ꝛ denſitate: tanta eſt ꝓportio motus ad motū in velocitate ꝛ tarditate. ¶ Correlarium. Quia angelus eſt ſimplex ꝛ indiuiſibilis ꝛ ſpacium eſt cōpoſitū ꝛ diuiſibile ſequit̄ ꝙ tā angelus q̄ꝫ eiꝰ virtus ē improportionabi

lis ſpacio: quia nullum in diuiſibile ē ꝓportionabile diuiſibili. ¶ Scdm dictū. Virtus motiua angeli intantū excedit ſpaciū qd pōt ſubito ⁊ motu improportionabili ſpaciū ꝑtrāſire. ¶ Correlariū. Motus angeli eſt ſupnaturalis. ¶ Sed hec opinio nihil valet: qꝛ ſicut idē corpꝰ virtute naturali nō pōt eſſe in pluribꝫ locis circūſcriptiue: ſic nec angelus ſua virtute pōt eſſe in pluribꝰ locis ſibi adequatis diffinitiue. Alioquin nō eſſet diffinitiue in loco: qꝛ ꝑ te ſimul eſt in tribꝫ ꝑtibꝫ medij: ergo pōt eadē ratiōe eſſe in infinitis: ⁊ ſic nō erit determinate alicubi.

Opinio ſancti bonauēture propria ſtat in quinqꝫ ꝓpoſitiōibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. Angelus nō mouetur ꝑ mediū ſubito motu ſꝫ ſucceſſiuo. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Succeſſio in motu prouenit ex q̄druplici cauſa. ¶ Tertia propoſitio. Virtutis finite mouentis ꝓprie eſt mouere in tpe: maxime ſi fiat ꝑ ſpacium vl' mediū. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Motus angeli ꝑ mediū nō eſt ꝑfecta ſucceſſione ſucceſſiuus: eo ꝙ deficit ibi reſiſtentia medij ⁊ ꝑtibilitas mobilis. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Motus angeli ratiōe diſtātie ſpacij ⁊ finitatis virtutis mouentis ꝑ mediū: eſt ħ ſucceſſiuus. ¶ Primū argumentū ī oppoſitū pōt ſic formari. Virtꝰ angelica nō eſt minor ad ꝑtranſeundū medium q̄ꝫ virtus ſolis. Sed ſm Aug. Radius (ſcilicet ſolarꝫ vel luminoſus) non citius peruenit ad loca ꝓpinquiora q̄ꝫ remotiora: ergo virtꝰ angelica pōt ꝑtranſire medium inter celum et terram ſubito. ſanctus Bonauentura ponit duas ſolutiones ad hoc argumentum. Vide litteram.

c **Irca diſtinctio**nem triceſimāoctauā (In qua magiſter ſententiaꝝ incipit tractare de preſcientia id eſt noticia ſeu cognitione diuina)

¶ Quantū ad primuꝫ articulū. Primo queritur. Vtrū ꝑſcientia diuina ſit cauſa rerū. ¶ Pro declaratione terminorū. Nota ꝙ ꝑſcientia diuina eſt noticia certa ⁊ infallibilis futuroꝝ. Cuius deſcriptionis quattuor ſunt particule. Poſteriores ponunt' loco differētie. Prima ħo indicat quidditatē ꝑſcientie. Sicut eñi ꝑſcire neceſſario eſt ſcire: ſic ꝑſcientia de rōne ſua eſt ſciencia. Sed oīs ſcientia eſt noticia: ergo ⁊c̄. Per ſcdam aūt particulam ſcꝫ certa: et tertiā ſcꝫ infallibilis indicatur qualitas ipſius: ſcꝫ ꝙ ſit abſqꝫ dubitatione et deceptione. Quarta .ſ. futurorū indicat obiectū ipſius preſciētie. ¶ Correlariū primuꝫ. Nulla noticia de preteritis inq̄ꝫtuꝫ ꝑterita ſunt eſt preſcientia. patet: quia ꝑſcientia eſt futurorū: ſed preterita vt ꝑterita ſunt: non ſunt futura. ¶ Secūdum correlariū. Nulla noticia de ꝑſentibus vt preſentia ſunt ē preſcientia. patet ſicut primuꝫ. Item patet ex vi vocabuli preſcientie qd idem eſt qd ante ſcire. ¶ Tertium correlariū. Nulla noticia que eſt de rebus neceſſarijs: ⁊ impoſſibilibus aliter ſe habere: ſiue de rebꝫ īmutabilibus ſm ſe: ſeu ſempiternis eſt preſcientia. ¶ Quartum correlarium. Deus non poteſt habere preſcientiaꝫ de ſeipſo ſeu de aliquo intrinſeco ſibi abſolute ⁊ ſm ſe conſiderato. ¶ Quītum correlarium. Deus poteſt habere ꝑſcientiā de ſeipſo in cōparatione ad effectꝰ quos quādoqꝫ producet. ¶ Sextum correlarium. Nulla noticia de impoſſibilibꝫ eſt ꝑſcientia. patet: qꝛ preſcientia eſt futurorum noticia: ſed nullū impoſſibile eſt futurū. ¶ Septimū correlariū. Nulla noticia de ꝓpōnibꝫ falſis vel erroneis ē preſcientia. patet: qꝛ ꝑſcientia diuina nullo mō eſt falſa: ſꝫ noticia de falſis ſaltē obiectiue ē falſa. ¶ Octauū correlariū. Nulla noticia dubia pōt dici ꝑſcientia. patet qꝛ diuina noticia nō pōt eē cū dubitatione nec cū ſuſpitione. ¶ Nonū correlariū Nulla noticia q̄ ē de poſſibilibꝫ q̄ nunq̄ꝫ

erūt ꝓprie dr̄ pſcientia. Vñ duplicia ſūt poſſibilia: q̄dā nunq̄ erūt: q̄dā aūt erūt ⁊ ſic ſunt futura. ¶ Inſup nota. ꝙ futuꝝ eſt duplex: ſcʒ Cōplexum ſicut hec ꝓpoſitio de futuro cōtingēti vera: antichriſtꝰ erit ⁊ cōſimiles. ¶ Futurū incōplexū eſt quedā entitas que nō eſt: q̄nq̄ tn̄ erit vt antixp̄us. ¶ Correlariū primuʒ. Nulla res actu exiſtens in actuali exiſtentia. vt exiſtit eſt futurū incōplexum. ¶ Scd̄m correlariuʒ. Nichil qđ poteſt eſſe: nunq̄ tn̄ erit dicit̄ futurū incomplexū. ¶ Futurum cōplexum eſt ꝓpō de futuro cōtingenti vera ⁊ de ineſſe. ¶ Primū correlariū. Nullū incomplexū ⁊ nulla ꝓpō falſa etiā de futuro ꝯtingenti: ⁊ nulla ꝓpoſitio de p̄ſenti copula: nec aliq̄ de p̄terito: eſt futurū complexū. ¶ Scd̄m correlariū. Omē futurū cōplexū q̄nq̄ erit verum. ¶ Demū notandū ꝙ duplex ē cauſa: ſcʒ in eſſendo ſiue in ꝓducendo: ⁊ eſt q̄ vere ꝓducit effectū ſuū. Alia eſt cauſa in inferendo ſiue in cōſequēdo: ⁊ eſt q̄ infert aliud ꝑ bonā ꝯſequētiā. Hoc mō aliqua duo poſſunt ſibiīnuicem eſſe cauſe: vt ſicut bñ ſequit̄ pater eſt: ergo filius eſt ita bñ ſequit̄ filius eſt: ergo pater eſt. Et de vtraq̄ poteſt intelligi queſtio.

Reſolutio ſancti bonaueture

ſtat in octo dictis: ⁊ tribus correlarijs. ¶ Primū dictū. Preſciencia dicit precognitionē futuri. ¶ Scd̄m dictum. Dupliciter poſſumꝰ loqui de p̄ſcientia. Vno mō q̄ntū ad rem ſignificatā ꝑ illud nomē p̄ſciētia. Alio mō inq̄ntū tal̄ res ſignificat̄ ꝑ illđ nomē p̄ſcia diuia. Quātū ad rē ſcatā ē ſapia ⁊ noticia diuia Sʒ deꝰ oīa q̄ facit ꝑ artē facit ⁊ ꝑ cognitiōeʒ ergo cū noticia dī ſit cauſa oīm reꝝ p̄ſcia diuina q̄ntū ad rē ſignatā ē cā rerū. ¶ Tertiū dictū. Licet noticia dei ⁊ ſapiētia dei ſit cauſa rerū: tn̄ vt ſignificat̄ h̄ noīe p̄ſcientia nō eſt cauſa rerū. Prima ps patʒ: Scd̄a ꝓbat̄: q2 vt īportat̄ ꝑ h̄ nomen p̄ſciētia nō habet̄ niſi ordo prioritatʒ ipiꝰ noticie diuie ad res creabiles. ¶ Quartū dictū. Licʒ p̄ſcia dei q̄ntū ad ſcatū ſit cauſa alicuiꝰ rei future: nō tn̄ ē cauſa cuiuſlibet futuri ⁊ p̄ſciti: ⁊ ad huiꝰ declarationē ſequit̄. ¶ Quintū dictū. Futuꝝ ē in triplici differētia. Qđdā ē futurū qđ totalit̄ cauſat̄ a deo. ſ. qđ creatur a deo vt aīa angelꝰ. Aliud ē futuꝝ qđ totalit̄ cauſat̄ ⁊ fit eo mō q̄ fit a creatura: ſic peccatū ⁊ mala. Nō em̄ hñt cauſaʒ niſi defectiue. Tertiū ē futurū qđ cauſat̄ ⁊ fit: ⁊ a creatura ⁊ a deo ſit̄: vt oīa entia ī inferioribꝰ q̄ naturalit̄ ꝓducunt̄. ¶ Sextū dictū. Licʒ deꝰ ſit cauſa tota futuri primo mō capti: nō tn̄ ē cā futuri ſcđo mō dicti: ſʒ deꝰ reſpectu tertij modi ē cauſa ſed nō tota. ¶ Dictū ſeptimū. Preſcia diuia eſt cauſa oīm rerū poſitiuaꝝ futuraꝝ ꝯtingentiū. ¶ Dictū octauū. Deꝰ nō ē cauſa pctōꝝ p̄ſcitoꝝ. ¶ Correl̄. p̄mū. Licʒ noticia dei ſit vnica ac ſimpliciſſima ac ſūme eadē ſibi: tn̄ ꝓpt̄ diuerſos ſtatus rerū ⁊ ꝓpt̄ diuerſos effectꝰ: noticia diuina q̄nq̄ noiat̄ p̄ſcia: q̄nq̄ ſapia: q̄nq̄ ꝓuidentia: q̄nq̄ diſpoſitio: q̄nq̄ predeſtinatio: q̄nq̄ ꝓuidentia: Pōt etiā vocari ars: ſcientia ſapiētia et noticia. Illa autē quattuor dicūt noticiā dei vel cognitionē inq̄ntum eſt de omnibꝫ. Preſcientia ꝓ̄o dei ſolū eſt de futuris: ⁊ ſic dicit eandē noticiā quā ſapientia: tn̄ vt tranſit ſuꝑ futura: ſimiliter preuidentia. Diſpoſitio eſt noticia dei inq̄ntū eſt de rebus fiendis. Vnde ſicut ſapiētia et noticia eſt ī plus q̄ preſcientia obiectiue: ſcilicet rationē obiectorum: ita etiam preſcientia eſt in plus q̄ diſpoſitio. Preſciencia em̄ eſt tā de bonis q̄ de malis futuris. Diſpoſitio autem ſolum eſt de rebus poſitiue fiendis: ⁊ ſic nō eſt de malis. ¶ Secunduʒ correlariū. Quālibet entitatem futurā incomplexā deus neceſſario cognoſcit. ¶ Tertiū correlarium. Nullū fturū cōplexū cognoſcit deus neceſſario: vt antixp̄s erit. Sicut em̄ illa in ſe eſt cōtingēs: ita etiā deus contingēter cognoſcit eam.

Sed bene ſequitur. Deus preſcit me celebraturum: ergo celebrabo. Itẽm deus p̄ſcit antixp̄m damnanduz: ḡ damnabit́ ↄc̄. Vn̄ noticia dei ē cauſa in ↄſeq̄ndo vł in inferẽdo mali ↄ non in eſſendo. Et ibi eſt neceſſitas conſequẽtie nõ autẽ conſequẽtis: ḡ nec añcedẽtis.

Secundo querit́ Vtrū

p̄ſciẽtia diuina ſit cauſata a reb⁹. ¶ Reſolutio q̄ſtionis ſtat in duabus opinionib⁹. ¶ Opinio p̄ma (quā nõ tenet) ſtat in vna diſtinctione ↄ duab⁹ cõcluſionib⁹ ¶ Diſtinctio eſt talis. Cauſa capit́ dupliciter. Vno mõ ꝓprie: ↄ eſt illa q̄ producit rem in aliq̄ gn̄e cauſe. Hoc modo ſunt ſolū q̄ttuor cauſe. ¶ Cõcluſio p̄ma Nullo mõ res create ſunt cauſe p̄ſciẽtie diuine ꝓprie capiẽdo cauſam. Alio mõ cauſa ſumit́ large: et eſt illa ſine qua res nõ eſt ↄ dicit́ cauſa ſine qua nõ. ¶ Cõcluſio ſcđa. Res p̄ſcite ſunt cauſa ſine q̄ nõ preſciẽtie diuine. ¶ Sed hoc non bn̄ eſt dictum. probat́: quia ſoluz ſunt q̄ttuor gn̄a cauſaruz ẜm ph̄m. ij. phiſicoꝝ. ḡ ↄc̄. Itẽ cauſa ſine qua non coincidit cuz aliqua alia cauſa ex quattuor. Aliam rationẽ ponit Bonauẽtura in lr̄a.

Opinio ſancti Bonauenture

ꝓpria ſtat in vna diſtinctione et tribus ꝓpoſitionib⁹. ¶ Diſtinctio ē tal'. Triplex eſt cauſa ſcz in eẽndo: in inferẽdo: ↄ in dicendo. Vel cauſa põt capi ẜm triplicẽ rõnem: ſcz eſſendi: inferendi ↄ dicendi. Cauſa eſſendi ē illa que vere producit effectum in aliquo cauſarum gn̄e. ¶ Prima ꝓpoſitio. Licet p̄ſcientia diuina ſit cauſa aliquoꝝ p̄ſcitoꝝ ↄ nõ omniū nõ tn̄ ecõuerſo: id eſt ip̄a p̄ſcita non ſunt cauſa p̄ſcientie dei. Et dicit́ nõ omniuz. qꝛ licet cognoſcat peccata non tamẽ eſt cauſa ipſoꝝ: ſed ſolū eſt cauſa oīm poſitiuoꝝ. Prime due ptes patẽt in queſtiõe prima p̄cedenti. Tertia ps probat́ ꝑ rationes in oppoſitū. ¶ Nota p̄ſciẽtia dei duo importat. Vnū eſt principale ſignificatum: ↄ illa dicit́ vnica dei intellectio que nihil eſt niſi eſſentia diuina. Scđm eſt conntatū: ↄ illud eſt ipſa futura preſcita. Cauſa in inferendo eſt illud quod infert aliud in bona cõſequẽtia ſiue cauſet illud ſiue non. ¶ Scđa propoſitio. Res preſcite ſunt cauſa in inferẽdo preſcientie diuine ↄ ediuerſo. Vnde bene ſequitur antixp̄s erit: ergo deus nouit cuz futurū: ↄ econtra ↄc̄. Cauſa dicendi nihil aliud eſt q̄ꝫ ratio aliqua nominandi vł appellandi aliquā rẽ. Hoc mõ dicunt doctores antiqui ꝙ ledere pedẽ eſt cauſa lapidis. ¶ Tertia propoſitio. Entia p̄ſcita ſunt cauſa dicẽdi ipſius preſciẽtie diuine ↄ nõ econuerſo. Patet prima ps: quia p̄ſcientia eſt ſcientia ante rem: id eſt quaſi ante ſcientia. Nam niſi entia eẽnt futura: ſcientia dei non diceretur p̄ſcientia. ¶ Correlarium. Poſt diẽ iudicij deus non habebit preſcientiam generãdorum ↄ corrumpendorum in iſtis inferiobus. Futurum ergo eſt ratio nominandi preſcientiam.

Circa ſecundum

articulum queritur primo Vtrum diuina preſcientia ponat neceſſitatẽ circa preſcitum. Vnde preſcitum nihil aliud eſt q̄ꝫ aliquod futurum precognituz a deo. ¶ Reſolutio queſtionis. Doctor Seraphicus rn̄dendo ad queſtionem narrat tres opiniones. Quarū prime due ſunt heretice ↄ falſe. Tertia vero catholica ↄ vera. Prima ſtat in vno dicto. ¶ Preſcientia diuina imponit neceſſitatẽ rebus. ¶ Iſta opinio eſt tam falſa ꝙ nõ ſolum theologi verumetiam philoſophi abhorrent eam: et ratio huius eſt. Nam ph̄us primo Periarmenias dicit: Si omīa neceſſario euenirent oporteret neq̄ꝫ conſiliari nec negociari ↄc̄. ¶ Scđa opinio omnino aufert preſcientiam a deo: ↄ ſtat in vna propoſitione. ¶ Propoſitio. Deus

nō pſcit aliqua futura: quia ſi eſſet aliqua pſciencia in deo imponeret neceſſitatem rebus: ſed hoc eſt falſum. ergo ⁊c̄. ¶ Iſta opinio nō ſolum eſt cōtra bonos mores: ſed etiā dehonorat deū: q̄ plus ē pſcire futura q̄ ſcire pſencia quia ⁊ homo multa cognoſcit pſencia. Et hui⁹ opinionis fuerunt antiqui romani. ſcʒ Tullius ⁊ pdeceſſores eius vt valerius ⁊ alij Et omnia que faciebant non faciebant ꝓpter deū: ſed ſolum ꝓpter rem publicā quā quaſi deam putabant.

Opinio tertia que ē catholica

(quam tenet doctor ſeraphicus) ſtat in duab⁹ ꝓpōnib⁹. ¶ Prima ꝓpoſitio De⁹ cognoſcit futura eo mō q̄ futura: et eo mō q̄ pn̄t cognoſci. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio Omnē ꝓpoſitionē de futuro cōtingenti verā cognoſcit de⁹ mere ꝯtingēter. ¶ Ad intelligentiā autē obiectoꝝ notandū: ꝙ cognitio dei poteſt capi dupl'r. Uno modo ſm ſe ⁊ abſolute: ⁊ ſic ē neceſſaria ſimpliciter pſciencia: quia eſt ipſemet deus. Alio modo inq̄ꝗtū trāſit ſup obiecta: ſeu obiectiue. ¶ Propoſitio. Licet diuina pſciencia vel cognitio ſm ſe abſolute ſit neceſſaria: nō tn̄ inq̄ꝗtum trāſit ſup obiecta. i. ſup cōplexionē cōtingentē futurā. ¶ Et nota ꝙ duplex ē neceſſitas ſcʒ abſoluta q̄ cōmuniter vocat̄ ꝯſequētis. Et eſt illa que opponit̄ contingentie qua ſcʒ aliquid nō pōt aliter eſſe. Alia ē neceſſitas reſpectiua q̄ vocat̄ ꝯſequētie. Et eſt illa q̄ ad aliqđ antecedēs neceſſario ſeq̄t̄ aliqđ ꝯn̄s ſiue antecedens ſit neceſſariū ſiue ꝯtingēs: vt ſortes currit: ergo ſortes mouet̄. Propō. In reb⁹ pſcitis nō eſt neceſſitas abſoluta. Ad argumēta. Et primo videamus argumenta ꝓ parte vera. ¶ Primo arguit̄ ꝑ ſimile. Et eſt Aug⁹. in libro de libero arbitrio. Sicͭ mea memoria nō cogit facta eſſe que pterierunt. ſic dei pſciencia nō cogit faciēda eſſe que futura ſunt. ergo ⁊c̄. ¶ Scd̄a ratio. Si de⁹ intelligat̄ nihil pſcire: nihil accreſcit ex hoc libero arbitrio: ergo poſitio pſciētie nihil aufert libero arbitrio: ergo cū liberū arbitriū de ſe ſit cauſa reꝝ ad vtrūlibet cōtingentiū diuina pſciētia hoc nō tollit. ¶ Tercia rō. Diuina pſciencia futuroꝝ pluriū (puta maloꝝ) nō eſt cauſa: aut nō eſt cauſa tota. Sed qđ dat alicui neceſſitatē habet rōnē cauſe: quia a quo ē eſſe: ⁊ eſſe neceſſariū: ergo cū diuina pſciencia nō ſit cauſa multoꝝ futuroꝝ nullam rebus imponit neceſſitatē. ¶ Quarta ratio ſic poſſit fieri. Diuina pſciencia pſcit res ſicut ſunt euenture. ergo cū ſcit aliquē peccaturū pſcit ꝙ cōtingenter peccabit ſic ſcʒ ꝙ poſſet nō peccare ſi vellet: ⁊ ſic pſcit illum peccaturū per voluntatem: ⁊ ſic ipſum aliter poſſet facere.

Solutio argumentoꝝ.

Pro primo argumēto in oppoſitū nota: ꝙ duplex eſt ꝓpō de ineſſe ſcʒ de ineſſe vt nūc: que ſcʒ eſt vera pro aliquo tempore vt magiſter legit. Alia eſt de ineſſe ſimpliciter: ⁊ eſt illa que eſt vera pro omni tēpore pro quo res eſt vt homo eſt coloratus. Propoſitio de ineſſe ſimpliciter ē duplex: ſcʒ contingens ⁊ eſt illa que licet ſit vera pro omni tēpore pro quo res eſt: tamē ſimpliciter eſt cōtingens. Alia eſt propoſitio de ineſſe ſimpl'r neceſſaria: vt homo eſt animal. ¶ Regula. Nulla propoſitio cōtingens eſt de ineſſe ſimplicit̄: ſic vt ex ipſa ⁊ vna de neceſſario ſequat̄ concluſio de neceſſario. patet quia nō ſequit̄. Omne quieſcēs de neceſſitate non mouet̄. Sed lapis in centro terre ē quieſcens. g̊ lapis in centro terre de neceſſitate nō mouet̄. ¶ Nota ī illa ꝓpōne philoſophi. Omne qđ eſt: qn̄ eſt: neceſſe eſt eſſe: ſunt quattuor ſcʒ ſubiectū principale: vt ly qđ eſt. Scđm eſt pdicatū principale ſcʒ eſſe. Tertiū eſt copula principalis vt ly eſt. Quartum eſt determinatio Et eſt duplex: quarū vna tenet ſe ex parte ſubiecti ponens actualē ipſius exiſtenciam. Scd̄a determinatio ē neceſſe: tenēs

ſe ex parte p̄dicati. ¶ Regula q̄ʒ poſitū eſt in actu: in ꝑtū poſitū eſt: nō ē amplius in poteſtate cauſe: ꝑterita eīn nō pñt non fuiſſe. Oīne autē ponēdū in actu iuꝗ̄tū ponēdū ē: in ptāte cauſe ē ¶ Pro ſolutōe ſecūdi argumēti nota ꝙ pōt Ariſtoteles gloſari (ſm Scotū) z videt̄ ꝙ fuerit intē/tio ei⁹: videlicet ꝙ nō velit dicere ꝙ nulla ꝑpō de futuro ꝯtingenti ſit de neceſſi/tate vera. Sed ꝙ ſit alia veritatis ꝑpo/ſitionis de ꝑteritis: de p̄ſenti: z de futuro ꝯtingēti. Q̄ ſi ſit intentio ei⁹ ꝙ nulla ꝑ/poſitio de futuro ꝯtingenti ſit determi/nate vera: eſt relinquēdus ꝑpter fidem. ¶ Vñ ſciendū ꝙ q̄dā doctores pariſien/ſes voluerūt dicere ꝙ nulla ꝑpō de fu/turo ꝯtingēti ſit determinate vera ſʒ ha/beat expectatā veritatē ſeu expectationē quādā veritatis: ꝯ q̄s fuit determinatū rome oppoſitū eſſe verū. ¶ Pro ſolutione tertij argumēti nota aliq̄s ꝑpoſitiones. ¶ Prima ꝑpō. Falſitas in aliq̄ intelle/ctione venit ex diſcordia intellectiōis ad obiectum intellectū: vt duʒ intelligo ali/quē eſſe nigrū cū ſit albus. ¶ Secunda ꝑpō. Potentia fallēdi in intellectu (qui poteſt decipi) venit ex potentia diſcordā/di ipſius intellect⁹ a re cognita. ¶ Cor/relariū primū. Intellectus q̄ nō pōt in/telligere res aliter ꝙ̄ ſint: nō pōt decipi. ¶ Correlariū ſecundū. Intellect⁹ diui/nus non pōt decipi nec falli. ¶ Correla/rium tertiū. Scientia z p̄ſcientia dei ſeq̄r res ſcitas ꝑ cōcomitantiā z ediuerſo de rebus vt ſup̄ dictū eſt: ſic ꝙ bñ ſequit̄ ce/lebro miſſam: ergo deus p̄ſciuit: z ecōtra. ¶ Pro ſolutione vltimi argumenti nota ꝙ hec ꝑpoſitio aliquid pōt aliter eſſe vel euenire ꝙ̄ deus ſciat. Vno modo poteſt eſſe diuiſa z ſenſus eſt. Deus ſcit aliquid z poſſibile eſt ꝙ oppoſitū eius eueniat vt deus ſcit diē iudicij fore z tamē illud eſt ſimplr̄ nō neceſſariū. Alio mō poteſt eſſe cōpoſita z tunc ē cathegorica z eſt ſenſus deus ſcit aliq̄d eſſe futurū z poſſibile eſt illud nō euenire. Vnde duplex eſt poſſi/bile ſcʒ quoddā cui nō eſt annexū aliq̄ʒ impoſſibile vt deus ſcit me celebraturū eſt poſſibile cui nō eſt annexū īpoſſibile. Aliud eſt poſſibile cui eſt annexū aliq̄ʒ impoſſibile: vt deus ſcit me celebraturū z ego faciā oppoſitū. Aliter tñ videt̄ dice/re ſanctus Bonauētura z videt̄ eſſe me/lior ſolutio ꝙ̄ iſta. vide textum.

Querit̄ ſecundo. Vtrū

diuina p̄ſcientia habeat in ſe neceſſitatē. Hoc ē vtꝝ neceſſe ſit deū p̄ſcire q̄ʒ p̄ſcit. ¶ Nota ꝙ diuina p̄ſcientia capit̄ duplr̄. Vno mō pro ꝑ ſe ſignificato. Hoc mo/do nihil aliud eſt ꝙ̄ noticia diuina: z ſic p̄ſciētia diuina eſt neceſſaria. patet quia oīa que vere ſunt in diuinis ſunt ſimplr̄ neceſſaria Alio mō ꝑ cōnotato ſumitur diuina p̄ſcientia. Hoc mō non ſolū dicit diuinā noticiam ſed etiam res futuras. ¶ Propoſitio. Licet diuina p̄ſcientia ꝑ ꝑ ſe ſignificato ſit ſumme neceſſaria: pro cōnnotato tamen eſt cōtingens. Probat̄ quia res futura ē cōtīgēs: p̄ſcientia au/tem dicit ordinationē futuri ad illū actū (diuinā ſcʒ noticiā) Hoc ē ꝙ dicunt aliq̄ ꝙ diuina p̄ſcientia formal̄r eſt ſumme ne/ceſſaria: obiectiue vero eſt ꝯtingens. Et ſimil̄r duplex eſt p̄ſcitū: ſcʒ incomplexū z eſt ens q̄ʒ nūc nō eſt: aliqñ tamen erit vt antichriſtus. Complexū autē eſt ꝑpo/ſitio vera de futuro ꝯtingenti de q̄bus z ſupra determinatū eſt. ¶ Prima ꝑpoſi/tio. Qualibet entitatē futurā incōplexā neceſſario p̄cognoſcit de⁹ clare: z intuiti/ue z euidēter: patet quia deus cognoſcit fienda ſicut facta. Sed exiſtentia cogno/ſcit clare. ergo zc̄. Nihil autē cognoſcit deus abſtractiue quia importat imper/fectionem. In hoc ſenſu non tractatur queſtio p̄ſens ſed in ſequenti. ¶ Secun/da propoſitio. Nullū enūciabile futurū (id eſt nullam ꝑpoſitionē de futuro con/tingenti verā) deus neceſſario precogno/ſcit. Probat̄: Quia alias illa propoſitio eſſet neceſſaria. g̃ zc̄. Et in iſto ſenſu in/

ſelligitur queſtio noſtra.

Reſolutio queſtionis

ſtat in vnica concluſione. ¶ Concluſio eſt talis. Hoc totum dictum: deum preſcire aliquod futurum contingens: eſt cōtingens iudicandum. Quod dictū ſanctus Bonauentura probat duabus rationibus aliarum opinionum: deinde reprobat eaſdem. ¶ Ratio prima. Quādocunq̧ eſt vnum dictum totale includens duas partes vnam ſcilicet neceſſariam: ⁊ aliam contingentem totum eſt cōtingens. patet ex vera logica: quia ad cōtingentiam copulatiue ſufficit alteram partem eſſe contingentem. Sed iſtud totale dictum eſt huiuſmodi: ergo totū eſt contingens. ¶ Secūda ratio fundatur in duabus regulis. ¶ Prima regula eſt. Si alicuius vere conditionalis (ampliemus dicendo conſequentie bone) antecedens fuerit neceſſarium: conſequens eſt neceſſarium. ¶ Secunda regula. Si antecedens alicuius conſequentie bone fuerit contingens: cōſequens erit contingēs ¶ Et licet omnes theologi in concluſione concordent tamē ratio quare illud dictum ſit cōtingens diuerſimode aſſignatur. Secūda tamen opinio magis appropinquat ad veritatem. In hoc tamē peſſime dicit ꝙ preſcientia dei dependeat a futuris. ¶ Tertia regula. Omnis propoſitio de preterito vera eſt neceſſaria. Unde dixit Agathon ⁊ Solon vnꝰ ſapientiſſimorum grecorum. Hoc ſolo priuatur deus: facere ingenita que genita ſunt. Cum ergo illa. Deus preſciuit antichriſtum fore habeat dictum de p̄terito: videtur ꝙ ſit neceſſaria. ¶ Tamen ſicut dictum eſt in ratione prima hoc dictū includit neceſſarium: quia cognitionem diuinam ⁊ contingens ſcʒ cōnotatum. Uñ aliud eſt conſiderare cognitionem diuinam in ſe: quia ſic eſt neceſſaria. Aliud vt trāſit ſup obiectum contingens: quia ſic contingens denominatur.

Opinio ſancti Bonauē

ture ⁊ propria. ¶ Quadruplex eſt dictū de p̄terito. Quoddā eſt de p̄terito ⁊ pro p̄terito: vt heri comedi. Aliud eſt de p̄terito: ſed tamē pro futuro: vt antichriſtꝰ fuit naſciturus. Tertiū eſt de p̄terito et pro preterito. ſed dependet a futuro. vt philoſophū dixiſſe verum: natale bellū fore. Ueritas enim noſtre cognitionis ⁊ opinionis dependet a re. Ultimuʒ eſt de preterito quod non dependet a futuro. ſed connotat veritatē circa futurum: vt deus p̄ſciuit antichriſtū fore. ¶ Nota ꝙ hec. Deus p̄ſciuit te ſaluanduʒ includit duas ꝓpoſitiones: ſcʒ deus p̄ſciuit hanc ꝓpoſitionē tu ſaluaberis. Una eſt tu ſaluaberis. Alia eſt deus habet cognitionē de ſalute tua. Et hec expoſitio poteſt applicari tam ad prophetias ꝙ̄ ad reuelationes. ¶ Unde ad practicandū. Non ſequitur. Deus predixit petro ip̄m ter negaturum ſe noſſe chriſtū: ⁊ illa reuelatio tranſierat in preteritū: ergo neceſſarium erat petrum negare chriſtum.

Pro ſolutione argumē

torum nota ꝙ mutabile dicitur aliquod ens actu exiſtens quod nūc alio modo ſe habet ꝙ̄ ſe prius habuit. Immutabile autē dicit̄ dupliciter. Uno mō poſitiue ⁊ ſic eſt ens actu exiſtens. Alio mō negatiue: ⁊ ē nō ens actu exiſtēs. Hoc mō kymera eſt imutabilis. ¶ Arguit̄ ſic. Deꝰ pōt ſcire antichriſtū nō fore. Sʒ ponat̄ ꝙ actu eū preſciat nō fore: ergo deus eſt mutabilis quia tranſiuit de vno contradictorio in aliud: quia heri preſciuit antichriſtū fore: hodie nō p̄ſcit. ¶ Dicendum ꝙ ex quo poſitum eſt deum preſcire antichriſtum non fore: negetur per artem obligatoriā illud ꝙ deus heri preſciuit antichriſtum fore tanq̧ repugnans poſitioni. Unde cum ponitur deum preſcire antichriſtum non fore: ponitur ab eterno deum preſciſſe Antichriſtum non fore:

quia in deo non eſt tranſitus de oppoſito ad oppoſitum qui requiritur ad mutationem.

Circa diſtinctionē

tricesimānonam q̄ duos habꝫ articulos. Pro pmo igitur articulo queritꝰ primo. Utrū deus cognoſcat alia a ſe. ¶ Pro declaratione qonis ponūtur alique ꝓpōnes ꝛ aliqua correlaria. ¶ Prima propoſitio. Licet cognitio diuina in ſe ſit vnus actꝰ intelligendi ſimpliciſſimus et vnicus: quo intelligit oīa tam eternū q̄ꝫ tēporalia: tū ꝓpter diuerſa cōnotata dꝛ multiplex cognitio diuia ¶ Secūda ꝓpō. Triplex eſt cognitio diuina. Quedā eſt ſimplicis intelligentie que eſt reſpectu omniū entium: ſiue eternoꝝ ſiue temporaliū: ꝛ tam reſpectu preteritoꝝ q̄ꝫ p̄ſentium futuroꝝ ꝛ poſſibiliū. ¶ Correlariū. Cognitio diuina ſimplicis intelligentie vł noticie eſt reſpectu infinitoꝝ obiectoꝝ. Alia eſt cognitio viſionis ꝛ eſt omniū entiū exiſtentiū vel preteritorum vel futuroꝝ ꝛ etiam eternorum Iſta autem dicitꝰ cognitio viſionis: eo q͂ cōnotatur q͂ illud cognitum vel habeat vel habuerit vel habiturū ſit exiſtētiā. ¶ Correlarium. Deus nihil qđ non erit cognoſcit ſcientia viſionis. Tertia eſt cognitio approbatiōis in deo: ꝛ eſt illa que ſolum ſe extendit ad illa que acceptātur a diuina voluntate t inq̄ꝫ bona: ſiue operata ſiue operatiua. ¶ Tertia propoſitio. Cognitio approbationis non eſt reſpectu malorum: ſed ſolum bonorum. ¶ Correlarium. Cognitio ſimplicis intelligentie in plus ſe habet q̄ꝫ cognitio viſionis. Et cognitio viſiōis eſt in pꝰus q̄ꝫ cognitio approbationis. Et hanc diſtinctionem ponit ſanctus Bonauētura reſpondendo ad ſequentem queſtionem. ¶ Unde ſcientia diuina eſt cognitio omniū tam eternorum q̄ꝫ poſſibilium. Preſcientia autem preſupponit ſcientiam et eſt in minus q̄ꝫ ſciētia. Diſpoſitio eſt certa cognitio practica: id eſt factiua qua cognoſcit res factibiles: factas vel fiendas inquātum habent ordinem inter ſe. Unde duplex eſt ordo. Unus eſt eminentie ſeu nature: et talem ordinem habent res create inter ſe: vel ad ſe inuicem. Alius eſt ordo rerum ad finem: et talis poteſt ſubdiſtingui de fine propinquo et remoto. Prouidentia eſt certa cognitio dei practica: quam habet reſpectu futurorum inquantum illa futura ordinantur ad finem vltimum. Prouidus enim eſt iſte qui bene coniecturat de illis que ſūt ad finem: ꝛ de his que poſſunt impedire conſecutionem finis. ¶ Correlarium. Prouidentia preſupponit diſpoſitioneꝫ. Sicut enim videmus q͂ in domo bene ordinata paterfamilias prius ordinat familiam inter ſe ſꝫm officia. Dehinc prouidet de neceſſarijs tam quo ad victum q̄ꝫ quo ad veſtitum. Unde Boetius diffinit prouidentiam. quarto de conſolatione. Prouidentia eſt ratio in mente principis omnium conſtituta qua cūcta diſponit.

Reſpōſio ad queſtionē

ſtat in vna concluſione. ¶ Concluſio eſt talis. Pium ꝛ neceſſariū eſt dicere q͂ deꝰ cognoſcat aliud a ſe. Prima pars patet quia pium ꝛc̄. Omnis enim rectus animus hoc dicit quia nō latet deum quod cognoſcit animus noſter. Secūda pars neceſſarium ꝛc̄. quia non poteſt opus latere ſapientiſſimū opificem: ꝛ ideo oppoſitum dicere eſt impiū ꝛ impoſſibile.

Solutio argumentorū

Et pro primo ponit diſtinctionem quia aliquē intellectum intelligere aliud hoc aut eſt per ſe: aut per aliud a cognoſcente. ¶ Propoſitio. Omnis res creata quātumcū q̄ꝫ parua: eſt nata cauſare intellectionē ſui in intellectu creato. pꝫ: qꝛ oīs intellectꝰ creatꝰ eſt paſſiuus ꝛ receptiuꝰ intellectōis ꝑ aliud vł ab alio. Licet aūt

intellectus diuinus cognoſcat oīa alia a ſe: nō tñ ꝑ aliud a ſe: quia nō ē receptiu⁹ ⁊ ſic bñ pōt gloſari Ariſtoteles. Pro ſolutione vltimi argumēti notādum ꝙ intellectus diuinus habet duplex obiectū ſcʒ primariū ⁊ eſt ipſa diuina eſſentia. et ſecundariū ⁊ eſt ipſa creatura. ¶ Propoſitio. Omnē nobilitatē ⁊ oēm ꝑfectionē quam habet intellectio diuina habet ab obiecto ꝓmario: nō ab obiecto ſecūdario qꝛ nō eget eo: nec dependet ab eo.

Querit̄ ſecundo. Utrū

deus cognoſcat oīa alia a ſe. ¶ Reſolutio q̄ōnis ſtat in vna diſtinctiōe et duabꝫ ꝓpōnibꝫ. ¶ Diſtinctio ē talis. Duplex ē cognitio in deo: ſcʒ approbationis ⁊ ſimplicis noticie. Noticia approbationis cōnotat cōplacentiā voluntatis. ¶ Prima ꝓpoſitio. De⁹ non cognoſcit oīa noticia approbationis. patet ex deſcꝑtione ipſi⁹ in p̄cedēti q̄ōne. Hinc Abacuc. i. Mūdi ſūt oculi tui dn̄e ne videas malū. i. peccm̄ nō approbas. ¶ Scd̄a ꝓpō. Noticia ſimplicis noticie de⁹ coguoſcit oīa alia a ſe. Ad Hebreos. iiij. Omnia ſunt nuda et aperta oculis ei⁹. Et iterū. Uiuus ē ſermo dei ⁊ efficax ⁊c̄. ⁊ nō eſt aliqua creatura inuiſibilis in conſpectu eius.

Pro ſolutione argumē

toꝝ. Exēplū ꝓ ꝓma ſolutione q̄ dicit ꝙ aliq̄d eē meli⁹ ⁊ nobili⁹ ē dupl'r: qꝛ vl' ſimplicit̄ vl' huic. Un̄ panis ē nobilioꝛ ⁊ melioꝛ mihi q̄ȝ mus. Et tñ mus ē ſimpl'r nobilioꝛ pane. ¶ Pro ſcd̄i ſolutiōe argumēti. Nota ꝙ triplex ē potētia cognoſcendi ſiue cognoſcitiua. ſ. potētia ſenſitiua particularis: ⁊ ſunt q̄nqȝ ſicut ſunt q̄nqȝ ſenſus. Alia ē potētia media int̄ ſenſum ⁊ intellectū ⁊ etiā ē organica vt imaginatiua. Et iſte due dicunt̄ materiales. Tertia potētia cognoſcitiua eſt intellect⁹. Hec nō ē organica. ¶ Propō. Dicit ḡ ſanct⁹ Bonauētu. ꝙ ex materialitate coiuncti videlicet ſenſuū ꝑ q̄s intellectus ꝓ ſtatu intelligit: non pōt ſingularia intelligere ſeu cognoſcere vt intellectus: niſi intellectus ſit ſeparatus ſiue diuinus. Pōt tamē dici ꝙ intellect⁹ nō ſolū intelligit vniuerſalia: ſed etiā ſingularia etiā ꝓ ſtatu iſto Probat̄. Diligo ſingulare ſcʒ iohanē vl' petrū. ḡ cognoſco ſingulare. ꝯn̄tia patet: quia nihil volitū niſi p̄cognitū. Et lʒ nō diſtincte cognoſcam⁹ ſingularia. hoc nō obſtat quin cognoſcam⁹. Nullā em̄ naturā etiā vl'em intelligim⁹ diſtincte ⁊ ꝑfecte ꝓ ſtatu iſto. Et ꝯcedēda eſt auctoritas phi. Intellect⁹ ē vniuerſaliū ⁊ ſenſus ſingulariū. Ultimū eſt cū p̄ciſione. ꝓmū ꝓo nō. Neqȝ em̄ dicit Ariſtoteles ꝙ intellect⁹ nō ſit niſi vniuerſaliū. ¶ Pro ſolutione vltimi argumēti nota hāc ꝓpoſitionē. ¶ Propoſitio. Infinitas ⁊ imenſitas cognititiōis diuine tā intēſiua q̄ȝ extenſiua nō patit̄ aliq̄d latere deum: ſicut imēſitas diuine p̄n̄tie nō patit̄ aliq̄d abſentari a deo ¶. Correlariū. De obiecto viliſſimo pōt eſſe cognitio nobiliſſima.

Querit̄ tertio. Utrum

deus poſſit ſcire vl' p̄ſcire plura q̄ȝ ſciat. ¶ Reſolutio q̄ōnis ſtat in tribꝫ ꝓpōnibꝫ ¶ Prima ꝓpō. Deus non pōt ſcire plus q̄ȝ ſcit loquēdo de noticia ſimplicis intelligētie. Probat̄: qꝛ illo mō cognoſcit oīa poſſibilia: q̄ erūt vel nō erūt ſunt vl' fuerūt. ḡ ⁊c̄. ¶ Scd̄a ꝓpō. Deus pōt ſcire plura q̄ȝ ſcit loquēdo de ſciētia viſionis. patet quia deus pōt noticia viſionis cognoſcere aliū mundū vel alium ſolē: ⁊ tñ nūc nō cognoſcit: eo ꝙ nō faciet. ergo ⁊c̄. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Deus pōt ſcire plura noticia approbationis q̄ȝ ſciat modo. patet quia pōt approbare fornicationem quā tñ mō non approbat. patet ſimil'r de abraā ⁊ yſaac de interficiendo ⁊c̄.

Solutio argumentoꝝ.

¶ Scd̄m argumentū in oppoſitū pōt ſic formari. Si de⁹ pōt plura p̄ſcire q̄ȝ ſciat aut plura incōplexa: aut plura cōplexa.

Non plura incōplexa: q2 res ſcit de⁹ etiā ſi nūq̃ ſint: ſcit eñi oīa q̄ pñt fieri. Siľr nō plura cōplexa: q2 cuiuſlibet ꝯdictiōis ſemꝑ altera pars eſt vera: altera falſa. ğ de cōplexis ſemꝑ tot ſunt vera quot ſunt falſa. ğ ſi ſcit oīa nō poſſunt ſciri plura: q2 nō poſſunt eſſe plura vera. Propť hoc argumētū Ockam declinat ad aliā partem. Sed tñ ꝯ Ockam poteſt ſic argui. Deus pōt ſcire hanc ꝑpoſitionem. Ego cras ero rome ⁊ tñ illā nō ſcit. ğ deus pōt ſcire aliquid qđ mō non ſcit. patet ꝯñtia. Antecedēs patet: nā poſſet me facere eſſe cras rome. Itē de⁹ pōt ſcire oēm ꝑpōnē poſſibilē verā. ğ añs verū. Q2 aūt nō cognoſcit mō patet: q2 ſcia dei nō eſt reſpectu falſi. Dicendū ꝙ noticia viſionis vel approbationis verū eſt (ſm ſctm̄ bonauēturā) deū aliq̄d poſſe ſcire qđ non ſcit mō ſed nō noticia ſimplicis intelligentie.

Circa ſecundum

articulum primo queritur Utrum deus cognoſcat ſe ⁊ alia vniformiter. Nota ꝙ ly vniformiter in ꝑpoſitione iſta pōt determinare vno modo cognitionē dei ſeu illud verbū cognoſcat. ¶ Prima ꝑpoſitio. Hoc modo deus vniformiter cognoſcit ſe ⁊ alia. Alio modo poteſt determinare obiecta cognita ſcʒ ſe ⁊ alia. ¶ Secunda ꝑpoſitio. Hoc modo deus nō cognoſcit ſe ⁊ alia vniformiter: quia nulla eſt vniformitas dei ⁊ creaturarū. Unico tamē actu intelligendi improducto pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus intelligunt tam ſe q̃ȝ alia. Eſſentia tamē diuina que eſt obiectuʒ primariū diuini intellectus ſola eſt ratio cognoſcēdi ſe ⁊ omnia alia: ſic ꝙ nulla creatura q̄ eſt ſecundariū obiectū ipſius intellect⁹ diuini mouet ipm̄. Et nota ꝙ ratio intelligendi ⁊ obiectuʒ ꝓmariū idē ſunt in diuinis ⁊c̄. Quāuis illa ſint vera: tamē ꝙ aduerbiū determinet nomina ⁊ nō verbū: non videtur eſſe de proprietate locutionis.

Reſolutio q̄ſtionis

ſtat in vna diſtinctione ⁊ tribus dictis. ¶ Diſtinctio talis eſt. Duplex eſt cognitio: quedā cauſať ⁊ ortū habet a cognoſcibili ⁊ dependet ab eo. ¶ Prima ꝑpō. Ois nature intellectualis cognitio creata eſt talis. Alia eſt cognitio ſm rem: q̄ idē eſt qđ cognoſcens: nec cauſať nec depēdet a re. ¶ Secūda ꝑpō. Sola cognitio diuina eſt talis. Primū dictū. Cognitio que dependet ⁊ cauſatur a re intelligibili variatur ſm exigentiaʒ cognoſcibilis q̃ȝtū ad rem ⁊ q̃ȝtū ad modū. Unde cognitio diciť variari ſm rem: quādo eſt de re minus nobili ⁊ magis nobili. Sed dicitur variari ſm modū qñ eſt de obiecto preſente in ꝑpria p̄ſentia: ⁊ poſt de obiecto abſente vel econuerſo. ¶ Secundū dictū. Cognitio que nō cauſať a re: nec dependet a re cognita vel cognoſcibili: accipit idemptitatē quantū ad rem ⁊ modum a parte cognoſcentis: non a parte cogniti id eſt eadē eſt realiter cognoſcenti: ⁊ ſemper eſt intuitiua. ¶ Regula methaphiſicalis. A quocunq̃ȝ eñi res habet entitatem ſuā: ab eo habet idemptitatē vel diuerſitatem: eo ꝙ hec ſint paſſiones entis ¶ Tertiū dictum. Quia cognitio dei q̄ cognoſcit ſe ⁊ alia ē eſſentia diuina: ⁊ eſt omnino eadē non diuerſificata ideo vniformiter cognoſcit ſe ⁊ alia.

Pro ſolutione argumē

torum talis ponitur diſtinctio. Cognitio diuina vno modo cōparať ad deum vel intellectū diuinuʒ cognoſcentē. Hoc modo eſt vniformitas ꝑfecta. Alio modo pōt cōparari ad res cognitas: ⁊ ſic eſt diuerſitas. ¶ Regula. Qñcū ꝑ ex diuerſitate obiectoꝝ intellectoꝝ arguiť diuerſitas intellectionū vel intellectionis: ſemper eſt fallacia accidētis in deo. In nob ſolū tenet gratia materie.

Secundo queriť Utrū

deus cognoſcat mutabilia imutabiliter

¶ Reſolutio queſtionis ſtat in vna diſtinctione ⁊ duobus dictis. ¶ Diſtinctio eſt talis. Iſtud aduerbium inmutabiliter poteſt determinare actum ſciēdi dei. ¶ Primū dictum. Hoc modo deus imutabiliter cognoſcit mutabilia. Circa actum enim cognotionis diuine non ē trāſmutatio. Alio modo iſta diſpoſitio: id ē determinatio: poteſt determinare actuʒ eſſendi reruʒ ſcalicet ly mutabilia. ¶ Secūdum dictum. Si ly mutabiliter determinet mutabilia: tunc deus non cognoſcit mutabilia imutabiliter ſed mutabiliter. Cognoſcit enim eos ſicut ſunt: ſed conſtat ꝙ ſunt mutabilia: ergo ⁊c̄. Quia ſi imutabiliter cognoſceret tunc eēt ſenſus ꝙ eſſent mutabilia et imutabilia qđ eſt oppoſitum in adiecto. ¶ Et ꝗꝗ dicta ſint vera: tamen diſtinctio non eſt logica. Unde modo ī noſtra ſcola nō oportet queſtionem diſtingui: ſed ſimpliciter eſt concedenda. Et ſicut ſatis groſſuʒ eſt exemplum quod dat ſanctus Bonauentura in hac queſtione: ⁊ hoc propter groſſiores et ſimpliciores: ita etiam propter theologos nouellos ponit diſtinctioneʒ prefatam ⁊c̄.

Queritur tertio. Utrum

deus cognoſcat omnia preſenter. ¶ Pro declaratione qōnis notanduʒ ꝙ p̄ſenter dicit p̄ſentialitatem. Eſt autem duplex preſens. Quoddā eſt raptim tranſiens. Aliud ſimplex et permanens. Et illud preſens nihil aliud eſt niſi inſtans vł nūc indiuiſibile: copulans prius cum poſteriore. Solum enim duo ſunt tempora. Preteritū ⁊ Futurum. Nam ſolum habemus de tempore ipſuʒ nūc quod eſt indiuiſibile: copulans preteritū cū futuro Ipſum aūt p̄ſens ſeu nūc: nō eſt tempus Aliud eſt preſens ſimpliciſſimū ⁊ permanens. Et eſt nunc eternitatis: qđ eſt ipſa eternitas dei: nō autē pars eternitatis.

Reſolutio queſtionis

ſtat in vna diſtinctione ⁊ duobus dictis. ¶ Diſtinctio talis eſt. Deum cognoſcere omnia p̄ſenter dupliciter poteſt intelligi. Uno modo vt ly preſenter dicit preſentialitatem omniū obiectoꝝ cognitoꝝ. ¶ Primū dictū. Hoc modo deus non cōgnoſcit omnia preſenter. Aliqua em̄ obiecta ſunt p̄terita: aliqua futura. Ut antichriſtus. Unde cuʒ nō ſit ſimultas ſeu preſentialitas obiectorum: queſtio nō eſt vera hoc modo loquēdo. Alio modo ly preſenter poteſt dicere p̄ſentialitatem diuine cognitionis. ¶ Secundum dictum Deus cognoſcit omnia preſenter: vt notatur preſentialitas diuine cognitionis ad omnia ſibi p̄ſentia: quia per vnicum actum ſimpliciſſimum intelligit ⁊ habet om̄ia preſentia ſibi: tam illa que ſunt: ꝗꝫ que fuerunt: ⁊ que erunt. Nihil enim eſt futurum deo. Nullius enim rei noticia aduenit deo de nouo. ¶ Correlariuʒ. Licet deus cognoſcat futura contingentia certitudinaliter nō tamen cognoſcit aliquod futurum ſibi futurum patet. nullū enim tale eſt ſibi: quia omnia ei ſunt preſentia. ¶ Pro ſolutione vltimi argumenti nota ꝙ duplex eſt noticia in deo. Una dicitur apprehenſiua: que eſt tam poſſibilium ꝗꝫ impoſſibiliū: tam falſorum ꝗꝫ incōpoſſibilium. Hac noticia deus cognoſcit ſimul duo ꝯtradictoria. Talis etiā eſt in nobis: niſi em̄ cognoſcerem: ambo ꝯtradictoria nō iudicarem ipſa eſſe incōpoſſibilia nec ꝯtradictoria. Alia eſt iudicatiua noticia ſeu adheſiuā. Et iſta ſolū eſt reſpectu veri. Uñ ſic cognoſcit ꝯtradictoria ꝙ ſcit vnū alteri eſſe incōpoſſibile vnū tamen alteri poſſe ſuccedere.

Irca diſtinctionē

c quadrageſimam que tres habet articulos. Prim⁹ eſt de predeſtinatiōe ⁊ cōtinet duos articulos partiales: ⁊ quilibet duas habet queſtiones Secūdus eſt de electione habens duas qōnes. Tertius de reprobatiōe qui ſimiliter duas queſtiones habet.

Circa p̄mū igitur articulū queritur p̄mo. Utrū p̄deſtinatio ſit quid eternū vel temporale. ¶ Pro declaratione illi⁹ termini p̄deſtinatio notandū q̄ iſta materia ſcʒ p̄deſtinationis ſimilis eſt ſerpēti qui dr ydra: qui cuʒ diuidit̄ ſeu abſcinditur ſibi caput in alia parte naſcit̄ ſibi aliud caput: ꝛ ſic habet duo: q̄ ſi illa duo abſcidant̄ habebit quatuoꝛ vel ſex capita. Et ideo ſ̄m fabulas cū hercules p̄liaret̄ cuʒ eo: tandem neceſſariū habuit cū igne cōburere eum ꝛ oīa eius capita. Sic etiam eſt de iſta materia. Nā cum vna difficultas in iſta materia ſoluitur ſurgunt alie due difficultates maioꝛes. Sequar autē duos doctoꝛes p̄cipuos in iſta materia vnū antiquū textuariū ſcʒ btm̄ Auguſtinū ꝛ aliuʒ queſtionariū. Et duos modernos p̄cipuos Scotū ſcʒ ꝛ Bonauenturam. ¶ Unde p̄deſtinatio ſ̄m ſcotum in p̄nti diſtinctione eſt p̄oꝛdinatio alicuius creature intellectualis ad gloriā p̄ncipaliter: ꝛ ad grām ꝛ ad merita: et ad quedā alia in oꝛdine ad gloriā minus p̄ncipaliter: facta a voluntate diuina. In iſta deſcriptione quatuoꝛ vel quinq̄ ſunt particule. Prima particula eſt. Preoꝛdinatio facta a diuina voluntate. Un̄ p̄deſtinatio formalr̄ nō eſt niſi actus diuine voluntatis qua oꝛdinat creaturā rōnalem ad finē ſuū ſupnaturalē. Un̄ duplex eſt finis creature rōnalis. Quidā eſt naturalis: ad quē ſcʒ ipſa v̄tute ſua naturalī poteſt ɔtingere vt finis ignis eſt eſſe ſurſum. Finis autē creature ſupnaturalis eſt ille (ad quē licet oꝛdinet̄) ipſa tn̄ non pōt acquirere illū virtute ſua ꝓpꝛia. Sicut ſagitta nō pōt ire ad ſignū niſi ſagittans mitteret ſeu deſtinaret ante ſe. Sic nullus pōt pertingere ad vitā eternā niſi ante fuerit deſtinat⁹ a deo. Un̄ Joh. vi. Nemo pōt venire ad me niſi pr̄ me⁹ traxerit eū. ¶ Nota q̄ ſ̄m modū noſtrū itelligēdi quatuoꝛ ſunt ſigna nature in predeſtinatione diuina: licet deus ab eterno ſimul intellexit oīa. Primū qḋ ſequitur non eſt verū de quattuoꝛ. In p̄mo ſigno nature deus intellegit ſe tanq̄ ſummuʒ intelligibile: ꝛ in hoc nō eſt p̄deſtinatio. In ſcḋo ſigno p̄uidet oēs creaturas intellectuales in puris naturalibꝫ: ꝛ in h̄ etiā eſt p̄uiſa incarnatio v̄bi diuini. Dimittamus alias creaturas qm̄ nō ſunt ad ꝓpoſitū (ſcʒ de p̄deſtinatione) Intellectus ergo repſentat voluntati ipſas rōnales creaturas in puris naturalibus. In tercio ſigno tanq̄ clementiſſim⁹ eligit quos vult ad gl̄iam: ꝛ in illo ſigno nō ſunt merita: ſed et mera ſua liberalitate vult eis dare vitā. Et in hoc ſigno nihil vult iude ꝛ alijs dānatis dare. nō gloriā: qm̄ nō obligat̄ ipſis ſicut nec obligabat̄ petro ꝛ paulo. In quarto ſigno videt oēs hoīes caſuros ꝛ peccaturos in adā. Sed cum ſua ineffabilis ſapīa ſtabiliuit q̄ nullus ſaluabit̄ cuʒ pcō. ideo voluit ꝛ opoꝛtuit eis p̄uidere de remedio. Et ſic in q̄nto ſigno oꝛdinauit xp̄m pati pꝛo liberatione p̄deſtinatoꝝ. Et licet doctoꝛ ſubtilis ſolum quatuoꝛ ſigna ponat in pꝛimo: tn̄ in tertio ponit talia. ¶ Correlariū. In q̄nto ſigno p̄uidet iudā ꝛ alios dānatos eē dānandos. Un̄ p̄deſtinare nō eſt niſi velle dare gloriā alicui creature rationalī. Sed velle nō eſt actus itellectus formaliter: ergo ꝛc̄. ¶ Correlariū pꝛimū. Predeſtinatio non eſt actus intellectus diuini neq̄ intellectio: patet per ſuperioꝛa. ¶ Correlariū ſcḋm. Predeſtinatio nō ē p̄ſciencia diuina formalr̄ loquēdo. Dicitur formalr̄: quia omnia in diuinis ſunt idē realr̄. Contra Richardū de media villa: pʒ quia illa ē actus intellectus ꝛc̄. ¶ Correlariū tertiū. Predeſtinatio pꝛimo ꝛ pꝛincipalr̄ ꝛ formalr̄ iṗoꝛtat actuʒ diuine voluntatis: concomitanter tamē ꝛ p̄ſuppoſitiue iṗoꝛtat p̄ſcienciā diuinā ſeu actū intellect⁹. ¶ Correlariū quartū Deſcriptio data ab Auguſtino in libꝛo de bono ꝑſeuerantie de p̄deſtinatione q̄

eſt talis ꝙ p̄deſtinatio eſt preſcientia be-
neficiorũ dei: non eſt formalis: ſed debet
intelligi concomitanter ⁊ p̄ſuppoſitiue.
patet: Nihil em̄ volitũ niſi precognitũ.
¶ Quintũ correlariũ. Solus de⁹ prede
ſtinare pōt. Cum em̄ de rōne ſua forma-
li includat diuinam voluntatē ſequitur
ꝙ non poſſit competere alicui creature.
¶ Sextũ correlarium. Sicut nullus an
gelus ꝗ̄tumcunqꝫ ꝑfectus nec aliq̄s ſan
ctus ꝗ̄tũcunqꝫ beatificatus pōt beatifi-
care ꝓprie ⁊ p̄ncipaliter aliquem: ſic nec
poſſunt predeſtinare. Prima pars patet:
q2 beatificare effectiue eſt clare oſtende-
re eſſentiam diuinã: ergo ⁊c̄. ¶ Septimũ
correlariũ. Deus nullo modo eſt prede-
ſtinabilis. patet. Om̄e predeſtinans ha-
bet poteſtatē ſup predeſtinatũ: ergo ⁊c̄.
Uel ſic. Quicquid predeſtinat̃ ꝯtingen
ter beatificatur vel beatificabitur. Sed
deus neceſſario beatificatur: ergo ⁊c̄.
¶ Octauũ correlarium. Predeſtinatio
eſt ꝯtingens. patet: q2 nō eſt aliud ꝗ̄ vel
le diuinũ: vt trãſit ſuper creaturã ratio-
nalē. Sed ſicut quicquid deus ad extra
agit contingenter agit: ſic quicquid vult
ad extra ꝯtingenter vult. ¶ Nonũ corre
lariũ. Licet predeſtinatio ſit cōtingens:
eſt tamē eterna: licet em̄ nō det creature
gloriã niſi ex tp̄e: voluit tñ dare ab eter-
no. Aliud em̄ eſt dare ⁊ aliud velle dare
Et eſt reſponſiuũ ad queſtionē primam
Bonauēture. ¶ Decimũ correlariũ. Li
cet deus p̄deſtinauerit ab eterno creatu
ras rōnales: ⁊ voluerit ab eterno eis da-
re gloriã: nō tamē voluit eis dare ꝓ eter-
no: Nam nunꝗ̄ deus edificabit mihi do
mum in paradiſo: niſi ego edificem cum
eo. Edificare em̄ domum in paradiſo eſt
mereri vitam eternã. Edificare ergo ta-
bernaculũ in paradiſo nō eſt ipſa prede-
ſtinatio: ſed effectus ipſius. ¶ Undeci-
mum correlarium. Licet ſint multi ⁊ va
rij effectus predeſtinationis: principalio
res tamen ad quos alij reducuntur ſunt
quattuor. ſ. vocatio: iuſtificatio: magnifi
catio: ⁊ chriſti paſſio. Prima pars patet
quia oīa bona tp̄alia et omnia que ſunt
in vniuerſo vt terra: celũ: ſol: luna: ſtelle:
paradiſus ⁊ celuꝫ empireũ ſunt effectus
predeſtinationis. Nō em̄ deus indiguit
vt faceret ſolē: aues: aquã ⁊c̄. niſi ꝓpter
electos. Unde philoſophus. ij. phiſicoꝝ
Sumus nos quodãmodo finis omniũ.
Item Geneſis primo. Dominamini pi-
ſcibus maris ⁊c̄. ¶ Sed pro ſecũda par-
te loquitur de p̄mis Apoſtolus. Quos
p̄ſciuit hos ⁊ predeſtinauit: quos prede-
ſtinauit hos et vocauit: q̄s vocauit hos
⁊ iuſtificauit ⁊c̄. Ubi notandum ꝙ pre-
ſcientia dei capitur dupliciter. Uno mo
do large: Et ſic eſt reſpectu omniũ futu-
rorum bonoꝝ ꝓ maloꝝ. Hoc modo acce
pit apoſtolus preſcientiã cum dicit pre-
ſciuit: prout p̄ſcientia eſt quedaꝫ noticia
precedens predeſtinationem. Non enim
deus ignoranter predeſtinauit. Alio mo
do capitur ſtricte pro noticia ſolum re-
ſpectu malorum. Uel capitur pro repro
batione: ⁊ illo modo opponitur predeſti-
nationi vocatio (licet ſint alie expoſitio-
nes tamen hec mihi placet) eſt attractio
ad fidem ſcꝫ per predicationē: vel per in-
ſpirationē: etiam poſt perditam innocen-
tiam baptiſmi: vnde dicit ſcriptura tra-
hit rebelles noſtras voluntates: quod ⁊
ſancta eccleſia ſepius petit. ¶ Duodeci-
mũ correlariũ. Finis ꝓpinquus ⁊ imme-
diatus: ꝓpter quē creauit dominus vni-
uerſum: ſunt homīes p̄deſtinati. ¶ Cor-
relariũ tredecimũ. Licet paſſio chriſti fu
iſſet ſufficiens etiam pro infinitis homi-
nibus: ſi deus voluiſſet acceptare ꝓ eis.
Nunꝗ̄ tamē fuit accepta neqꝫ efficaci-
ter oblata a xp̄o niſi ꝓ electis. ¶ Quar-
tumdecimũ correlariũ. Nullum bonum
meritoriũ eſt ſufficiēs ad vitam eternam
niſi quia deus acceptat. Et tñ eſt ſuffi-
ciens ad vitam eternam quantũ deus ac
ceptat: ⁊ ad tantũ gradũ beatitudinis:
ad quantũ acceptat deus. Sufficientia
em̄ noſtra ex deo eſt. Per magnificentiã

intelligitur gloꝛificatio ī patria. Hic er-
go rtcata ſigna illa quattuoꝛ ſupꝛadicta
Cognoſcens eīm ꝙ omnes electi pecca-
turi eſſent vel actuali peccato vel oꝛigi-
nali (excepto xp̄o ⁊ btā virgine que fuit
pꝛeſeruata) oꝛdinauit ⁊ voluit xp̄m tanq̄
ꝗ pꝛimogenitum in multis fratribus ⁊
perfectiſſimū electum ſatiſfacere debere
pꝛo omnibꝰ. Scōa particula deſcriptio
nis predeſtinationis eſt alicuius creatu/
re intellectualis. ¶ Pꝛimū coꝛrelarium.
Omnis natura contingenter beatifica/
bilis eſt pꝛedeſtinabilis. Pꝛobatur: quia
omnis natura oꝛdinabilis ad gloꝛiam ꝑ
merita eſt pꝛedeſtinabilis. Sed omnis
natura contingēter beatificabilis eſt oꝛ-
dinabilis ad gloꝛiam ꝑ merita: ergo om/
nis talis eſt pꝛedeſtinabilis. Unde du/
plex eſt natura beatificabilis. Quedaꝫ
eſt que neceſſario eſt beatificabilis: vt na
tura diuina. Hec non beatificatur ꝑ me
rita pꝛecedentia. Alia eſt natura beati-
ficabilis cōtingēter: vt eſt rationalis na-
tura creata ſiue angeli ſiue homīes. Ne/
ꝗ enim adulti neꝗ paruuli neꝗ angeli
beatificantur niſi pꝛecedētibus meritis
Uñ deus oꝛdinauit ſua ſapiētia: ꝙ nul-
lus beatificabitur niſi ꝑ pꝛecedentia me
rita ⁊ niſi mereatur vitam eternam: in ſe
vel in alio. ¶ Scōm coꝛrelarium. Sola
natura cōtingēter beatificabilis eſt p̄de
ſtinabilis. ¶ Tertiū coꝛrelariuꝫ. Nulla
natura in ferioꝛ homīe eſt p̄deſtinabilis.
patet: quia ſola natura btificabilis ē pꝛe
deſtinabilis. Sed nulla natura inferioꝛ
homine eſt beatificabilis: ergo. ¶ Quar
tum coꝛrelarium. Oēs angeli ⁊ oēs ho-
mines ſunt p̄deſtinabiles. patꝫ: quia ali/
qui homines ſunt p̄deſtinabiles: ḡ omes
Et licet ꝯſequētia nō valeat gr̄a foꝛme
tñ gratia materie hñ valet: eo ꝙ ſit mate
ria naturalis. ¶ Quintū coꝛrelariū. Li
cet oēs creature intellectuales ſint p̄de-
ſtinabiles: nō tamē oēs pꝛedeſtinantur.
¶ Sextū coꝛrelariū. Pꝛedeſtinatio p̄n-
cipaliter reſpicit finē ſupnaturalē natu/

re intellectualis. Sicut enim dictuꝫ eſt.
finis ſupnaturalis eſt ille qui excedit fa/
cultatē nature ſic ſcilicet ꝙ ipſa ex puris
naturalibus non poteſt acquirere illuꝫ.
¶ Septimū coꝛrelarium. Licet p̄deſti-
natio pꝛincipaliter reſpiciat gloꝛiam: tñ
cōcomitāter reſpicit vocationē ⁊ gratiaꝫ
⁊ merita: ⁊ cetera bona in oꝛdine ad glo/
riam. ¶ Octauū coꝛrelariū. Chꝛiſtꝰ in/
ter p̄deſtinatos eſt pꝛimus p̄deſtinatus
Pꝛobatio: quia omnis oꝛdinare volens
pꝛius vult finē q̄ꝫ illa que ſunt ad fineꝫ.
Et ſicut pꝛius vult fineꝫ q̄ꝫ illa que ſunt
ad finem: ita pꝛius vult illud quod eſt fi
ni ꝓpinquius q̄ꝫ illud qꝺ eſt remotiꝰ a fi
ne. Sed deꝰ eſt oꝛdinatiſſimū volēs. Et
cōſtat ꝙ xp̄s eſt ꝓpinquioꝛ deo q̄ꝫ aliq̄s
alius ſanctꝰ: ergo deꝰ pꝛius vult gloꝛiaꝫ
nobiliſſime aīe xp̄i q̄ꝫ alicui alteri ſctōꝝ
Ex quo ſequit̄ ꝙ in ſignis nature ſupe/
rius dictis poſſunt aſſignari alia ſigna.
vñ ad Roma. viij. Xp̄s eſt p̄mogenitus
in fratribꝰ. ¶ Nonū coꝛrelariū. Si adā
nō peccaſſet adhuc xp̄us incarnatus fuiſ
ſet. Pꝛobat̄: quia cū xp̄us ſit pꝛius natu-
ra p̄deſtinatus q̄ꝫ aliq̄s hoīm. Et omēs
electi fuerunt pꝛius pꝛedeſtinati q̄ꝫ ali-
quid p̄ſciret deus de pctō: licet deus ab
eterno oīa ſimul intellexerit: ergo ſi ho-
mo non cecidiſſet adhuc fuiſſet incarna-
tus. Unde licet paſſio ſit ꝓpter peccata
noſtra: non tñ pꝛincipaliter: et pꝛimo eſt
incarnatus ꝓpter peccatū. Nō eīm eſt ve
riſimile ꝙ ſummuꝫ bonum in creatis ſit
ſolūmodo occaſionatum: ⁊ non ſolū hoc
ſed occaſionatū occaſione peccati. Sed
ſummū qꝺ fecit deus eſt ꝙ aſſumpſit na/
turam humanam: ergo ⁊c. Minoꝛ patet
per Auguſtinū. In rebus ꝑ tempꝰ oꝛtis
ſumma gratia eſt: vt deus hoī in vnita-
te pſone copularet̄. ¶ Decimū coꝛrelā.
Si adam non peccaſſet xp̄s nihilominꝰ
incarnatus fuiſſet et potuiſſet veniſſe: vt
redemptoꝛ. Ubi notandū ꝙ duplex eſt
redemptio ſciꝫ Subleuatiua: et eſt illa
qua aliquis poſt lapſum liberat̄ et redi-

miſſ a peccato qđ inſuit. Hoc modo omnes homines excepto chriſto ⁊ beata maria virgine glorioſiſſima fuerunt redempti ſubleuatiue. Alia eſt redemptio preſeruatiua qua aliquis redimitur a peccato. nō qđ aliquādo inſuit: ſed qđ inſuiſſet niſi redemptus fuiſſet. Hec redemptio multo nobilior eſt. Patet in exēplo familiari. Tres vadāt in campis quorū vnus ſcit latentem foueam ⁊ viam ⁊c̄.

¶ Undecimū correlariū. Nullus inter predeſtinatos eſt predeſtinatus: ideo qꝛ alius preuiſus eſt caſurus: quia ſi hoc: ſequeret ꝙ ille predeſtinatus deberet gaudere de peccato alterius: ſed hoc eſt incōueniens. Hoc correlariū patet: qꝛ anteꝙ̄ deus ꝓuideret caſum tam angeloꝝ ꝙ̄ hoim predeſtinauerat omnes electos Illud eſt cōtra opinionem illorum qui dicunt homines eſſe predeſtinatos propter caſum angelorum quod eſt falſum

¶ Correlarium duodecimū. Licet paſſio xp̄i fuerit ſolū efficaciter oblata ⁊ accepta pro electis non tamen pro omnib⁹ predeſtinatis: quia non pro angelis: ſed tm̄ pro hominibus. Probatur: Quia ſi paſſio chriſti fuiſſet ꝓ angelis oblata efficaciter: hoc aūt eſſet pro bonis aut malis. Nō malis patet: nec ꝓ bonis patet: qꝛ tm̄ ꝓpter pctā mortuus: et paſſus eſt chriſtus. Nam angelos nuſꝙ̄ apprehendit gloſā. i. nunꝙ̄ ꝓpter angelos paſſus eſt.

¶ Auguſtin⁹ tripliciter deſcribit ꝑdeſtinationē. Primo in libro de fide ad petrum dicens. Predeſtinatio eſt gratuite donationis ꝑparatio. i. preordinatio alicui⁹ creature intellectualis ad gloriam facta a volūtate diuina. Uñ Eſaias ait ꝙ oculus non vidit nec auris audiuit ⁊c̄. que preparauit deus diligētib⁹ ſe ⁊ hoc ꝙ̄tum ad preparationem. Dicitur ſecundo gratuite donationis. Patet enim ꝙ gratia gratis datur: alioquin nō eſſet gratia: ⁊ ſic per ſecundam particulam non ſolum gloriam: ſed etiā alia media intelligamus.

¶ Idem Auguſtinus diffinit eam in libro de bono ꝑſeuerantie dicens: Predeſtinatio eſt preſcientia beneficiorum dei ⁊ hoc concomitanter ⁊ ꝑſuppoſitiue.

¶ Tertio in libro de predeſtinatione ſanctorum ⁊ magis ꝓprie. Predeſtinatio eſt propoſitum miſerendi. Et debet ſic intelligi. Predeuinatio eſt propoſituꝫ dandi vitam eternā. Un̄ de miſericordia vno modo capitur large ꝓ liberalitate. Hoc modo accipitur in illa auctoritate Pauli vbi dicit gloſa cui vult miſeretur: id eſt miſericorditer vitam eternam largitur. Et ſic capitur in iſta deſcriptione. Predeſtinatio enim non habet pro obiecto malum: ſed ſolum gloriam. Alio modo accipitur ſtricte ſm ꝙ dictum eſt.

¶ Correlarium primum. Licet propoſitum: electio ⁊ ꝑdeſtinatio ſint idem realiter et ſm rem in deo: diſtinguunt tamen ratione. Propoſitum enim nihil eſt niſi velle aliquid facere. Unde ille proponit qui firmiter vult aliquid facere. Electio autem addit aliquid in ꝙ̄tuꝫ ſcilicet vult illud diſtinguendo contra oppoſitum: et ſic addit ſegregationem. Si enim omnes vellet beatificare diceretur propoſitum: nō tamen electio. Predeſtinatio dicit aliquem firmiter aliquid velle facere: ⁊ cuꝫ hoc connotat ſegregationem: ⁊ tertio cōnotat gloriam eternam ⁊c̄.

¶ Secundū correlarium. Propter identitatem realē illorum trium: ſacra ſcriptura quandoꝙ̄ et doctores ſacri vtuntur vno nomine pro alio. Unde: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum: his qui ſm propoſitum. Gloſa: id eſt ſm predeſtinationem ⁊c̄. Ibi dicitur in gloſa ordinaria ꝙ etiam peccata cooperantur predeſtinatis in bonum ſcilicꝫ vt ſint cautiores: humiliores ⁊ feruentiores. Exemplum de ſancto Petro quem deus cadere permiſit: vt illū poſtea cautiorem redderet. Secundo patet exemplum de milite habente multas cicatrices: et hoc pro beatis.

¶ Tertiū correlarium. Gloria: vita eterna: beatitudo: viſio clara ⁊ fruitio ſeqns illā clarā viſionē omībꝫ modis idē ſunt. Et dicit vita eterna a pte poſt: nō a parte añ. ¶ Correlariū quartū. Ille ſolus dicit pdeſtinatus cui ꝓpoſuit deus dare vitā eternā. Unde: Cui vult miſeret ⁊ quē vult indurat: id eſt nō miſeret. Miſericordia em̄ ꝓprijſſime loqndo reſpicit pro obiecto ſuo miſeriā vel pene vel culpe: ⁊ ſic ſe habet ꝓ obiecto remoto malū. Obiectum autē ꝓpinquū ipſius miſericordie eſt nolle miſeriam eſſe in alio: proprijſſime em̄ ſm aliqs nullus dr̄ miſereri ſui. Illud aūt obiectū ꝓpinquū miſericordie (ſicut etiā cuiuſlibet virtutis moralis obiectū ꝓpinquū) eſt act⁹ ad quem inclinat miſcdia talis habitus.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in ſex dictis. ¶ Primū dictum. Predeſtinatio duo dicit ſeu importat: ſcꝫ principale ſignificatū ⁊ cōnotatū. ¶ Scdm dictum. Principale ſignificatum predeſtinationis eſt ipſa diuina volitio que nihil aliud eſt q̄ eſſentia diuina. Nec tamen doctor Subtilis cum dicit: q̄ ſit diuina volitio ꝯtradicit ſctō Bonauen. ſed ſubtiliat ⁊ iuuat textum ſcti Bonauenture ¶ Tertium dictū. Cōnotatū ipi⁹ predeſtinatiōis eſt triplex creatura: ſcꝫ gratia gloria ⁊ ipſa ꝑſona ſaluāda. Ex his patꝫ diffinitio Scoti data de pdeſtinatione. ¶ Quartū dictū. Predeſtinatio importat illa duo: ſcꝫ principale ſignificatuꝫ ⁊ ꝯnotatū nō abſolute: ſed cuꝫ ordine anteceſſionis vnius ad alterū ſcꝫ cum ordine anteceſſionis diuine volitionis et eſſentie diuine ad connotatū: ſicut eternū tpale. ¶ Quintū dictum. Quia principale ſignificatū pdeſtinationis eſt eternū: ideo predeſtinatio iudicāda eſt eterna. ¶ Sextum dictum. Quia predeſtinatio importat ſuum principale ſignificatum cū ordine anteceſſionis ad connotatum ⁊ illa anteceſſio eſt eťna: pdeſtinatio erit eťna.

Querit ſecundo. Utrū

predeſtinatio principalis importet ſciētiam an voluntatē. ¶ Reſolutio queſtionis ſtat in tribus ꝓpoſitionib⁹. ¶ Prima ꝓpoſitio. Cum predeſtinatio ſignificet diuinā eſſentiā: vt cauſam grē ⁊ glorie: ⁊ hoc ſm ordinatam diſtributionem gratie et glorie: q̄tum eſt de ſe nō tm̄ importat ſcientiam: ſed etiam voluntatem et potentiam. Impoſſibile eſt eni q̄ de⁹ predeſtinauerit aliquem quem nō preſciuerit. ¶ Secūda propoſitio. Quia cauſalitas gratie et glorie attribuitur proprie voluntati: vt efficienti: ſed ſciētie: vt diſponenti: et potētie vt exequēti. Ideo etſi predeſtinatio importet illa tria: tamen principalius importat voluntatē: id eſt actum voluntatis. Scdm Bonauentu. tamē ⁊ alios doctores etiā Scotum potentia dei nō eſt aliud niſi voluntas dei. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Quia pdeſtinatio importat illa tria vel formaliter vel cōcomitanter vel p̄ſuppoſitiue. Hinc eſt q̄ Auguſtin⁹ diffinit eaꝫ per illa tria Quō autē intelligende ſunt ille diffinitiones ſuperius dictum eſt.

Circa ſecundum

c articulūꝫ in ſpeciali querit de neceſſitate pdeſtinatiōis Primo Utrum pdeſtinatio inferat neceſſitatem ſalutis libero arbitrio. ¶ Nota q̄ duplex eſt neceſſitas. Quedam eſt conſequētis: et eſt illa qua aliquid ita eſt q̄ nō poteſt nō ita eſſe: vel qua ita ſit vt non poſſit oppoſitū eius fieri. Et dicit abſoluta. De iſta neceſſitate abſoluta eſt pn̄s queſtio: et eſt ſenſus. Utrum predeſtinatio abſolutā neceſſitatem ſalutis inferat predeſtinato: ſic q̄ liberum arbitrium eius neceſſario ſimpliciter operetur meritorie. Seu ſuppoſito q̄ ſim predeſtinat⁹. Querit. Utrū iſta ſit neceſſaria ego habebo gloriam. Alia eſt neceſſitas ꝯſequētie que eſt qua

Vna ꝓpoſitio ſiue neceſſaria ſiue contingens: in bona ꝯſequentia infert aliā ſiue cōtingentē ſiue neceſſariā. Et de illa non eſt queſtio: quia omnes doctores concedunt nec eſt difficultas quin ſit neceſſaria conſequentia. Deus p̄deſtinauit iohannē: ergo ſaluabit̄. ¶ Item duplex eſt ſalus creature rationalis ſcʒ efficiēs ſiue effectiua minus principalis ⁊ meritoria. Et eſt chriſtus ſm humanā naturā. Vñ Nos autē gloriari oportet in cruce dñi noſtri ieſu chriſti in quo eſt ſalus nr̄a ⁊c. Alia eſt efficiēs principalis. Et eſt tota trinitas. Licet ergo chriſtus ſm naturā humanam ſit redemptor noſter effectiue meritorie ſcʒ hoc tamē eſt minus principaliter. Trinitas autē tota eſt principalis redemptrix noſtra. ¶ Nota ꝙ adhuc duplex eſt ſalus. Quedā eſt obiectiua ⁊ eſt ipſa diuina eſſentia. Alia eſt formalis ⁊ eſt ipſa clara viſio ⁊ fruitio eſſentie diuine. ¶ Correlariū. Beatitudo formalis: ſalus formalis: finis ſupernaturalis: fruitio cum viſione ſunt idem.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna ꝯcluſiōe. ¶ Ccloūſio. Predeſtinatio nō infert neceſſitatē ſaluti: nec infert neceſſitatē libero arbitrio. Oppoſitū huius concluſionis eſt hereticū. Probatur: quia predeſtinatio qua deus predeſtinauit hominē velle ſaluare non violentat liberum arbitrium nec cogit: ſed ſtat cū ipſo dimittens cū in ſua libertate ⁊ contingentia: ergo predeſtinatio non infert neceſſitatē libero arbitrio. Antecedens perſuadetur. Quia ſic cōtingenter quis facit bona opera vel mala cum eſt p̄deſtinatus: ſicut ſi deus eum nō p̄deſtinaſſet. Vnde concluſione poſita dicit ſanctus Bonauentua. Quoniam predeſtinatio non eſt cauſa ſalutis niſi includendo merita et ita ſaluando liberum arbitrium. Hec ille. Sicut em̄ ſi velit quis iohanni cras aliquid dare: non tollit aliquid a libero arbitrio eius: ſic nec deus.

Pro ſolutione argumē

torum notandum ꝙ preſciencia duo importat. ſcilicet rationem preſcientie: ⁊ rationem cauſe: importat cauſalitatem ſcilicet reſpectu gratie ⁊ glorie. ¶ Correlarium. Deus nō eſt tota cauſa ſalutis tue ſed cum voluntate tua. Quid autē frangis caput tuum per diuerſas cogitationes ⁊ fantaſias. Facienti quod in ſe eſt deus nunꝙ̄ deficiet. Vnde quidam doctor. Si nō es predeſtinatus fac vt p̄deſtineris. Vnde in poteſtate tua ē damnari vel ſaluari. Nā chriſtus dixit: Mathei. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. Nouit deus mutare ſententiam ſi tu noueris mutare vitam. Vnde ſi habes melancoliam ꝙ deus p̄ſciuerit te ad penam: dico tibi. fac quod conſulo tibi. Et tibi aſſero ⁊ promitto et pro te in die iudicij reſpondebo. Conuertaris a via tua mala: ⁊ a ſtudijs tuis inutilibus: a tali occupatione tui intellectus vaniſſima et exerce te in amore et delectatione diuine benignitatis infinite: ⁊ ſaluaberis perſeuerando. Quero em̄ a te quare chriſtus venit in mundū predicans ⁊c. Reſpondebis: propter ſalutem peccatoris. Si ego ſtans in colle viderem diuerſas vias vnam ad franckfordiā: aliam ad argentinam: ⁊ tertiā ad moguntiā ⁊c. Quere illud in ſancto Bonauentura: quia valde clare ibi ponitur.

Mouet igit̄ circa quar

tum Argumentum queſtionem talem. ¶ Vtrum p̄deſtinatus poſſit damnari. Tota reſolutio doctoris ſtat in quinqꝫ propoſitionibus ⁊ vna ratione. ¶ Prima propoſitio. Hec propoſitio p̄deſtinatus poteſt damnari: eſt ſimpliciter vera: ⁊ ſine diſtinctione cōcedenda. Et poteſt probari ſic. Omnis ꝓpoſitio eſt ſimpliciter concedenda que ſic ſignificat ſicuti eſt: ſed iſta eſt huiuſmodi: ergo eſt ſimpliciter cōcedenda. In hac ꝓpoſitione Scot/

tus ⁊ moderni doctores nō ſunt cum eo:
quia diſtinguunt eam. ¶ Secunda pro-
poſitio. Quāuis hec ꝓpoſitio predeſti-
natum damnari eſt poſſibile: vel p̄deſti-
natum poſſe damnari eſt poſſibile ſit di-
ſtinguenda: quia poteſt eſſe de re vel de
dicto: id eſt de ſenſu diuiſo vel compoſi-
to. Hec tamē nō eſt diſtinguenda: prede
ſtinatus poteſt damnari. Unde ſm ipſū
eſt differentia inter modalem in qua po-
nitur dictum ſcilicet in accuſatiuo: ⁊ in-
ter modalem in qua ponitur ſignificatū
dicti in recto. ¶ Regula. Omnis propo-
ſitio modalis in qua ponitur dictum per
accm̄ et verbū infinitiui modi eſt diſtin-
guenda: quia vel eſt de re vel de modo.
¶ Secunda regula. Omnis propoſitio
modalis in ſenſu diuiſo ſemꝑ dicitur eſſe
de re. In ſenſu vero compoſito dicit̄ de
dicto: vt clare patet in iſto exemplo. Al-
bum eſſe nigrū eſt poſſibile. Si eſt de di-
cto tunc ſenſus eſt. Hec ꝓpoſitio albū
eſt nigrum eſt poſſibilis. Si vero ē de re
tunc valet tantū. Res que modo eſt al-
ba poſtea pōt eſſe vel fieri nigra. ¶ Ter-
tia ꝓpoſitio. Iſta ꝓpoſitio p̄deſtinatus
poteſt damnari poteſt intelligi ſeu ima-
ginari triplicem habere cauſam verita-
tis. Prima eſt ſic ꝙ p̄dicatū poſſit ineſſe
ſubiecto capto ſub forma implicata: ⁊ ſic
tunc eſt ſenſus p̄deſtinatus vt p̄deſtina-
tus poteſt damnari. Alia eſt ꝙ p̄dicatū
poſſit ineſſe poſt formā implicatā ſic ſcꝫ
ꝙ poſtꝙ̄ quis fuit p̄deſtinatus heri ho-
die damnaret̄. Tertia eſt ꝙ predicatum
poſſit ineſſe ſubiecto nō ſub forma impli
cata nec poſt formā implicatā ſed poteſt
ineſſe ſubiecto abſolute ſūpto. ¶ Quar-
ta ꝓpoſitio. Licet hec ꝓpoſitio predeſti-
natus poteſt damnari in duobus p̄mis
ſenſibus nō poteſt eſſe vera: tamē in ter-
tio eſt vera. De primo patet quia ſicut al
bum manens album nō poteſt eſſe nigrū
ſic nec predeſtinatus manēs vel inquan-
tum eſt predeſtinatus poteſt damnari.
¶ Quinta ꝓpoſitio. Quocunꝙ̄ modo
predicatū illius ꝓpoſitionis predeſtina-
tus poteſt dānari poteſt ineſſe ſubiecto
illo modo ipſa eſt ſimpliciter conceden-
da. Sed illud ſolum eſt tertio modo.
¶ Ratio. Tam fides ꝙ̄ ratio clamant
ꝙ hec cōſequentia eſt bona. Iſte eſt pre-
deſtinatus ergo ſaluabitur. Hec eſt ſup
poſitio. Sed cōſequens illius cōſequen-
tie eſt contingens: ergo etiā antecedens
illius eſt contingens. Qui diceret con-
trarium huius: totam artem ſilogiſticā
deſtrueret. Uirtus em̄ inferendi conclu
ſionem in logica vera eſt: vt oppoſitū con
ſequentis nō poſſit ſtare cum anteceden-
te. Sed oppoſitum contingentis poteſt
ſtare cum neceſſario. Iſtū ergo eſſe pre-
deſtinatum non eſt neceſſarium: ergo vel
eſt cōtingens vel impoſſibile. Sed vltra
iſta eſt cōtingēs. Iſte eſt p̄deſtinatus: er-
go poteſt nō predeſtinari: ergo poteſt p̄-
ſciri: id eſt reprobari. Neceſſe eſt oēm ho
minē eſſe p̄deſtinatū vel preſcitū. ¶ No-
ta ꝙ preſcitū eſſe ⁊ damnari ſe concomi-
tantur quia bene ſequitur ille eſt preſci-
tus. ergo ipſe damnabitur ⁊ debet accipi
preſciri proprie ⁊ nō large. ¶ Ulteri⁹ di-
cit in littera ſanctus Bonauētura.

Hoc tamen difficile eſt
intelligi. Poteſt tamen ſic capi ſi p̄ſuppo
namus quattuor dicta vera. ¶ Primum
dictum. Preſens diuine eternitatis cir-
cumplectitur omne tempus. Per ly pre-
ſens intelligitur nūc vel inſtans eternita
tis permanens non enim tranſit in prete
ritum: ſed idem nunc eternitatis quod
coexiſtebat tempori in principio mundi
eſt hodie. Si enim ſm philoſophos idē
eſt tempus in toto vniuerſo: eadem er-
go hora que nunc eſt preſens: eſt preſens
omni loco: quia et in Babylonia et Ro-
me ⁊ apud imperatorē. Hoc idem pro-
batur per Anſhelmū in libro de concor-
dia p̄ſcientie et libero arbitrio: qui dicit
ꝙ ſicut p̄ſens tēpus complectitur omnē
locū: ⁊ omne qđ in loco eſt: ita p̄ſens eter-

nitatis omne tēpus. Et hoc neceſſarium eſt poni ꝙ̄uis nō poſſum⁹ hoc plene itel ligere. Videmus eñ eius oppoſitum eſſe falſum ⁊ impoſſibile: quia ſi hoc nō eſſet tūc mutaret̃ pn̄s diuie eternitatꝫ. ¶ Secūdum dictū. Deus vnico actu intelligē di ſimpliciſſimo et inuariabili intelligit omnia. ¶ Tertiū dictuꝫ. Cum dicimus diuinam cognitionē vel voluntatem ordinari ad hoc cognoſcibile vel aliud: vel ad creaturam nō ponimus reſpectum in deo actu: ſed ſolum in creatura cognita non in actu ſed in habitu: id eſt potentia nec de preſenti ſed de futuro. Sequens dictū multum valet ad intelligendum ꝓpoſitum. ¶ Quartum dictū. Omne futurum ſub ratione futuri qꝺ ſemel ponitur futurum: ſemper fuit futuruꝫ. Et oē non futurum qꝺ ſemel ponit̃ nō futurū ſemꝑ fuit non futurū. Exempluꝫ primi. Iſta ponit̃. ¶ Antichriſt⁹ erit ⁊ iſta ſemper fuit vera ab eterno. Si ergo ponas iſtum ſaluandum ab eterno verū fuit iſte ſaluabitur. Non videtur tamen eē ſimile de negatiuis. Unde licet iſtud poſitū ſit verum. Chriſtus poſt reſurrectioneꝫ non morietur ⁊c̄. Non tamen chriſt⁹ non morietur. ¶ Correlarium. Aliquid pōt poni in eſſe quod tamen nō erat prius in eſſe: ⁊ tamen ſine mutatiōe ſui. ¶ Arguitur ſic Predeſtinatus non poteſt incipere eſſe preſcitus: ergo non poteſt eſſe preſcitus. ¶ Pro quo nota ꝙ duplex ē eternum. Quoddam implicat temporale. Aliud vero implicat eternum. ¶ Nota ꝙ ſm doctorem ſubtilem. Hec predeſtinatus poteſt damnari poteſt et debet diſtingui. In ſenſu compoſito valet illam. Hec propoſitio. Predeſtinatus damnatur eſt poſſibilis. In ſenſu autem diuiſo valet illam. Qui eſt vel poteſt eſſe predeſtinatus poteſt damnari.

Secūdo querit̃. Utruꝫ

predeſtinatio ponat certitudinē in euentu vel nō. ¶ Notandū ꝙ quadruplex eſt certitudo. Quedaꝫ eſt inuariabilitatis ſeu immutabilitatis: ⁊ illa opponit̃ mutabilitati. Et eſt illa que negat poſſibilē ſucceſſionem: oppoſiti ad oppoſitum cognitum certitudinaliter. Non eñ deus poteſt cognoſcere aliquod futurū ⁊ poſtea illud cognoſcere non futurum. ¶ Correlarium. Noticia dei de futuris contingentibus eſt certa hoc modo. Alia eſt certitudo infallibilitatis q̄ opponitur fallibilitati ⁊ deceptioni. Falli autem eſt rē opinari aliter eſſe ꝙ̄ ſit pro illo nunc pro quo opinatur eſſe. ¶ Correlarium. De⁹ non poteſt falli: quia non cognoſcit rem aliter ꝙ̄ ſe habeat. Tertia eſt certitudo neceſſitatis que opponitur contingentie ⁊ eſt illa que nō poteſt aliter ſe habere: vel non poteſt aliter eſſe ꝙ̄ ſit. Hec ergo certitudo ponit neceſſitatē in obiecto cognito. ¶ Correlariuꝫ. Nullum futurum cōtingens poteſt eē certum certitudine neceſſitatis. Cognitio ergo dei de futuris contingentibus nō eſt certa tali certitudine. Uel ſic. Deus nō cognoſcit futura contingētia tali certitudine cognoſcit tamen futura cōtingentia certitudine infallibilitatis. Quarta dicitur certitudo firmitatis que opponitur dubitationi: conſequitur autem certitudinem infallibilitatis ⁊ eſt quaſi idem: et eſt que excludit omnem dubitationem.

Reſolutio queſtionis

ſtat in tribus dictis et vna diſtinctione. ¶ Diſtinctio. Certitudo in pſcīa diuīa ⁊ predeſtinatiōe poteſt accipi dupliciter Uno modo a parte rei euenture vel euenientis. Alio modo ex parte dei preſcientis vel preordinantis. ¶ Primū dictum. Preſciētia dei large vel pdeſtinatio diuina non eſt certa certitudine ex parte rei euenientis: q꞉ hec repugnat contingētie et ponit neceſſitatem in re euentura: que tamen nō eſt in ea. ¶ Correlariū. Nume

rus electoꝝ:numerus dānatoꝝ:nu
merus cuiuſcunqꝫ rei de futuro euenien
tis non eſt certus deo certitudine neceſ-
ſitatis ſeu certitudine ex parte rei eueni-
entis:alioquin omnes res eſſent neceſſa-
rie. ¶ Secūdum dictum. Noticia dei eſt
certa certitudine inuariabilitatis et in-
fallibilitatis. Hoc eſt qd̓ dicit ſanctus
Bonauētura certitudine a parte dei co
gnoſcētis. ¶ Tertium dictum. Noticia
dei eſt certa certitudīe firmitatꝫ. ¶ Cor
relarium. Numerus electoꝝ eſt certꝰ
certitudine inuariabilitatis infallibili-
tatis et firmitatis. ¶ Pro ſolutione pͥmi
argumenti nota ꝙ aliquis poteſt dici di-
gnus corona eterna. Uno modo ſm̄ pre
ſentem iuſticiam. Alio modo ſm̄ prede-
ſtinationem diuinam. ¶ Prima propoſi-
tio. Omnis homo viator quandocunqꝫ
eſt in gratia ſeu charitate:tunc habet lo-
cum in paradiſo ⁊ coronam ſm̄ preſentē
iuſticiam:id eſt ſm̄ illam gratiam que di
citur iuſticia infuſa quā habet preſentia
liter:per quā eſt amicus dei:⁊ ordinatur
ad vitam eternam ſm̄ eam. ¶ Secunda
propoſitio. Aliquis exiſtens in inferno
maiorem habuit iuſticiam ſeu ad maio-
rem gloriam ordinatus fuit ſm̄ preſentē
iuſticiam ꝙ̄ multi in celo. Exemplum
de iuda vel aliquo heremita. ¶ Tertia
propoſitio que ponitur a ſcoto in quar-
to. Aliquis exiſtens in inferno habet ma
ius ius in paradiſo ꝙ̄ aliquis exiſtēs in
paradiſo. Et dicitur ius ſopitum a iuri-
ſtis quia poſuit obicem. ¶ Quarta pro-
poſitio. Omnis peccator finaliter peni-
tentiam acturus dignam:eſt iuſtus ſm̄
predeſtinationem diuinam. ¶ Nunc re-
ſtat ſolutio duorum argumentorum vl-
timoꝝ quoꝝ primū ſoluitur per diſtin
ctionem datam. Sed vltimū eſt multo-
rum ſtultorum ſic dicentium. Si certuꝫ
eſt qui ⁊ quot ſaluabuntur ita ꝙ ſic eue-
niet ⁊ non aliter ꝙ̄uis poſſet aliter eſſe
nullus tunc predeſtinatus dānabitur:
nec econtra:ergo nullus debet curare an
faciat bene vel male: quia ſi preſcitus eſt
quicquid faciet in fine damnabitur. Si
predeſtinatus eſt ſaluabitur. Stultus
ergo eſt qui non comedit ⁊ letatur ⁊ non
recipit bona in vita ſua. ¶ Reſpondet
ſanctus Bonauentura pͥmo refutando
⁊ retorquendo ſic dicens. Illud eſt argu
mentum ſtultoꝝ qd̓ ducit eos in torpo
rem ⁊ impietatis excuſationem. Nam ſi-
militer ſic poſſet argui. Deus p̄deſtina-
uit vt tu debeas cras mori vel nō: ad qd̓
ergo bibis ⁊ comedis. Qui ſic argueret
⁊ tali rationi conſentiret argueret demē-
tie:ſic ⁊ in propoſito. Secundo reſpon-
detur argumentando. Tu dicis ꝙ deus
predeſtinat ⁊ ego dico ꝙ (¶ Regula pri
ma) Deus tanqꝫ iuſtus iudex iuſte remu
nerat. (¶ Secunda regula) Nullum bo
nū irremuneratum. (¶ Tertia regula)
Et nullum malum impunitum. ¶ Cor-
relarium. Nullus ergo laborat ſine fru
ctu:nullus torpet ſine dāno. ¶ Reſpon
ſio ſancti bonauenture in fine. ¶ Prima
propoſitio. Predeſtinatio non eſt niſi cū
particulari rei euentu. patet quia nō eſt
niſi per merita. ¶ Secunda propoſitio.
Deus non preſcit in omnem rei euentuꝫ
ſed etiam cum particulari euētu. ¶ Ter
tia propoſitio. Salus noſtra non ſolum
eſt ex parte dei:ſed etiam ex parte noſtra
(non enim vult inuitos) Et cum ipſe ve
lit omnes homines ſaluos fieri et oībus
gratiam impartiri:ſolum et noſtra mali
cia vel negligentia venit defectus noſtre
ſalutis. hec Bonauentura. ¶ Nota ꝙ
ſcotus in quarto dicit ꝙ quādo malū di-
mittitur impunitū: duo ſunt mala. pͥmū
eſt malum cōmiſſum vel omiſſum. ſecun
dum eſt ipſa impunitio.

Irca ſecundū arti
c culum principalem qui eſt de
electione q̄ritur pͥmo. Utrum
electio ſit in deo eternaliter vel ex tēpore

¶ Nota ꝙ triplex eſt electio. Prima eſt electio dilectionis: ⁊ eſt preoptatio diuine voluntatis qua preoptat vel vult dare vitam eternã aliquibus creaturis rationalibus ⁊ non alijs. Solum vltima particula eſt propria electioni que addit diſcretionẽ vel ſeparationẽ inter aliqua. ¶ Correlariũ. Electio in deo eſt eterna nõ tẽporalis. Unde ad Epheſios pmo. Elegit nos ante mundi cõſtitutionẽ vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati corã ipſo ſed cõſtat ꝙ nihil tẽporale fuit ante conſtitutionem mundi. ergo ⁊c. Alia eſt electio finalis gratificationis ⁊ eſt collatio gratie finalis ipſi creature rõnali. ¶ Correlarium primũ. Gratia finalis nõ eſt in aliquo homine quãdiu eſt in via: quia pro nullo inſtanti vie aliquis eſt in gratia finali: ſed in pmo inſtãti mortis gratia fit finalis q̃ infuit. ¶ Secundũ correlariũ. Dilectio final' gratificationis eſt tpalis: nõ eterna. patet quia eſt effect⁹ puta datio ſeu collatio gratie finalis. ¶ Tertiũ correlariũ. Electio finalis gratificatiõis eſt ſignũ infallibile: ⁊ effectus ipſius electionis dilectiõis. ¶ Quartũ correlariũ. Nulla gratia in via eſt certũ ſignũ pdeſtinationis. Tertia eſt electio plationis Et eſt collatio alicui⁹ dignitatis vl' eminentie alicui creature rõnali: ſuper alias creaturas rõnales quẽadmodũ dicit' epiſcopus eſt platus. Unde chriſtus. Ego elegi vos ⁊ vn⁹ ex vobis diabolus ẽ. Et intelligitur deſcriptio de ſeculari etiam platione. Correlariũ pmũ. Electio plationis nõ eſt ſolũ bonoꝝ ſed etiã maloꝝ. Secũdũ correlariũ. Nec eſt oim bonoꝝ. Unde quidã apparuit poſt mortẽ cuidã (vt habet' in epiſtolis ſancti hieronymi) dicẽs. Si fuiſſem de numero epiſcoporũ fuiſſem de numero damnatoꝝ. ¶ Tertiũ correlariũ. Nec eſt ſignũ electionis dilectionis talis electio.

Reſolutio q̃ſtionis ſtat in vna diſtinctione ⁊ duobꝫ dictis. ¶ Diſtinctio. Electio dicit' dupl'r. Uno modo vt dicit dilectionẽ cum diſcretione ſolum. ¶ Primũ dictum. Hoc modo eſt in deo. Alio modo put dicit dilectionẽ cũ diſcretione pcedente ⁊ deliberatione ⁊ inquiſitione. ¶ Secundũ dictũ. Hoc modo ẽ in creatura in quã cadere põt ignorantia. ¶ Correlariũ. Non ſolũ intellectus eſt diſcretiuus: ſed magis voluntas Patet eñ ꝙ illa que etiã voluntate ſeparantur: puta quia aliquid ad hanc dignitatem ordinatur aliud ad aliam (intellectione pcedente voluntatem) indiſtincta intelliguntur quo ad iſtas dignitates. ¶ Secundũ correlarium. Electio obiectiue eſt tpalis ſed realiter eſt eterna.

Reſtat ſoluere argumẽta. Ad illud qđ obijcit' ꝙ voluntas dei ⁊ dilectio eſt ſine diſcretione quia de⁹ vult oẽs hoies ſaluos fieri. Dicit' ꝙ duplex ẽ voluntas in deo ſcꝫ antecedẽs ⁊ ꝯſequẽs. Unde licet in deo ſit vnica voluntas et vnicus actus volendi ſimpliciſſimus: tamen penes cõnotata ⁊ ppter diuerſa obiecta volita dicit' duplex vel multiplex. Uoluntas antecedẽs in deo reſpectu ſalutis hominũ ſm Bonauenturã eſt qua vult quãtum eſt in ſe. Hanc declarat doctor Subtilis dicẽs ꝙ eſt illa qua deus dedit vl' dat dona naturalia ipſis hominibus ⁊ leges rectas: ⁊ adiutoria cõmunia ſufficiẽtia ad ſalutẽ: quibus poſſunt cõſequi beatitudinẽ. dona autẽ naturalia ſunt intellectus ⁊ volũtas. Leges recte ſunt deũ diligere ſup omnia ⁊ primũ ſicut ſeipſum. Adiutoria vero cõmunia ſunt ſacramẽta. Correlariũ pmũ. Omnia dona naturalia (ptinẽt ad voluntatẽ dei antecedentẽ) reſpectu ſalutis: ⁊ oẽs gratie gratiſdate vt ſciẽtia: donũ linguarum: interptatio ſermonũ ⁊c. ¶ Secundum correlariũ. Omnia pcepta diuina ⁊ omnia cõſilia euangelica ⁊c. ¶ Tertiũ correlariũ. Omnia ſacramẽta fidei: oẽs deuotiones: oẽs religiones: omnes ritus

protestantes diuinũ obſequiũ vt omnes orationes ⁊ oia opera meritoria ptinent ad volũtatẽ dei antecedentẽ. ¶ Quartũ correlariũ. Voluntas dei antecedẽs nõ ſemꝑ adimplet. Volũtas ꝯñs dei reſpectu ſalutis hoim ẽ illa q̃ deus efficaciter vult dare alicui ſalutẽ: ſic ꝙ ponit eaꝫ in effectu ꝓpter merita ꝑcedẽtia. ¶ Correlariũ pmũ. Hec ſemꝑ ẽ efficax. ¶ Scðm correlariũ. Hec ſꝑ adimplet. Et ꝑ hec intelligit ⁊ ſolutio ſancti Bonauẽture ⁊ auctoritas apl̃i. Similr illa. Deus illuminat oẽm hominẽ veniẽtẽ in hũc mũdũ ¶ Vel exponat ꝑ diſtributionẽ accõmodam. Et ſic deus vult oẽs hoies ſaluos fieri ſcꝫ de his q̃ ſalui fiunt. Et licet Auguſtinꝰ ſic exponat ⁊ Gregoriꝰ de arimino dicat aliã nõ valere ꝓpter paruulos q̃ ſe nõ pñt baptiſare ⁊c̃. Sed h̃ argumẽtum nihil ꝯcludit imo ipſis pueris ſufficientia remedia a deo exhibent ſalutis: licet nõ imediate ſed mediante ſcꝫ parentibus ⁊ aliq̃s mediantibꝰ. Tñ iſta de voluntate antecedẽte ⁊ ꝯñte q̃ ſumit a Damaſceno ẽ melior: licet neutra ſit rephendẽda. Pro declaratõe ſolutõis ſcðe rõis nota aliq̃s ꝓpõnes ⁊ correlaria. ¶ Prima ꝓpõ. Si adã nõ peccaſſet nulli reprobi fuiſſent nati. ¶ Correlariũ pmũ. Sic multi homies alios patres ⁊ matres habuiſſent. ¶ Scða ꝓpõ. Si adam nõ peccaſſet ſoli electi nati fuiſſent. ¶ Correlariũ ſecundũ. Si adã nõ peccaſſet electio q̃ eligit ⁊ ſeparat bonꝰ a malo nõ fuiſſet: fuiſſet tñ electio q̃ ſeparat melior a minꝰ bono. ¶ Tertia ꝓpõ. Si adã nõ peccaſſet omnes electi nati fuiſſent. ¶ Quarta ꝓpõ. Si adã non peccaſſet ꝟgo glorioſa nata fuiſſet ⁊ filiꝰ dei incarnatꝰ fuiſſet. patet: qꝛ xp̃s int oẽs electos ẽ pmꝰ: qꝛ pmogenitꝰ in multis fratribꝰ. ¶ Quinta ꝓpõ Si adã nõ peccaſſet ꝟgo glorioſa concepiſſet ſpũſctõ ⁊ genuiſſet xp̃m. Ex h̃ ſeqt ꝙ proſa illa de ꝟgine glorioſa vbi dr̃ ſaltem ſententialr. Ne abhorreas pctõres ſine q̃bꝰ nunq̃ digna fuiſſes tanto filio ẽ falſa. ¶ Sexta ꝓpoſitio. Si adã nõ peccaſſet adhuc aliqui naſcerent ꝑfectiores aliq̃s. patet de xp̃o. ¶ Solutio tertie rationis eſt multũ fecunda: ⁊ ex ipſa videt doctor Subtilis valde multa ſumpſiſſe ſeu induſtria permagna eduxiſſe. Dicit ergo ſanctus Bonauentura ꝙ dilectio duplex eſt. Quedã eſt que oritur ex conſideratione bonitatis. Alia eſt q̃ eſt principium bonitatis. Similiter duplex eſt electio. Quedam cauſatur a diuerſitate ⁊ ꝑeminẽtia eligibiliũ. Hec conſequitur eligibilia vt electio humana. Alia ẽ ratio diuerſitatis in eligẽdo (vt diuina) ⁊ hoc diſſimiliũ: non que ſunt ſed que futura ſunt. Et talis ꝑcedit eligibilia ⁊ eſt eterna. Niſi em̃ eſſet diuina electio omnes eſſemus reprobi ⁊ mali. Hec Bonauentura. Conſidera attentius ⁊ declara vltimã propoſitionẽ ſatis mirabilem et egregiã atq̃ auream. Hanc practica de virgine glorioſa que ait. Reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce em̃ ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potẽs eſt ⁊c̃. Niſi em̃ eã ab eterno in dei matrẽ elegiſſet: nunq̃ peccato originali caruiſſet ⁊c̃.

Secũdo querit quid ſit electio.

¶ Reſolutio queſtionis ſtat in vna diſtinctione et tribus dictis. ¶ Diſtinctio eſt talis. Triplex ẽ electio. Eſt enim electio ſm affectionem dilectionis. ¶ Primum dictum. Electio ſm affectionem dilectionis eſt eterna: ⁊ eſt idẽ quod predeſtinatio. Alia eſt ſm effectum finalis gratificationis. ¶ Secundũ dictum. Electio ſm effectum finalis gratificationis eſt temporalis: et ſignum infallibile prime electionis. Tertia eſt ſm ſtatum prelationis. ¶ Tertium dictũ. Electio ſm ſtatum prelationis eſt temporalis: et nec effectus nec ſignum eterne electionis. Multi em̃ (dicit Bonauẽtura) eligunt mali ⁊ reprobi: ⁊ vtinam non ſint plures mali q̃ boni.

Circa ſecūdum articulum qui eſt de reprobatione et ſpecialiter de obduratione primo queritur. Utrum obduratio ſit pena vel culpa. ¶ Culpa idem eſt qḋ peccatum: et de hoc ſupra. Pena declaratur in textu: ideo non eſt neceſſe declarari ſpecialiter. ¶ Reprobatio eſt duplex negatiua ſcilicet et affirmatiua. Et ad intelligendum hanc diuiſionem eſt neceſſarium conſiderare quatuor ſigna doctoris Subtilis ad hoc vt diſtincte ⁊ ſubtiliter intelligatur. ¶ Notādum igitur ꝙ licet deus ab eterno predeſtinauerit omnes electos ⁊ angelos ⁊ homines: reprobaueritq; ab eterno oīes malos ſm modum tamen intelligendi noſtrū quatuor poſſunt conſiderari ſigna nature. In primo ſigno nature Judas ⁊ omnes reprobi ⁊ etiam petrus (per quem intelligo omnes predeſtinatos) fuerunt diuine voluntati preſentati per intellectum: in puris naturalibus: ⁊ in hoc ſigno nature voluit petro vitam eternam. Jude autem nihil voluit quia nihil debuit ei. Habuit ergo actum negatiuū circa ipſum et omnes damnandos. In ſecundo ſigno voluit petro gratiam ⁊ nihil iude: ⁊ dicitur reprobatio negatiue. In tertio ſigno vult vtrūq; eſſe de maſſa perditionis et hoc voluntate permiſſiua. Et iſte eſt primus actus poſitiuus voluntatis vniformis circa Petrum et Judam. In quarto vero ſigno vult damnare poſitiue iudam: id eſt vult ſibi eternam damnationem. ¶ Unde reprobatio negatiua eſt alicui non velle dare gloriam eternā. ¶ Affirmatiua vero reprobatio eſt velle damnare vel punire aliquem pro peccatis. ¶ Correlarium primum. In eodem ſigno predeſtinantur electi ⁊ reprobantur preſciti: et hoc negatiue. Patet quia in primo ſigno iudas reprobatus eſt negatiue ⁊c̄. ¶ Secundum correlarium. Reprobatiōis negatiue nulla eſt cauſa vel ratio ex parte obiecti: ſicut nec predeſtinationis eſt cauſa obiectiualis. Et per hoc concordantur moderni doctores: vt Ockam et Gregorius de arimino qui videntur contradicere Scoto Sed hic non eſt locutus de reprobatione negatiua. ¶ Tertium correlariū. Nō in eodem ſigno ſunt reprobati damnati affirmatiue: in quo predeſtinati ſunt electi. ¶ Quartū correlariū. Reprobationis poſitiue eſt dabilis aliqua ratio obiectiualis ex parte obiecti propter quam reprobatur. ¶ Quintum correlarium. Propter finale peccatū preuiſum reprobatur quicunq; reprobatur. ¶ Sextum correlariū. Licet predeſtinationis nō ſit ratio ex parte obiecti tamen reprobationis poſitiue eſt ratio.

Reſolutio queſtionis

ſtat in vna diſtinctione et aliquibus propoſitionibus. ¶ Diſtinctio eſt talis. Duplex eſt obduratio. Queſtam eſt corporalis ſeu proprie dicta. Et eſt quedā duricies inherens formaliter alicui corpori duro: per quam ipſum eſt inhabile ad ſuſcipiendum. ſtabile ad permanendum: firmum ad rebellendum vel reſiſtē dum. Alia eſt obduratio ſpiritualis ſeu methaphorice dicta. ¶ Prima propoſitio. Obduratio in ſpiritibus tranſlatiue dicta eſt ab obduratione proprie dicta. ¶ Secunda propoſitio. Duriciem corporalem ſequitur triplex proprietas que ineſt corpori duro per eandem naturam. Durum enim eſt quod eſt inhabile ad ſuſcipiendum: ſtabile ad permanendum: forte ad reſiſtendum. Duricies autem eſt qualitas quedam ſic inexiſtens lapidi ſicut aliud accidens.

¶ Tertia propoſitio eſt. Secundū iſtā triplicem proprietatē in corporalibus transfertur obduratio ad ſpiritum.

¶ Unde obduratio ſpiritualis ē triplex

Quedã eſt ineptitudinis ſeu inabilita-
tis. Et eſt quedã inabilitas ſeu indiſpo
ſitio ipſi⁹ volũtatis ad ſuſcipiendũ gra-
tiam dei ꝛ charitatẽ diuinã. Hec ẽ pena
nature intellectualis non culpa proprie:
ppter pctm̃ em̃ ꝓmi parẽtis natura nr̃a
eſt prona ad maluz. Alia eſt ſtabilitatis
ſeu firmitatis ꝛ ẽ actus volũtatis obſti-
nate in malo cui ꝑſeueranter et firmiter
adheret. Tertia ẽ obduratio ſpũalis re-
bellionis ꝛ eſt actus volũtatis obſtinate
in malũ cui ꝑtinaciter adheret: ꝛ ẽ prom
pta ad rebellandũ ꝯtra deũ: ꝛ eius man
data. ¶ Quarta ppõ. Pria obduratio
ſpũalis: q̄ eſt ꝓmptitudo ad peccandum
indiſponit nos ad recipiendũ gr̃am. Sz
iſta pronitas ẽ pena originalis peccati.
¶ Quita ppoſitio. Secũda obduratio
ſpũalis ſtabilitatis ſcꝫ: eſt peccatuz ꝛ pe-
na cũ diſpoſitiõe: ſiue diſpoſitio pcti pce-
dentis. Hec ẽ maior culpa multis aliјs
¶ Sexta ppõ. Obduratio rebellionis
eſt impugnatio veritatꝫ agnite. Et illa
eſt peſſima quia eſt ſpeciale pcti gen⁹ ſcꝫ
pctm̃ in ſpm̃ ſanctũ. Et ſm illũ triplicez
modũ diuerſe auctoritates procedunt.
¶ Correlariuz reſponſiuũ. Obduratio
vno mõ eſt pena: ꝛ nihilonim⁹ aliјs mo-
dis ẽ culpa ſiue diſpoſitio culpe. ¶ Pro
ſolutione vltimi argumẽti. Nota ꝙ oĩs
pena inflicta aut infligit͛ propter pecca-
ta cõmiſſa ſeu cõtracta. vel ppter proba
tionẽ hoĩm iuſtoꝝ: ſicut ipſi Job ꝛ mar-
tyribꝫ. Aut ppter gloriaz dei: vt de ceco
nato. Cecitas em̃ ẽ pena. Sed chriſtus
ait. Neqꝫ hic neqꝫ parentes eius pecca-
uit vt cecus naſceretur. Triplex eſt pe-
na ſcꝫ inflicta: contracta ꝛ acta. Et licet
ꝓmedue non ſint peccata (quia non ſunt
in poteſtate noſtra) ſunt tamẽ diſpoſitio
ad peccandum.

Secũdo querit͛. Utruz

obduratio ſit a deo ſiue ſit effectus dei re
probantis. ¶ Reſolutio q̃onis ſtat i qn-
qꝫ propoſitionibus cum vna diſtinctiõe.

¶ Prima ppoſitio. Obduratio inq̃ntuꝫ
pena eſt dicit ineptitudinẽ aie ꝛ defectũ
penalem. ¶ Secũda propoſitio. Quia
oĩs pena inq̃tũ pena: eſt iuſta et ordina
ta: ideo obduratio inq̃tũ pena: dicit de-
fectum ordinatũ ſeu iuſtuz. Declaratur
Deus em̃ nunq̃ etiam ꝑ modicũ tẽpus
ſiue inſtans tpis) dimittit pctm̃ ſine pe-
na. Nunq̃ em̃ dedecus culpe ẽ ſine deco-
re iuſticie. Hinc Auguſtin⁹ in libro con
feſſionũ dicit. Juſſiſti dñe vt vnuſquiſqꝫ
peccator ſit pena ſibiјpſi. ¶ Notandũ ꝙ
duplex ẽ pena reordinatiua culpe Una
ẽ inuolũtaria. Et ẽ pena iflicta quã aliqs
cum murmure tenet. Oĩs em̃ pena infli
cta pro pctõ eſt recordatiua peccati. Et
hec pena ẽ duplex. Nã quedã eſt inimici
tia dei: que cuicunqꝫ pctõ mortali corre-
ſpondet: ſic ꝙ omnes tales ſunt filiј ire.
Qñcunqꝫ em̃ peccat quis deus recedit
ab eo ſubtrahendo gr̃am. Et licet pecca
tores minus ꝯſiderent tamen in hoc ſtul
tiſſimi ſunt. Quãdurum enim eſſet ali-
cui prudenti viro: eſſe in indignatione
mortali ſui principis: cuius manus effu-
gere impoſſibile eſſet. Hec pena reordi-
nat culpã manentẽ: ſed nõ aufert. Alia ẽ
pena inuoluntaria que eſt pena inferna
lis. Pena vero recordatiua culpe volũta
ria eſt deletiua culpe. Et eſt illa qua ſcꝫ
qs penitẽdo ſe punit fructuoſe. Et eſt il
la quã acceptam⁹ in ſacramẽto penitẽtie
¶ Tertia ppoſitio. Quia obduratio in
q̃tum defect⁹: nõ hꝫ aliquã cauſam niſi
deficientẽ: ideo de⁹ nõ eſt cauſa deficiens
obdurationis: ſed liberũ arbitriũ deſtitu-
tum. ¶ Quarta ppoſitio. Obduratio
inq̃tũ eſt ordinata hꝫ duplicẽ cãm: vnã
merentẽ ſiue demerentẽ: ꝛ aliã retribuen
tem. Unde culpe demerentis ẽ cauſa me
rens. Cauſa retribuens eſt diuina iuſti-
cia hoc loquũtur tres auctoritates in ꝓn
cipio q̃ois. ꝓma ẽ bti pauli ad Roꝫ. ix.
Cui vult miſeretur ꝛ quẽ vult indurat.
¶ Quinta ppoſitio. Oẽs auctoritates
q vident͛ ſonare ꝙ deus ſit cauſa indura

tionis debēt intelligi deū eſſe cauſam obdurationis q̄ꝫtū ad ordinationē: nō q̄ꝫtū ad defectū. Et dat exemplū ſatis manifeſtū. Si q̄s eſſet adiudicatꝰ morti vt ſcꝫ periret fame ⁊ ego poſſem ipſi miniſtrare panē nec facio. Ego tūc iuſte dicoꝛ facere: licet nihil faciam: ſed quia iſtud nō facere eſt oꝛdinatū. Carentia ergo cibi ēēt in iſto cauſa moꝛtis: ego autē nō occidi: ſed ꝑmiſi. Hec Bonauētura ſententialiter. Sed pulchꝛius ipſe loquitur ⁊ alia multa ſatis pulchꝛa ponit in littera.

Pro ſolutione argumētoꝛū.

¶ Pro ſolutione ſecūdi argumenti nota: ꝙ ſctūs Bonauentura arguendo dat maximā. Si aliq̄d eſt cauſa alicuiꝰ et oppoſitū ē cauſa oppoſiti ⁊c̄. Et ꝑmo poſterioꝝ ph̄s dicit. Si affirmatio ē cauſa affirmationis: ⁊ negatio ē cauſa negationis. Vn̄ ſnialiť allegat hic ſctūs Bonauētura ph̄m: Vt ſi habere pulmonē eſt cauſa reſpirādi: ⁊ nō habere eſt cauſa nō reſpirandi. Sed velle miſereri eſt cauſa gratificationis: ḡ nolle miſereri ē cauſa obdurationis. Prima ſolutio nō placet. Dicēdū ḡ ꝙ ph̄s loquiť de cā proxima ⁊ immediata: ⁊ que eſt tota cauſa nō exigens aliā: ⁊ in omni tali tenet (hec etiā eſt gloſa Scoti) Sed q̄ꝫuis volūtas dei ſit cauſa ⁊ efficiēs gratificationis: tamen ad ſalutē cōcurrit liberū arbitriū vt conſentiens. Quia ergo iſta duo cōcurrunt quodlibet hoꝝ pōt cauſare defectū: ⁊ nō cauſat diuina volūtas q̄ eſt liberaliſſima ſed cauſat liberū arbitriū: qđ q̄ꝫuis non poſſit necꝫ ſufficiat efficere: poteſt tn̄ eſſe deficiens cauſa: que ſufficiēs eſt ad defectum effectus. In bonis em̄ facilius eſt deſtruere q̄ꝫ cōſtruere. ¶ Itē ſi aliquid ꝑ ſui preſentiam eſt cauſa alicuius: per ſui abſentiam eſt cauſa oppoſiti. Hec alia maxima eſt philoſophi. Et ſumitur ex ſecundo phiſicoꝝ: vbi dicit ꝙ ſi nauta eſt cauſa ſalutis nauis per ſuam preſentiam id eſt per directionem ⁊c̄. ſi ergo eſſet abſens nō ſcꝫ dirigendo quia doꝛmiens vel ebꝛius: eſſet cauſa periclitationis nauis Si ergo deꝰ ꝑ ſui p̄ſentiā eſt cauſa mollificationis coꝛdis: ꝑ ſui abſentiā eſt cauſa obdurationis. ¶ Rn̄det ꝙ cū abſentia alicuiꝰ ē malū aut ipſe ē cauſa ſue abſentie aut nō. Si ille eſt cauſa ſue abſentie diciť ꝑ ꝯſequēs cauſa eſſe eiꝰ qđ incurritur ex abſentia. Exemplū de interficiente nautā. Deus autē non eſt cauſa abſentie ſue a peccatoꝛe: imo q̄ꝫtuꝫ eſt de ſe ſemꝑ eſt paratus p̄ſens eſſe (ſcꝫ ꝑ gratiā) ideo reuera nullo modo dicēdus eſt cauſa noſtre obdurationis. Sed illud rōne cuiꝰ ſe iuſte abſentat: idō vere nr̄m pctm̄ ⁊ nō deꝰ eſt cauſa. Peccata em̄ nr̄a diuiſerunt inter nos ⁊ deum noſtrum.

Circa diſtinctionē

quadrageſimā p̄rimaꝫ q̄ duos habet articulos. Circa primū ergo articulum ꝑmo queriť. Vtrum predeſtinatio vel reprobatio in nobis habeat cauſam meritoꝛiam. ¶ Cauſa meritoꝛia duo includit ſcꝫ cauſam ⁊ meritoꝛiū. Pro declaratione ergo notandū ē ꝙ cauſa capitur dupliciter. Vno modo ꝓprie ⁊ ſtricte: ⁊ ſic eſt aliqua res q̄ habet aliaꝫ rem tanq̄ꝫ effectum ſuuū: q̄ā cauſa ē ſeu efficit. Et diſtinguiť in efficientem: finalem: materialem: ⁊ foꝛmaleꝫ. De iſta non eſt q̄ſtio p̄ſens. Alio modo cauſa capitur large: ⁊ ſic đꝛ eſſe vna ꝓpō inferens aliaꝫ naturali ꝯn̄a: ⁊ cauſali neceſſaria: et non ecōuerſo: vt qꝛ ſol lucet dies eſt. ¶ Regula. Quādocū q̄ꝫ ex vna ꝓpōne infertur alia naturali ꝯn̄a ⁊ nō ecōuerſo: tūc ipſa eſt cā ſecūde. Et ħ mō accipiť cā in q̄ōne iſta. ¶ Prima ꝓpō. In agentibꝫ mere naturalibꝫ non eſt reperibilis cā meritoꝛia. Probať: qꝛ cauſa meritoꝛia nō eſt niſi voluntas vel actus ſequēs voluntatē: ſꝫ in agentibꝫ mere naturalibꝫ nō eſt volūtas nec talia ſequūtur voluntatem: ergo ⁊c̄. ¶ Scđa ꝓpō. In ſola natura intellectuali reperiť cauſa meritoꝛia. Patet qꝛ nihil

meretur niſi volēs: ergo ꝛc̄. ¶ Tercia ꝓpō.
In ſupēma natura intellectuali ſiue diui
na nō pōt repiri cauſa meritoria. ꝓbat:
qꝛ cauſa meritoria nō eſt reperibilis niſi
apud illā naturaȝ q̄ pōt mereri ꝛ deme-
reri. Sed natura diuina nō eſt hmōi: ergo
ꝛc̄. Maioꝛ ptȝ: qꝛ ideo dr̄ cauſa merito-
ria: qꝛ meretᷣ vel demeretᷣ. Minoꝛ ptȝ: qꝛ
nulla creatura pōt mereri vel demereri
niſi reſpectu eiꝰ nature q̄ pōt ipſam p̄mi-
are. ¶ Quarta ꝓpō. Cauſa meritoria
nō eſt pꝛopꝛie efficiēs nec finalis: nec foꝛ-
malis: nec materialis reſpectu p̄mij. ptȝ:
qꝛ cauſa meritoria nō eſt niſi merita: ſȝ ſo
lus deꝰ cauſat effectiue gloꝛiaȝ ſubiecti-
uā: neqȝ ē cauſa finalis: ergo ꝛc̄. ¶ Quinta
ꝓpō. Cauſa meritoria large capta ē du-
plex. Una eſt mali: ꝛ hec ꝓpꝛie loquēdo
dr̄ cauſa demeritoria. Alia ē boni: ꝛ hec
ꝓpꝛie dr̄ meritoria. ¶ Coꝛrelarium. In
titulo q̄ſtionis ſcti Bonauē. capitᷣ cauſa
meritoria large. ¶ Sexta ꝓpō. Cauſa
meritoria licȝ nō ſit ꝓpꝛie cauſa eſt tamē
diſpoſitio neceſſaria p̄requiſita (ſtāte le
ge dei oꝛdinata) ad habēdā gloꝛiā. Sta
tuit enim lex diuina ꝙ nullus vnqȝ ſalua
bitur ſine meritis ſuis ꝓpꝛijs: ꝛ h̄ ſi fue-
rit adultus vtēs ratione: vł alienis ſi fue
rit paruulus. Coꝛrelarium. Cauſa me-
ritoria dicitᷣ cauſa: qꝛ diſpoſitio ad glo-
riam vel ad penam.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat
in ſex pꝛopoſitionibus. ¶ Pꝛima pꝛopō.
Sicut in p̄deſtinatione tria intelliguntᷣ
ſcȝ eternum ꝓpoſitum: tp̄alis gratifica-
tio: ꝛ finalis gloꝛificatio: ita in obdura-
tione tria intelliguntᷣ: ſcȝ eternū ꝓpoſitū
tp̄alis obduratio: ꝛ finalis damnatio.
¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Licet pena ꝛ gl̄ia ca-
dant ſimpliciter ſub merito: eternum tñ
ꝓpoſitū (eo ꝙ eternū) nullū pōt habere
meritū. Scd̄a pars patet: qꝛ pꝛopoſitū
eternum eſt voluntas diuina. ¶ Tertia
ꝓpoſitio. Licet obduratio tp̄alis cadat
ſimpliciter ſub merito: gratificatio tamē
tēpoꝛalis non cadit ſimpliciter ſub me-
rito: nec tñ ſimpliciter eſt extra meritū.
Pꝛima pars patet ꝑ queſtionē vltimam
p̄terite diſtinctionis. Scd̄a pars decla-
ratur ꝑ ſequentē ꝓpoſitionē. ¶ Quarta
ꝓpō. Triplex eſt meritum. Quoddā ē
meritū cōgrui. Et eſt qñ homo exiſtens
in pctō facit qd̄ in ſe eſt: ꝛ ꝑ ſe: vt ſi q̄s exi
ſtēs in moꝛtali pꝛoponit cōfiteri ꝛ humi-
liat ſe orans deuȝ: vt ip̄m eripiat a pctō.
Aliud eſt meritū digni: ꝛ eſt qñ aliquis
exiſtens in gratia orat vel facit opus bo-
num ꝓ alio. Et fit ſolum ab exiſtente in
gratia. Tertiū eſt meritum condigni: et
eſt qñ homo exiſtēs in gratia facit aliqd̄
opus bonū vel orat pꝛo ſe. Unñ nullus
peccatoꝛ poteſt mereri merito condigni.
¶ Coꝛrelariū pꝛimū. Meritum congrui
dicitᷣ meritū ſm̄ quid a modernis: quia
meritum ꝓpꝛie eſt reſpectu vite eterne.
¶ Scd̄m coꝛrelariū. Meritū tam de di-
gno q̄ȝ de condigno ſoluȝ fit ab habente
gratiā: qꝛ non eſt dignū: vt deus peccato
res audiat. Unñ dicit. S. Bonauētura:
Peccatoꝛ q̄ȝdiu eſt peccatoꝛ oī bono eſt
indignus. patet: qꝛ peccatoꝛ eſt inimicus
dei moꝛtalis. Unñ exemplariter loquen-
do. Sicut aliqs exiſtēs inimicus moꝛta-
lis alicuius eſt indignus vt elemoſynam
ab eo accipiat (licet ille in tp̄e neceſſita-
tis teneatᷣ) ſic magnꝰ elemoſynarius ille
id eſt deꝰ nihil obligatᷣ pctōꝛi ꝛc̄. ¶ Quī
ta ꝓpoſitio. Licet gratificatio poſſit ca-
dere ſub merito cōgrui: et ſub merito di-
gni: nunqȝ tñ pōt cadere ſub merito con-
digni loquēdo ſcȝ de p̄ma grā. ¶ Sexta
ꝓpoſitio que eſt ꝯcluſio r̄nſiua. Pꝛedeſti
natio et repꝛobatio q̄ȝtum ad pꝛincipa-
le ſignificatuȝ: nunqȝ cadunt ſub merito
tñ q̄ȝtum ad connotatū cadunt ſub meri
to differenter tamen: quia repꝛobatio ca
dit ſub merito ſimpliciter: pꝛedeſtinatio
vero ſm̄ quid. ¶ Coꝛrelariū pꝛimū. Re
pꝛobationis eſt cauſa demeritoꝛia ex par
te pꝛeſciti. Unde iſta cauſalis eſt vera.
Quia iſte peccabit finalitᷣ ipſe dānabitᷣ:

¶ Scðm correlariuȝ. Predeſtinationis non eſt cauſa ex parte p̄deſtinati. Unde pꝫ ex dictis ꝙ bñ ꝯcordat doctor ſubtilis cū ſctō Bonauētu. ¶ Notandū finaliter ꝙ ꝓpoſitū nō dandi vitā eternā nō habet cauſam demeritoriā: ſꝫ propoſitū puniendi eternaliter ⁊ obdurandi habet cauſam demeritoriā. Hoc em̄ eſt connotatum: illud ꝓ ꝑ ſe ſignificatū.

Secundo querit̄ Utrū

predeſtinatio et reprobatio habeant in deo rationē motiuam. Termini ſuperiꝰ ſunt declarati. ¶ Notanduȝ tamē ꝙ triplex eſt ratio. Prima eſt cauſalis: ⁊ eſt illa que eſt productiua ſeu cauſatiuā alicuius effectus. Uel eſt illa per quā cauſat cauſa effectū ſuū tanꝙ̄ ꝑ rationē cauſandi: vt ignis per calorē ſuum calefacit aquā. ¶ Prima ꝓpoſitio. Predeſtinatio ⁊ reprobatio nullā habēt in deo rationē cauſalē. Patet ex dictis. Uñ proprie q̄ſtio nō eſt de illa ratione: quia de hac nō eſt dubiū. Alia eſt ratio meritoria et eſt actus aliquis meritorius cui de lege dei ordinata correſpōdet gloria eterna ꝓ p̄mio. ¶ Scða ꝓpoſitio. Licet reprobatio habeat cauſam meritoriam in malis tñ pr.deſtinatio non habet cauſam meritoriam ſimpliciter. Nec de illa eſt queſtio. Tertia eſt ratio congruitatis vł cōgruentie: ⁊ eſt illa q̄ probat cōueniētiā vel decentiā alicuiꝰ opꝫis. ¶ Tertia propoſitio. Ratio cōgruitatis remunerationis eſt: omis fideliter ſeruiēs deo p̄miabitur gloria eterna. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Licet p̄deſtinatio et reprobatio habeāt rationē congruitatis tam generalē ꝙ̄ ſpecialē: ſpecialis tñ nō eſt nob̄ certa. ¶ Et videt̄ velle in ſolutione ſcða de aſſignatione beneplaciti ꝑ ſacram ſcripturam: ꝙ ſit aliqua cauſa reprobationis et predeſtinationis a priori ꝓpter quid: et eſt voluntas diuina. Alia eſt congruitatis ⁊ a poſteriori ⁊ ſunt demerita vł merita. Senſus ergo queſtionis non eſt de p̄deſtinatione ⁊ reprobatione inq̄ntum dicunt voluntatē: vel actū volūtatis diuine. Sed intelligit̄ q̄tum ad cōnotatū que oritur ex parte voliti: ſic ꝙ illa ratio ſe tenet ex parte obiecti.

Reſpōdendo ad queſti

onē Doctor ſeraphicꝰ narrat duas opiniones: quarū primā improbat ⁊ ſcðam tenet. ¶ Prima opinio ſtat in vna cōcluſone. Licet ratio cauſalis ⁊ meritoria p̄deſtinationis dari nō poſſit: tamē ratio cōgruitatis ⁊ decētie aſſignari pñt. Et ſi q̄rat̄ q̄ eſt illa? Rñdēt. ¶ Correlarium. Uolūtas diuina ſibiīpſi eſt ratio. ¶ Sꝫ cōtra. Si em̄ nō eſſet alia ratio: q̄re deꝰ iſtū elegit: aliū nō: ꝗ iam nō occulta dicerent̄ diuina iudicia: ſed manifeſta: cū q̄libet hanc rationē capiat.

Opinio propria ſancti

Bonauēture ſtaꝫ in aliquibꝫ dictꝭ ⁊ correlarijs. ¶ Primū dictū. Propoſituȝ dei eternuȝ (ſicut dicit Augꝰ.) ⁊ volūtas illa rōnabiliſſima ē: ⁊ rōnē hꝫ ab eťno: aliā ⁊ aliā nō tñ ꝓpt̄ eſſentiā: ſꝫ ꝓpt̄ ꝯnotatū. ¶ Scðm dictū. Que autē ſit illa rō vel iſta in electiōe vł reprobatiōe hoim: nob̄ nō eſt oino notū nec oīno ignotū. ¶ Propter h̄ notādū ꝙ q̄dā ſunt opa q̄ eūt a voluntate diuina cū aliq̄ alio ad h̄ ordinato ordine neceſſitatis: ſiue neceſſitateȝ ſumamꝰ in cauſando: ſiue in merendo vł diſponēdo: vt pluere ⁊ remunerare ſiue ſaluare ⁊ dānare. ¶ Correlariū. Uoluntas diuia reſpectu taliū opeꝝ hꝫ rōnē in gn̄ali ⁊ ſpāli. pꝫ: Quia ſi q̄rat̄ q̄re vult deꝰ pluere? Rñdet̄: ꝓpt̄ nr̄am vtilitatē ⁊ hec ē rō gn̄alis. Et ſi q̄rat̄ q̄re vult pluere i hyeme? Rñdet̄: qr vapores aquoſi magis in hyeme habūdāt ꝙ̄ in eſtate: et hec eſt rō ſpālis. ¶ Siłr ſi q̄rat̄ q̄re magis vult ſaluare petrū ꝙ̄ iudā? Rñdet̄: ꝙ quia iſte habuit bona merita: ille vero mala. ¶ Scðo ſunt q̄dā opa q̄ ſunt a diuina volūtate: cū aliq̄ alio ad hoc ordi

nato ordine cōgruitatis: vt eſt nr̄a gra/
tificatio vel iuſtificatio: que eſt a diuina
voluntate cum p̄paratiōe z coop̄atione
liberi arbitrij. Adiutores eim̄ dei ſumus
Et hoc dictū eſt ſm congruentiā z legē
cōmunē. Nā aliqn̄ ſine p̄paratiōe z coo/
peratiōe iuſtificat: vt p3 d̄ ſctificatis in
vtero: z de beato Paulo: vt dicūt aliqui.
¶ Correlariū. Volūtas diuia reſpectu
taliū ope3 h3 rōnē in generali z i ſpēali:
ſ3 certā in gn̄ali: z i ſpeciali occultā. p3:
Quia ſi q̄raī quare de⁹ vult hūc iuſtifi/
care? Rn̄deī ad miſcdie ſue oſ̄ſionē. Et
ſi q̄riī q̄re nō vult oēs hoīes iuſtificare
volūtate bn̄placiti: vl' volūtate ɔſeq̄nte.
Rn̄deī ꝑpt iuſticie ſue manifeſtationē.
Vn̄ Aug⁹. xxij. d̄ ciuita. dei. Si remane
rēt oēs in pena: nō appareret miſericors
grā redimētis: z ſi oēs trāſferrenī d̄ tene
bris ad lucē: i nullo appareret ſeueritas
vltionis diuine zc̄. Et hec eſt rō in gn̄ali
¶ Si aūt q̄raī de rōne ſpēali: q̄re. ſ. vult
magis illū ſaluare: z iſtū dānare: duob⁹
ſilib⁹ demonſtratis: vt Petro et iuda in
puris naturalib⁹ exn̄tib⁹. ¶ Rn̄deo. Li
cet poſſent eē multe rōnes cōgruētie: nō
eſt tn̄ ibi certitudo a p̄te rei. p3: q2 cū co
gnitio nr̄a p̄deat a certitudine rei: nul/
lus certā noticiā hui⁹ habere pōt: niſi ſi/
bi reueleī ab illo cui dubia ſunt certa.
¶ Et ſi q̄raī q̄re illa noticia nō fuit nob̄
reuelata? Rn̄deī q2 n̄ fuit nob̄ expediēs
ad ſalutē illa cognitio: iō de⁹ eam a nob̄
occultauit ꝑpter ɔſeruandā humilitatē
Ideo apl's nō fuit auſus illā inquirere:
ſed oñdit defectū nr̄e intelligētie cū cla/
mauit. Ad Rom. xj. O altitudo ſapie
z ſciētie dei: q̄3 incōprehenſibilia ſunt iu
dicia eius z inueſtigabiles vie eius.

Circa ſecundum

articulū q̄ eſt de intermina
bilitate diuine cognitionis
p̄mo q̄riī. Utrū de⁹ cogno
ſcat res ꝑ modū cōplexionis. ¶ Pro cu/
ius declaratiōe notādū q̄ triplex eſt cō/
plexio. ſ. vocalis: intellectualis et realis.
¶ Cōplexio vocalis eſt illa q̄ eſt in voce
ſeu orone vocali. Et eſt duplex. ſ. diſtās
z eſt illa cuius extrema vniunī ſibi inui/
cē mediāte copula v̄bali: vt hō eſt albus
Et dr̄ diſtans: q2 p̄dicatū diſtat a ſubie/
cto mediāte copula: vel q2 multu3 diſtat
a voce incōplexa. Plus em̄ diſtat q̄3 indi
ſtans: vt hō albus. Complexio aūt indi
ſtans eſt illa cuius extrema immediate
ſibi vniunī: quorū tn̄ alterū eſt determi/
natio: z alterū ei⁹ determiabile: vt hō al/
bus. Et ad hāc cōplexionē tria requirū/
tur. Primo plures voces ſignificatiue.
Scd̄o requiriī q̄ ſibi immediate vnianī
ſic tn̄ q̄ vna ſe habeat ꝑ modū determi/
nabilis z alia ꝑ modū determinationis
defectu cuius illa hō aīal nō eſt comple/
xio vocalis indiſtans. Tertio q̄ illa vox
cōplexa (indiſtanti cōplexiōe) ſignificet
ſuū ſignificatū mediāte ɔceptu cōplexo
Nec hic eſt ſermo de complexione lra3 z
ſyllaba3: ſ3 vocum. ¶ Pro ſcd̄a comple/
xione ſciendū q̄ ꝑ prius complexio eſt in
intellectione ſeu intellectu q̄3 in voce.
¶ Cōplexio igiī intellectualis eſt illa q̄
eſt in actu intelligendi cōplexo: ſeu cōce
ptu intellectus cōplexo. Vn̄ duplex eſt
conceptus ſc3 Simplex: et eſt vnius rei
intelligibilis ſimplex intuit⁹. Concept⁹
complexus eſt duarū rerum vel pluriu3
ſimul apprehenſarum complexus intui/
tus: vt intellectio qua quis intelligit ho
minē eſſe coloratū. ¶ Pro maiori decla/
ratione ſciendū q̄ vnaqueq̄3 res pōt con
cipi ab intellectu noſtro dupliciī. Uno
modo ſm ſe z abſolute nō comparando
ipſam ad aliam rem. Et ſm hāc ɔſidera
tionem fit conceptus ſeu intellectio ſim/
plex: vt qn̄ intelligo hominē. Alio modo
ꝑ comparationem ad aliam rem: ſeu ſub
habitudine ad aliud: vt intelligendo ho
minē per comparationē ad calorē: vt ho/
mo ē calidus. ¶ Nota q̄ ſequunī ſunt de
mente ſancti Bonauētu. ¶ Propoſitio.
Omnis intellectus cognoſcens multas

⁊ per multa:quia ſcꝫ vel per multas ſpecies:vel per multas intellectiões cognoſcit per modum complexionis. ¶ Correlarium primum. Intellectus angelicus cognoſcit ꝑ modū cōplexionis. patet:q͛ angelus hꝫ diuerſas intellectiones: nec vnica intellectione intelligit quecū𝔮ꝫ intelligit. ¶ Scōm correlariū. Intellectꝰ humanꝰ cognoſcit ꝑ modū cōplexionis. ¶ Tertiū correlariū. Intellectus diuinus nō cognoſcit ꝑ modū complexionis cōplexione q̄ ſe teneat a ꝑte intellectiōis: q͛ ⁊ vnicā habet intellectionē: ⁊ vnicā rationē intelligendi ſcꝫ diuinam eſſentiam ¶ Cōplexio realis nihil aliud eſt ꝙ̄ compoſitio rei.ſ.qua aliqua res ad extra exiſtens eſt realiter cōpoſita ex pluribus rebus realibꝫ. Unde cōplexio realis: ⁊ cōpoſitio realis idem ſunt.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna diſtinctione ⁊ quattuor ꝓpoſitionibus. ¶ Diſtinctio. Deum cognoſcere res ꝑ modū cōplexionis pōt intelligi tripliciter. Aut eñ modus cōplexionis cadit circa res vt exiſtentes. Et tūc eſt ſenſus deꝰ cognoſcit res cōpoſitas vt cōpoſitas. Alio mō vt cadit ſuꝑ rem vt eſt cognita ab intellectu nr̄o et vt exprimitꝛ ꝑ vocem. Et tunc eſt ſenſus ꝙ deus cognoſcit res:non eñ vt ſunt: ſed etiā vt intellectus exprimit. Tertio modo pōt intelligi ꝙ modus complexionis cadat circa intellectū diuinum. ¶ Prima ꝓpoſitio. Deus cognoſcit res ꝑ modū cōplexiōis: ſic ꝙ modus cōplexionis teneat ſe a parte rerum. Et eſt ſenſus. Deus cognoſcit res ꝑ modū cōplexionis exiſtere id eſt eē compoſitas:puta ex materia ⁊ forma:vel ex accidēte ⁊ ſubiecto. ¶ Secūda propoſitio. Deus cognoſcit res per modū complexionis: vt modus cōplexionis cadit circa res: vt intellectas a nobis ⁊ exꝑ̄ſſas a nobꝫ:q͛ intelligit ⁊ voces ⁊ intellectões ¶ Tertia ꝓpō. Deꝰ nō cognoſcit ꝑ modum cōplexionis: vt modus cōplexionis cadat circa intellectū diuinū. patꝫ:quia vnica ⁊ ſimpliciſſima intellectione intelligit oēs res. ¶ Quarta ꝓpō. Intelligere multa ꝑ multa ꝑ modū cōplexionis non eſt oīno ꝑfectionis nec ē oīno impfectionis. Patet ṗma ps:q͛ oñe qđ ē oīno ꝑfectionis ſimplr̄ debet deo attribui. Nec eſt oīno impꝑfectionis ideo repugnat ſenſui ¶ Tamē circa ṗmū argumētū poſſet ꝗs errare. Uñ ꝓ maiori reſolutione notande ſunt quedā cōclusiones. ¶ Prima cōcluſio. Licet ſenſus interior ⁊ exterior nō poſſit formare cōplexionē diſtantem: tñ patet ꝙ facit ⁊ cognoſcit cōplexionem indiſtantē. patet eñ ꝙ imaginatiua imaginatur montē aureū. Itē viſus cognoſcit vinū in vaſe vel vitro:cum quis vult bibere ⁊ incauſtū ī cornu:licet nō cognoſcat ꝓpꝛie hoc eſſe in hoc:ſed hoc ē ipſius intellectꝰ. ¶ Scđa ꝯcluſio. Licet nulla cōplexio in eſſe reali fuerit ab eterno: tñ veritates ſignificate ꝑ cōplexa fuerūt ab eterno: vt veritates ſignificate ꝑ has: deꝰ eſt bonꝰ: deꝰ eſt colēdus: deꝰ ē creatiuꝰ ⁊c̄. Prima ps patet:q͛ oīs cōplexio vel ē vocalis vel intellectualꝭ vel realis. Sꝫ nulla res cōpoſita fuit ab eterno:ne𝔮ꝫ vox: nec cōplexio intellectualꝭ quia talis ſolū cōpetit intellectui creato. ergo ⁊c̄.

Querit̄ ſecundo. Utrū

enūciabilia ſiue cōplexa que deus ſemel cognoſcit ſemꝑ cognoſcat. In propoſito enunciabilia idē ſunt qđ enunciationes. Et complexa capiūtur hic pro ꝓpoſitionibus mentalibus vel vocalibus.

Reſolutio queſtionis

ſm̄ ꝓpꝛiā opinionē ſtat in vna diſtinctōe ⁊ q̄ttuor ꝓpōnibꝫ. ¶ Diſtinctio talis eſt. Scire diuinū pōt capi duobus modis. Uno mō large:⁊ idem eſt qđ intelligere diuinū ſeu cognoſcere:in𝔮ꝫ tñ extendit ſe ad oīa cognoſcibilia. ¶ Prima ꝓpoſitio. Deus ſcit hoc modo oīa complexa ⁊ incomplexa:oīa neceſſaria ⁊ contingentia:

oīa poſſibilia ꝛ impoſſibilia: oīa vera ꝛ
oīa falſa. ¶ Scđa ꝓpō. Scire large ca-
ptū nihil connotat a ꝑte obiecti cogniti:
nec actualē exiſtentiā: nec poſſibilita-
tē: nec veritatē: nec falſitatē. Patet: q2
de⁹ noticia appꝛehēſiua (vt aliq̄ dicunt) co
gnoſcit etiam impoſſibilia et falſa. Alio
modo ſcire ſumit̄ ſtricte: et eſt idē qđ ve-
rum cognoſcere. ¶ Tertia ꝓpō. Scire
hoc modo nō eſt de falſis nec de impoſ-
ſibilib⁹: nec pꝛopꝛie eſt de incomplexis.
¶ Quarta ꝓpō. Scire ſtricte captū cō
notat ex ꝑte obiecti veritatē. Unde di-
cit ſctūs Bonauētu. ꝙ ſcire vno mō ca-
pitur vt eſt verbū ꝓhereticū: id ē adheſi
uum: vera aūt de⁹ cognoſcit cognitione
adheſiua vel aſſentiua. Uel dicit̄ ꝓhere-
ticū: id eſt electiuū: vera aūt eligunt̄ ex
falſis: tn̄ ꝑma expoſitio ē melioꝛ. ¶ Alij
aūt vt Scotus ꝛ Ockam dicūt ꝙ ſit co-
gnitio appꝛhenſiua ꝛ adheſiua ꝛ eſt idem
Pꝛima cognitio eſt omniū tam poſſibili
um ꝙ̄ impoſſibilium. Scđa vero ſcꝫ ad
heſiua tm̄ eſt verorū. ¶ Pro maioꝛi reſo-
lutiōe notāde ſunt aliq̄ ꝓpoſitiones ꝑ
oꝛdinem ipius Ockam. ¶ Pꝛima ꝓpō.
Oīa enūciabilia q̄ deus ſemel cognoſcit
ſemper cognoſcit accipiendo ſcire ꝑmo
modo. ¶ Scđa ꝓpō. Nō omia enūciabi
lia ſiue cōplexa que de⁹ ſemel cognoſcit
ſciuit ſemꝑ vl' cognoſcit ſemꝑ: capiendo
ſcire ſtricte. pꝫ. Deus em̄ ſciet me mori
entē: ꝛ tn̄ ſtricte loquēdo ante nō cogno-
uit. Item cognoſcit ꝛ ſcit me modo lege-
re hanc lectionem: ꝛ pꝛius non ſciuit ſtri
cte: pꝛius em̄ non erat verum. ¶ Tertia
ꝓpoſitio. Licet deus poſſit aliqua ſcire
de nouo que pꝛius non ſciuit: non tamē
eſt nouitas in ſciencia dei: ſed ſolum in
obiecto cognito. Pꝛima pars patꝫ ex di-
ctis. Scđa pars declaratur ſic. Sicut
enim deus poteſt multa creare de nouo:
que pꝛius non erant: nec pꝛius deus ea
creauerat: nec ideo eſt mutatio in poten-
tia creatiua dei: ſꝫ ſolum in obiecto crea-
to: ſic eſt in pꝛopoſito. ¶ Quarta pꝛopo
ſitio. Licet deus poſſit incipere multa ſci-
re que nunq̄ ſciuit: non tamen poteſt ſci-
re plura ꝙ̄ ſciuerit. Pꝛobatur: quia de⁹
ab eterno cognouit omnia vera. Sꝫ nō
poſſunt eſſe plura vera ꝙ̄ fuerunt: ergo
deus nō poteſt plura ſcire (etiam ſtricte
capiendo) ꝙ̄ ſciuerit. Minoꝛ pꝛobatur
per ꝓpoſitionem ſequentem. ¶ Quinta
pꝛopoſitio. Licet qđ eſt verum in vno tē
poꝛe: poſſit eſſe falſuꝫ in alio tempoꝛe: ta
men in omni tempoꝛe vera ſunt equalia
quo ad materiam. Pꝛima pars pꝫ. Se-
cunda pꝛobatur: quia quelibet pꝛopoſi-
tio vera habet ſuam pꝛopoſitionem fal-
ſam ſcilꝫ contradictoꝛiam ipſius. In om
ni ergo tempoꝛe tot ſunt vera quot falſa
Sed quādocunq̄ vna ꝓpoſitio vera fit
falſa: eius ꝯtradictoꝛia ſemꝑ fit vera. Et
hec ſunt de mēte Ockam q̄ declarat ſan-
ctuꝫ Bonauenturā. Nec eſt de numero
nominalium quoꝝ opinionē recitat ſan-
ctuꝫ Bonauenturā ꝛ vocat eos nomina-
les ab vnitate nominis. Sꝫ doctoꝛ ſub-
tilis etiā poſſet dici nominalis: quia no
tabilis. ¶ Dicunt ergo iſti nominales ꝙ
ſicut albus: alba: album. Licet ſint tres
voces: vt patet: eſt tamen vnum nomen
quia ſignificant rem eandem: ſic chꝛiſt⁹
eſt moꝛiturus: chꝛiſtus eſt moꝛtuus: xp̄s
moꝛitur: licet ſint tres cōplexiones: ſunt
tamen vnū enunciabile: quia res eadem
ſignificatur per omnes tres. Sꝫ hoc eſt
contra philoſophū in ꝑdicamentis dicen
tem ꝙ eadem oꝛatio pꝛius vel pꝛimo eſt
falſa: poſtea vera: vel econtra. ¶ Pꝛopo-
ſitio pꝛima. Implicat contradictionē ꝙ
albus: alba: albū: ſint tres voces: et vnū
nomen. Hoc pꝛobatur ſic. Impoſſibile
eſt multiplicare ſuperius niſi multipli-
cando inferioꝛa. Uel ſic. Impoſſibile eſt
inferioꝛi non multiplicato multiplicari
(ſcḋm illud inferius) ipſum ꝑ ſe ſuperius
ſed vox eſt ſuperius ad nomen etiam ſcḋm
grāmaticos: ergo poſito ꝙ ſit vnum no-
men implicat ꝙ ſint tres voces ꝛ nō vna
Item etiā mala eſt eoꝝ adaptatio: quia

enunciabile nõ ſignificat rem. ¶ Scḋa ꝓpoſitio. Nulla ꝓpoſitio kathegorica ſignificat rem: ſed ſignificat modũ ſe habendi: id eſt ſignificat rem taliter ſe habere: vnde homo eſt albꝰ ſignificat ꝙ homo habeat in ſe albedinem. Unde Areſtoteles. Eſſe quandã cõpoſitionẽ ſignificat quã ſine extremis non eſt intelligere. Correlarium. Tria ſunt enunciabilia ſcꝫ chriſtus naſcitur: xp̃us natus eſt: xp̃s naſcetur: quorũ vltimũ eſt hereticũ. ptꝫ: Quia hereticũ eſt dicere chriſtuꝫ naſciturum de virgine Maria ꝛc.

c

Irca diſtinctionem q̃dragesimã ſecundaꝫ primo queritur. Utrũ deꝰ poſſit aliquid aliud a ſe.

¶ Pro declaratiõe terminoꝝ. Notandũ ꝙ poſſibile complexũ accipit̃ tripliciter. Uno modo vt diſtinguitur cõtra verũ. Et ſic om̃is ꝓpoſitio falſa: que tamẽ poteſt eſſe vera: eſt iſto mõ poſſibile. Ex q̃ patet ꝙ due requirunt̃ cõditiones ad tale poſſibile cõplexũ. Prima ꝙ ſit falſum Scḋa ꝙ poſſit eſſe verũ. Secũdo modo capitur vt diſtinguit̃ contra neceſſariũ. Unde Om̃is ꝓpoſitio que põt eſſe vera ꝛ poteſt eſſe falſa: ſeu omnis ꝓpoſitio cõtingens: dicit̃ poſſibile cõplexum hoc modo. Tertio capitur ꝓut diſtinguit̃ ꝯtra impoſſibile. Et ſic omnis ꝓpoſitio que non eſt impoſſibilis: eſt poſſibil'. Cũ ergo neceſſarie ꝓpoſitiones ꝛ contingentes non ſint impoſſibiles ſequitur ꝙ ſint poſſibiles hoc modo. Poſſibile autẽ incomplexum ꝓut diſtinguitur contra neceſſariũ: accipit̃ etiã duob' modis. Uno modo vt diſtinguit̃ ꝯtra neceſſariũ et ſe formaliter. Et ſic dicit̃ eſſe omne creatũ poſſibile. ¶ Correlariũ. Solũ deus illo modo nõ eſt poſſibilis loquendo de entibus. Et tale poſſibile cõuertit̃ cũ cauſabili creabili ꝛ creatura. Et de hoc poſſibili incõplexo ex ſe formalit̃ eſt queſtio. Immo tota diſtinctio. Alio modo poſſibile incomplexum capitur vt diſtinguitur contra neceſſariũ ex ſe formaliter ꝛ a ſe. Hoc modo cõuertit̃ cum producibili et ſic filius in diuinis eſt poſſibilis. ꝛ hoc modo nõ eſt obiectum diuine potentie.

¶ Deinde ſciendum ꝙ omnipotẽtia ſic deſcribitur. Omnipotentia eſt potentia actiua: cauſatiua: ꝓmi efficiẽtis: reſpectu cuiuſcunqꝫ creabilis ſeu cauſabilis. In hac deſcriptiõe quattuor ponunt̃ particule. Declarãdo ergo grammaticaliter. Omnipotentia eſt terminus cõpoſitus ex ly omnis ꝛ potẽtia. Unũ rõne ly ois importat vniuerſalitatẽ: ꝛ non in potentia: cũ vnica ſit in diuinis ſed reſpectu obiectoꝝ poſſibiliũ. Prima particula eſt. Potentia ꝛ ponitur loco generis. Dicitur ſcḋo actiua ad differentiã paſſiue. Ois em̃ potentia paſſiua inq̃tuꝫ paſſiua: eſt imꝑfectiõis. Dicit̃ tertio cauſatiua: que ſcꝫ eſt reſpectu alicuius termini eſſentialiter diſtincti ab eo: et dicit̃ ad differentiam gñatiuitatis: q̃ poteſt dici large potẽtia actiua. Quarta particula ꝓmi efficientis: ꝛ dicitur propter maiorẽ expreſſionem. ¶ Correlarium. Nullũ ſecũdariũ agens eſt om̃ipotẽs. Et capit̃ dupliciter om̃ipotẽtia. Uno mõ metaphiſice: et ſic eſt potentia actiua cauſãtiua: ꝓmi efficientis reſpectu cuiuſcunqꝫ creabilis: mediate vel immediate. Alio mõ capit̃ theologice: ꝛ ſic eſt potẽtia actiua: cauſatiua: primi efficientis: reſpectu cuiuſcunqꝫ creabilis immediate. Quicquid em̃ poteſt deus mediantibus cauſis ſecundis poteſt ſine ipſis. Et dicitur potẽtia theologica illo modo: quia eſt mere credita. ¶ Correlarium primum. Generatio filij ꝛ ſpiratio ſpiritusſancti non ſunt obiectum diuine potentie. ¶ Scḋm correlariũ. Pater ꝛ filiꝰ ꝛ ſpũſſanctꝰ ſũt eque potẽtes. ¶ Tertiũ correlariũ. Om̃ipotentia nõ eſt aliq̃ potẽtia diſtincta ꝯtra intellectũ ꝛ voluntatẽ. ptꝫ: qꝛ nulla tertia potentia executiua eſt ponenda in deo: ſed bñ in angelis ꝛ in nobis.

¶ Quartū correlariuȝ. Omnipotētia eſt
ipſa voluntas diuina q̄ eſt principale ſi-
gnificatū ipius oīpotētie: cōnotat tñ vl-
tra hanc omnē creaturā inꝗtū eſt poſſi
bilis fieri: vel omne poſſibile.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna diſtinctiōe ⁊ duobꝫ dictis. ¶ Di-
ſtinctio. Poſſe aliud vel in aliud poteſt
intelligi dupliciter. Uno modo tanꝗ ī
diſtinctum vel diuerſum ſm eſſentiam:
⁊ remotū ſm diſtantiā. Et ad hoc vt ali-
quid agat ſm illud poſſe p̄requiritur ap
primario. ¶ Primū dictuȝ. Poſſe agere
ī aliud nō pōt cōpetere deo h̄ mō: qꝛ deꝰ
a nullo ē diſtās: eo ꝙ vbiqꝫ eſt. Alio mō
pōt intelligi aliquid poſſe ī aliud tanꝗ
in diuerſum ſm eſſentiā ⁊ formam: nō tñ
tanꝗ remotum ſm aliquam diſtantiaȝ.
¶ Scd̄m dictū. Deꝰ pōt agere in aliud
vel pōt aliud hoc mō. Nec em̄ ponit di-
ſtantiā: nec depēdentiā: nec indigentiaȝ.
¶ Pro ſolutione penultimi argumenti.
Nota ꝙ duplex eſt potētia. Quedā eſt
ſuus actus ſeu potentia infinita: hec nul
lius indiget. Alia eſt potētia que nō eſt
ſuus actus: ſiue potētia finita: hec ſemꝑ
dependet ab alio in agendo.

Queriť ſecundo. Utrū

deus poſſit in om̄e illud in qđ pōt om̄e
agens creatū. ¶ Pro declaratiōe termi-
norū notanduȝ. Qꝛ duplex eſt agēs ſcȝ
Primū vel primariū: et dr̄ eſſe ipſe deꝰ q̄
eſt cauſa cuiuſlibet effectꝰ ꝑmaria. Ali-
ud eſt agens ſecundū ſiue ſecundariū: et
dr̄ om̄e agēs creatū qđ diciť cauſa ſcd̄a.
Et hec dependet a primo agente. ¶ Pri
mum documentū. Qñcūqꝫ concurrunt
plures cauſe ad ꝓducendū eundem effe-
ctum: illa q̄ eſt ꝑfectior altera: dr̄ prima
reſpectu alterius primitate ꝑfectiōis: vt
ſol et ignis concurrunt ad cauſandū ca-
lorē. ¶ Scd̄m documentum. Qñcunqꝫ
ſunt aliq̄ cauſe quarū vna pōt plures ef-
fectus producere ꝙ alia: illa q̄ in plures
pō effectus eſt ꝑma cauſa: primitate illi-
mitationis. ¶ Correlariuȝ. Iſte ꝑmita-
tes nō ſunt eedem. Sol em̄ cōcurrit cū
deo ⁊ hoīe ad generationē hoīs. Compa
rando ergo ſolē ⁊ hoīem adinuicē. Patȝ
ꝙ hō eſt prima cauſa ꝑmitate ꝑfectiōis.
ſol aūt eſt cauſa prima primitate illimi-
tationis. ¶ Uñ cauſa pōt dici ꝑma ꝑmi
tate durationis duobꝰ modis. Uno mō
qꝛ ipa p̄cedit aliā in eſſe quo ad duratio-
nem. Alio mō qꝛ prius duratiōe cauſat
ꝙ alia. Exemplū. Si aliquis ꝑmo tra-
hat nauim ⁊ alius adueniēs adiuuet eū
¶ Concluſio ꝑma. Deus eſt ſimpliciter
prima cauſa ꝑmitate ꝑfectionis. patȝ: qꝛ
eſt ꝑfectiſſimꝰ. ¶ Scd̄a cōcluſio. Deꝰ eſt
ſimplr̄ prima cauſa ꝑmitate illimitatio-
nis. patet: quia oīno illimitatꝰ eſt in cau
ſando. ¶ Tertia ꝯcluſio. Deus eſt ſim-
pliciter prima cauſa ꝑmitate duratiōis
primo mō. ptȝ: qꝛ eſt eternus. ¶ Quar-
ta ꝯcluſio. Deus nō eſt cauſa prima vni-
uerſaliter: id eſt reſpectu cuiuſcūqꝫ cau-
ſabilis ꝑmitate durationis ſcd̄o modo.
¶ Quinta ꝯcluſio. Licet deꝰ nō ſit cau
ſa ꝑma vniuerſaliter ꝑmitate duratiōis
ſcd̄o mō: pōt tñ eſſe cauſa prima tali pri-
mitate. ptȝ: qꝛ deus poſſet me cōſeruare
per aliqđ tempus ſine cauſalitatibꝫ cau
ſarū ſecūdarȝ: ⁊ poſt illud tp̄s poſſet vel-
le cōcurrere cauſas ſcd̄as. ¶ Agēs ſecun
darium qđ dicitur cauſa ſecūda eſt om̄e
agens creatuȝ qđ dependet in ſua actiōe
a primo agēte. Et eſt duplex. Quoddā
eſt naturale: ⁊ eſt illud qđ poſitis om̄ibꝫ
neceſſario reqſitis ad agēdū: ⁊ nullo im-
pedimēto exiſtēte ad hoc vt poſſit agere
nō poteſt nō agere: vel non eſt in poteſta
te ſua non agere. Aliud eſt agens crea-
tum liberū: et eſt illud qđ poſitis omni-
bus neceſſario requiſitis ad agendū: et
nullo impedimento exiſtente ad hoc vt
poſſit agere: nō neceſſario agit: ſed in eiꝰ
poteſtate eſt: vt agat vl̄ nō agat. Exem
plum de homine agente a propoſito.
¶ Primum correlarium. Actio agentis

naturalis nō ēſt in eius poteſtate. ¶ Se/
cundū Correlariū. Actio agentis liberi
eſt in eius poteſtate. Et ſic patet quomō
differant. ¶ Tertiū Correlariū. Sicut
in poteſtate agentis naturalis nō ē eius
actio: ita nec modus actionis vel agēdi.
Unde nō eſt in poteſtate ignis cōburere
vel vrere intenſe vel remiſſe. ¶ Quartū
Correlariū. Sicut eſt in poteſtate agen
tis liberi ſua actio: ita etiā modus agen/
di. Unde ſicut in poteſtate mea ē ire ad
eccleſiam dicere horas: ita etiā eſt in pote
ſtate mea dicere diligenter ⁊ debite.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vna diſtinctione ⁊ tribus dictis. ¶ Di/
ſtinctio ē talis. Poſſe in aliqua ē triplex.
Quoddā eſt poſſe in aliqua: qđ poſſe eſt
potentie ſimplr ꝑfecte: vt poſſe intellige
re. Aliud ē poſſe potentie imperfecte: vt
currere: ambulare: quia licet actū produ
cat: recipit tñ illum curſum ⁊ fatigatur.
Tertium eſt poſſe impotentie ſimplr: ſi/
cut poſſe peccare. Hoc em̄ ē potētie defe
ctiue: ſicut poſſe mori. ¶ Primū dictum.
Cum potentia dei ſit ꝑfectiſſima illa ſal/
tem poteſt deus in ſe ⁊ ꝑ ſe: que ꝑtinēt ad
potētiā ſimplr ꝑfectam. Dicit in ſe: quia
talia ſunt formalr in deo. Dicit per ſe:
quia nullius alterius indiget. ¶ Secun
dum dictū. Licet deus ꝑ ſe poſſit in illa
que ꝑtinent ad potentiā imperfectā non
tamē poteſt in ſe. Unde. Deus poſſet ꝑ
ſe tanq̄ cauſa totalis cauſare in me cur/
ſum: ſic ꝙ ſolūmodo ſuſciperem vel reci/
perem illum curſum: non tamē poſſet in
ſeipſum recipere curſum illum. ¶ Ter/
tium dictū. Deus non poteſt in illa que
ꝑtinent ad impotentiā: nec in ſe: nec ꝑ ſe
patet: quia deus ſm naturā diuinā non
poteſt mori nec peccare. ¶ Correlariū.
De rigore ſermonis illa non eſt cōceden
da. Deus poteſt in omne illud in qđ po/
teſt agens creatum: niſi cum determina/
tione. ¶ Pro ſolutione primi argumenti

nota ꝙ potentia dicit ſex modis. Quia
primo eſt quedam potentia omnino acti/
ua que eſt ſufficiens ad actum ſicut po/
tentia dei creatiua. Secundo eſt que/
dam potentia pure paſſiua: q̄ nihil agit:
vt potentia materie. Tertio eſt potentia
defectiua: vt potentia peccandi. Tamen
ſi peccare dicat actum cum deformita/
te non ſolum dicit potentiam defectiuā
ſed etiam actiuam. Quarto eſt poten/
tia partim actiua: et partim paſſiua: vt
potentia ambulandi. Quinto eſt poten
tia partim actiua et partim defectiua: vt
potentia ſm quam ſibiipſi quis infligit
penam. Sexto eſt potentia partim paſſi
ua ⁊ partim defectiua: ſicut potentia ad
moriendū. ¶ Propoſitio. Reſpectu dei
ad intra nulla eſt harum potentiarū: et
hoc probant argumenta in oppoſitū.

Querit tertio. Utrum

diuina potentia ſe extendat ad omne il/
lud quod alij agenti eſt impoſſibile. No
tandum ꝙ duplex eſt impoſſibile: ſcilicet
incomplexum ⁊ eſt aliquod figmentum
cui repugnat eſſe in rerū natura cui etiā
repugnat cauſari in exiſtentia actuali: vt
chymera: homo irrationalis. Aliud eſt
impoſſibile complexū ⁊ eſt aliqua enun/
ciatio falſa: cui repugnat ꝙ ſit vera. Uñ
ad impoſſibile complexum requiruntur
due conditiones. Prima conditio eſt ꝙ
ſit falſa. Secunda conditio eſt: ꝙ ei re/
pugnet veritas: vt homo eſt azinus: de/
us non eſt. ¶ Correlarium. Cōtingens
falſum non eſt impoſſibile complexum.
¶ Quodlibet illorum adhuc eſt duplex
Quia quoddam eſt impoſſibile incom/
plexum ſimpliciter: quoddam ſm quid.
Impoſſibile incomplexum ſimpliciter ē
illud qđ ſcilicet nec a deo nec ab aliquo
agente creato poteſt cauſari. Et dicitur
figmentū: quia nihil ei correſpondet in
re. Aliud eſt impoſſibile incomplexum
ſm quid: ⁊ eſt illud qđ nō poteſt fieri nec

eſſe cauſalitate agentis naturalis vt duo corpora eſſe in eodē loco. Cecū a natiuitate illuminari. Et ꝟginē parere. ¶ Sic ꝛ impoſſibiliū complexorum: quoddam eſt impoſſibile ſimpliciter. Et eſt propoſitio falſa: que nec per potentiam naturalem: nec per ſupernaturalem poteſt verificari: vt deus non eſt. Complexum vero impoſſibile ſm quid: eſt ꝓpoſitio falſa: que licet per potentiā naturalem nō poſſit verificari: ꝑ potentiā tamen ſupernaturalē poteſt verificari: vt virgo parit filiū. ¶ Poteſt etiā ſub alijs terminis dari diſtinctio īpoſſibilis. Vnū quoddā eſt impoſſibile ſm naturā: et eſt illud quod nō poteſt fieri vel eſſe per naturam: licet poſſit eſſe ꝑ agens ſupnaturale. Et propriiſſime loquendo queſtio intelligitur ſolū de illo impoſſibili. Aliud eſt impoſſibile ſm tempus ſiue per accidens: ꝛ dicitur illud quod eſt preteritū ſeu quod aliquando fuit. Et circa hoc eſt difficultas vt videbitur. Unde queſtio iſta eſt ſubtiliſſima et preclariſſima. Dixit eñ agaton Solon. Hoc ſolo priuatur deus: facere ingenita que genita ſunt. ¶ Tertium eſt impoſſibile ſm diſciplinam ꝛ eſt aliquod oppoſitū alicuius principij ſciētie ſeu diſcipline. Unde primum principiū eſt: Oppoſita eidē ſm idē non poſſunt ineſſe. Modo omnia oppoſita pñt ineſſe eidem ſm idem. Hec eſt impoſſibilis ſm diſciplinam.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat in vna diſtinctione: duabus propoſitionibus: ꝛ quattuor dictis. ¶ Diſtinctio ē. Impoſſibile eſt quadruplex. Quoddā eſt impoſſibile propter limitationē agentis naturalis vel potentie: ſicut virginē parere: vel vitulum facere de trunco: et eſt exemplū Anſhelmi. Aliud ē impoſſibile ꝓpter limitationē noſtre intelligentie. Intellectus eñ noſter ꝓpter peccatū multa nō intelligit: vt idem corpus eſſe in diuerſis locis. Tertiū eſt impoſſibile propter priuationē omnis exiſtentie ſm omnē comparationē: ſcꝫ principij medij ꝛ vltimi: vt preteritū nō fuiſſe preteritū. Quartū eſt impoſſibile ſm illuſtrationem veritatis eterne: ꝛ ordinē diuine ſapientie: ſicut eſt illud impoſſibile duo oppoſita inſunt eidem ꝛ ſm idem. ¶ Prima propoſitio. Deus nō poteſt facere preterita non fuiſſe. Probatur: quia omnis factio (large capiendo factionē) vel eſt de ente ad nō ens (ꝛ fundatur in philoſopho quīto methaphiſice: vbi dicit ꝙ pōt fieri mutatio de non ſubiecto ad ſubiectum. vel ꝛc.) Vel eſt de nō ente ad ens. vel eſt de ente ad ens. Exemplū primi. Annihilatio. Secundi. Creatio: ſub qua comprehenditur generatio. Tertij: vt alteratio ꝛ ſic de alijs. Quarta pōt imaginari ſcꝫ de nō ente ad nō ens. Sed hoc omnino eſt impoſſibile. quia nullius potentie eſt. ergo ꝛc. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Quāuis deus de omni ente alio a ſe poſſit facere nō ens: nō tamē poteſt facere de preterito nō preteritum. ¶ Primū dictum. Omne illud quod eſt impoſſibile ſolum propter limitationē naturalis potentie eſt deo poſſibile. ¶ Secundum dictum. Omne quod eſt impoſſibile ſolū ꝓpter limitationē noſtre intelligentie. eſt deo poſſibile. ¶ Tertiū dictū. Omne illud quod eſt impoſſibile propter carentiam omnis exiſtētie eſt deo impoſſibile. Et dicitur impoſſibile ſm tēpus vel ꝑ accidēs quia licet actus vel ens in ſe fuerit contingens: tamen quia p̄terijt: nō poteſt nō p̄terijſſe: ꝛ preteritio accidit ei. ¶ Quartum dictum. Omne impoſſibile ſm illuſtrationē veritatis eterne: ſiue ordinem diuine ſapientie: eſt deo impoſſibile.

Dubitatur vtrum deus poſſit facere ꝙ preteritū nō fuerit: vel ꝙ preteritū nō ſit preteritū. ¶ Circa quod notandū ꝙ aliqui nominales (ambulan

les: nõ potuerunt melius ordinari q̃tuꝫ
ad finem vltimũ. patet: quia nihil poteſt
melius ordinari niſi ad ſummũ bonum
quod eſt deus. Sed omnia ordinant' ad
deũ tanq̃ ad vltimũ finẽ: ergo zc̃.

203

Solutio argumentoꝝ.

Tertio pro argumēto quod etiā probat ordinē partiū vniuerſi nō poſſe meliorari. Nota ſequētes ꝓpōnes. ¶ Prima propoſitio. Quattuoꝛ elementa nō poſſunt melius ordinari in vniuerſo ſm ſuas qlitates. Duplicia em̄ ſunt elementa .ſ. ſimbolifantia. ⁊ dicunt̄ illa que conueniunt in aliqua qualitate: vt aqua terra: aer et ignis: quia tam terra ꝙ̄ aqua eſt frigida ⁊ aer ⁊ ignis calidus. Quattuoꝛ em̄ ſūt qualitates cōtrarie. primo actiue ſcꝫ caliditas: humiditas: frigiditas: ⁊ ſiccitas. Cuilibet autem elemento cōueniūt due ex ipſis. Vñ phs. ij. de generatione. Aer eſt calidus ⁊ humidus: ignis eſt calidus ⁊ ſiccus. Aqua ē frigida ⁊ humida. Terra vero eſt frigida ⁊ ſicca. Et vt ibidē dicit. Ignis eſt ꝯtrarius aque: patet quia calidus ⁊ ſiccus. Terra ꝓ aeri patet: qꝛ eſt frigida ⁊ ſiccu: aer ꝓ eſt calidus ⁊ humidus. Elementa non ſimboliſantia dicuntur illa que nō conueniunt in aliqua qualitate vt aer ⁊ terra: aqua et ignis. Simboliſare autē eſt in aliqua qualitate cōuenire. Ignis em̄ vt iam dictum eſt calidus eſt ⁊ ſiccus. Aer eſt humidus et calidus niſi facta ſit alteratio i aere. Poteſt em̄ fieri frigidus: ſicut aqua que eſt de ſe frigida: poteſt fieri calida ꝑ alterationem. Caliditas tñ nō primo cōuenit aeri ſicut nec aqua ꝑmo eſt humida. Aq̄ em̄ primo eſt frigida ⁊ etiā deinde humida. Elementa igitur ſimboliſantia vel ſunt ambo ſuperioꝛa vel ambo inferioꝛa. Aer ergo in caliditate ſimboliſat cum igne in humiditate cū aqua: ideo cōgrue ponitur inter ignē ⁊ aquā ⁊c. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Elemēta ſunt optime ordinata q̄tū ad ſuas formas ſubſtantiales Probat̄. Elementa ſunt optime ordinata ſm ſuas qualitates. ergo etiaꝫ q̄tum ad formas ſubſtantiales. Probat̄ conſequentia: quia ordo qualitatū eſt ab ordine formarū eſſentialiū ſicut ⁊ ipſe qualitates. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Elemēta ſūt optime ordinata q̄tū ad ſitū. patet ex dictis ſuperius de leui ⁊ graui. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Elementa ſunt optime ordinata in vniuerſo ſm proportiones numerales: vel ſm proportionem. Probatur per ſimile. Sicut ligant̄ octo ad. xxvij. ꝑ. xij. et. xviij. ita etiā ignis qui eſt leuiſſimus ⁊ terra grauiſſima ligantur per duo intermedia. ¶ Ubi notandū ꝙ talis ponitur ꝓpō. Octo ⁊ vigintiſeptē ſunt duo ꝑmi numeri ſolidi q̄drati ⁊ ligant̄ ad inuiceꝫ per. xij. et. xviij. ¶ Unde duplex eſt numerus quadrat⁹. Unus eſt quadratus tm̄: ⁊ eſt ille qui ꝓuenit ex ductu alicui⁹ in ſe ſemel tm̄: vt quaternarius eſt ꝑmus illoꝝ: bis em̄ duo ſunt quattuoꝛ. Alius eſt numerus quadratus ſolidus: q̄ ꝓuenit ex ductu duplici numeri in ſeipm̄: vt bis duo bis ſūt octo. Binarius ꝗ eſt radix primi numeri q̄drati. Radix em̄ eſt numerus qui ducit̄ in ſe. Dicitur autem quadratus: qꝛ diuiſim ſcriptus per vnitates ſemꝑ hꝫ quattuoꝛ latera eq̄lia: ⁊ dꝫ incipi a radice numeri q̄drati. Ali⁹ aūt dꝛ numerus ſolidus qui (ſicut coꝛp⁹ habet tres dimenſiones) habet q̄ttuoꝛ latera. Vñ numerus ſolidus ꝑ̄cile vł tm̄ eſt ille q̄ ꝓuenit ex duplici ductu alicui⁹ numeri in aliū: vt bis tria bis ſunt duodecim. ¶ Documentū ꝑmū. Quotiēſcū q̄ aliq̄s numerus ducit̄ bis in ſeipm̄: tunc cauſatur numerus ſolidus quadratus. ¶ Scđm documentū. Si vero aliq̄s numerus bis ducat̄ in aliū eſt quidē ſolid⁹ ſed nō q̄dratus. ¶ Coꝛrelarium primū. Octo eſt ꝑmus numerus ſolidus q̄dratus. ꝓbat̄: qꝛ cauſat̄ ex ꝑmo numero bis in ſeipſum ducto. ¶ Scđm coꝛrel. xxvij. eſt ſecūdus numer⁹ cubicus ſiue ſolidus q̄dratus. ꝓbat̄: qꝛ iſte eſt ſcđus numerus ſolidus q̄dratus q̄ cauſat̄ ex duplici ductu ꝑmi numeri impꝛis in ſeipſum. Sed hmōi eſt. xxvij. ꝓbat̄: qꝛ primus numer⁹ impar eſt. tria. Sed ter tria ſunt nouē. Nouenarius ꝗ eſt ſcđs numer⁹ q̄drat⁹:

ſed nõ eſt ſolidus. Sed ter tria ter ſunt
xxvij ſicut ter nouẽ ſunt. xxvij. Et ſic pz
pma ps ꝓpoſitiõis. Scđa ps ꝓpõnis eſt
iſta: ꝙ iſti duo numeri quadrati primi li
gantur ad inuicẽ p. xij. et. xviij. ¶ Prima
regula. Inter quoſlibet duos numeros
cubicos ſunt ſemꝑ duo media proporcio
nalia. i. duo numeri medij ꝓportionales
ſeu ꝓportionãtes illos. ¶ Scđa regula.
Iſta duo media ꝯſurgũt ex ductu radi/
cis ſiue lateris vnius in aliã radicez bis.
¶ Tertia regula. Maius mediũ ſꝑ erit
numerus latriculus et numer⁹ medi⁹ ſꝑ
erit aſſer. Exẽpluz bis duo bis ſeu octo:
et ter tria ter ſiue. xxvij. ſunt duo cubici
primi. Minus ergo mediũ q̃ dr̃ aſſer (qꝛ
deſcribẽdo illos numeros ꝑ vnitates bz
figuraz aſſeris) ꝓuenit ex ductu duplici
minoris radicis ſcz minoris cubici in ra/
dicem maioris: vt bis duo bis ſunt. viij.
Qualẽ em̃ ꝓportionẽ hñt. xxvij. ad. xviij.
talẽ ꝓportionẽ habẽt. xviij. ad. xij. et. xij.
ad. viij. Ubiqꝫ em̃ eſt ꝓportio ſeſquial/
tera. Sicut em̃. xxvij. ꝯtinet. xviij. ꝛ alte
rã partẽ eius ſcz adhuc. ix. ita. xviij. cõti/
net. xij. ꝛ alterã ꝑtem ei⁹ ſcz. vj. ꝛ. xij. cõti/
net octo: et alterã partem ei⁹ ſcz q̃ttuor.
Nõ tñ eſt intelligendũ ꝙ ſit mens ſancti
Bonauẽ. ꝙ ſit oĩmoda ſilitudo: ſcz ſic ꝙ
ignis excederet aquaz in ſola ꝓportione
ſeſquialtera. Phs em̃ vult ꝙ vnũ elemẽ/
tũ excedat aliud in ꝓportione decupla.

Solutio argumentorũ

in oppoſitũ. Et pro ſecũdo ꝛ tertio argu/
mẽtis. Notãdũ ꝙ duplex ẽ ordinatio ſcz
ꝓpria ꝛ ꝑticularis. Alia ẽ ordinatio vni
uerſalis. Et ſm hãc mũdus non põt fie/
ri melioris ordinis. ¶ Itez arguit᷑. Res
in vniuerſo nõ ſunt optime: g̃ ordo earũ
nõ eſt optim⁹ ſeu nõ ſunt optime ordina
te. Probat᷑ ꝯſeq̃ntia: qꝛ ordo eſt reſpect⁹
ꝯñs ipas res. Sed nullus reſpectus eſt
maioris entitatis ſuo fundamento: g̃ ꝛc̃.
¶ Rñſio. Uñ ſicut aliq̃ entia in ſe ſunt
ꝯtingentia: ꝛ tñ neceſſario hñt ordinẽ ad
deũ: ita q̈uis aliqđ non ſit optimũ in ſe
tñ optime ordinat᷑. Similitudinis pma
pars pz: qꝛ bñ ſequit᷑. Ego ſum: ergo de
pendeo a deo: ꝛ tñ ſum cõtingenter. Se/
cundã partem declarat: qꝛ licet pes in ſe
ſit ignobilior oculo: tamen eque bene eſt
ſituatus ſicut oculus.

Querit᷑ quarto Utrum

deus potuerit facere mundũ antiquiorẽ
Hec queſtio põt duplicẽ habere ſenſum
Unus eſt. Utrũ deus potuerit mundũ
facere antiquiorẽ. i. ab eterno. Alius eſt.
Utrũ de⁹ potuerit facere mundũ in tpe
finito tñ longiore: puta ꝑ centũ vel mille
annos q̈ ſit illud a q̃ ꝓduxit mundũ.

Reſolutio queſtionis

ſtat in trib⁹ opinionibus. ¶ Prima opi/
nio ſtat in vna ꝓpõne. ¶ Propõ. De⁹ nõ
potuit facere mundum antiquiorẽ. i. ab
eterno. Mens enim. S. Bonauentu. eſt
ꝙ deus nihil potuerit creare ab eterno.
¶ Quia tñ alterius opinionis ſunt aliq̃
theologi: vt ſctũs Thomas ꝛ aliqui alij
forte moderni: ꝛ doctor ſubtilis in ſecun/
do ſoluit rões ꝑ vtraqꝫ opinione: ideo te/
neat vnuſquiſqꝫ qđ placet. Uñ nec argu
mentũ Bonauẽtu. ꝯcludit: qꝛ minor ne/
gat᷑: ꝛ ad ꝓbationem diſtinguit᷑ de initio
ſm durationẽ ꝛ ſm cauſalitatẽ. ¶ Unde
ſcđa opinio tenet ꝙ de⁹ nõ potuit facere
munduz in longiore tpe vel in tpe priori
q̈ fact⁹ ſit. ꝓbat᷑: qꝛ poitas et anterio/
tas nõ ſunt niſi tpis differẽtie: ſed tps nõ
fuit ante mũdũ: qꝛ ſimul incepit cũ mun/
do: ſicut ꝛ angelus ꝛ materia pma: g̃ ꝛc̃.
Illi g̃ dicũt ꝙ q̃ſtio ſit irrõnabilis qꝛ ſe/
quat᷑ imaginationẽ falſam q̃ſi tps poſſit
eẽ ſine mũdo. ¶ Alia opinio (. ſ. tertia) di
cit ſine diſtinctione. Sicut deus poteſt
facere mundũ maiorẽ q̈ ſit iſte mundus
ſic potuit facere mundum antiquiorem.
¶ Sanctus Bonauen. vero dicit ꝙ iſta
deus potuit facere mũdum antiquiorem
eſt diſtinguẽda: ſicut illa de⁹ põt facere

mūdū altiorē. i. in alio loco ꝙ̄ in quo ſit. Et hoc ſuppoſito ꝙ nihil crearet: tunc non poteſt fieri: quia nō eſt alius locus ꝙ̄ in quo mundus eſt. Si autē intelligatur. Uerum poſſit facere in maiori loco creando: ſcʒ alium locum ſeu alia corpora: tūc cōcedendum eſt ꝙ poſſet facere aliū mundū cōplectentē etiaʒ hunc mūdum. Cōſimiliter eſt diſtinguēda prima. Sicut enim potuit expectaſſe ſeu nō creaſſe mundū vſ ꝗ modo: ſic potuit añ facere creādo tps etiā qð fuiſſet anterius ꝙ̄ illu qð fuit concreatū mundo.

Ecūdus articulus habet tm̄ vnā queſtionem: ſcʒ Utrū qð deus ſemel poteſt ſemper poſſit.

¶ Iſta queſtio eſt clara ſi intelligant̄ dicta in ſuperiorib᷒. Utrū ſcʒ deus omne enūciabile qð ſemel ſciuit ſemp ſciat: pʒ tm̄ ꝙ q̄n ꝗ ſciuit me eſſe Pariſius: modo aūt nō ſcit. patet: q2 ego modo non ſum Pariſius: ſʒ ſum in Moguntia. Et nullum falſum deus proprie ſcit.

Reſolutio queſtionis.

De iſto ḡ ſophiſmate rūdendū eſt ſicut de ſcīa in fine diſtinctionis. xlj. Et ſunt due opiniones. ¶ Noiales q̄dā dicūt talē ꝯcluſionē. Cū potētia dei ſit oino immutabilis ſm rē: q̄c̄ꝗd pōt de᷒ ſemel ſp potuit: ⁊ quicq̄d potuit ſp pōt. ¶ Sʒ cōtra hanc arguit̄: ⁊ eſt vnū añ oppoſitum. De᷒ potuit reſuſcitare xp̄m a mortuis. ḡ pōt reſuſcitare xp̄m a mortuis. ¶ Sʒ ipi rūdēt ꝙ nō debet ſic argui. Sʒ ſic debeat inferri: ḡ pōt xp̄m ſuſcitaſſe a mortuis. Sʒ i argumēto p̄dicto cōmittit̄ fallacia figure dictionis: q2 cōmutat̄ res in modum ſignificādi. ¶ Sed cōtra ipſos multū apparenter pōt ſic argui. De᷒ potuit velle mūdū nō fuiſſe: ſed mō nō pōt de᷒ velle mūdū nō fuiſſe. ḡ ⁊c̄. ¶ Itē potuit facere me non legere miſſam hodie: ſed cū legi nō pōt amplius facere me nō legiſſe: ergo ⁊c̄. ¶ Licet ḡ mgr̄ ſnīaꝝ fuerit illius opinionis: tamē nō bñ ſoluunt argumentū: q2 dantē oppoſituʒ ſolutiōis eoꝝ adhuc cōtingit ſoluere. Hoc mō formata ratiōe (in qua nō mutat̄ tps) pōt quicq̄d potuit: ſed potuit nō feciſſe mundum: ergo ⁊ mō poteſt nō feciſſe.

Opinio ſancti Bonauenture

ſtat in ſeptē dictis. ¶ Primū dictum. Licet diuina ſcīa ſit oino in ſe immutabilis: ipa tñ̄ deſinit ſcire aliqð mutabile qð prius ſciuit. ¶ Scōm dictuʒ. Deus deſinit ſcire aliquod enunciabile qð prius ſciuit: et eo ꝙ ipm prius verum efficitur falſum. ¶ Correlariū. Licet deus ſciat aliquid qð prius non ſciuit ⁊ incipit ſcire qð prius nō ſciebat: nō tñ̄ mutatur: ſed ſolū res ſcita mutat̄. ¶ Tertium dictū. Diuina potētia cōnotat in re poſſibilitatē q̄ reſpicit potentiā agenteʒ ſub rōne potētie: non ſub rōne impotentie: ſicut hō dr̄ poſſe peccare: poſſe mori: q2 talia ſunt impotentie. ¶ Quartū dictum. Multa poſſibilia fiunt impoſſibilia per accidens: ⁊ multa poſſibilia fiunt entia: ⁊ q̄n facta ſunt: ſūt impoſſibilia fieri. Prima pars patet: ſicut me nō fuiſſe in Moguncia fuit poſſibilis: modo eſt impoſſibilis p accidens. Unde Impoſſibile per accidens eſt illud qð in aliquo tpe erat verū: puta in p̄terito: ⁊ ꝓpt̄ trāſitionē tpis eſt impoſſibilis. Scda pars patet in quotidianis generationib᷒ ⁊c̄. Tertia pars eſt ſubtilis. Circa qð Notandum ꝙ fieri (in rebus permanentib᷒ ſaltem) dicit primariam eſſe rei ſic ſcʒ ꝙ prius non fuerit. ¶ Quintum dictum. Sicut facere ꝙ non ens non ſit nihil eſt facere: ita facere quod factum eſt: nihil eſt facere. Prima pars in ſuperiorib᷒ eſt declarata q̄ſtiōe. Utrū p̄teritū poſſit fieri nō p̄teritū. Nā ſi de᷒ faceret me poſt ꝙ̄ me fecit: aut aliq̄d fac̄ de nouo aut nihil. Si nihil facit: ḡ non facit. Si aūt aliq̄d facit de nouo: ḡ nō facit qð factum erat.

¶ Sextū dictum. Deus non pōt niſi qđ poſſe ē potētie. ¶ Septimū dictū. Nulla mutatione facta in potētia dei: ſʒ deo equalitꝰ manēte potētē fit aliqđ deo impoſſibile qđ priꝰ erat ei poſſibile ꝓpꝰ mutationē rei. Ex hoc ſequitꝰ ꝙ iſta eſt neganda. Quicqđ deꝰ ſemel pōt: ſemꝑ pōt: ꝗ eiꝰ ꝯtradictoria eſt ꝯcedēda. Non quicquid deꝰ ſemel pōt: ſemꝑ poteſt.

Circa diſtinctionē q̄dragesimāquintā

Circa diſtinctionē q̄dragesimāquintā (in q̄ mgr̄ ſniaꝝ incipit tractare de volūtate diuina) q̄ tres habet articulos. Primus ē de voluntate ꝗ ad q̄dditatē. Scđs ꝗ ad cauſalitateʒ. Tertiꝰ ꝑo articulus eſt de voluntate ꝗ ad rationē ſignificandi.

Circa primū igitur articulū

Circa primū igitur articulū. Primo queritꝰ. Utrū ſit in deo ponere voluntatē. ¶ Pro q̄ſtiōis diſcuſſiōe ſciendū ꝙ hoc complexū voluntas diuina pōt capi duobꝰ modis. ſ. ꝓprie ꝛ tropice. ¶ Volūtas diuina ꝓprie capta ſignificat voluntatē dei ſiue diuinū beneplacitū eternū: qđ nihil aliud eſt niſi ipē deꝰ. In deo em̄ duas potentias ponimꝰ vnā cognoſcitiuā: aliā appetitiuā. Appetitiua aūt capta vt diſtinguitꝰ ꝯtra intellectiuā nō cognoſcit. ¶ Correlariū ꝑmū Volūtas ꝓprie capta eſt ipē deꝰ realitꝰ. Scđm correlariū. Voluntas diuina nō eſt formalr̄ intellectꝰ diuinꝰ. ¶ Tertiuʒ correlariū. Licʒ volūtas diuīa nō ſit formaliter intellectus: eſt tn̄ realiter intellectus diuinus. ¶ Volūtas diuīa improprie vel tropice ſiue metaphorice: nō ſignificat diuinū velle: ſed ſignificat aliqđ qđ eſt ſignū bn̄placiti diuini. Nā ex vſu loquendi plerūqꝫ ſigna nominantꝰ nominibus ſignificatoꝝ. patet: Quia elemoſynam mihi exhibitā dico miſericordiaʒ cum tamen magis ſit ſignū miſericordie quā habet ille ꝗ facit elemoſynaʒ. Neqꝫ em̄ actꝰ miſericordie proprie eſt miſericordia. Item dicitur ille fecit mihi magnam charitatē. Item teſtamētū alicuius dicitꝰ vltima voluntas eius cum tamen magis ſit ſignū volūtatis. ¶ Unde doctores cōiter diſtinguunt de volūtate dei. Eſt em̄ duplex: ſcʒ volūtas bn̄placiti ꝛ volūtas ſigni. Que diſtinctio non eſt intelligēda ꝙ ſcʒ diuina volūtas diuerſificetꝰ: ſed ſolum eſt diſtinctio nominuʒ. ¶ Prima ſcʒ volūtas bn̄placiti realiter eſt ipē deꝰ: ꝛ eſt conſtructio intranſitiua vtrobiqꝫ. ¶ Alia tamen eſt opinio Franciſci maronis q̄ habetur infra ꝑma queſtione tertij articuli huius diſtinctionis. ¶ Propoſitio. Voluntas ſigni nec ē formaliter in deo nec eſt realiter ipſe deus. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Volūtas ſigni eſt ſignū diuie volūtatis. Hec videtꝰ eſſe intētio mgr̄i ſniaꝝ in textu. ¶ Sciendū igitꝰ ꝙ volūtas ſigni diuiditur in quinqꝫ. ſ. in p̄ceptum: prohibitionē: ꝯſiliū: impletionem ꝛ ꝑmiſſionē. Preceptum eſt duplex: ſcʒ affirmatiuū ꝛ negatiuū: tamen ꝓprie p̄ceptū cōiter a magiſtro ſniaꝝ ꝛ doctoribus capitur pro precepto affirmatiuo ꝗ bona tenemur opari. Prohibitio eſt preceptum negatiuū malū deuitare demonſtrans ꝛ aſtringēs. Conſilium aūt eſt indifferens tam ad affirmatiuū ꝙ̄ negatiuum p̄ceptum. Impletio eſt ſignū volūtatis diuine: ſicut xp̄s impleuit obedientiam moriens pro nobis in cruce. ¶ Voluntas aūt beneplaciti etiā eſt duplex. ſ. ſimplicis cōplacentie: vel ſimplicis volitionis ꝛ nolitionis. Alia eſt volūtas bn̄placiti proſecutionis ꝛ fuge. Hec diſtinctio (quia eſt ſubtilis) declaratur ꝑ illā de ſciētia. Sciētiaꝝ em̄ quedā eſt ſimplicis noticie: et hec eſt reſpectu oīm intelligibilium poſſibilium etiam que nunq̄ fient. Alia eſt ſciencia iudicatiua vel aſſentiua vel adheſiua: et hec eſt ſolum de complexis: quia eſt illa qua deꝰ iudicat aliquid eſſe vel fore verum. Volūtas ergo diuina propter connotata et non abſolute dr̄ duplex. Incōgruʒ em̄ ē reſpectu

oīum incōpleroꝝ poſſibiliū etiā q̄ nunq̄ erunt eſt voluntas ſimplicis cōplacentie In ꝑtrum ꝟo eſt reſpectu coꝛuꝫ que vult efficaciter eſſe vel fieri in actu: dicitur voluntas beneplaciti: proſecutionis ꝛ fuge ¶ Inſuper ſciendū ꝙ proſecutio appetitus vel volūtatis nihil aliud eſt q̄ꝫ ipſuꝫ appetitū velle aliquid fieri vel eſſe. Fuga vero appetitus vel volūtatis nihil aliud eſt q̄ꝫ ipm appetitū nolle aliquid fieri vel eſſe. Proſecutio ergo coꝛreſpondet ſcientie ſimplicis noticie. Vñ Ariſtote. vij. ethicoꝝ. Illud qđ eſt negatio ꝛ affirmatio in intellectu: eſt proſecutio et fuga in voluntate. In volūtate igiť nr̄a diuerſe ſunt volitiones ꝛ oppoſiti actus ſcꝫ velle ꝛ nolle. In deo nō ſic: ſed ſolū propter diuerſa obiecta eadem volūtas dei diciť velle: puta reſpectu bonoꝝ: ꝛ nolle reſpectu maloꝛum. ¶ Coꝛrelarium. In deo ponēda eſt ꝓſecutio ꝛ fuga: ptꝫ ꝑ deſcriptionem ipſoꝛum. Tamen pro reuerentia. S. Bonauentu. (qui negat) dicendum ꝙ proſecutio et fuga. Uno modo capiuntur pꝛoprie: ꝛ ſic ſunt in deo: et ſic ſunt hic deſcripta. Alio modo capiuntur vt includunt imꝑfectionē ꝛ indigentiā ſicut eſt in creaturis. Hoc modo loquitur ſctūs Bonauentura.

Concluſio reſponſiua

eſt clariſſima nō ſolū apud omnes theologos. ſed etiā apud ph̄os ſcꝫ ꝙ in deo eſt ponere voluntatē. Perſuadeť tñ ꝛ rationibus ꝛ auctoꝛitatibus: quere in littera. ¶ Pro ſcđo argumēto: id eſt ſecūda rōne pro parte vera. Notandum ꝙ voluptas aliquādo ſonat in bonū: vt toꝛrente voluptatis tue potabis eos: ꝛ ſic capiť pro beatitudine. Alias ſonat in malum. Et ſic non accipitur in propoſito.

Queriť ſecundo. Utrū

voluntas dei ſit omniuolens. Et ſumitur omniuolens a volūtate: ſicut omnipotens a potētia: et a ſciētia omniſciens. Unde quaſi grāmaticaliter loquendo. Omniſciens eſt ille qui ſcit omne ſcibile Omnipotens: qui poteſt omne poſſibile Omniuolens vero dicitur qui vult omne volibile. Unde volitio dei eſt duplex Una eſt ſimplicis complacentie ꝛ diſplicentie. Alia eſt volitio dei efficax. Volitio ſimplicis complacentie vel diſplicentie: eſt illa qua deus vult omne volibile. Unde ſicut intellectus diuinus intelligit omne intelligibile ſiue ſit ſiue non ſit futurū: ſic etiā volūtas diuina vult omne volibile volitione ſimplicis complacētie. Nec ſequitur deus non vult peccata ergo non eſt omniuolens. patet: quia licet nō velit volitione efficaci: vult tamen volitione ſimplicis complacentie ꝛ diſplicentie. Volitio efficax eſt illa qua deus vult efficaciter aliqđ eſſe vel fieri in actu vel habet nolle efficax reſpectu alicuius ne ſit vel ne fiat: vel qua nō vult efficaciť aliquid eſſe vel fieri in actu. ¶ Propoſitio. Omīa q̄ ſunt volita a deo volitione efficaci qñq̄ fuerunt vel ſunt: vel quandoq̄ erunt. Et oīa illa que nō vult deus nolitione efficaci (ſaltē ꝓ illo tp̄e ꝓ quo nō vult) nō erunt. Ex dictis intelligendus ē textus ſancti Bonauēture.

Reſolutio ſancti bonauenture

ſtat in ſeptem propoſitionibus. ¶ Prima ꝓpoſitio. Hec locutio deꝰ eſt omniuolens eſt diſtinguenda: ex eo ꝙ ly omne pōt diſtribuere ſimpliciter vel vt nūc. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Si ly omne diſtribuat ſimplr̄: tunc ſenſus huius deus eſt: omniuolens eſt: deus vult omne volibile. patet: quia tūc diſtribuit q̄ꝫtum ad actum: et q̄ꝫtum ad habitum. In q̄ꝫtum enī dicitur deus vult dicit actum: volibile autem dicit habitum. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Si omne diſtribuat vt nūc: tūc ſenſus illius ꝓpoſitionis: deus eſt omniuolens eſt: deus vult omne volitum. Tam enim ly vult q̄ꝫ volitum dicunt actum. Talis diſtinctio etiam poſſet poni in ta

libus. Deus eſt omnipotens: id eſt deus poteſt omne poſſibile: vel de⁹ poteſt omne factum. Eſt tamē magna differentia quia licet multi concedant ꝙ deus vult omne volibile: illā tamē omnes negant. ¶ Quarta propoſitio. Iſta ꝓpoſitio eſt falſa: deus vult omne volibile. ptꝫ ꝑ primam ratiōnē ante oppoſitū. Ratio bene probat de volitione efficaci: et ſic debet intelligi propoſitio iſta. ¶ Quinta propoſitio. Hec ꝓpoſitio eſt falſa deus vult omne volitum. patet: quia deus nō vult furtum: nec fornicationeꝫ: et tamen homo vult talia. ¶ Q. ſi dicatur hō nō vult peccatū: ſed ſubſtratum. ¶ Cōtra: Aug⁹. Peccatum eſt adeo voluntarium ꝙ ſi non ſit voluntariū non eſt peccatū. ¶ Sexta propoſitio. Hec ꝓpō deus eſt omniuolēs nullo mō eſt ꝯcedenda. ptꝫ: qꝛ ſi eſſet concedenda: hoc eſſet in aliq̄ ſenſu illorū duoꝝ: ſed in vtroqꝫ ſenſu eſt falſa. Intelligenda eſt ꝛ hec ꝓpoſitio de volitione efficaci. Sicut eñ deus intelligit omne poſſibile ita etiā poteſt: ꝛ ſicut pōt ita etiam complacet ſibi ꝙ poteſt talia. ¶ Septima ꝓpō. Licꝫ hec ꝓpoſitio de⁹ eſt omniuolēs ſit negāda: he tamen ſunt concedende deus eſt omniſciens: et deus eſt omnipotens. Rationes duas ponit ſed non ꝯcludunt de volitione ſimplicis complacentie et diſplicentie. Licet bene concludant de volitione efficaci.

In fine vero argumentorum qōnis querit. Utrum ſapientia: potentia et voluntas ſint equalis ambitus. ¶ Et rñdet in fine qōnis ꝙ de iſtis trib⁹ poteſt loqui tripliciter. Uno modo quo ad actū. ¶ Prima ꝓpō. Sciētia voluntas ꝛ potentia ꝗ̄tum ad actū ſunt equalia: quia quicq̄d deus pōt et quicq̄d ſcit: hoc vult ſe poſſe: et vult ſe ſcire: ꝛ q̄cq̄d de⁹ ſcit ꝛ vult hoc pōt ſcire ꝛ pōt velle: ꝛ ſic de aliīs. Alio mō poteſt loqui de ſcīa: potentia ꝛ voluntate q̄ ad effectum ¶ Scōa ꝓpō. Hec tria ſunt eq̄lia ꝗ̄tuꝫ ad effectū quē de⁹ facit ad extra: ſeu eq̄liter ſe extēdūt. ptꝫ: qꝛ quicq̄d de⁹ facit hō intelligit pōt et vult. Tertio mō ꝗ̄tum ad obiectū pōt de iſtis loqui. ¶ Tertia ꝓpō. Iſta tria ꝗ̄tū ad obiectū nō ſūt eq̄lia. pꝫ: qꝛ hñt ſe in pl⁹ ꝛ min⁹. pbaꝛ ꝑ tria dicta. ¶ Primū dictū. Scīa dei eſt reſpectu oim entiū poſſibiliū futuroꝝ ꝛ nō futuroꝝ ꝛ reſpectu oim bonoꝝ ꝛ malorum ¶ Scōm dictū. Licet potētia dei extendat ſe ad oia poſſibilia futura ꝛ nō futura: nō tñ extēdit ſe ad mala ſeu peccata. ¶ Tertiū dictū. Uolūtas dei ſolū extendit ſe ad entia bona ꝛ futura. Et ſic ptꝫ ꝙ ſp̄ accipit voluntatē pro efficaci volūtate. Uolūtas aūt ſimplicis cōplacentie ꝛ diſplicentie extendit ſe ad tot: ad quot ſe ſcientia extendit.

Irca ſecundum articulū q̄riꝛ primo. Utrū c volūtas dei ſit cauſa rerū. ¶ Notandū ꝙ ꝓprie q̄ſtio eſt de cauſa efficiēte. Pro quo ſciendū ꝙ cauſa efficiēs ꝛ ꝑncipiū ꝓducēs habēt ſe ſicut ſuperius ꝛ inferi⁹. Ois eñ cauſa efficiens ē ꝑncipiū ꝓducēs nō aūt ediuerſo. Et ſic patet ꝙ cauſa efficiēs eſt inferius ad ꝑncipiū ꝓducēs. ¶ Correlariū ꝑmū. Generare filiū de ſua rōne formali nō eſt cauſare. ¶ Secundū correlariū. Spirare de rōne ſua formali nō ē cauſare. probaꝛ: qꝛ in diuinis ad intra ē generare filiū ꝛ ſpirare ꝛ tñ nō ē diſtinctio eſſentialꝭ. ¶ Tertiū correlariū. Generare ꝛ ſpirare eſt vere ꝓducere. ¶ Quartū correlarium. Creare eſt vere cauſare.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat in ſex ꝓpoſitionibꝫ ſiue dictis. Primū dictum. Quāuis diuina eſſentia ſit vnum q̄d ſimpliciſſimū: tñ eſt pelagus ſubſtantie infinitum. Hec habet duas partes. Uñ ſimpliciſſimū ꝛ ſumme ſimplex conuertunꝛ. Et eſt illud qđ non eſt compoſitum: nec eſt cōponibile alteri: nec aliud

cum ipo. ¶ Correlarium. Nulla creatu/
ra eſt quid ſimpliciſſimū. Sc̄da ps acci/
pitur a Damaſceno primo libro capitu/
lo. vij. Et ē methaphorica locutio: quia
proprie non eſt mare: ſed eſt ſenſus. Eſ/
ſentia diuina eſt infinita entitatiue. Un̄
Infinitū eſt illud cui nihil deeſt entita/
tis: eo mō quo poſſibile eſt omnē entita/
tem haberi ab aliquo vno ente. Dicitur
notanter eo mō quo poſſibile eſt zc̄. quia
impoſſibile eſt q oēs perfectiones entiū
formaliter et realiter icludanf in aliquo
vno. Omne eñ ens dicit perfectionem.
¶ Duplices autē ſunt pfectiones. ſ. ſim/
pliciter z limitate. ¶ Propoſitio. Omis
pfectio ſimpliciter reperif in deo in ſum/
mo. i. cū infinitate z realiter et ex natura
rei. Limitatas aūt pfectiões nō habet i
ſe formaliter z ex natura rei: ſz ſolū emi/
nenter. i. habet entitatē infinitā eminen/
tem omnibꝫ creatis z creabilib⁹ in infini
tum. ¶ Scd̄m dictum. Oēs pfectiones
ſimpliciter q̄ reperiunf in creaturis per
diuerſitatē z diſperſionē: nobilius et ex/
cellentius ſunt in diuinis p omnimodaz
identitatē: pfectionē z veritatē. Un̄ licz
homo ſit intelligēs volens zc̄. non tñ eſt
incorruptibilis: nec eſt ſimplex. ¶ Ter/
tiū dictū. Sicut in nobis hoib⁹ ſcz z an/
gelis eſt ſapia: potētia z volūtas (quorū
qdlibet eſt vere ens z cauſa rerū q̄ ſunt a
nobis) ita illa ſunt vere in deo p oīmimo
dam vnionē. ¶ Quartū dictū. Quāuis
illa tria ſint oīno in deo idem: tñ quia in/
tellectus noſter nō pōt infinitatem diui
ne eſſentie cōprehēdere: nec p vnū verbū
exprimere: idō multis modis intelligim⁹
deū z diuerſis nominibꝫ exprimimus. De/
claraf hoc dictū p rationē cōprehēſionis
¶ Quintū dictū. Cū alio modo intelli/
gimus deū cum dicimus eū eſſe bonū: et
alio modo cum dicimus eum eternū re/
cte cōcedim⁹ eū ſe diffundere incptū bo/
num: z nō incptum eternus. ¶ Sextum
dictū. Cū intelligamus volūtatem vere
eſſe in deo; et volūtati cōpetat vere pdu

cere liberaliter ſuos effect⁹: ideo recte at/
tribuim⁹ cauſalitatē rerū diuine volun/
tati. ¶ Propoſitio. Bonitas diuina eſt
ratio creādi oēs res creatas: et futuras:
z in ratiōe effectiui: z in rōne finis. Hec
ppoſitio eſt multū pdicabilis. Que eñ
eſt ratio q̄re aliquis euadit peſtem mor/
tem z multa mala aliis pcūtib⁹ zc̄ boni/
tas diuina. ¶ Notādū q ex textu ſancti
Bonauentu. alique habenf deſcriptio/
nes boni. Prima. Bonū ē diffuſiuū ſui/
ipſius. i. cōicatiuū ſuipſius. Sc̄da. Bo
num eſt pp̄ter qd ſunt oīa. Bonū etiam
eſt qd oīa appetunt ex pmo ethicor. Itē
Gregorius dicit q amor dei ocioſus eſſe
nō poteſt: operaf eñ magna ſi eſt: ſi autē
nō operatur: amor nō dicif. ¶ Sciendū
etiā q quidā doctor (puta robertus) di
cit: q licet omnes peccatores ſint mali p
antonomaſiam tñ ſoli auari z immiſeri/
cordes qui nō ſubueniūt indigentibꝫ di/
cendi ſunt nō boni. Un̄ liberales viri et
miſericordes (licet etiā peccatores ſint)
dicunf boni. ¶ He deſcriptiōes colligū/
tur ex dictis. Dionyſii in quarto de diui/
nis nominibꝫ vbi dicit: Bonitatē vt cōti
nētiā: vt pncipiū: z vt finē appetūt oīa zc̄
Un̄ dicim⁹: Amor eſt quidā aur[illegible] q cir/
culus etern⁹: ex optimo z p optimū z in
optimo. Et hoc lz intelligaf etiā de cre/
atis tñ ad intra etiā pōt practicari. vnde
amor diuin⁹ q̄ nos diligit eſt ex optio. i.
a pr̄e z p optimū. i. per filiū: z in optio. i.
ad ſpm̄ cui appropriaf ratio finis.

Pro ſolutione argumē

torum. Sciendum q modus producen
di naturaliter nō eſt nobilior modo pro
ducendi libere: alioquin filius in diui/
nis nobiliori modo produceref q̄ ſpiri/
tusſanctus. Nec modus producendi li/
bere eſt nobilior modo producendi na/
turaliter. Aliud autem eſt loqui de mo/
do agendi naturaliter et modo agentis
libere. In creaturis enim per accidens:
Quia voluntas non eſt omnipotens z

ideo modus agentis naturaliter in iſtis
inferioribus eſt nobilior modo agẽtis li-
bere. Non enim quia homo vult equus
generatur. Tamen ſimpliciter loquẽdo
deus agit libere nõ autem agit (proprie
loquendo de agere) naturaliter: ergo ⁊c.
De hoc magis in ſcḋo libro.

Queritur ſecundo. Utrũ voluntas diuina ſit cauſa et immediata

¶ Pro declaratione nota ꝙ Cauſa pri-
ma efficiens plures habet deſcriptiones
¶ Prima deſcriptio. Cauſa prima effici
ens eſt cauſa efficiẽs cuiꝰ nõ eſt alia cau-
ſa efficiẽs. Cuiꝰ due ſunt particule. Pri-
ma ponitur loco generis. Scḋa ad differẽ
tiam oĩm aliarũ cauſarũ a prima. Nam
oĩs cauſa efficiẽs ſcḋa (etiã ſm phos) ha
bet cauſam efficientem. ¶ Correlariũ.
Solus deus eſt cauſa ṗma. Eſt eñ inef
fectibilis infinibilis: imaterlabilis et in-
formabilis: id eſt non formabilis. Scḋa
deſcriptio. Cauſa efficiẽs ṗma eſt cauſa
efficiens prior oĩ alia cauſa efficiente.
Tertia deſcriptio ⁊ redit in idẽ cũ ſcḋa.
Cauſa efficiẽs prima eſt cauſa efficiens
q̃ nulla alia eſt prior. He aũt vltime de-
ſcriptiões due ſumuntur ex expoſitiõe hu-
ius ſuplatiui ṗma. ¶ Uñ vna cauſa põt
dici prior alia multipliciter. Primo aliq̃
cauſa dr̃ prior alia ṗmitate ꝑfectionis: q
ſcꝫ eſt perfectior alia: vt ſol et ignis ſunt
cauſe ꝓductiue caloris. Sol aũt eſt cau
ſa prior ꝑfectione q̃ ſit ignis. ¶ Prima
ꝓpõ. Deus eſt cauſa ṗma prioritate ꝑfe
ctionis. pꝫ: qꝛ ꝑfectiſſimus. Alia dr̃ cau
ſa prior primitate illimitationis que po
teſt cõcurrere ad plures effectus ꝓducẽ-
dos: vt ſol reſpectu hominis. ¶ Secũda
ꝓpoſitio. Deus eſt cauſa ṗma primita-
te illimitationis. Tertio aliqua dicitur
cauſa prior ṗmitate durationis: et illa ẽ
duplex: vt ſupra patuit diſtinc. xlij. q. ij.
Unde homo in priori tempore trahens
nauim q̃ aliꝰ hõ eſt cauſa prior duratio
ne non ſm eſſentiam ſeu naturã: ſed ſolũ
tpis. ¶ Tertia ꝓpõ. Deus eſt cauſa pri
ma prioritate durationis ſm eſſentiam:
ſcꝫ ⁊ naturã ṗcedentem omnem cauſam.
¶ Quarta ꝓpõ. Deus nõ ẽ cauſa ṗma
prioritate durationis ſm tpus: ſic ſcꝫ ꝙ
prius tpe cauſet q̃ ſcḋa cauſa. Hec ta-
men ꝓpõ intelligẽda eſt reſpectu eiuſdẽ
effectus: alioquin eſſet error. patꝫ: qꝛ deꝰ
prius creauit celũ et terrã q̃ animalia.
Sed qñ deꝰ ſol ⁊ hõ generãt hominem:
deus non in aliquo inſtãti tpis priꝰ cau-
ſat hominẽ et poſt ſol: qꝛ idem bis cauſa-
ret qḋ eſt impoſſibile. ¶ Quinta ꝓpoſi-
tio. Licet deus nõ ſit (defacto ſcꝫ ⁊ regu
lariter) cauſa ṗma primitate durationis
tpis: põt tñ eſſe. patꝫ: qꝛ poteſt impedire
actionẽ ſolis: ⁊ poſtea ꝑmittere ſolẽ cõ-
cauſare. Nulla qꝫ cauſalitas ſcḋe cauſe
efficiẽtis ꝓprie requiritur ad cauſandũ
effectũ cũ deo ꝓpter ꝑfectionẽ ſcḋe cau
ſe addendã cauſalitati diuine: ſed ſolum
ꝓpter liberã volũtatẽ dei. ¶ Correlariũ
Poſt diem iudicij ſol ⁊ corpa celeſtia nõ
habebunt actionem ſup electos. ¶ Pro
ſecũdo termino declarãdo (qui eſt cauſa
immediata) Sciendũ ꝙ cauſa immedia
ta eſt illa qua poſita ponitur effectꝰ: ⁊ qua
nõ poſita oĩbꝫ alijs cõcurrentibus ſm
ſiles ꝓprietates: cõditiones ⁊ diſpoſitio-
nes nõ ponitur effectus. ¶ Primũ correl.
Deus eſt cauſa immediata cuiuſlibet rei
create. pꝫ: qꝛ oĩbꝫ alijs ab ipo ꝯcurren
tibus ⁊c. nõ poſito deo: nullus ſequitur ef-
fectus: patet de tribus pueris in camino
ignis. Uñ aliquã cauſaꝫ poni intelligitur
dupl'r. Uno mõ ꝙ ponatur q̃tum ad eſſe.
Hoc mõ prima cauſa: ſcꝫ deꝰ poſitus eſt
ab eterno. Alio modo q̃tũ ad operari.
Hoc mõ et non primo debet intelligi de-
ſcriptio cauſe immediate. ¶ Scḋm cor-
relarium. Cauſa vniuerſalis (qua remo
ta non ponitur effectus) eſt eque cauſa
immediata ſui effectus ſicut cauſa par-
ticularis: vt ſol in generatione hominis
¶ Tertium correlarium. Omnis cau-
ſa ꝓprie capta eſt cauſa immediata: di-

citur ꝓprie capta:qꝛ iſta ē falſa ſeu ĩpro-
pria. Quicq̇d ē cauſa cauſe:ē cauſa cau/
ſati:ſicut falſum eſt:ꝙ auus ſit pr̄ meus.
Probatio correlarij qꝛ q̄libet cauſa ime/
diate attingit effectū.ꝙ ꝛc̄. Eundē eñ ca
lorē quē pducit ignis:eundē attingit ſol
in ſuo ordine. ¶ Cōtra. Ignis naturalr̄
pduceret ignē ſi ꝯſeruaret a deo ꝛc̄. Itē
nulla cauſa eſt cauſa mediata ꝓprie lo/
quēdo. Qñ ꝙ dr̄ De⁹agit mediate cau-
ſa ſecūda.i.agit cū cauſa ſecūda. De⁹ eñ
imediate oēm effectū attingit ¶ Sciēdū
inſuꝑ ꝙ cauſa ē duplex. Queda eſt vni-
uerſal:ꝛ eſt illa q̄ eſt indeterminata ꝛ q̄-
dāmodo illimitata:ad pducēdū varios
effect⁹ſpecie:eiuſdē tñ generis ꝓpinq̄ vl'
remoti. Exēplū pꝫ de ſole. Cauſa vero
particularis ē illa:q̄ eſt ordinata ad pdu
cendū eundē effectū ſpecie:ſub eodē ge-
nere remoto vl' ꝓpinquo:vt ignis dr̄ ſub
eodē genere:qꝛ licet ignis in genere ſub-
ſtantie nō poſſit niſi producere aliquod
ſuppoſitū ignis:tñ pducēdo ignē:produ
cit etiā calorē:ſplendorē ꝛc̄. ¶ Iterū du-
plex eſt cauſa:ſcꝫ totalis ꝛ partial'. Cau
ſa total' dr̄ tripl'r. Primo q̄ꝫtū ad poten-
tiam productiuā:ꝛ eſt illa q̄ quantū ē de
ſe pōt ſe ſola effectū pducere nulla alia
cōcauſante ſecum. ¶ Correlariū primū.
Deus ē cauſa totalis hoc mō cuiuſlibet
creati. ¶ Scḋm correlariū. Nulla cauſa
ſecūda pōt hoc modo eſſe cauſa totalis.
¶ Tertiū correlariū. Solus de⁹ ē cauſa
total' hoc mō. Alio mō cauſa totalis dr̄
q̄ꝫtū ad actualē pductionē:ꝛ eſt illa q̄ ſe
ſolo actu effectū cauſat. Primū correla-
rium. Deus ē cauſa total' ſecundo modo
omniū angeloꝝ:oim gratiarū ꝛ oīm que
imediate creata ſunt vl' creantur a deo.
¶ Scḋm correlariū. Deus nō eſt cauſa
total' oīm creatoꝝ q̄ꝫtū ad actualē pro-
ductionē.patet qꝛ mediantibꝫ ſole:luna:
celis producit generabilia ꝛ corruptibi-
lia. Tertio mō cauſa total' dr̄ in ſuo or/
dine ſcꝫ q̄ ſe ſola ſufficit ad effectū produ
cendū in ſuo ordine ita ꝙ non eget in ſuo
ordine alia cauſa. Exemplū patet de ho
mine generante hominē:ꝛ licet ſol cōcur/
rat hoc tamē nō eſt in eodē ordine.

Reſolutio queſtionis

ſm mētē ſancti Bonauēture ſtat in vna
diſtinctione:tribꝫ dictis ꝛ duobꝫ correla-
rijs. ¶ Diſtinctio. In creaturꝭ duplex ē
cauſa:ſcꝫ vl'is et ꝑticularis. Quid ſit cā
vl'is ꝛ ꝑticularꝭ patuit ī declaratiōe ter
minoꝝ. ¶ Primū dictum. Cauſa vl'is in
creaturis vno mō plus influit in effectū
q̄ꝫ cā ꝑticularis.alio mō min⁹. ¶ Scḋm
dictū. Cauſa vl'is q̄ꝫtum ad intimitatē
(qꝛ eſt prior ugens)magis influit in effe-
ctum q̄ꝫ cauſa ꝑticularꝭ ¶ Tertiū dictū
Cauſa vl'is q̄ꝫtū ad actualitatē ꝛ q̄ꝫtuꝫ
ad ea q̄ ſunt ꝓpria dei:min⁹influit ī effe/
ctū q̄ꝫ cā ſcḋa. Probat':qꝛ cauſa vl'is cre-
ata nō hꝫ oīmodā actualitatē:nec ꝑfectā
potentiā:ꝛ ideo nō pōt venire ad formā
ſpecialē niſi ꝑ agēs ꝑticulare. ¶ Primū
correlariū rñſiuū. Quia volūtas diuina
eſt cauſa ꝑma ꝛ vl'iſſima ꝛ actualiſſima.
ideo pōt in totū ꝛ in totā rei ſbām:etiā ſi/
ne adminiculo cauſe ꝑticularꝭ ¶ Scḋm
correlariū rñſiuū. Et qꝛ nulla alia cauſa
pōt aliq̇d ſine ipſa:ideo ipſa ē cauſa im-
mediata in omni actione ꝛ omni re ꝛc̄.

Irca tertiū arti-

c culū q̄rit' ꝑmo Utrū illa di
uiſio ſeu diſtinctio ſit cōue/
niēs.ſ. volūtas diuia alia ē
bñplaciti:alia ſigni. ¶ Notādū ꝙ Fran-
ciſcus maronis dicit. Uolūtas bñplaci-
ti eſt volūtas dei efficax reſpectu cuiuſ-
cūqꝫ pducibilis vl' pducti.i.eſt volūtas
dei q̄ ē determinat⁹ vltimate ad pducendū
aliq̇d. Uolūtas autē ſigni ē volūtas dei
nō efficax reſpectu cuiuſcūqꝫ pducibilis
vl' pducti. ¶ Correlariū ꝑmū. Tā volū-
tas bñplaciti q̄ꝫ volūtas ſigni ē ipſemet
de⁹. ¶ Scḋm correl'. Uolūtas bñplaciti
ſꝑ adimplet'. ¶ Tertiū correl'. Uolūtas
ſigni nō ſꝑ adimplet'. ¶ Quartū correl'.

Voluntas ſigni eſt volūtas ꝯditionata
vt deꝰ vult oēs hoīes ſaluos fieri volitio/
ne ſcȝ ꝯditionata.i.ſi nō peccauerīt mor
taliter vel ſi penituerint.¶ Quintū cor/
relariū. Volūtas bn̄placiti eſt volūtas
abſoluta ¶ Et licet multi ſcotiſte magni
ſequant̄ eum:tn̄ mihi nō multū placet ꝙ
voluntas ſigni ſic ipſe deꝰ ſed dico ꝙ ibi
ſit ꝯſtructio intrāſitiua:ſcȝ voluntas ſi/
gni.i.voluntas q̄ eſt ſignū. Et ideo ſicut
nuꝑ declaraui ita teneo.ſcȝ ꝙ voluntas
ſigni ē ſignū diuine volūtatis. ¶ Aliter
dr̄:ꝙ hmōi cōplexū voluntas dei accipit̄
dupl'r. Uno mō ꝓprie. Alio mō impro/
prie vl' metaphorice. Volūtas dei ꝓprie
eſt ipſa met volūtas diuīa ſeu bn̄placitū
dei. Et vocat̄ volūtas bn̄placiti.i.ipſum
met bn̄placitū diuinū:⁊ ē ꝯſtructio intrā
ſitiua. Alio mō capit̄ metaphorice ⁊ im/
proprie. Et ſic nō ē ipſa voluntas diuina
(ꝯ franciſcū maronis)nec aliq̄d formalit̄
exiſtēs i deo:ſȝ ē aliqd̄ ſignū diuine volū
tatis. Et ē ꝯſtructio intrāſitiua nō trāſi
tiua. Un̄ ſepe aliq̄ ſigna ſignificāt̄ noībꝫ
ſignificatoꝝ:vt cū dicimꝰ. Iſte fecit mihi
magnā charitatē. ¶ Primū correl̄. Vo/
luntas ſigni nō ē volūtas diuina. ¶ Se/
cundū correlariū. Diuiſio voluntatis in
voluntatē bn̄placiti ⁊ ſigni eſt diuiſio vo
cis in ſignificata ſeu equoci in ſua equo/
cata. Sed fortaſſis franciſcū volens te/
nere non multū ꝓ dicta anxiaret̄:qꝛ ſicut
diceret ꝙ deꝰ ab eterno voluit oēs hoīes
ſaluos fieri:ita etiā ab eterno voluit da/
re p̄cepta:conſilia ⁊ hmōi. Et licet velle
dare p̄cepta nō ſit p̄cipere:vt tn̄ aliquid
ſubtiliꝰ ꝯſideremꝰ intelligamꝰ ꝙ eſt p̄ci/
pere actiue:⁊ eſt p̄ceptio actiua ⁊ eſt p̄ce/
ptio paſſiua:ſaltē de ꝓhibitione magis
patet. Prohibitio ḡ actiua qua deꝰ ꝓhi
bet aliq̄d nō fieri nō eſt fundamentaliter
niſi diuinū velle ⁊ voluntas dei q̄ eſt eter
na. Mandatū ꝟo aliqd̄ eſt id qd̄ ꝓhibet̄
hō eſt cui prohibet̄. Sicut autē creatio
actiua fundamentaliter capiendo nihil
aliud eſt ꝙ̄ diuina potentia ⁊ voluntas:
ita p̄ceptio:prohibitio ⁊ hmōi couenient̄
vident̄ poſſe dici fundamētaliter ſaltē lo
quendo diuinū velle ſeu diuina volūtas
Prohibitio autē eſt voluntas ſigni. Et
formal'r prohibitio actiua nō eſt aliud ꝙ̄
relatio rōnis ipſius diuini velle ad id qd̄
prohibet̄. Per hec dicta poſſent concor/
dari antiqui doctores ⁊ franciſcus maro
nis. ¶ Itē voluntas bn̄placiti pōt diui/
di in voluntatē antecedentē ⁊ ꝯſequētē.
Voluntas antecedens eſt voluntas ſim
plicis cōplacentie vel diſplicētie:⁊ ſic an/
tecedenter vult oīa poſſibilia. Volūtas
ꝯſequens eſt voluntas ꝓſecutionis ⁊ fu/
ge. Preceptū:ꝯſiliū:ꝓhibitio ſunt ſigna
voluntatis beneplaciti ſimplicis cōpla/
centie vel diſplicentie. Impletio ē ſignū
voluntatis beneplaciti proſecutionis.
Permiſſio vero eſt ſignum fuge.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in tribꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio.
Tā rō ꝙ̄ auctoritas cōpellit nos vt di/
ſtinguamꝰ volūtatē dei in volūtatē ſigni
⁊ in voluntatē bn̄placiti. Apl's em̄ dicit
p̄me Theſſal̄. iiij. Hec eſt voluntas dei:
ſanctificatio vr̄a. Hec nō ē p̄dicatio per
eſſentiā. patet:qꝛ ſctificatio nr̄a nō ē eter
na:ſed nihil eternū p̄dicat̄ de deo ꝑ eſſen
tiam. ḡ ⁊c̄. ¶ Un̄ p̄dicatio ī diuinis ē tri/
plex. Una ē ꝑ eſſentiā:vbi ſcȝ p̄dicatū eſt
de eſſentia ſubiecti:vt deꝰ eſt ſpūs:vita:⁊
hmōi. Alia eſt p̄dicatio ꝑ cauſalitatē:vt
tu es patientia mea. Tertia ē ꝑ ſignifica
tionē vt fiat voluntas tua.i.fiāt p̄cepta
tua ⁊ cōſilia tua ſicut in celo.i.ſicut in an
gelis vel in bonis:⁊ in terra.i.in hoībꝫ et
peccatoribꝫ vt ꝯuertant̄. ¶ Scđa ꝓpō.
Quēadmodū intellectus qn̄q; dr̄ vis in
tellectiua:qn̄q; dr̄ obiectum cognitū:ita
etiā volūtas aliqn̄ dr̄ vis volitiua: aliqn̄
obiectū volitū. Correlariū. Voluntas ē
vis appetitiua reſpectu cuiuſcunq; appe
tibilis. ¶ Tertia propoſitio. Ipſa vis
volitiua dei ſiue ipſa voluntas dei in ſe
eſt voluntas beneplaciti:obiectum vero

volitū (nō qdlibet: ſʒ illud qd ē ſignū vo
lūtatis bn̄placiti) eſt volūtas ſigni. Ūn̄
licet ſolē lucere ſit obiectū volitū a deo:
nō tn̄ dr voluntas ſigni. Itē vrina eſt ſa
na. Hec ē p̄dicatio p̄ ſignificationē. So
lum em̄ aial eſt ſanū formaliter.

Queritur ſecūdo de nu

mero ꝛ ſufficiētia ſignoꝝ diuine volunta
tis. ¶ Notādū ꝙ mgr̄ ſniaꝝ qnqꝫ ponit
ſigna q̄ hoc ꝯtinent̄ verſu. Precipit ꝛ ꝓ
hibet: p̄mittit: ꝯſulit: implet.

Reſpōdēdo ad q̄ōnem

Ponit ſctūs Bonauētura duas ſufficiē-
tias faciles q̄dē ſʒ pulchras. ¶ Ad intel-
ligendū ꝛ habēdū p̄mā ſufficiētiā ponit
ꝓpōnē hanc. ¶ Volūtas diuina ꝓprie lo
quēdo eſt p̄ntiū ꝛ futurorū: p̄teritoꝝ aūt
nō eſt alio mō q̄ꝫ p̄ntiū. Volūtas ḡ diui
na ſi ē reſpectu p̄ntis aut illud ē bonū: et
ſic eſt impletio aut malū ꝛ ſic eſt p̄miſſio
Si reſpectu futuri: aut illud eſt malū: et
ſic eſt ꝓhibicio: aut eſt bonū neceſſariū: ꝛ
ſic eſt p̄ceptio: aut bonū ſup̄erogatōis: et
ſic ē ꝯſiliū. Ūn̄ bonū ſup̄erogatōis ē ali-
qd bonū opus: factuʒ a creatura rōnali:
p̄ter illa op̄a ad q̄ tenet̄ p̄ceptorie de lege
cōi vel obligat̄. ¶ Correlariū. Peccator
ꝓpriſſime loquēdo nō ſup̄erogat. p̄ʒ qꝛ
ſup̄erogare p̄ſupponit ꝙ aliqs faciat illd
ad qd obligat̄. Per ſcdam p̄ticulā p̄ʒ ꝙ
de⁹ nō p̄t ꝓprie facere op̄a ſup̄erogatōis
Opus em̄ ſup̄erogatiōis icludit meritū
ſʒ de⁹ ꝓp̄e nō p̄t mereri: qꝛ nō hʒ ſup̄iorē
ꝓpt̄ p̄ticulā eandē excludunt̄ irrōnalia.
Propt̄ tertiā p̄ticulā ſacerdotem dicere
horas nō ē ſup̄erogatōis. Itē ieiunare p̄
q̄dragesimā nō ē ſup̄erogatiōis. Itē ali-
qd alicui aliqn̄ ē ſup̄erogatiōis et poſtea
nō ē ſup̄erogatiōis ſed neceſſariū. Sicut
aliquē ſeruare regulaꝫ fratrū minorū an̄
votū ē ſup̄erogatōis: poſtea eſt bonū ne-
ceſſariū. Poſt ꝓfeſſione em̄ ex cōi lege vo
uentiū tenet̄: qꝛ vouētib⁹ eſt lex poſita de
reddēdo. Bonū aūt ſup̄erogatōis nō hʒ
malū oppoſitū: ideo nec ꝯſiliū hʒ ſignum
oppoſitū. ¶ Scda ſufficiētia etiā ē bona
Volūtas enim diuina aut ſimplr̄ vult
aliqd aut ꝯditionalr̄: ſiue q̄ꝫtū eſt in ſe: ꝛ
vtroqꝫ mō ꝯtingit eā ſignificari. Volun
tas ḡ abſolute p̄t cōp̄ari ad aliqd aut p̄
modū cōplacētie aut diſplicētie. Si per
modū diſplicētie tunc nullo mō fit et ita
nō p̄t ſciri aliq̄ ſigno exteriori. Si p̄muꝫ
hoc ē dupl̄r. aut qꝛ placet illud qd fit: et
ſic ē impletio: aut qꝛ placet aliud qd ſeq̄-
tur ad illud qd fit: ꝛ ſic eſt p̄miſſio. De⁹
em̄ (ſm Auguſtinuꝫ) nihil mali p̄mittit
quin aliqd boni ex hoc eliciat: ſicut p̄mi-
ſit petrū cadere vt eēt hūilis nec de ſuis
ꝯfideret virib⁹. Itē aliquos qui in iuuē-
tute fuerant caſti ꝓpter ſup̄biā in ſene-
ctute cadere p̄mittit vt humilient̄: et co-
gnoſcant ſe dei gr̄a eſſe qd ſunt. ¶ Sciē-
dum ꝙ Franciſcus maronis adhuc qnqꝫ
ponit ſigna (q̄ tn̄ ad hec qnqꝫ ſup̄ius enu
merata p̄nt reduci) ſcʒ monitionem q̄ ad
ꝯſiliū poteſt reduci: promiſſionē que ad
p̄ceptum cōminationē ad prohibitionē:
remunerationē ꝛ punitionē que ad iple-
tionem reduci poſſunt.

Circa diſtinctionē

quadrageſimāſextam. Primo
queritur. Utrum deus velit
omnes homines ſaluos fieri voluntate
beneplaciti.

Reſpōſio ad queſtionē

ſtat in duab⁹ ꝓpōnib⁹ ꝛ earū declaratōe
¶ Prima ꝓpō. Quilibet catholic⁹ ne-
ceſſario hʒ illā ꝯcedere: deus vult oēs ho
mines ſaluos fieri (cū ſctūs apl's dixit eā
p̄ma ad Thimotheū. ij.) que ꝓpō hʒ ve-
ritatē de volūtate an̄cedēte. Probatur.
Ois ꝓpō q̄ aſſerit̄ in canone ſacro biblie
a q̄lib⁹ xp̄iano cā app̄hēdēti neceſſario ē
credēda. Sʒ iſta ē ꝓpō q̄ aſſerit̄ in ſacro
canone biblie: ḡ ꝛc̄. ¶ Scda ꝓpō. Et q̄a
illa propō nō pōt verificari de voluntate
ſigni: ideo neceſſe eſt eā exponere de volū
tate bn̄placiti. Sed cū nō oēs ſaluent̄ ne
ceſſe eſt ꝙ vis fiat in mō diſtribuendi ꝛc̄.

igitur illa q̄ affligit ⁊ eſt inflicta ꝓpt̃ peccata. O[m]is ḡ pena punitiua ē afflictiua: ſed nō ecōuerſo. ¶ Primū dictū. Nulla pena ſiue afflictiua ſiue punitiua pōt in eſſe nature nō cognoſcitiue: ſed ſolū in cognoſcitiua ſicut ſunt aīalia. De h̄ plus in tertio. ¶ Scd̄m dictū. Malum culpe nō pōt inueniri niſi ĩ natura itellectuali creata. Uñ. Malū ꝑ ꝑ ſe ſignificato: nihil aliud ē q̄̄ carētia alicui⁹ boni. Nam malū nature dicit̃ priuationē debite forme natural' vt naſci cecū: ⁊ naſci cū duobus capitibꝫ. Malū aūt pene eſt ꝑuatio debiti ſeu ꝯuenientis obiecti ad ipſā potētiā. Malū culpe ē carētia cōcordie q̄ deberet ineſſe voluntati nr̄e ad volūtatē diuinā in his q̄ nobis ſunt p̄cepta. Pro denoīato aūt malū eſt q̄dā act⁹ poſitiuus ⁊ hoc loquēdo de peccato cōmiſſionis.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in q̄ttuor ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpō. De⁹ nō pōt velle malū aliq̇d ſub rōne formali mali. i. pro ꝑ ſe ſignificato. Probat̃ q2 deus nō pōt velle illud q̇d eſt extra rōnē obiecti diuine volūtatꝫ: ſed malū inq̄ꝫtū malū: vel ſub rōne mali eſt extra rōnem obiecti diuine volūtatis: ḡ deus nō pōt velle malū inq̄ꝫtum malū. Maior patet Minor ꝓbat̃: q2 ſm doctorē ſubtilē: obiectū volūtatis diuine ē ens inq̄ꝫtū ens. Scd̄m alios autē bonū ē obiectū voluntatis. patet ꝙ malū inq̄ꝫtū malū nec eſt ens nec bonū. ergo ⁊c̃. ¶ Secūda ꝓpō. De⁹ vult malū nature: ⁊ de facto vult. ¶ Tertia ꝓpō. De⁹ pōt velle malū pene ⁊ de facto vult. Probāt̃ iſte due ꝓpōnes ſimul. Quia de⁹ pōt velle om̄e illd̄ ex q̄ maius bonū relucet in vniuerſo: ſꝫ ex malo nature ⁊ malo pene ſepe relucet maior bonitas ipſi⁹ dei vel hoīs. patet de ceco nato quē ſanauit dn̄s. Et de Job cuius paciētia ꝓbabat̃ ⁊ approbabat. ¶ Quarta ꝓpō. Deus nō vult nec pōt velle malum culpe. patet q2 tale nō ē volibile: q2 nō ē ens: q2 eſt priuatio rectitudinis q̄ debuit ineſſe. ¶ Hugo tñ de ſctō victore videtur illi⁹ opinionis ꝙ deus velit pctā: dicit tñ deū nō eſſe cām pcti ſed aliū a deo volente. ¶ Tñ dimittēdus ē hugo ⁊ tenendus Auguſtin⁹ et mgr̄ ſniarū. Et licet deus ꝑmittat mala fieri et ſic voluntate ſigni velit: nō tñ ſeq̇tur. ḡ vult mala: ſed ē fallacia a ſm quid ad ſimpliciter.

Pro ſolutione argumē

toꝝ nota ꝑ ꝓmo argumēto ex anſhelmo dicētis. De⁹ nō vult q̇d ipoſſibile ē fieri: ḡ ꝑ ꝯñtiā ecōtrario q̇d poſſibile eſt fieri de⁹ vult. Sꝫ malū ē poſſibile fieri. ḡ ⁊c̃. ¶ Notandū ꝙ ꝯñtia ecōtrario (ſm Bonauenturā) nō tenet niſi in ꝯ̄dictoriis et nō in ꝯtrariis. Uñ ꝯñtia econtrario ē qñ in ꝓma ꝯñtia arguitur ab antecedēte ad ꝯñs: ⁊ in ſcd̄a ex oppoſito ꝯñtis arguitur ad oppoſitū antecedētis: vt ſi hō eſt: aīal eſt: ſed nullum anīal eſt: ḡ nullus hō eſt. ¶ Uñ impoſſibile ē fieri q̇d de⁹ nō vult. Non velle capit̃ dupl'r. Uno mō negatiue ⁊ ſic ꝓpō eſt falſa: q2 de⁹ nō hꝫ volitionē ꝙ ali⁹ ſol fiat: ⁊ tñ nō eſt ipoſſibile ſed poſſibile. Alio mō ꝑuatiue. Meli⁹ tñ dicit doctor ſubtil' ꝙ capiatur ꝯ̄rie: ⁊ ſic nō vult eſt vna dictio: ⁊ ē tertia ꝑſona hui⁹ verbi nolo: ⁊ loco hui⁹ tertie ꝑſone ꝓpter differentiā exp̄ſſam ⁊ maiorē exp̄ſſionem quidā groſſo mō loquunt̃ dicentes nult: ſed hec dictio nō videt̃ eſſe latina. Si igit̃ nō uult capit̃ ꝯ̄rie tūc ꝓpō ē vera in ſenſu cōpoſito: nō ĩ ſenſu diuiſo. ¶ Ultimū argumentū ante oppoſitū poſſet ponderari: nō tñ hꝫ magnā vim ſi aperte conſideret̃. Poſſum em̄ voluntate deliberata velle aliquē ſurgere ⁊ ipm̄ leuare: ad q̇d neceſſario ſeq̇tur ꝙ ceciderit: ⁊ tñ illud cecidiſſe mihi nō placuit: nō tñ volo ꝙ ſurgat ita ꝙ non ceciderit.

Querit̃ tertio. Utrum

mala fieri ſit bonū. Queſtio illa ē de malo culpe ⁊ nō de malo pene: q2 clarū eſt: ꝙ bonū eſt ꝙ pctōres puniant̃. Unde tñ

plex eſt bonū:ſcȝ vtile:honeſtū ꝛ delecta/
bile. Bonū vtile ē illud qđ ꝓpꝛ ſe ꝓpꝛie
nō eſt appetibile:ſed ꝓpter aliquē finem
ꝯſequēdū:vt potio amara infirmo. Bo/
num honeſtum(ſm Tulliū)eſt illud qđ
ſua vi nos attrahit:ꝛ ſua dignitate nos
allicit ad ſui amorē. Bonū delectabile ē
qđ cauſat delectationē in potētia ꝛ quie/
tat eā:vt pulcherrimū viſibile. Et illud
eſt duplex:quia aliud eſt delectabile ho/
neſtum:aliud vero inhoneſtū. ¶ Corre/
larium primū.queſtio nō eſt de bono ho/
neſto. ¶ Scđm correlariū. Nec de bono
lectabili:peccare em̄ ſepius eſt delectabi
le ꝛ quaſi ſemꝑ. ¶ Tertium Correlariū
Queſtio eſt de bono vtili.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in vndecim ꝓpōnibꝰ. ¶ Prima propō. In
opibꝰ humanis illud ē bonū vtile vł cōfe
rens:qđ in finē bonū ducit:ſiue ē via ad
bonū. ¶ Pro declaratione nota ꝙ ē dr̄ia
inter opus humanū et opꝰ hoīs. Opus
humanū eſt opus ex certa deliberatione
ſeu a ꝓpoſito factū ab hoīe:vt dicere ho/
ras ꝓpter deū. Itē de malis vt fornicari.
Itē facere foueā ad ſepeliēdū mortuū ē
opus humanū. Opus hoīs eſt opus ab
hoīe factū ꝑter rōnem ꝛ nō deliberate:vt
fricatio barbe ꝛ hmōi. ¶ Secunda ꝓpō.
Aliqđ dicit̄ ducere ad bonū finē tripl'r:
ſcȝ ꝑ modū cauſe:ꝑ modū caſus:ꝛ ꝑ mo/
dum occaſionis ¶ Tertia ꝓpō. Hec tria
cauſa:caſus:ꝛ occaſio differēter ducunt
nos ad aliquē finē. ꝓbat̄.quia cauſa du/
cit nos in finē inq̄ꝫtū producens ꝛ inq̄ꝫtū
intendēs. Caſus ꝟo ducit nos in finem
inq̄ꝫtū ꝓducens:ſed nō inq̄ꝫtū intendēs.
Occaſio ꝟo ducit in finem:nec inq̄ꝫtum
ꝓducēs:nec inq̄ꝫtū intendēs:ſed tāq̄ꝫ alli
ciens ꝛ excitans. Vñ.ij. phiſicoꝝ dicit̄ ꝙ
q̄ttuor ſunt cauſe due ꝑ ſe:ꝛ due per acci
dens:ſcȝ cauſa naturał vel agens natu/
rale. Huic correſpondet caſus proprie lō
quēdo: Et cauſa libera. Huic correſpō
det agens fortuitū vel a fortuna. Tamē

in litera Bonauēture caſus nō accipitur
ſic ꝓpꝛie:ſed quaſi indifferēter. ¶ Quar
ta ꝓpō. Occaſio eſt duplex. vna eſt acti/
ua:ꝛ eſt illa que quodāmodo excitat effi
cientē:ꝛ hȝ rōnē actiui:ſicut qn̄ aliq̄s dat
alteri occaſionē ſeu exēplū ad peccandū:
vt ſcandalū datū vel acceptū q̄ ſunt infe
riora ad occaſionē. Exemplū de illo q̄ di
cit aliū mentiri ad alliciendū ipm ad ſe
ꝑcutiendū. Alia eſt occaſio paſſiua:ꝛ eſt
illa que habet rōnē paſſiui tāq̄ꝫ illud ex q̄
aliq̄s aſſumit rōnē:vt ſiquis ex malo ex/
emplo alterius aliq̄d boni opet̄ oppoſito
modo. Exemplū patet de illo q̄ ſe corri/
git ꝓpter iuſticiā factam alicui publice.
¶ Quinta ꝓpoſitio. Malum ſiue pecca
tum duo dicit:vnū formale:aliud mate/
riale ſiue ſubſtratū.i.naturā ordinabilē:
ꝛ priuationē que eſt formale. Exemplū
de crucifixione chriſti que erat formalr
priuatio rectitudinis.patet q2 nō cōfor/
mabant voluntatē ſuā voluntati dei: q̄
dixit: Innocentē nō occidas. Et fuit ibi
actus poſitiuus crucifixionis. Et dr̄ na/
tura ordinabilis quia crucifixio illa fuit
nobis ordinata ad impetrandū eternam
beatitudinē. ¶ Sexta ꝓpō. Pctm̄ rōne
malicie ſue ꝛ rōne ꝓuationis cōparat̄ ad
bonum qđ elicit̄ ex eo:ſicut occaſio paſſi
ua. Subſtratū autē pcti cōparat̄ ad bo/
num qđ elicit̄ ex eo:ſicut occaſio actiua.
¶ Septima ꝓpō (ꝛ eſt epilogatio) Ali/
quid pōt ducere ad alterū ꝑ ſe. Alio mō
nō ꝑ ſe. ¶ Octaua ꝓpō. Illud qđ ducit
aliq̄d ad bonū finē ꝑ modū cauſe: illud
habet in ſe rationē bonitatis ꝛ ordinatio
nis. Illud vero qđ ducit alterū in bonū
finē rōne occaſionis:nō habet intra ſe ra
tionē bonitatis neceſſario. Exemplum.
Si irem ad eccleſiā ad rogandū deū vt
dimittat vobis iniuriā quā intuliſtis ꝛc.
¶ Nona ꝓpoſitio. Malū qđ ꝑ ſe habet
rationem occaſionis boni non debet dici
bonum ſimpliciter. ¶ Decima ꝓpoſitio
Cum malum nō ducat de ſe neq̄ꝫ per ſe
in rationē boni:ſequitur ꝙ malum fieri

non debet dici bonū ſimpliciter: quia nihil habet rationē bonitatis niſi ducat ꝑ ſe in bonū. ¶ Undecima ꝓpoſitio. Mala fieri poteſt dici bonū cum additione. Unde crucifixio chriſti fuit mala: quia peccatum quo ad iudeos q̄ crucifixerūt chriſtū fuit etiā bona reſpectu dei qui nouit ꝛ elicuit inde bona. ¶ Itē Bonauentura dicit ꝙ iſta propoſitio quā dicit ſanctus Gregorius ſit impropria ſcꝫ iuſtum eſt vt qui in ſordibꝫ eſt ſordeſcat adhuc. patet eñ ꝙ iniuſtū eſt ꝙ peccauit: ꝛ iniuſtius eſt ꝙ plus peccata continuet. Dicit ergo ſanctus Bonauētura ꝙ valde per accidens intelligit̄ ſic ſcꝫ quia iuſtum eſt vt peccās a deo derelinquatur: ad qḋ ſequitur ꝙ ſordidior erit.

Reſtat diſcurrere argumenta pro parte vera. Et ſunt illa que fiunt in oppoſitū. ꝓpter regulā que ponitur in quarta rone ex qua ſumit̄ ꝯñtia in ipſo. Notandū ergo ꝙ cōſequentia in ipſo terminoꝝ eſt illa in cuiꝰ antecedēte aliqḋ p̄dicatū verificat̄ de ſubiecto: et in ꝯſequente oppoſitū p̄dicati p̄dicatur de oppoſito ſubiecti. vt iuſticia eſt virtꝰ: ergo iniuſticia eſt vicium. Conceſſa igitur illa malū fieri ē bonū: ſequit̄ ergo bonū fieri eſt malū. ¶ Itē per locū a cōuertibilibus ſequit̄. Malum fieri eſt bonū: ergo malū facere eſt bonū. conſequens eſt falſum: ergo ꝛ antecedens.

Querit̄ quarto. Utrū mala fieri ſit verū. ¶ Pro quo ſciendum ꝙ duplex eſt veritas ſcꝫ in rebꝫ ꝛ in intellectu. Ueritas in rebus ē duplex. Quedam enim eſt veritas in rebus abſolute ſumpta: qñ ſcꝫ non ſumit̄ in cōparatione ad intellectū. Alia eſt veritas in rebus ſumpta reſpectiue ſeu in comparatione ad intellectū. Et eſt proprie entitas rei ſm quā res eſt manifeſtatiua ſui: intellectui potenti eā cognoſcere. Omnis autē veritas ſiue ſm ſe ſumpta ſiue non eſt reſpectus. Ueritas abſolute ſumpta in rebus eſt cōformitas rei producte ad rem ꝓducentē: et eſt duplex ſcꝫ ꝑ adequationem omodam. ¶ Correlarium. Solus filius in diuinis hoc mō eſt veritas. Alia ē ꝟitas (in rebꝫ abſolute ſumpta) ꝑ imitationē ꝛ eſt ꝯformitas rei ꝓducte ad ꝓducentem per imitationē. ¶ Correlarium. Omnis creatura dicit̄ veritas reſpectu exēplaris eterni: ſeu reſpectu eſſentie diuine. ¶ Secūdum correlariū. Oīs imitans eſt imꝑfectior illo quē imitat̄. Nā omnis imitatio eſt cū imꝑfectione. Non igitur verū eſt qḋ dicūt maroniſte quidā dicentes ꝙ nulla quātitas ꝛ materia prima ꝛ relationes poſſint aliquid producere: quia ſunt entitates ſteriles. Non eñ ita ſteriles ſunt quin poſſint cōgenerare intellectionē ſui in intellectu creato. Et ſm hoc ens cōuertit̄ cū principio productiuo. Et ſic ꝯcedit̄ illa tm̄ ꝑncipiū eſt: de quo magis videbitur in ꝑncipio ꝑmi phiſicoꝝ. Ueritas in intellectu ē duplex ſm ꝙ duplex ē actus intellectꝰ ſcꝫ Ueritas cōplexa ꝛ eſt conformitas actus complexi ad rem intellectā complexā. Ueritas autē incomplexa eſt ꝯformitas actꝰ incomplexi ad rem intellectā incōplexā. ¶ Propoſitio. Falſitas opponit̄ ꝯtrarie veritati complexe. Ignorantia vero opponitur (priuatiue ꝛ non contrarie) ſimplici veritati. ¶ Correlarium. Ueritas formalr̄ capta eſt in ipſo actu intelligendi complexo ſubiectiue: et in propoſitiōe vocali vel ſcripta tanꝗ̄ in ſigno. ¶ Propoſitio igitur vocalis vel ſcripta: nō dicit̄ vera: quia ſignificat verū. Et eſt ſimile de ſanitate que eſt ſubiectiue in corꝑe animalis: ꝛ ſignificatiue i vrina q̄ dicitur ſana: quia ſignū eſt ſanitatis. Propoſitio aūt mentalis ſcꝫ intellectio cōplexa obiectiue eſt vera vel falſa formalr̄. ¶ Correlariū. Ceſſante quolibet actu intellectus nulla ꝓpō formalr̄ ē vera vl' falſa. Sicut ſi nullū aīal eſſet: ſanitas non eſſet. etiā ſi vrina exiſtat. Et licet ſctūs bonauētura videat̄ velle oppoſitum illius correlarij.

Tamen dicendum eſt ſicut dixi: ꝙ ſi nullus intellect⁹ ꝑ īpoſſibile eſſet: ⁊ hec ꝓpō eſſet ſcripta. Deus eſt: ſignum veritatis eſſet: ſed nulla veritas eſſet. Queſtio noſtra eſt de malis culpe.

Reſpōſio ad queſtionē

ſtat in vnica concluſione. ¶ Concluſio. Concedendū eſt ſine diſtinctiōe ꝙ mala fieri eſt verū. ¶ Pro ſolutione ꝑmi argumenti. Nota hanc regulam. ¶ Regula. Qñcunqꝫ mutaꝛ veritas cōplexionis in veritatē incōplexā eſt fallacia figure dictionis: nec eſt ꝯtrariū ꝙ ipſe dicit eē fallaciā accidētiꝫ: qꝛ vtraqꝫ ē in illo argumēto. ¶ Solutio ꝑmi tertij argumenti clara eſt apud maroniſtas. q̇ ꝯcedunt tales Chymera ē chymera ⁊ tū illa nō hꝫ veritatem rei. Vñ. De fundamēto veritatis ꝓpōnis inq̇rendo ponit quatuoꝛ opiniones q̄rū q̄rtā ipſe tenet. Tertia ē de mente doct. ſubti. ſi itelligaꝛ fundari in actu itelligēdi: nec argumētū bonauētu. ꝯcludit. Nec tenem⁹ ꝙ ſignū ſeu relatio ſigni formaliꝛ ſit rō veritatis: ſicut circul⁹ ante tabernā ineꝫtū ſignū nō eſt vinū. Cū etiā relatio ſigni nō pōt eſſe niſi cōꝑatōe intellect⁹: nec ē ſignū aliq̄ ſcriptura alterius rei niſi ꝑ intellectū. Pōt tñ concedi ꝙ poſito ꝑ impoſſibile (ex quo iſti termini ſunt īpoſiti ad ſignificanduꝫ) ꝙ null⁹ intellect⁹ exiſteret: iſta eſſet aptitudinaliter ſignū veritatis: deus eſt.

Querit quinto. Utrū

malū ſit ordinabile a dei volūtate. Iſta queſtio ſicut ⁊ ꝑcedens ē de malo culpe: non aūt de malo pene inflicte: licet pctīn ſit pena derelicta ſeu nature derelicte: qꝛ manifeſtū eſt ꝙ malū inflictū ē ordinabile ⁊c̄. Quid ſit ordo habitū eſt diſtinctione .xxi. ¶ Duplex autem eſt ordo (vt hic ſufficit) ſcꝫ nature et iuſticie. Ordo nature prout hic capiꝛ eſt ordo eminentie vel nobilitatis eſſentiarum creatarū ſiue ſpecieꝝ q̇ eſt inſtitut⁹ a ꝺeo. Voluit eñ de⁹ vnā ſpēm eſſe nobiliorē alia. Ordo vero iuſticie ē ordo creaturarū rōnalium in ꝑmio vel ſupplicio ſm exigentiā meritoꝝ vel demeritoꝝ ipſarū. Iuſticia eñ punitiua ⁊ ꝑmiatiua proprie ē reſpectu creaturarū rationaliū. Et ſoluꝫ iſte ordo ē in ꝑmio. ¶ Propō. Nullū pctm̄ ē ordinabile ordine nature. patet quia nō eſt eſſentia creata. Item ordo nature eſt factus a deo: ſed deus nulluꝫ malū fecit. ¶ Eſt ergo queſtio vtrum ſit ordinabile ordine iuſticie a deo. ¶ Pro quo ſciendū ꝙ nō eſt idē malū ordinari a deo: et malum fieri a deo: qꝛ hoc eſt īpoſſibile. Vñ Deū ordinare malū nihil aliud eſt: q̄ꝫ ꝙ deus puniat illos q̇ fecerūt pctā. Unde dicit Boeti⁹. Pena eſt reordinatiua culpe. Et pꝫ ꝙ de⁹ om̄e malū punit vel puniet: ꝑ̄ malū eſt ordinabile a dei volūtate. Unde. Maioꝛ eſt iuſticia in inferno q̄ꝫ in curia imperatoris vel regis.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in quatuoꝛ ꝓpōnibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio Queādmodū aliq̇d dꝛ ſanum tripliꝛ ſcꝫ ſubiectiue: diſpoſitiue vel oſtenſiue: ſic aliq̇d dꝛ ordinatū tripliꝛ: qꝛ vel ſicut ordinis ſuſceptiuū vel ſicut diſpoſitiuū ſcꝫ qꝛ diſponit ad ordinationē: vꝉ ſicut oſtēſiuū. Sanū ſubiectiue ē ſubiectū ſanitatis vt aial. Diſpoſitiue ſanū dꝛ illud qđ diſponit ad ſanitatē vt potio. Oſtēſiue vero vrina ſana dꝛ. ¶ Scđa ꝓpō. Cum nihil ſit ordinabile tanq̄ꝫ ſuſceptiuū ordinis niſi ſit aliqua natura vel ens: ſeq̇ꝛ ꝙ malū non eſt ordinabile tali mō niſi ꝑ accidēs ſcꝫ ꝑ ſubſtratū ſuū bonū. ¶ Tercia ꝓpō. Licet malū ſit ordinabile tāq̄ꝫ diſpoſitiuū: nō tñ eſt diſpoſitio ponens ſed ꝑuans. Vñ duplex eſt diſpoſitio ſcꝫ ponens. i. poſitiua. Et illa ē ſemꝑ aliqua entitas poſitiua. Alia eſt diſpoſitio priuans et eſt priuatio oppoſita entitati. ¶ Quarta ꝓpō. Malum eſt ordinabile in ordine iuſticie ſicut oſtenſiuū diuine iuſticie: qꝛ nullū malū manet impunitū. Item ꝑ oppoſitū oſtendit pctm̄ iuſticiā

dei et bonitatem. Oppoſita eñi iuxta ſe poſita magis elucēſcūt. Vñ ex vicio clarioꝛ fit virtus. Per hoc ꝙ ꝙ multi ſunt incōtinentes. patet ꝙ magna virtus eſt ꝛ magna gratia a deo iuuenem eſſe continentem ꝛ caſtum.

Pꝛo ſolutione argumētoꝝ.

Et qñ in ſolutione pͥmi argumenti dꝛ ꝙ malū eſt priuatio particularis nature. ¶ Aduertendū aūt ꝙ malū nō priuat bonū qđ infuit ſꝫ qđ infuiſſet: ſi malum nō fuiſſet. Sicut cecitas nō ſꝑ pͥuat aliq̃ qđ infuerit: ſꝫ qđ infuiſſet. ¶ Oꝛdo nature eſt vt iuſte fiant opa noſtra. Sed qꝛ malū priuat talē oꝛdinē nature: ideo incurrit in oꝛdinē iuſticie. Itē aliqđ poteſt oꝛdinari in bonuꝫ finē dupl̄r. Vno mō ſm ſe ꝛ in ſe. Hoc mō malū nō eſt oꝛdinabile. Alio mō ꝑ accidēs et per aliud Et illo mō malum eſt oꝛdinabile.

Sexto querit. Vtrum

maluꝫ ſit de cōplemēto vniuerſi.i.de decoꝛe mundi. ¶ Reſpōdendo ad qōnē doctoꝛ ſeraphicus ponit duas opiniones. ¶ Pꝛima opinio ſtat in duobꝰ dictis cuꝫ diſtinctione tali. ¶ Malū pōt conſiderari duobꝰ modis. Vno modo vt eſt in potentia facientis. Alio mō vt eſt in facto. ¶ Pꝛimū dictū. Malū vt eſt in potētia faciētis ꝑtinet ad decoꝛē vniuerſi. Pꝛobatur. Melioꝛ eſt natura intellectualis ꝛ libera ꝙ̄ natura ꝓciſe ſenſitiua que ſcꝫ non eſt peccabilis. ¶ Scđm dictū. Peccata inq̄ꝫtum fiūt vel ſunt in facto id eſt in oꝑe non ſunt de cōplemento vniuerſi. ¶ Scđa opinio ſtat in tribꝰ ꝓpōnibus et iſta diſtinctione. ¶ Decoꝛ vniuerſi eſt duplex ſcꝫ eſſentialis ꝛ ſubſtātialis. Alius eſt accidentalis. Decoꝛ eſſentialis et ſubſtātialis vniuerſi: eſt ille q̃ conſiſtit in oꝛdine naturarū incoꝛruptibiliū et ſemper ꝑmanentiū. Incoꝛruptibiliū dico ꝑ naturā: vt ſunt oēs celi ſtelle planete: et quattuoꝛ elemēta. Partes accidentales ſunt ille q̃ ſunt coꝛruptibiles ꝑ naturam Et ſm hoc. Decoꝛ accñtalis eſt ille q̃ eſt ſm partes accñtales. ¶ Pꝛima ꝓpoſitio Mala ſiue pctā nō ꝑtinent ad decoꝛem vniuerſi eſſentialē: nec ꝑ ſe nec per accidens. ¶ Scđa ꝓpō. Mala ꝑtinēt ad decoꝛē accñtalē vniuerſi: non inq̄ꝫtum pctā ſed inq̄ꝫtum oꝛdiata. ¶ Tertia ꝓpoſitio Mala faciūt ad decoꝛē accñtalē vniuerſi tripl̄r ſcilꝫ rōne ſubiecti qđ oꝛdinatꝰ. ratione oppoſiti qđ manifeſtatꝰ. ꝛ rōne boni qđ elicitꝰ. Vñ pctōꝛ eſt ſubiectū qđ oꝛdinatꝰ per diuinaꝫ iuſticiam. ¶ Pꝛopoſitio. Multa bona: immo maxima bona facta ſunt ꝛ fiunt q̄ non fierent niſi malū occaſionē preſtitiſſet. Exemplū eſt de opere noſtre redemptionis. ¶ Vñ hic pōt elici talis ꝓpō (ſed certe minus ſufficienter) Si adam nō peccaſſet xp̄s incarnatꝰ non fuiſſet. Et eſt de cōi intentione multoꝝ doctoꝝ. Sed hoc nō placet doctoꝛi ſubtili lib. iij. diſt. vij. qōne pͥma.

Vtrum. Si adam non

peccaſſet ꝛc̄. ¶ Propter verba igitur ſancti Bonauētu. in dubiū venit. Vtrum Si adā non peccaſſet filius dei incarnatus fuiſſet. Pꝛo cuius deciſione quedam ponuntꝰ ꝓpones. ¶ Pꝛima ꝓpō. Si adā nō peccaſſet nihilominꝰ filius dei incarnatus fuiſſet. Et ꝓbatꝰ breuiter (qꝛ magis ꝑtinet ad tertiū) Si adā non peccaſſet omnes electi ꝛ ꝓdeſtinati fuiſſent: ſed xp̄s eſt ꝓdeſtinatus. ergo ſi adā non peccaſſet: xp̄s fuiſſet. Sꝫ vltra: xp̄us fuiſſet: ergo filius dei incarnatus fuiſſet. Maioꝛ ꝓbatꝰ (ꝛ cōiter conceditꝰ a doctoꝛibꝰ). Eadē rōne qua ſoli ꝓdeſtinati nati fuiſſent eadē ꝛ xp̄s: qꝛ ꝓdeſtinatus. ¶ Scđo confirmatꝰ ꝓpō tali medio. Maximum bonū in entibꝰ ꝛ ſignanter in hoibꝰ vel in natura humana) nō eſt bonū occaſionatum occaſione peccati: ſed incarnatio filij dei eſt optimum bonum in entibus: ergo ꝛc̄. Minoꝛ patet per Auguſtinum. De rebus ex tempoꝛe oꝛtis non eſt maioꝛ

eſt

gratia q̄ vt deus homo fieret. ¶ Tertio
ſic. Quicunq̄ gaudet licite de aliquo: li
cite poteſt gaudere de eo quod eſt ratio
illius gaudij: ſed chriſtus ſumme gau-
det de eo ꝙ eſt glorificatus in humana
natura: ergo poteſt etiam gaudere de il-
lo quod eſt ratio ſui gaudij. Sed dicen-
do propoſitionis oppoſitum: peccatum
eſt huiuſmodi (id eſt ratio propter quaꝫ
chriſtus gaudet ⁊c̄.) ergo ⁊c̄. ¶ Confir-
matur. Dato ꝙ chriſtus gaudeat de pec
cato: ſequitur ꝙ eſt malus: conſequēs eſt
falſum: ergo ⁊ antecedēs. ¶ Quarto ſic
probatur. Maximum malum modo eſt
cauſa maximi boni: ſed peccatū ade fuit
maximum malum (ſcilicet extenſiue pu-
nitum) ergo peccatum ade non fuit occa
ſio redemptionis. ¶ Quinto. Si adam
non peccaſſet chriſtus fuiſſet caput eccle
ſie: ergo ſi adam non peccaſſet: chriſtus
incarnatus fuiſſet. Antecedens proba-
tur: quia ſi adam non peccaſſet: adhuc
eccleſia tota militans catholica vnum ca
put habuiſſet. Si non habuiſſet caput:
fuiſſet acephala ⁊ monſtruoſa: ſicut cor-
pus ſine capite. ¶ Si dicatur: habuiſſet
caput ſed non chriſtum. ¶ Contra. Idē
fuiſſet caput. patet quia ſi adam nō pec-
caſſet: adhuc omnes electi fuiſſent ꝗ mo-
do ſunt: ergo idem caput quod nunc eſt.
¶ Sexto probatur. Auctoritate Bern
hardi qui (exponens illud Ione tertio.)
Propter me orta eſt tempeſtas. Dicit ꝙ
lucifer vidit in verbo ꝙ ipſum incarnan-
dum eſſet: ⁊ ideo inuidit: ergo ⁊c̄. ¶ Se-
ptimo arguitur. Principalis ratio incar
nationis fuit dilectio dei. Propter nimi-
am enim charitatē qua deus dilexit mū-
dum eſt incarnatus. (Unde Iohannis
ſexto. Sic deus dilexit mundum vt fi-
lium ſuum vnigenitum daret ⁊c̄.) Sed
deus non minus dilexiſſet homines ſi in
ſtatu innocentie perſtetiſſent q̄ modo:
immo magis: ergo ⁊c̄. ¶ Secunda pro-
poſitio. Si adam non peccaſſet: nihilo-
minus chriſtus fuiſſet filius virginis ma-
rie. Probatur. Ab eterno erat preuiſa:
vt filius dei de ea naſceretur: ſed nec pec-
catum nec innocētia poteſt mutare eter-
num: cuiuſmodi eſt predeſtinatio: ergo
⁊c̄. ¶ Unde poſſumus (deuotione conci-
tati) dicere. O glorioſiſſima virgo: celo-
rum regina: et dei mater imaculata gau
de: et tuis meritis noſtra dele peccata:
quoniam ſi noſtra peccata) que ſolum ti-
bi ⁊ filio tuo non gaudium ſed maximaꝫ
intulerūt triſticiam) non fuiſſent nihilo
minus digna mater dei fuiſſes. Unō fal
ſa eſt illa proſa que cantatur in aliquib⁹
eccleſijs. Nec abhorrere peccatores ſine
quibus nunq̄ digna tanto fuiſſes filio.
¶ Tertia propoſitio. Si adam non pec
caſſet nihilominus filius dei potuiſſet ve
niſſe vt perfectiſſimus redemptor non ta
men vt redemptor per paſſionem ⁊ mor-
tem. ¶ Pro cuius propoſitionis explana
tione notandum ꝙ modus redimēdi eſt
duplex ſcilicet ſubleuatiuus ⁊ preſerua-
tiuus. Subleuatiuus (qui eſt imperfe-
ctior) eſt ille quo quis vel a peccato ac-
tuali ſubleuatur vel originali. Et iſte eſt
triplex. Primus modus eſt quo aliquis
redimitur a pctō poſt lapſum in morta-
le. Hoc mō redēpta eſt maria magdale-
na. Secūdus eſt quo aliquis redimitur
poſt lapſum in veniale ⁊ non in mortale.
Unde dicere ꝙ aliquis nō poſſit etiaꝫ p
totam vitā ſuam non peccare mortaliter
eſſet erroneū: quia deus non obligat ad
impoſſibile. Tertius modus redimendi
ſubleuatiu⁹ eſt quo aliquis redimit̄ poſt
lapſum in originale ſicut liberantur cōi-
ter pueri xpiani in ſacramēto baptiſma-
tis. ¶ Modus aūt redimendi preſerua-
tiuus (qui perfectior eſt) ſimilr̄ tres ha-
bet modos ſm ꝙ triplex eſt pctm̄. ſ. mor-
tale: veniale ⁊ originale. Primus igitur
modus (qui ⁊ quartus eſt in ordine) eſt
quo aliquis redimit̄ preſeruatiue ne poſ
ſit cadere in mortale. Hoc modo fuerūt

redempti apoſtoli per aduentum ſpiritusſancti in die penthecoſtes. ¶ Quintus eſt quo aliquis redimitur preſeruatiue ne cadat: non ſolum in mortalia: ſed nec in venialia. Et ſm aliquos ſic fuit ſanctus Johānes baptiſta redemptus. Et recipiunt occaſionem ex illo dicto quod de eo canit eccleſia. Ne leui ſaltem famine ꝛc. Sed hoc non aſſero. Nam Auguſtinus aliter videtur dicere ſuper illam auctoritatem. Omnes peccauerūt. Et ſi dicimus quia peccatum nō habemus nos ꝛc. Sextus modus eſt quo aliquis redimitur preſeruatiue ne ſcilicet cotrāhat peccatum mortale: actuale: nec originale: nec veniale. Et ſic beata maria fuit redempta. ¶ Sciendum inſuper pro declaratione illius propoſitionis quam ſanctus Bonauentura allegat et eſt gregorij in benedictiōe cerei paſchalis. O felix culpa que talem ac tantum meruit habere redemptorem: ꝙ ipſa de rigore ſermonis et in ſenſu quem faciunt verba iſta eſt falſiſſima. Patet: quia quicquid eſt felix eſt bonum: ſed culpa eſt felix: ergo eſt bonum. tenet conſequentia in darij. Sed concluſio eſt falſa: ergo aliqua premiſſarum. Non maior: ergo minor. Maior: ſcilicet Quicquid eſt felix ꝛc. ¶ Probatur: Quia omnis felicitas eſt bona: ergo omne felix eſt bonum: per locum a coniugatis qui tenet in predicatis per ſe cuiuſmodi ſunt felicitas et felix. Falſitas concluſionis patet: quia per culpam intelligimus peccatum mortale. ¶ Confirmatur. Quia ſanctus Bonauentura (vt ſupra patuit) dicit ꝙ falſum ſit malum fieri eſſe bonum: ergo magis illa eſt falſa. Malum eſt bonum. ¶ Arguitur ſecundo in Ferion. Nulla miſeria eſt felix: ſed culpa ē miſeria: ergo culpa nō eſt felix. ¶ Vel aliter arguitur in Celarent. Nulla miſeria eſt felix. Omnis culpa eſt miſeria: ergo nulla culpa ē felix. Maior probatur: quia miſeria ⁊ felicitas ſunt duo oppoſita ex ſuis rationibus formalibus incompoſſibilia. Sed talium neutrum poteſt predicari de altero: nec in abſtracto nec in concreto.

¶ Tertio ſic arguitur. Nullum demeritum ex ſua ratione formali meretur aliquod bonum: ſed culpa eſt demeritum: ergo culpa non meretur ꝛc. ¶ Item ſanctus Bonauētura in tertio dicit ꝙ incarnatio chriſti non cadat ſub merito creature: ergo ꝓpoſitio falſa. ¶ Dicit quidā anglicus Johānes roditon doctor: ꝙ cū illa ſit falſa de rigore ſermonis: ⁊ deꝰ non indigeat noſtro mendacio ad laudes ſuas: ideo ſit delenda illa benedictio cerei ſeu corrigēda. Sed ait cardinales plus curare de mulis ſuis ⁊ menſis q̄ȝ de altaribus. Sed ſentiamus nō plus q̄ȝ oportet ſapere: ſed ad ſobrietatem vel quo aufertur culpa. ¶ Notandum tamē ꝙ illa propoſitio in ſenſu quem intendit eccleſia et quem ſanctus Gregorius intendebat eſt vera: et eſt ille. O felix culpa: id ē. O felix eſt qui meruit nobis: ita ꝙ felix conſtruatur cum modo redimendi et nō cū culpa: et que: id eſt ꝗ modus redimēdi culpā Ade ꝗ fuit ꝑ talē ⁊ tantū redēptorē. Deus eñ potuit redimere hoiem per angelū vel ꝑ aliū iuſtum ꝛc.

Utrum vniuerſum ſine malis ⁊ ſine pctīs ſit ſimplr melius et ꝑfectius ⁊ magis decorū: q̄ȝ vniuerſum cū bonis et malis. ¶ Reſpōdēt aliqui: Quia ſi mundus eſſet ſine malis ⁊ pctīs nō eēt melior q̄ȝ ſit iſte mundus cuȝ peccatis: ⁊ hoc ideo: qꝛ deꝰ multa bona elicit ex peccatis. ¶ Sed illud aliquibꝰ doctoribus nō placet. Quare aliter reſpōdeꝫ ꝑ vnā ꝓpoſitionē: ⁊ aliqua correlaria. ¶ Propoſitio. Uniuerſuȝ ſine malis ⁊ ſine peccatis eſt ſimpliciter melius: ſimplr pulcrius et ſimpliciter magis decoruȝ q̄ȝ ſit vniuerſum cū illis deformitatibꝰ. ꝓbaꝫ: Omne ens qđ ſic ſe habet ad alterum ꝙ cōtinet totā bonitatē alterius ⁊ cū hoc ſuꝑ addit aliquā bonitatē quā non habet illud eſt meliꝰ illo: ſed vniuerſum ſine ma-

lis ꝯtinet totā bonitatē alterius ⁊ vltra
hoc aliā: ergo ⁊c. Maior ptȝ: qꝛ aliquid
dr̄ melius a maiori bonitate. Minor ꝓ-
batur ꝑ prīma pte: qꝛ ſi adā non peccaſ-
ſet idem ſol fuiſſet: et ſic de alīs. Et licet
mali nō fuiſſent nō tamē ſequit̄ oppoſitū
cū ipſe Bonauentura dicat ꝙ mali ſunt
de ſup abundāti. Itē mali ſunt maculoſi
⁊ putridi: ergo deturpāt vniuerſum: ſed
qđ deturpat: nō ſpectat ad decorē: g̃ ⁊c.
Qꝛ aūt haberet vniuerſum aliquid bo-
ni qđ ita nō habet: ꝓbat̄. Quia oīs ca-
rentia mali eſt bona: ſicut carētia cecita-
tis eſt bona: ſed vniuerſum ſine malis ha
bet talem carentiā mali: ergo ⁊c. ¶ Pri-
mū correlariū. Uniuerſum carēs malis
⁊ vniuerſum cum malis comparata ſibi
inuicē nō habent ſe ſicut excedēs ⁊ exceſ-
ſum mutuo (cōtra ſanctū Bonauentu.)
probatur: quia primuȝ totaliter excedit
ſcđm ⁊ non excedit̄ ab eo. ¶ Scđm cor-
relariū. Si angeli non cecidiſſent ⁊ mali
nō eſſent ī vniuerſo: magis valuiſſet vni-
uerſum q̄ nūc. Nam exemplū qđ ponit
pro ſe videt̄ eſſe pro nobis. ptȝ: qꝛ ciphus
non fractus ſi circūligaretur circulis au-
reis ne frangeret̄ eſſet melior q̄ ſi relige
tur poſt fractionē. Et ſic fuiſſet de mun-
do ſine malis: qꝛ etiā fuiſſent circuli no-
ſtri aurei qui ſunt duo: xp̄s ⁊ ꝟgo glorio-
ſiſſima. ¶ Sed certe nōdum ſolutū eſt il
lud ꝙ deus ex malis etiaȝ (ſm̄ ſanctum
Auguſtinū) multa bona elicit: etiā non
loquendo de bonis redēptionis noſtre ⁊
glorificationis. ¶ Item quid de bonita
te eſſentiali vniuerſi cum lucifer ſit prin-
cipium creature dei. ¶ Reſpondeo per
exempluȝ. Eſto ꝙ ſit aliquod corpus ſa
niſſimum et aliud corpus eque pulcrum
excepto ꝙ habet tybiam putridam: tunc
ne ipſa inficiat alia mēbra oportet ꝙ ha-
beat medicinas preſeruatiuas. Hec ſunt
boni propter preſuppoſitionē: ſicut etiā
ne mali inficiant alios oportet ꝙ puni-
antur. ¶ Notanduȝ ꝙ Antithera figu-
ra eſt habens fieri quando contraria cō-
trarījs immediate ponuntur vel nectun
tur. Et dicitur ab anti quod eſt contra
et theſis poſitio quaſi contrariorum po-
ſitio. Unde etiam poteſt dici antitheſis
¶ Pro ſolutione vltimi argumenti. Sci
endum ꝙ miſericordia eſt duplex ſcilicȝ
liberans: et parcens ſiue mitigans. Mi-
ſericordia liberans eſt duplex: ſcȝ p̄ſerua
tiua: et eſt illa qua aliquis miſericors p̄-
ſeruat aliquē ne cadat in miſeriam. Hoc
modo chriſt⁹ fecit miſericordiaȝ virgini
glorioſe. Alia eſt ſubleuatiua: et eſt illa
qua miſericors ſic ſubleuat aliqueȝ a mi
ſerījs ſuis ꝙ totaliter eſt liber. ¶ Corre
larium. Miſericordia liberans nō eſt in
inferno. Miſericordia vero parcens ſi-
ue mitigans eſt illa: qua miſericors ali-
quid tollit de miſeria debita alicuī.
¶ Correlarium. Miſericordia parcens
eſt in inferno: quia deus ſemper punit ci
tra cōdignum. Non tamen ſic eſt intelli-
gendum ꝙ aliquis gradus culpe mane-
at impunitus: puta ſi culpa eſſet decem
graduum ⁊ ſolum nouem puniatur. Sȝ
deus non tm̄ punit q̄tum poſſet iuſte
punire. Tunc dico ꝙ miſericordia pre-
ſeruatiua fuiſſet manifeſta: et iſta eſt no-
biliſſima. ¶ Sanctus Bonauentura:
Si queras a me nōne melius eſſet: ſi oēs
eſſent beati: q̄ ꝙ quidam beati: ⁊ quidaȝ
damnati. ¶ Reſpondeo (ſicut credo) ſi
homo ſtetiſſet: non perueniſſent plures
ad hieruſalem ſupernā q̄ ſic peruenturi
ſunt. Unde mali ſunt quaſi ex abundan
ti: nec in computatione ⁊c.

Irca diſtinctio-

c nem quadrageſimamſepti-
mā primo queritur. Utrū
voluntas bn̄placiti dei poſ
ſit impediri. ¶ Reſolutio queſtiōis ſtat
in vna diſtinctione: et quattuor propoſi
tionibus. ¶ Diſtinctio. Uoluntas bene
placiti (ſm̄ Iohannem Damaſcenum)
eſt duplex. Una eſt voluntas antecedēs
Et dicitur a doctorib⁹ pariſienſib⁹ con-

dicionata. Et eſt illa qua deus vult aliquid fieri ꝗ̄tum eſt in ſe: ſi ſcilicet creatura rationalis velit. Alia eſt voluntas conſequens ſeu abſoluta: qua ſcilicet deus aliquid efficaciter vult quod nouit certitudinaliter euenire. ¶ Prima propoſitio. Nulla volūtas dei poteſt ſuperari. ¶ Scđa propoſitio. Nulla voluntas dei poteſt caſſari. ¶ Tercia propoſitio. Voluntas antecedens nō ſemꝑ adimpletur. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Neceſſe eſt voluntatem dei conſequentē impleri: et impoſſibile eſt eam impediri. Probatio prime propoſitionis. Nulla volūtas dei poteſt vinci: ergo nec ſuperari. ¶ Cōtra. Deus vult nos ſeruare precepta ſua ⁊ nos nolumus: ergo ſuperamus voluntatem dei. Non ſequiť. Voluntas enim dei vel ſemper impletur ab homine: puta ſi homo faciat voluntatem dei antecedentē vel impletur de homine: id eſt ſi nō vult homo facere ſm̄ antecedentē dei voluntatem: deus facit voluntatem ſuam conſequentem: quia dānabit talem cum omnibus reprobis ſpiritibus. ¶ Notandum ꝙ illud dicitur caſſum vel fruſtra quod fruſtratur ſuo effectu quem intendit facere. ¶ Sed attendēdum eſt ꝙ neceſſitas conſequētie ⁊ cōſequētis ⁊c̄. Circa hunc textum notande ſunt he propoſitiones. ¶ Prima propoſitio. Volūtas dei in ſe et abſolute eſt neceſſaria ſimpliciter. ¶ Secūda propoſitio. Hec conſequētia eſt neceſſaria. Volūtas dei abſoluta vult hoc: ergo fiet: tamē ꝯſequēs eſt contingēs. ¶ Tercia ꝓpoſitio. Licet cōſequentia illa ſit neceſſaria: tamen volūtas tranſit cōtingenter ſuꝑ effectum.

Solutio argumentorū

¶ Pro ſolutione primi argumenti. Nota ꝙ nulla voluntas dicitur impediri niſi quādo manet ordinatio volūtatis ſeu comparatio ad volitū: ⁊ tamē nō euenit illud volitum. Illud autē nō eſt poſſibile de voluntate dei. ¶ Pro ſolutione penultimi argumēti notande ſunt he ꝓpoſitiōes. ¶ Prima propoſitio. Diuina voluntas nō artat potenciam in poſſendo: quia plura poteſt ꝗ̄ velit. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Diuina voluntas artat potēciam in agendo: id eſt agere dei et velle nō excedūt ſe. Quando ergo dicitur: Deus poteſt cōtrariū ſue voluntatis: quia poſſet iudam ſaluare quē tamē modo vult damnare. Dico ꝙ hoc poteſt ītelligi dupliciter. Aut voluntate mouente ad cōtrarium: et ſic notatur repugnantia voluntatis ad potentiam: ⁊ hoc eſt impoſſibile. Aut voluntate nō mouente ad contrarium: et ſic notatur nō impedimentū vel repugnātia: ſed ꝙ volūtas libere pōt. Et hoc eſt poſſibile. q2 ita vult iudā dānare ꝙ potuiſſet eius oppoſitum.

Querit̃ ſecundo. Utrū

aliquis poſſit facere contra voluntatem ſigni. In ſuperioribus dictum eſt quid ſit voluntas ſigni: ⁊ ꝙ ſit ꝗntuplex.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in duabus ꝓpōnibus. ¶ Prima propoſitio. Aliquis poteſt facere contra iſta tria ſigna ſcilꝫ p̄ceptum: conſilium: ⁊ prohibitionē. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Nullus pōt facere contra iſta duo ſigna ſcꝫ impletionem et permiſſionem. Et illa duo ſigna ſunt voluntatis dei abſolute: non ꝙ deo placeat malum: ſed vult permittere. De quo in ſequēti habebiť. Impletio eſt reſpectu bonorum: permiſſio vero reſpectu malorum. ¶ Regula. Quia voluntas dei abſoluta non poteſt impediri: idō contra iſta duo ſigna ſcilicet impletionē et permiſſionem nullus poteſt facere. ¶ Secūda regula. Quia voluntas dei condicionata poteſt impediri: ideo contra iſta tria ſigna ſcilicet preceptum: conſilium et prohibicionem aliquis poteſt facere. Unde deus non vult ꝙ nihil fiat omnino aliter ꝗ̄ qđ oſtendit ſe velle: ſed voluit nos eſſe liberos. Unde potencia

eſt iij

peccandi eſt a deo:capiendo potentiam pro poſitiuo:vt pro voluntate. Sed facere contra voluntatē dei non eſt a deo. ¶ Pro ſolutione vltimi argumenti ſciendum: ꝙ permiſſio ſiue permittere i ſacra ſcriptura capitur quattuoꝛ modis. Primo modo:vt idem eſt quod non cohibere et non impedire. Hoc modo dominꝰ permittit mala:quia non cohibet. Et hoc modo eſt ſignum voluntatis diuine diſtinctum contra preceptum. Et non eſt idem non prohibere:et non poſſe prohibere. Poſſibile enim eſt deo peccatores cohibere ne peccent: et tamen non facit. Alio modo permittere idē eſt qꝺ nō punire temporaliter. Et ſic dicitur libellꝰ repudij permitti Matth.xix. Moyſes ad duriciam veſtram permiſit. Tertio modo idem eſt qꝺ nō prohibere. Unde gloſa ſup illud: Jraſcimini ꝛ nolite peccare:dicit. Permittit qꝺ neceſſitatis eſt: id eſt non prohibet. Quarto modo ē minus bonum indulgere. Unde gloſa ſup illud.j. Cor.vij. Hoc autem dico ſm indulgenciam ꝛc̄.dicit:permittit.

Queritᷣ tertio. Utrum deus debeat mala permittere. ¶ Licet iſta queſtio poſſet formari de malis pene:ſicut deus permiſit beatū Job percuti a diabolo:tamē ſanctus Bonauentura tractat eam de malis culpe. ¶ Et vt clarius intelligamus quid ſit permiſſio. Notandū ꝙ in voluntate noſtra eſt duplex actus ſcꝫ velle et nolle:et vterq; eſt vere poſitiuus. Et quādo iſti duo actus ſūt circa idem obiectū: tunc ſunt ↄtrarij et exprimuntur ab alijs nominibus ſcilicet amare ꝛ odire. Unde nolle eſt actꝰ poſitiuus volūtatis quo voluntas refugit vel reſilit ab obiecto ſibi diſcōueniente. Velle autem eſt actus poſitiuus voluntatis quo volūtas acceptat obiectū ſibi aliquo modo conueniens. Item duplex eſt volitio ſcilicet efficax et remiſſa. Uolitio efficax eſt illa qua volūtati nō ſolum placet volitū:ſed etiam ſi poteſt ſtatim ponit in effectum. Uolitio remiſſa vero eſt illa qua voluntati placet volitum:non tamē intantū vt ponat in effectum:etiam cum poſſit. ¶ Similiter nolitio ē duplex ſcilicet efficax et ē illa qua voluntas non ſolum odit nolitum: ſed etiā ſi poſſit omnino impedit ꝛ deſtruit ipſum:vt eſt reſpectu infirmitatis in probo medico. Alia eſt nolitio remiſſa:et eſt illa qua voluntas odit nolitum:ita tamen ꝙ nō deſtruit ſeu impedit nolitum: vt eſt infirmus qui poſſet ſibi prouidere de remedijs:ꝛ tamen nō facit. ¶ Propoſitio. Permiſſio in nobis eſt nolitio remiſſa reſpectu alicuiꝰ mali quod ſcimus fieri ꝛ nō prohibemus dum tamen poſſumus. Et ſm hec poſſet dici ꝙ permiſſio eſſet nolitio dei remiſſa reſpectu peccati qꝺ nō cohibet:dū tamen poſſit. ¶ Alius eſt modus cōmunior et facilior licet poſſit ſubtilior (vterq; ponitᷣ a doctore ſubtili) ꝙ permiſſio non ſit actus poſitiuus: ſed ſit non cohibere peccatum.

Reſolutio queſtionis ſtat in tribus ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima propoſitio. Deus permittit mala fieri ordinatiſſime: quā propoſitionem probat ex duplici ordine. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Duplex eſt ordo rerū. Unus eſt ipſarū inter ſe. Alius eſt ordo ipſaruꝫ ad finem: ꝛ habetur duodecimo metaphiſice a pho de duce et exercitu. ¶ Tertia propō. Vterq; ordo exigit ꝙ mala fiant. Probatur. Ad perfectionem enim vniuerſi neceſſe fuit fieri creaturam arbitrio liberam: et peccare potentem: ſed adminiſtrationis vniuerſitatis eſt vt deus ſic res conditas adminiſtret vt eas agere proprios motus ſinat: vt dicit Auguſtinus ſeptimo libro de ciuitate dei. Jdeo cum debuerit dare potenciam peccandi et debuerit regere ſaluo ordine ſue conditionis: ſi voluit peccare debuit: id eſt nō incongruū fuit

permittere: Et ſic mala permittere debet. Nam ordo ad finē h exigit. ¶ Unde duplex eſt finis in vniuerſo: ſcȝ principalis: ⁊ eſt laus diuina. Alius eſt min⁹ principalis: ⁊ eſt ſalus electoꝝ.

Pro ſolutione primi argumenti quando arguitur. Permittere eſt conſentire. Notandum ꝙ conſentire eſt tacere cuȝ quis poſſit redarguere nō corrigere cū poſſit corrigere vl' incūbat ſibi ex officio. Et ſic deus nō cōſentit pctō: licet permittat eum peccare.

Quarto queritur. vtrū deus poſſit mala precipere. ¶ Pro cuius declaratione ſciendum ꝙ duplicia ſunt precepta: ſcilicet affirmatiua et negatiua. Precepta affirmatiua ſunt que exprimuntur per propoſitiones affirmatiuas et hec obligant ad ſemper: ſed nō ꝓ ſemper. Negatiua vero ꝑcepta ſunt que exprimuntur per propoſitiones negatiuas et iſta obligant ad ſemper et pro ſemper ¶ Correlarium. Stat ꝙ aliquis viator per totum tempus vite ſue non fuerit ꝑcepti affirmatiui trangreſſor: quod tamē preceptum nunꝗ̄ adimpleuit facto. Patet: Quia ſi parentes alicuius ſint diuites ⁊ ſint in loco remoto valde ab ipſo: ⁊ ſic nec honore reuerētiali: nec honore ſbuenciali tenetur talis: et hoc quo ad factum. Unde conſequentia iſta nō tenet. (niſi de negatiuo precepto) Ille non impleuit preceptum diuinum: ergo eſt trāſgreſſor. ¶ Queſtio igitur eſt. Utrū deus poſſit mala precipere tam affirmatiuo precepto ꝗ̄ negatiuo. ¶ Pro quo notandum. Qꝫ duplicia ſunt precepta: ſcilicet prime tabule et ſecūde tabule. Precepta prime tabule ſunt illa que immediate reſpiciunt ſeu habent deū pro obiecto: ita ſcilicet ꝙ ordinent ipſum hominem erga deuȝ. Et ſunt tria prima. Precepta vero ſecūde tabule ſunt illa que reſpiciunt proximum tanꝗ̄ immediatum obiectum: et que ordinant nos circa proximum immediate: et ſunt alia ſeptem. ¶ De tabulis autem (quare ſcilicet dicantur precepta prime tabule et ſecunde) poſſumus loqui dupliciter: quia vel ſm litteralem ſenſum: vel ſm ſenſuȝ moralem. Si loquamur de ipſis ſm ſenſum litteralem. Sic eſt triplex opinio. ¶ Prima opinio eſt ipſius Joſephi qui dicit: ꝙ in vna erant niſi quinqꝫ: et in alia totidem. Hic fuit hyſtoriographus iudeus: et laudatur a ſancto Hieronymo nō propter iudaiſmum: ſed alijs de cauſis. ¶ Alia eſt opinio Origenis: qui dicit ꝙ prima quattuor precepta erant ſcripta in prima tabula: et in alia tabula ſex. ¶ Tertia opinio eſt ſancti Auguſtini dicentis: ꝙ in prima tabula ſolum fuerunt tria ſcripta: ⁊ in ſecūda tabula alia ſeptem: et hec opinio communiter tenet. ¶ Sed his dimiſſis quia poſſibile eſt ꝙ Joſephus dicat verum ſicut et alij: nec poſſumus eſſe certi de aliqua iſtarū opinionū. Ideo poſſunt accipi precepta prime tabule (meo iudicio) ſm ſenſum moralem: ſic ꝙ per primam tabulam intelligatur deus: qui eſt firmiſſima petra: hoc eſt ſumme ſtabilis: et tutiſſimum eſt refugere ad ipſum. Per ſecundam autem tabulam intelligatur proximus. Et in prima tabula dicuntur illa precepta q̄ immediate ordinant in deum. ¶ Primum dictum. Deus non poteſt diſpenſare circa precepta prime tabule. ¶ Secūdum dictum. Deus poteſt diſpenſare circa precepta ſecunde tabule. ¶ Unde duplex eſt diſpenſatio: ſcilicet iuris declaratio. Alia eſt iuris reuocatio: et hec eſt proprie diſpenſatio. ¶ Regula. Preceptum ſpeciale priuat ⁊ reuocat mandatū commune. Patet de Abraam in immolatione iſaac. Probatio primi dicti. Quia deus non poſſet facere ꝙ ipſe non eſſet colēdus ⁊ amandus vt deus: quia non poteſt facere ꝙ non ſit deus: nec poteſt alium facere deum: ergo ⁊c̄. Unde idolatria non

cadit ſub diſpenſatione. ¶ Item oppoſita preceptorum prime tabule ſunt eſſentialiter mala: ſed circa eſſentialiter mala non poteſt fieri diſpenſatio: ergo rc. ¶ Oppoſita vero ſecunde tabule non ſunt eſſentialiter mala: ergo in ipſis poteſt fieri diſpenſatio. ¶ Unde: Malum neceſſario et eſſentialiter eſt illud quod nõ poteſt bene fieri: vel illud quod non poteſt eſſe bonũ: ſicut blaſphemare deũ. ¶ Aliud autẽ eſt malum contingenter: vt occidere innocentem: et poteſt dici accidentaliter malum. Et eſt illud qđ poteſt eẽ bonũ in ſenſu diuiſo: ſicut ſanuz poteſt eſſe egrum. In reſolutione tñ queſtiõis Bonauẽtura vtit̃ aliĩs terminis.

Reſolutio q̃ſtionis ſtat

in duabus diſtinctionibus et tribus propoſitionibus. ¶ Prima diſtinctio. Deum precipere maluz poteſt intelligi duobus modis. Uno modo ꝙ precipiat malum manens malum: ita ſcilicet ꝙ facto precepto diuino maneat malũ. Alio modo ita ꝙ precipiendo deus faciat illud bonum: puta quia actus qui alias eſſet malus: tamen per preceptum diuinuz fiat bonus. ¶ Prima propoſitio. Impoſſibile eſt ꝙ deus precipiat aliquod malũ manens malum. ¶ Secunda diſtinctio. Malum eſt duplex: ſcilicet in ſe: et eſt illud quod prius dictum eſt contingenter malum. Aliud eſt malum ſm ſe: et eſt illud quod nõ poteſt bene fieri: quod dicitur neceſſario malum. ¶ Secunda propoſitio. Deus poteſt precipere maluz in ſe ſine malũ ↄtingẽter. Patet de Abraã ¶ Tertia propoſitio. Impoſſibile ẽ deum precipere malum ſm ſe: hoc eſt eſſentialiter malum. Probatur per primam propoſitionem. Nullus poteſt odire aliquod obiectum niſi ſit odibile (ſicut nullus poteſt videre aliquid niſi ſit viſibile) ſed deus non eſt odibilis: quia nulla ratio mali eſt in eo: ergo rc. ¶ Et ſcđm hoc poſſet ſolui illud argumentũ. Deus poteſt precipere omnem entitatẽ poſitiuam poſſibilem fieri ab aliquo: ſz ab aliquo fit odium dei: ergo rc. Maiore conceſſa ſm aliquos: Minor negatur. Sed ſic dicendo non videtur poſſe dicere aliquem ꝙ oppoſitum ſecunde tabule ſit eſſentialiter malum: quia videtur ꝙ poſitiue poſſit fieri. Unde maior non videtur concedẽda. Tamen illud de ordine eſt verum. Dicendum igitur ꝙ maior eſt de malo in ſe vera: non autem de illo poſitiuo quod non poteſt fieri ſine deformitate: ſedſi fiat neceſſario habeat maliciam annexam: ſicut blaſphemare deum. ¶ Item illud Oſee pmo. Q ducerct vxorem fornicariam. Sanctus Bernhardus exponit ad litterã. Sanctus Hieronymus vero exponit de fornicatione ſpirituali.

Irca diſtinctio-

c nem quadrageſimãoctauã que eſt de conformitate voluntatis noſtre ad voluntatem diuinam. Et habet duos articulos Circa primũ articulum. Primo querit̃. Utrum poſſibile ſit voluntatem noſtrã conformari diuine voluntat. ¶ Voluntas humana eſt duplex ſiue capit̃ duobꝫ modis. Uno modo pro ipa potẽtia que eſt elicitiua ſui actus. Et eſt actus primus libere producens ſeu productiuus volitionis et nolitionis. Alio modo pro actu ſecundo. Et eſt ipſum velle vel nolle libere productuz. Et vtraqꝫ acceptio patet in illa auctoritate Auguſtini. Nihil tam eſt in poteſtate volũtatis q̃ ipa voluntas: id eſt volitio ⁊ nolitio. ¶ Trez dnplices ſunt actus voluntatis. Quidã act⁹ ſunt p̃uenientes rõnis deliberationẽ: ⁊ dicũt̃ act⁹ ſurrepticij: ⁊ iſti act⁹ nõ ſunt pctã mortalia. Alij ſunt act⁹ qui ſequũtur deliberationẽ: ⁊ plene ſunt i poteſtate voluntatis. Et iſti act⁹ pñt eſſe peccata mortalia: pmi aũt nõ ſunt in poteſtate noſtra. ¶ Propoſitio. Cõformitas vo

luntatis noſtre ad diuinam nō eſt in his actibus querenda qui p̄ueniunt deliberationem. ¶ Sciendū inſuper ꝙ duplex eſt conformitas ſcꝫ naturalis ⁊ moralis. Conformitas naturalis eſt illa qua aliquid eſt cōforme alteri ſm aliquā entitatem naturalem ſiue eſſentialē ſiue accidētalem vt duo oua dicunt̄ cōformia ſm albedinem. Item omnia indiuidua eiuſdē ſpeciei cōueniunt in conformitate naturali eſſentiali. Conformitas em̄ conſiſtit in quadā aſſimilatione dicitur em̄ cōformitas quaſi ſimilis forme. Et de hac nō eſt preſens intentio. Conformitas autē moralis eſt illa qua aliquid eſt cōforme alteri ſm aliquē actū bonuꝫ moralr̄: vel malum: vel ſm aliquē actum meritoriuꝫ vel demeritoriū. Intelligitur igit̄ q̄ſtio de conformitate morali ſtricte: que ſolū fit per reſpectum ad actum bonū. ¶ Itē cōformitas eſt adhuc quintuplex. Una eſt ſimilitudinis ⁊ eſt quādo aliqua duo participant vnam formā eiuſdem ſpeciei vt duo homines albi: duo homines iuſti participant iuſticiam. Alia eſt conformitas imitationis ſeu rep̄ſentationis: et eſt quando aliqua duo ſic ſe habent ꝙ vnū eſt ſimilitudo alterius: vt ſpecies roſe ⁊ roſa. Hoc modo imago crucifixi eſt conformitas crucifixo: licet deficiat. Tertia eſt cōformitas exemplaritatis ⁊ eſt quādo vnū cōtinet exemplar alteri⁹: vt oculus meus eſt conforme exemplariter albedini quā videt: ita ſpeculū in quo ſpecies mea relucet eſt ſic cōforme. Differt autem iſte modus a ſecundo: quia ſpeculum licet contineat exemplar nō tamē eſt exemplar. In ſecundo autē ipſum cōforme exemplar. Quarta ē vniuocationis ⁊ eſt quādo aliqua duo entia includunt aliquid quod dicitur quidditatiue de ipſis. Hoc modo omnis creatura eſt cōformis deo: quia cōueniūt in conceptu quidditatiuo ſcꝫ ente. Quinta eſt cōformitas proportionis ⁊ illa conſiſtit in hoc ꝙ aliqua duo ſimiliter ſe habent ad alia duo. Verbi gratia. Sicut ſe habet animal ad hominē: ita color ad albedinem. Et de iſta eſt hic ad propoſitum ⁊ nō de alijs. ¶ Prima ꝓpoſitio. Nulla creatura poteſt cōformari deo cōformitate ſimilitudinis: patet ex deſcriptione. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Aliqua creatura eſt conformis deo conformitate imitationis: patet de clara viſione dei. Omnis em̄ intellectio eſt expreſſa obiecti ſimilitudo. Itēꝫ fruitio et gratia (vt dicit Bonauentura in textu) eſt ſic conformitas. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Omnis creatura quantūcunqꝫ imperfecta poteſt dici cōformis deo conformitate imitationis quia quelibet res eſt veſtigium trinitatis non tamen perfecte. ¶ Quarta propoſitio. Aliqua creatura poteſt conformari deo conformitate exemplaritatis. patet quia anima noſtra facta eſt ad imaginem dei et continet imaginem ⁊ ſimilitudinem dei. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Poſſibile eſt voluntatē noſtrā conformari deo ſeu voluntati diuine cōformitate ꝓportionis. Nam ſicut deus vult me libere amare parentes propter deū: ita ⁊ ego poſſum velle. ¶ Itē triplex eſt cōformitas qua vna voluntas poteſt cōformari alteri ſcꝫ obiectiua: obeditiua ⁊ qualitatiua. Obeditiua eſt qn̄ aliqua volūtas vult illud qđ alia volūtas iubet eā velle vt de p̄ceptis dei ſcꝫ de honore parentū ⁊c̄. Obiectiua eſt qn̄ vna voluntas vult idē obiectū qđ vult alia vt xp̄i paſſionē voluit deus: et iudei volebant. Qualitatiua eſt illa qn̄ aliqua volūtas vult taliter obiectū qualiter alia volūtas vult ipſam velle. Vel qn̄ due voluntates cōſimili modo volūt idem obiectū. Patet autē ꝙ poſſibile eſt voluntatem noſtrā conformari voluntati diuine tam conformitate obiectiua q̄ꝫ obeditiua et qualitatiua.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat

in quattuor dictis. ¶ Primum dictum. Aliquid conformari alteri contingit du

pliciter: aut quantū ad ſimilitudinem: aut quantū ad proportionē. ¶ Secundum dictum. Aliquid conformari alicui ſm ſimilitudinē contingit tripliciter Primo modo quando aliqua duo participant eandem ſpeciē. Secundo quādo vnū eſt ſimilitudo repſentatiua alterius vt ſpecies coloris. Tertio quādo aliqd participat ſimilitudinē alicui⁹ ⁊ eſt p̄us dicta exemplaritatis. ¶ Tertium dictū. Cum proportio nihil cōmune requirat ipſa poteſt eſſe inter aliqua entia ſumme diſtantia. ¶ Correlariū. Cum deus et creatura ſumme diſtent: nihil tamē prohibet quin habeant proportionē. Item proportio entitatū eſt ſimilis comparatio rerum eiuſdem generis: diſtinguuntur autem proportio et proportionabilitas ſtricte capta. ¶ Quartum dictum. Voluntas noſtra poteſt conformari voluntati diuine per ſimilem habitudinem et proportionem: tam quo ad actum q̄ȝ quo ad obiectum volendi.

Queritur ſecundo. Vtrū

conformitas voluntatis noſtre ad diuinam faciat eam iuſtā. ¶ Reſolutio queſtionis ſtat in ſex ꝓpoſitionibus. ¶ Prima ꝓpoſitio. Conformitas voluntatis nr̄e attenditur ſm ꝓportionem et non ſm ſimilitudinē. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Duplex eſt ꝓportio voluntatis. Quedā em̄ eſt ad actum. Alia eſt voluntas ad obiectum volitū. Tertia ⁊ quarta ꝓpoſitiones declarabūt iſtā. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Similis ꝓportio ad actum conſiſtit in hoc ꝙ ſicut deus vult aliquid ex charitate ⁊ liberaliter iuſte ⁊ recto fine: ſic ⁊ homo velit. Et dicitur a doctorib⁹ conformitas in modo volendi. ¶ Quarta ꝓpoſitio Similis proportio ad obiectum ē vt qđ deus vult: etiā homo hoc velit: vt patet de iudeis. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Conformitas voluntatis noſtre ipſi voluntati diuine vel ad voluntatē diuinā. tam ſm actum q̄ȝ ſm obiectum eſt ſufficiens ad hoc vt volūtas noſtra ſit iuſta. ¶ Regula. Quotienſcunq̄ȝ voluntas noſtra conformatur voluntati diuine tam in obiecto volito q̄ȝ in ratione volendi tunc volitio noſtra eſt iuſta. Ratio em̄ volendi eſt modus volendi: iuſte: liberaliter ⁊c̄. ¶ Sexta propoſitio. Sola conformitas voluntatis noſtre ad voluntatē diuinam penes obiectum nō ſufficit ad iuſtificandum voluntatem noſtram. Unde ſi aliqs ex libidine vel auaricia (puta quia graue eſt ſibi patrem ſuum dominari ſibi et corripere ipſum propter mala facta: vel quia libenter haberet pecunias) vellet patrem ſuum mori: quē etiā deus vellet mori: ille peſſime vellet. Itē aliquis qui male contentus propter correctiones ſibi inflictas vel propter alias diſplicētias friuolas deponit prelatum ſuum: quem etiā deus vult non preferri propter humiliationem eius vel alias: non ſequitur ꝙ ille ſubditus habeat iuſtam voluntatem.

Alia eſt reſpōſio ad que

ſtionem: ⁊ ſtat in vna diſtinctione ⁊ q̄ȝ ꝑ propoſitionibus. ¶ Diſtinctio eſt talis. Triplex eſt conformitas: ſcȝ obiectiua: obeditiua: ⁊ qualitatiua: vt ſup̄ patuit. ¶ Prima ꝓpoſitio. Ubicunq̄ȝ eſt conformitas qualitatiua: ibi eſt conformitas obiectiua ⁊ nō econtra. ¶ Secunda propoſitio. Ubicunq̄ȝ eſt voluntas obeditiua ibi eſt conformitas obiectiua ⁊ qualitatiua: ſed non econtra. Prima pars patet: quia ſi obedit deo eſt de eodem obiecto volitio ſua de quo eſt voluntas dei: ⁊ eo modo ſecunda pars patet: quia aliquis poteſt facere opera ſupererogationis: puta ſi quis vellet ſeruare caſtitatē etiam nō aſtringendo ſe voto: et hoc propter deum ⁊c̄. Obediencia em̄ proprie eſt reſpectu preceptorū vel ad que quis obligatur ¶ Tertia propoſitio. Ad hoc ꝙ voluntas noſtra ſit iuſta non ſufficit cōformitas obiectiua. ¶ Quarta propo

ſitio. Quādocunq̧ voluntas noſtra eſt conformis voluntati diuine conformitate qualitatiua eſt ſemper iuſta. ¶ Quinta propoſitio eſt. Quandocūq̧ vero voluntas noſtra eſt cōformis voluntati diuine conformitate obeditiua etiam eſt iuſta. ¶ Pro ſolutione vltimi argumenti. Appetens vindictam non conformat ſe deo in modo ſiue in ratione volendi: qui appetit enim vltionem iniurie illate ſibi vt plurimum vult libidine vindicare. Si autem aliquis appetat ſolum zelo iuſticie (ſicut deus) ⁊ ex charitate: tunc dicerem eum habere volūtatem iuſtam. Et habere poſſumꝰ exemplū de ſancta Anaſtaſia que ſcripſit ſancto Criſogono vt oraret dominū ꝙ Publius vir ſuus moreretur ſi non ſit ad verā fidem preuiſus ne impediat ꝯfitentes xp̄m.

Circa ſecundū articulum querit̄ primo. Utrum teneamur conformare voluntatem noſtrā voluntati diuine in ratiōe volendi: ſcʒ ex charitate.

Reſolutio q̄ſtionis ſtat in vna cōcluſione.

¶ Concluſio eſt. Nos homines etiam viatores tenemur cōformare voluntatem noſtram voluntati diuine in ratiōe volendi ſic ſcilicet ꝙ ex charitate tenemur velle quod deus vult nos velle. Patet. Deus vult ꝙ diligamꝰ eum ex charitate. Perſuadetur ſic. Clarū eſt ꝙ deus non vult ꝙ diligamus eum dilectione non grata ſibi: id eſt dilectiōe quā repudiat: vel quam deacceptat: ſed dilectio dei non ex charitate ſeu in peccato non eſt grata deo. Et aliqui dicunt ꝙ deacceptet et repudiet (ſed ſatis eſt) de negatiua enim eſt nimis rigoroſa vt videtur: ergo deus non vult ⁊c̄. Minor etiam de mente doctoris Subtilis. vt videtur in tertio: qui dicit ꝙ aliquis non debet velle aliquem diligere deuʒ cuius dilectio non eſſet grata deo vt patet de demonibus. ¶ Correlarium. Quilibet tenetur ſub pena peccati mortalis habere charitatem.

Ad oſtendendū tamen

rigorem opinionis ſancti Bonauenture (licet vera ſit ſi bene intelligatur) quedā ſubiungenda ſunt argumenta ſiue rationes argumentorum. ¶ Arguitur primo contra eum. Non tenemur facere omnia opera noſtra ex charitate: ergo ⁊c̄. ¶ Itē arguitur ſecūdo. Peccator mortalis nō tenetur imediate ſemper poſt cōmiſſum peccatum ire ad confeſſionem niſi in certis caſibus: vt puta. Si quis debeat trāſfretare mare (eo ꝙ ſibi imminet periculū mortis) ſi eſt in peccato mortali tenetur confiteri. Itē ſi vadat per latrones ⁊ huiuſmodi: ergo ⁊c̄. ¶ Sanctus bonauentura declarando ſuam opinionem dicit. Attendendum autem ꝙ hec eſt obligatio ꝑ modum p̄cepti affirmatiui ⁊c̄. Ubi notandū ꝙ habere charitatem eſt preceptum affirmatiuū obligans ad ſemper ſed nō pro ſemper. Sic autem teneor cōformare voluntatē meam voluntati diuine vt non velim id qđ vult deꝰ: oppoſito modo illi mō ſm̄ quē vult deus: vt ſcilʒ non velim ex libidine ⁊ hmōi. ¶ Occaſione dictoꝝ ponende ſunt alique ꝓpōnes ꝑ ordineʒ. ¶ Prima ꝓpoſitio. Omnes habentes charitatem tenentur aliqn̄ ad eliciendum dilectionem dei ex charitate ſcʒ in quālibet die dn̄ica. ¶ Scd̄a ꝓpoſitio. Non habentes charitatem (ſicut peccatores) nō tenentur ꝓ impletione p̄ceptorum dei vt faciant opera ex charitate. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Peccator mortalis tenetur facere qđ in ſe eſt vt habeat charitatē ⁊ gratiā: ſed nō pro ſemꝑ: ſed ſufficit ꝙ in quadrageſima: niſi haberet aliaʒ cauſam: ⁊ hoc quo ad confeſſionē. Unde quāuis pctōr ſūmo affectu et feruore monendus ſit vt ſe citiſſime cōuertat: tamen

deus nõ indiget mendacio ad ſaluandũ
hominẽ. ¶ Lege verba doctoris ſeraphi-
ci q̃m ꝓ totam queſtionẽ hanc breuia ſen
tentioſa ꝛ pulcherrima ſunt verba illi⁹.
Unde in ſolutione penultima dicit ꝙ li-
cet non ſit in potentia propinqua pecca-
toris vt habeat charitatem: eſt tamen in
poteſtate eius diſpoſitiua: poteſt eñ qui-
libet facere quo facto habeat charitatẽ.
Et ideo ſi nõ facit imputatur ſibi nec ex-
cuſatur per impoſſibilitatem: quia nõ eſt
impoſſibilitas vbi ſuccurrit aliunde po-
teſtas. In vltima vero ſolutiõe dicit. Si
autem queras quis ſit locus ꝛ tempus ꝓ
quo ſcilicet quis tenetur facere quod in
ſe eſt. Reſpondet. Melius docet vnctio
q̃z ars: tamen quando dominus viſitat
peccatorem interiori allocutione: vel ex-
teriori p̄dicatione: vel alio q̃tali in quo eſt
opportunitas redeundi ad cor: ſi tunc ne-
gligat inducit in contemptum ꝛ obmiſſio-
nis peccatum. Hec ille.

Secũdo querit. Utruz

teneamur conformare voluntatẽ noſtrã
voluntati diuine in volito. i. vtruz tenea
mur velle id quod deus vult. Queſtio
hec eſt de conformitate obiectiua.

Reſpõdẽdo ad q̃onem

doctor Seraphicus duas ponit opinio
nes. ¶ Prima opinio eſt wilhelmi anti-
ſiodorenſis et conſiſtit in tribus dictis.
Eſt autem queſtio iſta de conformitate
voluntatis viatoris ꝛ non beati ad diui-
nam voluntatem. ¶ Primũ dictuz. Nos
viatores non tenemur conformare volũ-
tatem noſtram voluntati diuine in omni
eo quod vult deus: ſed ſolum hoc eſt per
fectionis ꝛ ſupererogationis. Dicit̄ via-
tores: quia beati tenentur ſe conformare
voluntati diuine: quia omnia vident in
eſſentia diuina: et ſic ſciunt voluntatem
dei: ſecus autem eſt de nobis. ¶ Secun-
dum dictum. Nos viatores ſolum tene-
mur conformare voluntatem noſtraz vo
luntati diuine in omnibus his volitis q̃
ipſe deus vult nos velle. Quedam enim
ſunt ſimpliciter volita efficaci volunta-
te que tamen deus nõ vult nos velle. Ex
emplum ſicut ſolem radiare. Item vult
pluere ſepius ꝛ tamen eccleſia rogat vt
non pluat. ¶ Tertium dictum. Illa que
deus vult viatores velle: ſũt illa que de⁹
precepit vel prohibuit. ¶ Hec opinio vi-
detur eſſe magis pia: ſequens autem eſt
magis deuota que eſt ipſius ſancti Bo-
nauenture. Unde dicit Auguſtinus ꝙ
filius vult patrem non mori: quem tamẽ
deus vult mori. ¶ Sanctus bonauentu-
ra vero dicit ꝙ licet iſta via ſit facilior: ta
men quia Auguſtinus dicit. Impi⁹ eſt
cui non placet diuina prouidentia: non
tamẽ videtur ꝙ homo teneatur velle dei
mandata: ſed etiam ꝙ teneatur velle dei
opera. Illud tamẽ dictum faciliter po-
teſt ſolui: quia vel non placet intelligi-
tur pure negatiue ꝛ ſic nõ eſt verum alio
quin quilibet dormiens eſſet impius.
Uel poteſt intelligi contrarie et remur-
muratiue: ꝛ ſic habet veritatem: et tunc
non eſt contra nos.

Eſt igitur ſecunda opi-

nio ipſius ſancti Bonauenture (quam ꝛ
Gregorius de arimino tenet) que in tri-
bus ſtat dictis. ¶ Primũ dictum. Nos
viatores non tenemur velle omne quod
deus vult: ſed ſolum quod vult ꝛ innote
ſcit nobis: nec adhuc omne tale tenemur
velle. Hec tertia pars patet: quia innote
ſcit nobis ꝙ bñplacitũ eſt deo intrare re-
ligionẽ: nec tamen tenemur. ¶ Scd̃m di
ctum. Oĩa illa que ſcim⁹ deum velle vo
luntate abſoluta: tenemur velle abſolu-
te: licet poſſim⁹ velle oppoſita illoꝝ volũ-
tate cõditionata: ſcꝫ ſi placeret deo. Uñ
xp̃s ſm̃ voluntatẽ humanã nolebat con
ditionaliter mortẽ ſuã. Uñ orabat. Pa-
ter ſi poſſibile eſt tranſeat a me calix iſte.

¶ Tertium dictũ. Deus oſtendit ſe ali-
quid velle quattuor modis ¶ Primo mo
do oſtendit ſe aliquid velle volũtate ab
ſoluta ⁊ ꝗtum in ſe eſt. Hoc modo deus
vult omnia bona ſiue bona nature ſiue
bona moralia. Secũdo modo de⁹ oſten-
dit ſe aliquid velle voluntate abſoluta
ſed tamen ꝗtum in ſe eſt vellet oppoſita
Hoc modo deus vult omnes penas in-
fernales ⁊ ſimilia. Vult enĩ abſoluta vo
luntate: quia ſic fit. Sed tamẽ ꝗtum in
ſe eſt nõ vellet: quia magis vellet nos nõ
peccare ⁊ per conſequens non damnare.
Unde Eſaie ꝓmo. Heu heu conſolabor
ſuper hoſtibus meis. Unde hugo dicit
ꝙ in nobis voluntas eſt triplex. ſcȝ ratio-
nis: pietatis: ⁊ carnis. Voluntas ratio-
nis eſt ipſa volũtas deliberatiua inꝗtũ
reſpicit deum vel alia obiecta in ordine
ad deum qui eſt eternus. Voluntas pie-
tatis eſt que ſolum reſpicit tẽporalia in-
ꝗtum cõuenientia ſunt. Et eſt volũtas
deliberatiua. Nam hac voluntate beata
virgo magnũ meritum habuit. ¶ Conſi
derandum eſt hic ꝙ ſicut eadem volun-
tas dicitur portio ſuperior quãdo reſpi-
cit eternum: vel alia in ordine ad eterna
⁊ inferior dicitur inquantũ reſpicit tem-
poralia: ſic etiã eadem voluntas dicitur
rationis ⁊ pietatis. Dicitur voluntas ra
tionis ſicut portio ſuperior: et voluntas
pietatis ſicut portio inferior. Voluntas
autem carnis eſt appetitus ſenſitiuus.
¶ Unde in chriſto vt dicit hugo fuerunt
quattuor voluntates ſeu appetitus. Pri
mus eſt appetitus rationis increate ⁊ vo
catur ab ipſo voluntas deitatis ⁊ eſt vo-
luntas diuina. Alius eſt appetitus ratio
nis create: ⁊ eſt voluntas intellectui cor-
reſpondens creato. Tertius eſt appetit⁹
pietatis. Quart⁹ eſt appetitus ſenſitiu⁹.
Et iſte ſubdiuidi poteſt in quinq̃ appeti
tus partiales. Unde dicit ipſe ꝙ volun
tas deitatis ſententiã per iuſticiã dicta-
bat. Voluntas rationis per obedientiã
veritatem approbabat. Volũtas pieta-
tis per compaſſionẽ in malo ſuſpirabat.
Voluntas autem carnis per paſſionẽ in
malo proprio murmurabat. Eſt tamen
notandum ꝙ murmurare capitur ab hu
gone improprie non prout eſt peccatum
quando dicit ꝙ voluntas carnis in xp̃o
murmurabat: hoc eſt naturaliter maxi-
me dolebat. Tertio modo deus oſtẽdit
ſe aliquid velle ꝗtum in ſe ẽ circa quod
conſiſtit ſubſtantialiter ordo ſalutis cu-
iuſmodi ſunt precepta et prohibitiones.
Et ad volendũ omnia talia abſolute te-
nemur. ¶ Correlarium. In iſtis tribus
modis tenemur conformare voluntatem
neſcio nec inuenio a ſanctꝭ determinatū:
tn̄ crediꝭ ꝛ diciꝭ a multis doctoꝛibꝫ ꝙ ipe
lucifer ſit religatus a tempoꝛe paſſionis
chꝛiſti ſoluendus tempoꝛe antichꝛiſti vel
circa: ꝛ ꝙ etiā aliqui demones deſcendūt
ad toꝛquēdas aīas ſm̄ ꝙ ſunt inter ſe de
putata maledictiōis officia. Et nota ꝙ
aer habet tria interſticia. Supꝛemū qđ
dicꝭ ether ꝛ eſt ꝑs aeris vicina ꝛ cōtigua
ſpere ignis calidiſſima ꝛ ſubtiliſſima ideo
inhabitabilꝭ. Infimū interſticiū eſt pars
aeris cōtigua terre vbi ſumus ꝛ tēperaꝭ
ꝑpter reflectionē ſolis. Mediū interſti-
cium ē media ꝑs aeris obſcura ꝛ tenebꝛo
ſa vbi fiūt tonitrua coꝛuſcationes ꝛ alie
impꝛeſſiones methꝛeoꝛice q̄bus demones
frequēter imiſcēt ſe ꝛ cauſant in eis effe-
ctus mirabiles qui nō poſſunt fieri pure
naturalꝛ: eo mō quo fiūt a demonibꝫ ap-
plicatiue tamē. Nō autē q̄re ſunt in hoc
aere eſt ꝑpter humanū exercitium ſicut
enī dicit Auguſtinꝰ. Nunq̄ꝫ deus quos
pꝛeſciebat futuros malos eos feciſſet niſi
pariter noſceret q̄ bonoꝛū vſibus eos
accommodaret. Unde diuina diſpoſitio
hoc exigit vt etiam de pꝛeuaricantibus
angelis obſequium quodāmodo electo-
rum trahat ꝛ eliciat. Scit enim bene vti
maloꝝ pꝛauis voluptatibus: et ideo eos

nō detruſit in infernum ſed locū aptum
dedit eis: tum q̄tum ad ſtatum peccati:
tum q̄tū ad locū exercitij ſiue belli. Aer
em̄ caliginoſus ꝑpter caliginē conuenit
tenebroſitati culpe: ſꝫ ꝑpter mobilitatē
et ſbtilitatē ꝯuenit velocitati āgelice. vn̄
Gregorius dicit ꝙ frequenter circa nos
volant ſicut muſce. Circa hoc etiā extra
litterā q̄ri poſſet. Utrū ſit in inferno re-
demptio. Reſpondeo. In inferno nulla
eſt redemptio. Si dicat̄ contra de traia-
no ꝙ fuerit liberat⁹ ab inferno. ergo ꝛc̄.
Reſpondeo. Aliqui doctores dicunt ꝙ
nō fuerit in inferno locali: ſed de⁹ ipſum
poſuerat in aliquo loco vbi puniebat̄ ꝑui
dens orationes gregorij pape ꝛc̄. Tamē
poteſt dici ꝙ nō eſt incōueniens ꝙ fuerit
in inferno ꝛ ab eo liberatus. Et illud di
ctum eccleſie in inferno nulla eſt redem-
ptio debet intelligi de lege communi vel
poſt diem iudicij. Uel ſm̄ alios: aliqui
ſunt in inferno cōditionaliter. alij autem
abſolute: ꝛ de iſtis vltimis pōt intelligi
dictum predictū. Et ꝓbabile eſt ꝙ mul-
ti fuerūt in inferno dānatoꝝ etiā ꝛ dam-
nati qui tamē fuerunt liberati: vt patet
de illis quos ſuſcitauerūt apoſtoli ꝛ alij
ſancti quorum multi exigentibꝫ peccatis
erant condemnati: vt patet de illo quem
ſuſcitauit beatus Iohannes euangeliſta.
Et de multis alijs: qui erant damnati
quos deus miraculoſe ꝛ ꝑter ſolitū morē
ſue iuſticie liberauit ꝛ ſaluauit.

Quarto querit̄ Utrum

demones ceciderūt in infernale ſuppliciū
id eſt verum cruciant̄ ſupplicio infernali:
ſcꝫ pena ignis. vtrum ſemꝑ portent ſecū
ignē ſuum. Reſpondeo ꝙ demones non
affligunt̄ pena ignis nec habēt tormenta
ſibi debita: ſed pena eoꝝ differtur vſq; ad
iudiciū vt nos exercitēt. In hoc etiā relu
cet miſericordia dei que ſuſtinet vaſa ire
apta in interitū in multa patientia vſq;
ad diē quo retribuet omnibꝫ ſm̄ factū ad
inuentionū ſuarum. Poteſt etiam dici ꝙ
iam demones affliguntur pena ignis ha
bendo tamē corpora ſibi inſeparabiliter
vnita vt dicit quedā opinio alia. Ignis
ſcilꝫ materialis qñ eſt approximatus cor-
pori animato ſenſibili: anima ſenſitiua
habet duplicē actionē. Unā intentiona-
lem ꝛ equiuocā. aliam realem ꝛ vniuocā.
Cauſat autem ignis vniuoce in corpore
ſenſibili calorē. Ignis autē approximat⁹
potētie appꝛehenſiue tanq̄ obiectū diſpo-
nens tm̄ in potentia ſenſitiua triſticiā et
dolorem. Et niſi iſta intentionalis eſſet
nūq̄ ignis affligeret corpus ſenſibile q̄-
uis ipſum deſtrueret ſicut facit in ligno:
ſed illa actio intentionalis qua ignis in
potentiā ſenſitiuā vel intellectiuā requi-
ritur ad cauſandū triſticiā ꝛ etiā ſufficit
ſine actione reali: ꝛ iſta ſola affliguntur
demones ꝛ anime: ꝛ ita demones habent
ſemper ab initio ſui caſus cognitionem
actualē ignis nō per pſentiā realē ignis:
ſed ſufficit ſpēs intellectual̄ ipſius ignis
nec poſſunt cogitare vl̄ intelligere aliud
ab igne: ꝛ hoc modo cupiūt vehementer
ſcꝫ intelligere alia ab igne ꝛ ꝑpter illam
voluntatē vehemēter affliguntur: ꝛ licet
aliud cogitent non tamē ita intenſe ſicut
ignē nec ita libere ſicut volunt.

Quinto querit̄ Utrum

int̄ demones ſit ordinū diſtinctio. Reſo-
lutio q̄onis ſtat in vna diſtinctiōe. ¶ Di
ſtinctio. Triplex ē ſtat⁹ angeloꝝ: ſcꝫ glīe
nature inſtitute: et nature lapſe. Stat⁹
glīe angeloꝝ eſt ſtat⁹ beatitudinis ipſoꝝ
in quo vidēt clare deū. Et ſic dico duas
ꝓpōnes. ¶ Prima ꝓpō. Angeli ſcti licet
nō fuerūt ſemꝑ in tali ſtatu: in ipſo tamē
ſtatu ſꝑ ꝛ ineternū ꝑmanebūt. ¶ Scđa
ꝓpō. Demones nūq̄ fuerūt in ſtatu glīe
nec vnq̄ erūt. patet q2 nūq̄ viderūt deū
clare ꝛ ibunt in ignē eternū. ¶ Stat⁹ na-
ture inſtitute. Eſt ille ſtatus in quo an-
geli fuerunt creati: iſte ſtatus fuit ſtatus
vie et in hoc fuerunt demones. ¶ Sta-
tus nature lapſe: Eſt ſtatus in quo ſunt

lapſi poſt pctm̄. ¶ In ſtatu nature inſti-
tute nullū fuit pctm̄. ſm iſtos tres ſtat⁹
pono tres ꝓpōnes. ¶ Prima eſt ꝙ in an-
gelis btis ꝗtū ad ſtatū glie ponenda eſt
diſtinctio ordinū ꝑfectiſſima ꝛ cōpletiſſi
ma. ptꝫ qꝛ diſtinctio ordinū complet̄ per
gratiā. ¶ Scđa ꝓpō. In angelis ꝗtum
ad ſtatū nature inſtitute ponenda eſt di-
ſtinctio ordinū licꝫ imꝑfecta: ptꝫ qꝛ ordo
inchoat̄ a natura ſm diuerſitatē donorū
naturaliū: ſed cōplet̄ ꝑ grām. ¶ Tertia
ꝓpō ꝙ in angelis malis ꝗtū ad ſtatū na
ture lapſe ponēda ē diſtinctio ordinū lꝫ
imꝑfecta ꝛ ꝑuerſa: pꝫ qꝛ in demonib⁹ per
manſerūt naturalia integra ꝛ ab ipſis in
choat̄ diſtinctio ordinū. Eſt aūt in ipſis
ꝑuerſus ordo: qꝛ ꝗ graui⁹ peccauit debe
ret oibus ſubeſſe: ſed ecōtrario ipſe ē rex
ſuꝑ oēs filios ſuꝑbie. Job. xli. In demo-
nibus licet poſſet dici ordo non tñ ierar
chia: qꝛ ierarchia ē ſacer ꝛ ſctūs pncipat⁹

Sexto querit̄. Utrum

inter malos angelos ſit ꝑlatio. Rñdeo ꝙ
ꝑlatio capit̄ pmo mō formalr̄ ꝛ ꝗdditati-
ue. Et ē ordo ſuꝑioritatis ꝑſone ꝑſidētis
ad ꝑſonas ſibi ſubiacētes. Prima ꝓpō ē
ꝙ in diuinis ad intra nulla eſt ꝑlatio pꝫ qꝛ
in diuinis nulla ꝑſona ꝑſidet aut ſubiacet
alteri: ſꝫ ſūt eq̄les loquēdo de diuina natu
ra. ¶ Scđa ꝓpō. In deo ad extra eſt ſu-
prema ꝛ pma ꝛ ſūma ꝑlatio ptꝫ qꝛ ꝑſidet
oib⁹ creaturꝭ. ¶ Tertia ꝓpō. In brutis
aīalib⁹ nulla ē ꝑlatio qꝛ in brutꝭ nō ſunt
ꝑſonalitates: ꝗ ꝛc̄. ¶ Quarta ꝓpō. Pa-
ſtor gregis vl̄ cuſtos porcoꝝ nō eſt ꝑlat⁹
reſpectu eoꝝ: pꝫ qꝛ non hꝫ ꝑſonas ſubie-
ctas. ¶ Quīta ꝓpō. Poſt diē iudicij nul
la erit ꝑlatio in creaturis pꝫ ꝑ apl'm. Nā
euacuabit oēm pncipatum ꝛ dñationē.
Ex ꝗ ſequit̄ ſexta ꝓpō ꝙ poſt diem iudi
cij ſolus de⁹ erit ꝑlatus. ¶ Septīa ꝓpō.
Prelatio nō dat relationē aliquā realem
ex natura rei exiſtentē in eo ꝗ dꝛ ꝑlatus:
ſed ſolū dat relationē rōnis. ptꝫ qꝛ cū ꝗs
eligitur in ꝑlatū nihil ſibi reale addit̄ ꝑ
illam relationē: ſed volūtas dei vel hoīs
facit illam relationē rōnis que eſt ꝑlatio
Scđo capitur ꝑlatio materialr̄ et appli-
catiue. Et ſic ꝑlatio eſt ꝗdā ꝓmotio qua
aliꝗs ꝓmouet̄ in ꝑlatū iure legittio facta
qñ fit ex electione. Aduertendū ꝙ aliqui
preſunt alijs ex iuſticia: vt ꝗ legitime eli-
gunt̄ vel ꝑponunt̄ alijs talis ꝑlatio eſt a
deo. Et de hac loqtur apl's. Ois ptās a
deo eſt. Et qui ptāti reſiſtit deo reſiſtit.
Alij ꝑſunt ex aſtutia vt ambitioſi qui ꝑ
phas ꝛ nephas ꝓcurāt ſuas electiōes. Alij
ꝑſunt ex violētia vt ꝑlati intruſi. Iſta pre-
latio ex aſtutia vel violētia pt dupl'r con
ſiderari. Uno mō ꝗtū ad ſubditos ꝛ ſic
eſt iuſta ꝛ ex deo qꝛ de⁹ approbat ꝛ acce-
ptat ꝓpter pctā ſbditoꝝ. Alio mō talis
ꝑlatio ꝗtū ad volūtatē ꝑſidētis eſt: ꝛ ſic
de⁹ nō acceptat nec a deo ē niſi ꝑmiſſiue
nō effectiue: pꝫ qꝛ eſt ex volūtate mala et
ꝑuerſa. Unñ ꝓpha. Ipſi regnauerūt ꝛ nō
ex me: pncipes extiterūt et non cognoui.
Unñ hugo de nouo caſtro dicit ꝙ ambi-
tioſi in ordine ꝑlationē affectātes peccāt
mortalr̄. Tertio mō capit̄ ꝑlatio vſualit̄
ꝛ executiue: ꝛ ſic ꝑlatio nihil aliud eſt ꝗꝫ
ipm exercitiū vel executio quā tenet ꝑla
tus exequēdo ſuū officiuꝫ ꝛ hec pōt eſſe a
deo vel non. Quarto mō Prelatio ante-
cedenter ꝛ acq̄ſitiue eſt modus ꝑueniēdi
ad ipſam ꝑlationē. Et hec ſilr̄ pōt eſſe a
deo vel a diabolo. Iterū duplex ē ꝑlatio
ſcꝫ ꝑlatio de iure ꝛ eſt aliq̄ auctoritas ad
iperandū aliq̄ ſm deū ꝛ ↄſciaꝫ. Et pono
ꝓpōnē ꝙ int̄ demones nulla ē ꝑlatio de
iure: qꝛ nihil imperant ſm deū et ↄſciam
Prelatio de facto eſt aliqua auctoritas
vſurpata ab aliquo per phas ꝛ nephas.
Hoc modo pono vnā ꝓpōneꝫ. ¶ Prima
Inter demones eſt ꝑlatio de facto ꝛ non
de iure. Probatur qꝛ filij tenebrarū quo-
dāmodo imitari conant̄ angelos bonos
licet falſo et imperfecto modo. Unde ſi-
cut vident angelos bonos ordinare offi-
cia exequi ſm impia ſapientioꝝ et maio-
rum ſimilit̄ ipſi faciūt maleficia. Unde

licet ſint iurgia inter eos tñ concordant ſimul ad ꝑſequendū hominez ſicut herodes ⁊ pylatus q̄ erāt antea inimici ad inuicem tñ facti ſunt amici ad ꝑſequēdum xp̄m. Sic ꝙ eſt ibi p̄latio nō electiōe nec violētia ſed credo ꝙ natura ⁊ diuina inſtitutione a ſua tñ ꝯditione data eſt vis adminiſtratiua ⁊ de⁹ ordinauit ꝙ vt minus ſapientes vel potentes magis potentibus ⁊ ſapientib9 ſubeſſent in miniſtrando. Si autez queraꝛ verū de iure ſit iſta p̄latio. Dicendū ꝙ nulla oīno eſt p̄latio de iure qꝛ cū ipſi demones ſubiectꝫ nihil ꝑcipiant niſi ꝯtra ius eo ꝙ ruperūt ius ⁊ fedus ſempiternuz: ideo nulla manet ibi iuris obligatio. Ex his ſequitur ꝙ talis obligatio nō eſt a deo niſi ꝑmittente ⁊ reſpectu ipſius p̄lati ſed bene ſi conſideraꝛ reſpectu eoꝝ q̄ ſe vinciūt. Iterū duplex eſt p̄latio ſcꝫ politica ⁊ ciuilis. Et eſt illa qua prelatus ſic p̄ſidet ſuis ſubditis vt aliqñ liceat ſubditis reſiſtere prelato et ipm monere. Alia eſt diſpolitica ⁊ ſeruilis. Et eſt illa q̄ aliq̄s taliter preſidet vt nō liceat ſubditis reſiſtere. Reſolutio q̄ſtionis ſtat in vna ꝓpōe. Inter angelos malos eſt p̄latio mala ptꝫ: qꝛ aliqui mali imperant ⁊ alij mali obediunt.

c Irca diſtinctionē ſeptimam queriꝛ p̄mo. Utrū affectio vel voluntas demonū poſſit rectificari. Reſpondeo ad q̄ōnem ꝑ ꝓpōnes quarū prima eſt. ¶ Volūtas diaboli q̄ntū eſt ex parte ſui ⁊ de lege cōmuni nullo mō pōt rectificari ꝑ gratiam nec ſufficiēter diſponere ad gratiā: qꝛ eſt in termino ⁊ extra ſtatū merendi. ¶ Secūda ꝓpō. De potentia tñ dei abſoluta pōt recipere gr̄am gratū facientem ⁊ ſufficienter ſe diſponere ad illā: qꝛ hoc nō implicat ꝯtradictionē quia eſt eiuſdem rationis cū voluntate boni angeli. Et ſi q̄ratur quare eſt impotentia reſurgendi a pc̄tis in ipſis demonib9. Reſpondendū. Tertia ꝓpō. Ad rectitudinē ſcꝫ infuſaz voluntatis ꝑ actuale pc̄ti lapſe duo neceſſario ꝯcurrunt ſcꝫ pn̄ia ex parte volūtatis: ⁊ gr̄a ſanans ex parte dei. patet illud Luce. xiij. Niſi penitentiam egeritis oēs ſimul peribitis. ⁊ illud Augu. Qui fecit te ſine te non iuſtificabit te ſine te. ¶ Quarta ꝓpō. Pn̄ia fructuoſa ⁊ gr̄a dei ſanans: perpetuo deerunt diabolo: idō deeſt ſibi oīmode via rectificabilitatis et hoc qꝛ eſt in termino. ¶ Correlariū. Voluntas ḡ demonū nō pōt rectificari pn̄ia fructuoſa: ⁊ illa eſt quā hꝫ viator cum hꝫ diſplicentiam de pc̄tis ſuis cum ꝓpoſito emendādi ⁊ ꝯfitendi ⁊c̄. Pn̄ia infructuoſa eſt quedā diſplicentia de pc̄tis ſiue de hītis circūſtantijs. Si queraꝛ vnde veniant defect⁹ gr̄e vel que ſit ratio. Rn̄deo. ¶ Quinta ꝓpō. Defectus pn̄ie fructuoſe eſt cauſa quare demon nō habet gr̄am gratificantez: quia ſi vellet penitere ſine fictione ⁊ cū ꝓpoſito emendandi de⁹ daret ei gratiā: nō ergo qꝛ deus nō dat gratiam: ideo nō recipit: ſed quia nō ſe diſponit: ideo deus nō dat gratiā. tum etiam quia pn̄ia informis eſt diſpoſitio ad gratiam: ⁊ hanc non pōt habere. Et nota ꝙ actus humani formati ⁊ boni ſunt quando fiūt ex charitate. Si autem fiunt ſine charitate q̄uis ſint boni dicuntur informes vt dare elemoſynā ſine charitate: et ſic de alijs. Pn̄ia ergo informis eſt diſplicētia de pc̄tis antequā aliq̄s habeat gratiam. Si autē fit cuz gr̄a diciꝛ formata. Prima dꝛ attritio. Scd̄a cōtritio. Et ſi queras vnde ꝓuenit defect⁹ pn̄ie que requiriꝛ ⁊ p̄requiriꝛ neceſſario ad gratiam Et eſt querere quare non pōt penitere. Rn̄deo. ¶ Sexta ꝓpō. Quia gr̄a gratiſdata deficit in demonibus q̄ preuenit voluntatē vt peniteat: et ſine qua nemo vnq̄ꝫ ſe p̄parat ad gratiā: ideo non poteſt penitere. Idō dic ꝯtra ſcotū ꝙ nō ſufficit influentia dei gn̄alis ad hoc ꝙ q̄s peniteat vel faciat qd̄ in ſe eſt: ſed req̄riꝛ ſm̄ Bonauēturā neceſſario aliqua gr̄a gratiſdata ꝑueniens ⁊ p̄parans volūtatē ad

penitendū. Hec aūt grā nunq̄ deeſt pec
catori viatori: ſed ſemꝑ de⁹ ſtat ad oſtiū
cordis humani pulſans et volens ingre-
di ꝑ gratiā: hinc dicebat chriſt⁹ Joh. xvj.
Nemo pōt venire ad me niſi pater meus
traxerit eū. Et Paulus Rom. ij. Igno-
ras qm̄ benignitas dei ⁊c̄. Et ſi queras
q̄ eſt cauſa defectus grē gratiſdate. Re-
ſpōdeo ꝑ ſeptimā ꝓpōnē. ¶ Defect⁹ grē
gratiſdate in demonibꝫ nullā habet cau-
ſam effectiuā: ſʒ ſolū deficientē. ptʒ: q2 eſt
pura ꝑuatio. ¶ Octaua ꝓpō. Neq3 de⁹
neq3 natura angeli ē cauſa poſitiua defe
ctus grē gratiſdate in demonibꝫ. patʒ: q2
nulla priuatio habet cauſam poſitiuaʒ.
¶ Nona ꝓpoſitio. Ipſa culpa q̄ diabo-
lus ita egrotauit: vt nō pateat ſibi adit⁹
grē eſt cauſa defectiua q̄re nō habet gra
tiā gratiſdatā. ptʒ: q2 continue manet in
culpa: ſic ꝙ non vult penitere. Et ſi que-
ras quare diaboli peccatū fuit irremiſſi
bile: peccatū autē homis eſt remiſſibile.
¶ Notandū ꝙ ad hāc queſtionē eſt qua-
druplex opinio quarū tres prime nihil
valēt. ¶ Quarta. Eſt opinio Bonauē-
ture ⁊ ſumit rationē ꝑ cōparationē ad tē
pus ꝑfixū. Juſtiſſim⁹ em̄ iudex deus ꝑfi
xit angelis ⁊ hoi aliqd̄ tp̄s in quo eēnt in
ſtatu merēdi et demerendi ita ꝙ ī illo tꝑe
omne pctm̄ ſit remiſſibile: poſt aūt illud
tp̄s decreuit deus nullū peccatū remitte
re. Ideo durāte iſto tꝑe: qd̄ dicit̄ tēpus
vie nullū peccatū quantūcunq3 enorme
eſt irremiſſibile: ſed etiā in vltimo hyatu
vel ſuſpirio mortis adhuc peccator po-
teſt penitere digne ⁊ ſufficienter: poſt il-
lud aūt tp̄s nequaq̄ poteſt quis penite-
re: iuxta illud Job. Ubicunq3 ceciderit
lignū ibi erit: id eſt in cuiuſcunq3 obiecti
amore creatura fuerit inuenta in vltimo
vie: in illo eternaliter ꝑmanebit. Simi-
liter autē dicendum eſt de angelis q̄uis
tempus vie prefixū ipis angelis ⁊ angeli
cis naturis fuit multo breui⁹ q̄ tp̄s ꝑfi-
xum hominibꝫ. Nō aliūde ergo eſt pecca
tum angeli irremiſſibile q̄ pctm̄ homis:
ſʒ vtrobiq3 ē eadē ratio irremiſſibibilita-
tis: ſcʒ ſtat⁹ vie termin⁹. Iſtud aūt tēp⁹
ſm iſtū doctorē fuit ꝑfixū ipis angel' vſ
q3 ad primā auerſionē. Scot⁹ autē dicit
ꝙ fuit vſq3 ad ꝑcipiciū coꝝ de celo empy
reo. Et hoc mō aſſignauit Damaſcen⁹:
cū dicit ꝙ h̄ eſt angelis caſus qd̄ ē mors
hoibus. Et ſilr̄ Aug⁹. de fide ad petrū.
Sic creauit de⁹ angelos vt q̄ vellēt ꝑpe
tuo boni eſſent: ⁊ q̄ nollent nunq̄ eos di-
uino munere repararet: ⁊ ita fuit tp̄s meri-
ti ⁊ ſtat⁹ ꝑfixus vſq3 ad primū cōflictū.
Et hāc rōnē credo ꝓpriā et eſſe neceſſa-
riā. ⁊ ptʒ: q2 ſi aliqua paſſio ineſt aliqb⁹
ſubiectis ineſt eis ꝑ aliqd̄ cōe: ſed pctm̄
luciferi ⁊ iude vel alterius dānati eſt ir-
remiſſibile: ergo ⁊c̄. In conditione em̄ re
rū nō attendit̄ ratio miſericordie ⁊ iuſticie
ſed ſapie principalr̄. Decreuit em̄ ſapia
diuina in vniuerſo facere duplicem crea
turā rōnalē: ad hoc ꝙ vniuerſum eſſet cō
pletū. Unā corꝑi vnitā. Aliā abſolutaʒ
a corꝑe h̄ ē ſpūalē. Et qm̄ ſubā ſpūal' eſt
oino ingn̄abil' ⁊ incorruptibil': nō potuit
angel⁹ vnus ex altero ꝓduci: ideo ſimul
ꝑfecti ſunt ⁊ ſicut ſunt ſimul ꝑfecti ita ſil'
etiam glorificādi ſi ſint diſpoſiti ad ſiml'
glīficari. Et q2 ſunt ſpūales ⁊ nullū ha-
bent retardatiuū hinc eſt ꝙ ſunt conditi
in loco glorie: ⁊ ita de proximo ad glori-
am diſpoſiti ⁊ ratione nature ⁊ ratiōe lo-
ci: ⁊ ideo tempus meriti eſt eis ita breue
prefixum ſicut potuit. Homini autē q2
conditus eſt in corpore aiali ad procreā-
dum ꝓlem ad cultum dei ⁊ in remotiori
diſpoſitione a gloria ꝑfixus eſt ei termin⁹
diuturnior ꝓpter officiū procreandi ꝓlē.
Patet igit̄ ꝙ voluntas angeli non eſt re-
ctificabilis nec fuit a tꝑe ex quo cecidit:
quia em̄ fuit extra ſtatum meriti: certiſſi
me reuelata eſt ei ſua damnatio queād-
modū reuelat̄ vnicuiq3 anime cum egre
ditur de corpore. ſi ſit in peccato mortali
ſua eterna dānatio. Et ſicut beati nō poſ
ſunt timere dānationem: ita dānati non
poſſunt ſperare ſuam ſalutem cōtra ori-

genem qui nimis extulit miſericordiam dei: quia paris erroris eſt auferre deo actum iuſticie ſicut actum miſericordie. Origenes autē totum dei miſericordie attribuit ꝛ abſtulit locū iuſticie: ideo turpiter errauit. ¶ Qꝛ autem voluntas angeli non ſit rectificabilis: nō prouenit ex parte dei nec ex pte nature angeli nec etiā ex parte peccati. Qꝛ autē nō fuit ex parte dei patꝫ triplici rōne. Obſtinatio eñ male voluntatis vł impoſſibilitas ad rectitudinē voluntatis eſt defect⁹ nō poſitio: ergo nō habet efficientē cauſam ſed deficientē: ſed deus nullius eſt cauſa deficiens. ergo ꝛc̄. Itē de⁹ antecedenter vult omnes homines ſaluos fieri ꝛ angelos: vt dicit Damaſcen⁹: quia nō creauit ad penā ſed ad gloriam: ſi ergo nō vult angelos malos beatificari: hoc eſt ſolū voluntate conſequente: ſed conſequens voluntas eſt exceſſus ex cauſa vera: ergo voluntas dei non eſt cauſa ꝛc̄. ¶ Nota ꝙ hec propoſitio. Deus vult omnes homines ſaluos fieri eſt veriſſima et de neceſſitate fidei: quia continetur in ſacro canone biblie et quelibet propoſitio de ſacro canone predicto aſſertiua eſt concedēda de neceſſitate a quolibet catholico. Hec autem ꝓpoſitio exponitur ab Auguſtino per diſtributionē accomodā. Sic dicendo. Deus vult omnes homines ꝛc̄. ſcꝫ qui ſaluabunť. Diſtributio accomoda eſt acceptio termini cōmunis ꝓ omnibus ſuis ſimplicibꝫ q̄ continenť ſub verbo vel participio poſito in propoſitione. Damaſcenus aūt ſic exponit predictam propoſitionem per duplicē voluntatem dei: ſcꝫ ꝯſequentē ꝛ antecedentē. Voluntas aūt añcedens eſt illa que reſpicit dona naturalia et regulas iuſticie legalis in vniuerſali: ꝛ ſufficientia adiutoria ad ſaluteꝫ. Deus eñ dedit dona naturalia cuilibet nature intellectuali mediantibꝫ quibus poteſt natura intellectualis cōſequi ſalutem que quidem dona ſunt intellectus et volūtas. Dedit precepta decalogi que ſūt regule iuſticie diuine per quorum obſeruantiam poſſumus ſaluari. Dedit etiam adiutoria .i. ſacramenta diſpoſitiua ad grām: ergo hac volūtate añcedēte vult de⁹ oēs hoīes ſaluos fieri. vt patet ex predictis: hec ille. Voluntas ꝯſequēs eſt que reſpicit particularia iudicia et in particulari facta ſm̄ merita ꝛ demerita hoim particulariū ꝛ angeloꝝ. Nota ꝙ differentia eſt inter legem et iudicium. Lex eſt de vniuerſali vt hec lex. Omnis homicida eſt interficiēdus. Iudiciū eſt q̄ſi cōcluſio ſylogiſmi: cui⁹ maior eſt lex: et minor eſt probatiua alicui⁹ particularis ꝛ cōcluſio eſt iudiciū. Voluntas conſequēs dei ꝗtum ad ſalutē ꝛ damnationē preſupponit materia vł demerita ex parte eius circa quē operatur talis voluntas dei ſcꝫ ꝯſequens: quia neminē ſaluat vel dānat niſi propter meritum vel demeritum. Volūtas dei conſequens ſemper impletur que dicitur bene placiti. Volūtas autem antecedens que eſt voluntas ſigni non ſemper impletur. ¶ Tertia ratio eſt ꝙ nō eſt ex parte dei: quia ſi diabol⁹ peteret veniā a deo haberet: quia deus nullum reſpuit ꝯfugientē ad ſe ſm̄ Ambroſiū. Sed diabolus nūꝗ̄ poteſt petere veniā. Nota exemplum de Machario. Probatio. Licet eñ diabolus poſſit petere veniā de potentia dei abſoluta: nō tamē poteſt de potentia dei ordinata. Ideo iſta conditionalis: ſi diabolus peteret veniam haberet: eſt veriſſima. Licet vtraꝗ̄ pars ſit īpoſſibilis de potentia dei ordinata. Probatur ꝗ̄tum cūꝗ̄ homo deo ſeruierit: ſi penitet de bonis deus bona preterita non acceptat: ergo ſimiliter. ſi penitet de malo videť ꝙ mala remittat et hoc pertinet ad ſumme miſericordem deū: ergo ratio quare voluntas diaboli nō pōt rectificari nō pōt venire ꝑncipaliter ex parte dei. Item ꝙ nō ſit ex parte nature angeli: eſt eñ eadē natura q̄ fuit in ſtatu īmortali. Vnde Aug⁹. de fide ad petrū. Si natura hu-

mini poſtq̄ a deo auerſa eſt: bonitatez ꝓdidit voluntatis: ex ſeipſa rurſus hr̄e potuiſſet: multo poſſibili⁹ habet ħ natura angelica q̄ȝ humana: que quanto maius grauabat pondere terreni corꝑis tanto magis hac eſſet ꝑdita facultate. Item qꝛ angel⁹ peccādo nō amiſit liberū arbitriū qm̄ liberū arbi. eſt ei gn̄al' ꝛ natural' ſꝫ ſm rōnē liberi arbitrij erat ſuſceptibil' rectitudinis a ſui natura: ḡ ꝛc̄. Itē ſi natura eſt cauſa illi⁹ impoſſibilitatis: ꝛ cuiuſcunq; per modū nature eſt cauſa ſil'r deus eſt cauſa: quia ſola volūtas aduerſatur deo ꝛ omnia obediunt deo excepta voluntate creata: ergo eſſet cauſa qui talem fecit naturā: ergo ꝛc̄. Q' aūt non ſit impotēs ex rōne pc̄i. patet: quia quātulacunq; gratia ſi aduenirет volūtati diaboli expelleret totam culpam et hoc gratia gratūfaciens. Sed morbus qui modico remedio adueniēti pōt curari nō dicitur de ſe incurabilis: ſed ꝓpter defectū remedij ſi illud non aſſit: ergo impotens rectitudinis in voluntate angeli non eſt ratione culpe principaliter. Et nota q̄ vnum ꝛ idem peccatū qḋ eſt primo curabile ſolo tranſitu tꝑis fit incurabile. Reſpōdeo q̄re pcc̄m angeli eſt irremiſſibile eſt ex parte ſtatus: quia eſt in termino et extra ſtatum merendi: ſic decreuit ſapiētia dei q̄ voluntas creata exiſtens in termino cū pcc̄ō mortali non poteſt rectificari per gratiā gratumfacientē. ¶ Suppoſito q̄ in volūtate demonis nō ſit poſſibilis rectificatio.

Querit' ſecundo. Utrū

ſit in eis male volūtatis ꝯtinuatio. Uoluntas capit' pro ipā volitione. Primus terminus declarandus eſt malū. Malicia ꝛ bonitas opponunt': qꝛ q̄t modis dr̄ vnū oppoſitorū tot modis et reliquum. Dicamus ḡ de bonitate q̄ q̄tuor ſunt. ¶ Prima bonitas vocat' naturalis et entitatiua et eſt illa q̄ ꝯpetit volitioni vel actui volendi inq̄ȝtum eſt ens poſitiuuz ꝛ hec bonitas ꝯuenit om̄i enti. Un̄ vidit de⁹ cūcta q̄ fecerat: ꝛ eſt ꝓpria paſſio entis: ꝛ bn̄ ſequit' ħ eſt ens: ḡ bonū. ¶ Prima ꝓpō. Q' om̄e ens eſt bonū bonitate naturali ꝛ entitatiua. ptꝫ: qꝛ bonū ē paſſio entis. ¶ Scḋa ꝓpō. Oēs volitiones demonis ꝛ oēs act⁹ volēdi q̄s hꝫ: ſunt boni volūtate naturali ꝛ entitatiue. ptꝫ: qꝛ ille volitiōes ſūt entia: iō q̄ſtio nō eſt de iſta bonitate. ¶ Tertia ꝓpō. Nulla entitas repugnat ꝯrie ipi bonitati naturali ꝛ entitatiue. ptꝫ: qꝛ ſi eēt aliq̄ entitas repugnās bonitati naturali: illa nō eēt bona: qꝛ oē ens bonuꝫ: ḡ bonitas repugn̄ret bonitati qḋ eſt īpoſſibile. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Malicia q̄ opponit' bonitati ipſi naturali ē ꝑuatio vl' defect⁹ bonitatꝭ entitatiue debite: vt mors q̄ ē ꝑuatio vite. Malicia ḡ naturalis ē carētia ſeu priuatio entitatis debite ꝯuenientis: et pōt dici mōſtruoſitas accipiēdo mōſtruoſitatez ꝓ ꝑ ſe ſignato: qꝛ ꝓ denoiato eſt bn̄ entitas. ¶ Scḋa bonitas dr̄ ex gn̄e: ꝛ ē q̄ ꝯpetit volitiōi ſm q̄ trāſit ſuꝑ obiectū ꝯueniēs ſm dictamē rōis: vt ē dare elemoſynā vl' nolle dare elemoſynā paupi. Et nota q̄ aliqḋ obiectū ꝯueniēs potentie dr̄ vno mō ex natura rei: vt lum ē ē obiectū ꝯueniēs potētie viſiue. Alio mō obiectū dr̄ ꝯueniēs potētie ſm rectā rōnē. Et dr̄ bonitas ex gn̄e: ꝑ ſilitudinē ad genus logicū: qꝛ gen⁹ logicuꝫ eſt ꝯtrahibile ꝛ ꝑfectibile ꝑ differētias: ita gen⁹ morale ꝯtrahit' ꝑ circūſtātias tāq̄ȝ ꝑ differētias: vt dare elemoſynā paupi: de ꝓpo: ꝓpt' deū. nō oportet ḡ oēs volitiōes demonū eē malas malicia q̄ opponit' iſti bonitati ex gn̄e qꝛ cū diligūt ſeipos: ille act⁹ diligēdi trāſit ſuꝑ obiectū ꝯueniēs ſm rectā rationē: odiūt etiam penam. Malicia autē ex genere eſt que competit volitioni inq̄ȝtum tranſit ſuꝑ obiectum diſcōueniēs ſm rectā rationē: vt odire deū: ꝛ diligere malū vel pcc̄m: ꝛ dare elemoſynam diuiti. ¶ Tertia ē moral' ꝛ v'tuoſa: ꝛ dr̄ bonitas ex circūſtantia que cōpetit actui vel vo-

litioni ſm q̃ elicit̃ cũ omib⁹ circũſtãtijs
dictatis a recta rõne ſibi debere cõpete/
re: vt dare elemoſynã pauperi: de ꝓprio
ꝓpter deũ. Et huic ↄcordat Dionyſius
dicẽs: q̃ bonum ↄſtat ex cauſa integra. i.
omib⁹ circũſtãtijs. Malicia aũt moralis
eſt q̃ cõpetit volitioni ex defectu alicui⁹
circũſtantiaꝝ q̃ deberet ↄuenire actui: vt
dare elemoſynã paupi de furto: vel ꝓpt̃
vanã gl̃iã. Et de iſta malicia põt eẽ q̃ð:
z põt rñderi ad q̃ſtionẽ: q̃ oẽs volitiões
demonũ ſunt male malicia ex circũſtan/
tia. p3: q2 q̃cq̃d faciũt ad malũ inferunt
finaliter: z ſic nunq̃ bonũ faciũt ſ3 ſemp
malũ. ¶ Quarta eſt theologicalis boni
tas meritoria ſiue gratuita z ẽ q̃ cõpetit
actui volũtatꝪ habẽti duplicẽ bonitatẽ
p̃cedentẽ: z cũ hoc addit q̃ actus ille eli/
ciat̃ ſm inclinationẽ charitatis: vt dare
elemoſynã paupi de ꝓprio: ꝓpter deũ: et
ex charitate. ¶ Prima ꝓpõ. Omis boni
tas meritoria p̃ſupponit bonitatẽ ex ge/
nere et virtuoſam. p3: q2 nullus actus
eſt meritori⁹ niſi v̾tuoſus: nec vi: tuoſus
niſi bonus ex gñe. ¶ Scða ꝓpõ. Omis
bonitas v̾tuoſa p̃ſupponit bonitatem ex
gñe nõ p̃ſupponit alias duas. Malicia
aũt demeritoria vel theologicalis ẽ que
eſt in q̃libet pctõ mortali: et ſic quelibet
trãſgreſſio p̃cepti diuini facta del ibera/
te eſt mala malicia demeritoria. Et de
iſtis duab⁹ malicijs ẽ q̃ſtio. Nota q̃ alið
eſt pctm̃ aliud demeritũ. Dãnati eñ cõ
tinue peccãt: nõ tñ cõtinue demerent̃: q2
ſunt extra viã: licet doctor iſte teneat cõ/
trariũ: ſ3 dimittit̃ a doctorib⁹. Prima p3:
q2 ſp̃ blaſphemãt deũ z odiũt. Scða p3:
q2 tũc eoꝝ pena ĩ infinitũ augeret̃ qð nõ
eſt ꝯiſile. ¶ Rñſio ad q̃ſtionẽ ſtat ĩ vna
diſtinctione z trib⁹ ꝓpõnib⁹. Diſtinctio
Poſſum⁹ loq̃ de malicia diaboli tripl̃r.
Uno mõ q̃tum ad deformitatẽ3. Alio
mõ q̃tũ ad inclinationẽ. Tertio mõ q̃/
tũ ad actualitatẽ. ¶ Prima ꝓpõ. Volũ
tas demonis ſp̃ ẽ mala q̃tũ ad deformi/
tatẽ: q2 ſp̃ remanet ĩ reatu pctĩ. Qñcũq3

eñ aliq̃s peccauit z trãſiuit act⁹ peccãdi
remãet deformitas a q̃ q̃s ð2 pctõr: z illa
ðformitas ẽ obligatio ad penã etnã: z q2
diabolus ex q̃ peccauit nũq3 penituit: ſp̃
q̃ eſt obligat⁹ ad eternã penã. Et ð2 hec
deformitas macula: q2 eſt diſcõueniẽs
aĩe. Dĩ aũt reat⁹ inq̃tũ terminat̃ ad pe
nã eternã: z inq̃tũ infligit̃ alicui ꝓpter
pctm̃ qð fuit ↄ̃ deũ dĩ offenſa: ita q̃ offẽ
ſa eſt reſpectu dei. ¶ Scða ẽ. Voluntas
demonis q̃tum ad inclinationẽ cõtinue
peccat: et ſemp̃ peccabit: licet alio mõ q̃3
pri⁹. Patet: q2 p̃mo appetijt excellentiã3
ſup̃ alios z adhuc appetit q̃tũ in ſe ẽ: ſed
h̃ eſt ſm inclinationẽ z ꝓnitatẽ. Cũ autẽ
p̃mo appetijt ſperabat h̃re: modo aũt nõ
ſperat hoc: ſ3 deſperat ð dominio ſiue ex
cellentia z maxie ſup̃ beatos. Nota pul/
critudo eſt ꝓportio mẽbroꝝ cũ ſuauita/
te coloris dicit Aug⁹. Nullũ perpetuũ3
violentũ intelligit̃ in agentib⁹ naturali/
bus z nõ liberis. ¶ Tertia ꝓpõ. Volun
tas demonũ cõtinuatiue eſt mala: q̃tũ3
ad actualem cõtinuationẽ peccatoꝝ: ita
q̃ ſordeſcens ſemper ſordeſcet q̃uis non
ſemp̃ vno genere peccati: ſed modo pec/
cat ĩ ſuperbia: modo odio: modo ira zc̃.
Ita q̃ ei⁹ volũtas infatigabilis eſt ſem/
per in actu peccati: quia non dormit nec
quieſcit: z ſm hunc doctorẽ q̃ omnia pec
cata que cõtinuat ſunt demeritoria: z ꝓ
ipſis punietur poſt iudiciũ: tñ ſm alios
illa non ſunt demeritoria: ſed ſolũ3 pena
peccati. Q2 aũt diabolus ſemp̃ ſit ĩ ma/
lo actu dicit Aug⁹. de fide ad petrũ. De
mones nõ poſſunt carere mala volunta/
te nec pena qð eſt intelligendũ habitua/
liter. Itẽ Hieronym⁹ idem ſibi arrogat
qð pri⁹ p̃ſumpſit. Et videt̃ rõne q̃ dia/
bolus eſt obſtinatus. Quid eſt obſtina/
tio. Eſt firmatio in priori malo: q̃ volũ/
tas diaboli eſt mala et firmata in malo
qð cõmiſit. Item angeli cõfirmati in bo
no ſunt ſemp̃ in bono actu habitualiter
et actualit̃ z eundẽ h̃nt quẽ habuerũt in
ſui glorificatione: ita q̃ tenent̃ oẽs beati

ſemꝑ ꝛ ad ſemꝑ diligere deū. Et ſi ꝑ inſtans breūs ceſſaret a dilectiõe dei peccaret mortalr. ergo ab oppoſitis ſilr videt̃ de demonibꝫ cū ſint obſtinati. Sed ꝯ̄ Jacobi. ij. Demones credūt ꝛ cõtremiſcūt: ſed credere ꝛ tremere nõ ſunt act⁹ male volūtatis: ergo videt̃ ꝙ aliqñ mouent̃ ſine obliquitate ꝛ ira ē aliq̃ interpolatio. Rñdeo ꝙ illud credere ꝛ timere qđ hñt demones eſt malū: nõ ex ſe ſed ex adiūcto qꝛ ꝑuertūt illud qm̄ cū murmure ꝛ īpaciētia credūt ꝛ timēt. Et nota ꝙ differūt credere deoꝛ ꝛ deū: ꝛ credere deū: ꝑmū ē credere ꝙ oīa vba dei ſunt vera. Credere deū eſt credere ꝙ eſt aliq̃s ſupm⁹ ꝛ pm⁹ pnceps toti⁹ mūdi ꝛ vniuerſi. Credere autē in deū eſt adherere deo ꝑ cognitionē ꝛ amorē. Et ſic nullus peccator credit in deū quia nõ tendit ad deū ꝑ cognitionē ꝛ amorē gratuitū. Et ſi dicas ꝙ ille timor quē habēt demones retrahit a malo. Dicendū ꝙ talis coꝝ timor eſt tā exilis ꝛ volūtas tam reproba ad pctm̄ qđ ꝓpt̃ hoc nõ ceſſant. Sicut in latrone q̃ timet furcā: tñ ꝓpter appetitū furandi nõ ceſſat a furto: in ipſo timore peccat: qꝛ diſplicet ei dei iuſticia quā formidat. ¶ Querit̃ vtrum ſit poſſibile odire deū. Rñſio ſcoti ꝙ iplicat ꝯ̄dictionē ꝙ de⁹ odiat̃: qꝛ nihil odit̃ niſi ꝓpt̃ malū aliqđ exiſtens vl' apparens: ꝛ in deo nulla eſt nec apparet malicia. Alij tñ fere oēs dicūt ꝙ volūtas creata põt ex ſua ꝑuerſitate odire deū ꝛ hoc ꝓpter ſuā libertatē ꝛ hec opinio videt̃ cõcordare ſcpturis. Uel dic etiā ꝙ deus in ſe ꝛ abſolute nõ põt odiri ſm ſcotū. Si autē cõſideret̃ inq̃tū puniēs ſic bñ põt odiri in ſuo effectu: ꝛ ſic poſſunt opiniones cõcordari.

Tercio querit̃. Utrum

in demonibꝫ ſit male volūtatis intenſio. ¶ Intenſio capit̃ pro aliq̃ augmētatione intenſiua alicui⁹ forme intenſionat̃ vt altitudo centū graduū: vl' malicia dr̃ intēſa ꝛ hoc mõ intenſio opponit̃ remiſſioni ꝛ hoc mõ capit̃ in q̃ſtione ꝓ augmētatione ſue malicie aut ꝙ ſit peior nūc q̃ꝫ qñ cecidit. ¶ Querit̃ ergo vtrū demones ſint peiores intenſiue nūc q̃ꝫ prius: ita ꝙ plura habeant pctā nunc q̃ꝫ prius. Reſponſio Bonauēture ſtat in ſequētibꝫ ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpõ. Duplex eſt vis in angelo ſiue bono ſiue malo: ſcꝫ cõtēplatiua ꝛ adminiſtratiua. Prima vis eſt intellectus ꝛ voluntas angeli inq̃tū recipiūt deū pro obiecto. ¶ Scđa eſt vis adminiſtratiua ꝛ eſt ipſemet intellectus ꝛ voluntas angeli inq̃tū reſpiciūt hoīem pro obiecto. Angeli em̄ facti ſunt ꝓpter duo: ꝓpter finē principalē q̃ eſt ipſe deus: ꝛ finē minus pncipalē q̃ eſt hõ. Uoluit em̄ deus vt res ſic eſſent condite ꝙ maiores iuuarēt minores: ꝛ qꝛ angeli ſunt multo maiores q̃ꝫ homies: ideo ab initio voluit deus ꝙ angeli eſſent miniſtri hominum. ¶ Nota ꝙ licet mater carnal' q̃tūcunqꝫ diligat ꝛ nutriat filiū ſuū dulciter ꝛ diligenter: adhuc ſancti angeli habēt maiorē curā de nobis et nos cõſolant̃ in omnibꝫ tribulationibꝫ noſtris. Et hoc ꝑ vim adminiſtratiuā. ¶ Scđa ꝓpõ. Malicia demonū q̃tū ad vim cõtēplatiuā nõ intenditur nec creſcit nec põt creſcere: ꝛ in hoc cõuenit cū prima opinione: qꝛ demones qñ ceciderūt pmo inſtãti oderūt deū ꝙ nõ potuiſſent magꝭ odiſſe: ꝛ qñ dr̃ ſuperbia eoꝝ q̃ te oderūt aſcēdit ſemꝑ intelligit̃ extenſiue nõ intenſiue. ¶ Tertia ꝓpõ. Malicia demonū creſcit ꝛ creſcet ꝯtinue vſqꝫ ad diē iudicij q̃tū ad vim adminiſtratiuam: qꝛ nouas malicias adinueniūt ꝛ fabricant quotidie. ¶ Quarta propõ. Ad incrementū volūtatis male ſiue demeriti nõ ſufficit mala actio: ſed requirit̃ ſtatus merendi ꝛ demerēdi: qꝛ poſt diē iudicij oēs dānati cõtinuabūt ſuas malicias. nõ tñ demeritorie qꝛ ſunt extra ſtatū merendi. ¶ Quinta ꝓpõ. Quia demones cõtinue demerent̃ ideo nõ ſunt ſimplr in termino: ſed ſunt ſm q̃d viatores: qꝛ cõtinue demerebūt̃ vſqꝫ ad diē iudicij: qꝛ nõ remanebūt ipuniti de malis q̃ nobis fa.

ciūt. In die iudiciȷ̄ aūt recipiēt plenā mercedē maliciaꝝ ſuaꝝ. Opinio ſcoti ē ꝙ demones ſūt in termino q̄tū ad h̄ qđ ē mereri ⁊ demereri ſꝫ mala q̄ faciūt ſūt pena pctōꝝ ſuoꝝ prioꝝ q̄uis nō habeāt tantā penā quātā habebūt poſt iudiciū: q̄ tn̄ ei debet ſed nō ꝑ nūc. ¶ Nota ꝙ duplex eſt cōtēptus dei q̄dā formal' ⁊ eſt odiū dei ⁊ blaſphemia ⁊ etiā idolatria quo de⁹ in ſe odit ⁊ iſte cōtēpt⁹ nō ē cōiter in pctōrib⁹ hoīb⁹: ſed ſemꝑ eſt in demonib⁹ ⁊ dānatis q̄ odiūt deū formalr̄ ſiue in ſe ſiue in effectu ſuo. Ali⁹ eſt ꝯtēptus virtual' ⁊ interp̄tatiuus ⁊ eſt aliq̄s act⁹: inordinat⁹ q̄ ppo nim⁹ volūtatē noſtrā voluntati diuine p̄ceptiue. Notandū ꝙ in quolibet ente eſt modus ſpēs ⁊ ordo. Iuxta illud. Oīa ī numero ⁊c̄. numer⁹ ē ſpēs: pond⁹ ē ordo: mēſura ē modus. Modus autē dī limitatū in ꝑfectiōe. Spēs importat pulchritudinē: ⁊ ordo importat inclinationē ad opus. Et ī iſtis ꝯſiſtit veſtigiū creatoris ita ꝙ mod⁹ repñſentat patrē cui appropat' potentia: ſpēs filium cui appropriat' pulchritudo: ⁊ ordo ſpūiſancto cui appropat' bonitas que eſt cauſa operationis.

Quarto querit' Utrum confirmatio īmutet libertatis arbitriū. Ita ꝙ ſit aliud ante ꝯfirmationē. aliud poſt. Iſta tria volūtas: libertas: ⁊ liberū arbitriū dicūt idē. ¶ Notādū ꝙ duplex eſt liberū arbitriū. ſ. increatū ⁊ creatum. Primū ē ipſa volūtas dei cui oīa ſubiacent. ¶ Prima ppō. Liberū arbitriū increatū ē formalr̄ ⁊ ex natura rei in deo: q꞉ nō eſt aliud q̄ ipſa volūtas. ¶ Secūda ppō. Liberꝝ arbitriū increatū ē ipſemet de⁹: q꞉ eſt in deo ex natura rei: ⁊ oīne tale eſt de⁹. ¶ Tertia ppō. Liberū arbitriū increatū nō ē vertibile de bono in malū. ¶ Quarta ppō. Liberū arbitriū nō eſt defectibile nec potēs deficere: ſed eſt īmutabile penit⁹. ¶ Quinta ppō. Liberum arbitriū increatū nullo mō pōt peccare: quia liberū arbitriū ē in deo ⁊ ſibi repugnat poſſe peccare de rōne liberi arbitriȷ̄. ¶ Sexta ppō. Poſſe peccare nō eſt libertas nec ꝑs libertatis vt dicit anſhelmus: q꞉ ſi de rōne libertatis eſſet poſſe peccare ꝙ deus poſſet qđ ē īpoſſibile. ¶ Nota ꝙ duplex eſt liberꝝ arbitriū creatū ſicut duplex ē voluntas creata q꞉ q̄dā eſt angelicū ⁊ q̄dā humanū. Angelicū eſt volūtas angeli. ¶ Prima ppō. Omne liberū arbitriū creatū ē vertibile de bono ī malum. ¶ Scđa ppō. Eſt defectibile ⁊ potens deficere. ¶ Tertia ppō. Et ſimpl'r mutabile ꝑ naturā. patet q꞉ cōſtat ꝙ angeli creati fuerūt boni oēs: ⁊ tn̄ aliq̄ eorū ſunt mutati de bono in malū ⁊ ꝑ ꝯñs fuerunt defectibiles et ſimpl'r mutabiles ꝑ naturā. ¶ Quarta ppō. Licet de rōne liberi arbitriȷ̄ incr̄eatū liberū arbitriū ſit: vt dicit poſſe peccare. Tñ rōnē liberi arbitriȷ̄ incr̄eatū eſt finitū ⁊ limitatū in libertatem ꝯſeq̄tur neceſſario poſſe peccare qđ eſt propria paſſio liberi arbitriȷ̄ creati. Triplex ē libertas liberi arbitriȷ̄ creati: ſcꝫ oppoſitionis diſparationis ⁊ effectualitatis. ¶ Prima ē libertas oppoſitionis ⁊ eſt q̄ liberū arbitriū ad eliciendū oppoſitos actus vt ſunt velle et nolle amare et odire. ¶ Prima ppō. Libertas oppoſitionis ponit ſimpl'r mutabilitatē ⁊ imꝑfectionem in libero arbitrio. patet: q꞉ qñ ſubiectum aliquod mutat' de vno oppoſito in aliud: eſt in eo mutabilitas ⁊ imꝑfectio: ſed libertas oppoſitionis eſt hmōi: ꝙ ponit ⁊c̄. ¶ Scđa ppō. Hec libertas nullo mō eſt ponēda in deo. patet q꞉ dicit imꝑfectionē ⁊ mutabilitatē. ¶ Tertia ppō. Deus nō hꝫ act⁹ oppoſitos in voluntate ſua: q꞉ nō ē liber libertate oppoſitiōis ſed deus ꝑ vnicū velle ⁊ ſimpliciſſimuꝫ vult omnia obiecta volibilia. Sicut intellectus eius ex ſua infinitate vnico actu intelligendi intelligit omnia intelligibilia. Si tu dicas ꝙ deus odit peccatū et diligit iuſticiā: ⁊ iſti actus ſunt oppoſiti. ergo ⁊c̄. Dicendū ꝙ vnus ⁊ idē actus licet ſit ſimpliciſſimus ſortitur tamē diuerſa

doia ſm diuerſitatē obiectoꝝ. Jta ꝙ in/
q̄tum trāſit ſuꝑ bonos dicitur amor vel
velle vel dilectio ⁊ inq̄tū tranſit ſuꝑ ma
los ⁊ pctm̄ dr̄ ⁊ odiū. Et ſic bñ ē diuerſi/
tas in obiectis ⁊ effectibꝫ:ſed nulla i ipſo
actu volendi. ¶ Scd̄a libertas dr̄ diſpa/
rationis: ⁊ eſt q̄ eſt ad diuerſa et diſpata
obiecta volibilia. ¶ Prima propoſitio.
Hec libertas diſparationis ē reſpectu om/
niū entiū non ſolū exiſtentiū ſed etiā im-
poſſibiliū q2 poſſuꝫ diligere illa q̄ nō ſūt
ſicut ea q̄ ſunt vt patrē meū q̄ nō ē. Et de⁹
dilexit oīa ab eťno diligibilia. ¶ Scd̄a
ꝓpō. Hec libertas nullā ponit iꝑfectōēꝫ
in voluntate ſed ꝑfectionē: q2 ꝑfectionis
eſt in aliq̄ potentia ꝙ ipſa poſſit attinge
re ad diuerſa obiecta q̄ ſunt ſua: ſicut in
intellectu ꝑfectōis eſt ꝙ poſſit intellige-
re oīa ſua obiecta. ¶ Tertia ꝓpō. Hec
libertas ē ponēda in deo cū dicat ꝑfectio
nem ⁊ diligat oīa diligibilia. ¶ Quarta
ꝓpō. Jſta libertas eſt oīno ꝑma ⁊ ꝑfecta
cū ponať in deo. ¶ Quinta ꝓpō. Jſta li
bertas ſtat cū neceſſitate in deo: q2 de⁹ di
ligit neceſſario ſeipſum et oīa diligibilia
ſibi complacentia : ⁊ tamen libere hac li-
bertate ¶ Tertia libertas effectualitatꝭ
eſt qua liberū arbitriū pōt ꝓducere va-
rios effect⁹ ad extra vt ē ſcribere ambula
re cātare. Et dr̄ ad extra q2 ad itra eſt li-
bertas oppoſitionis. ¶ Prima ꝓpō. Hec
libertas nullaꝫ ponit impꝑfectionē lꝫ non
ſit ꝑma. Prima ps pꝫ quia ponitᷣ in deo.
Scd̄a ptꝫ q2 p̄ſupponit libertatē diſpa/
tionis que eſt ad intra. Jſta aūt reſpicit
ad extra. ¶ Scd̄a ꝓpō. Hec libertas eſt
ponēda in deo: ptꝫ q2 de⁹ ꝓducit varios
effect⁹ ad extra. ¶ Tertia ꝓpō. Licet ꝗ
hec ponať ⁊ diſpationis: nō tñ ē libertas
oppoſitiōis vt ptꝫ. ŝ. ¶ Sciēdū tñ etiā ꝙ
adhuc eſt triplex libertas. Prima a ſerui
tute culpe. Secunda a ſeruitute pene.
Tertia a ſeruitute coactiōis neceſſarie.
¶ Prima ꝓpō. Liberū arbitriū angeloꝝ
mltō liberi⁹ ē libertate a ſeruitute culpe
poſt ꝯfirmationē q̄ñ añ q2 poterāt pecca
re tūc: mō nō. ¶ Scd̄a ꝓpō. Liberū arbi
triū angeloꝝ btōꝝ mltō liberi⁹ eſt q̄ñ añ
loquēdo de libertate a ſuitute pene. ptꝫ
q2 ante ꝯfirmationē potuerūt ſubiacere
pene: mō nō. ¶ Tertia ꝓpō. Nō ē maior
libertas poſt ꝯfirmatōēꝫ q̄ñ añ neceſſarie
coactōis. pꝫ q2 añ ꝯfirmatōēꝫ liberꝫ arbi
triū nō poterat cogi: ſic nec mō. ¶ Cōfir
matio ſic deſcribiť. Eſt ꝑſeuerātia conti/
nua firma ⁊ ꝑfecta volūtatꝭ in bono. Et
pono ꝓpoſitionē talē. ¶ Pria ꝓpō. Apl'i
q̄tūcūq̄ boni fueřt: nō tñ fuerẽ ꝯfirma/
ti: q2 nō fuit in eis ꝑſeuerantia continua.
¶ Scd̄a ꝓpō. Virgo gľioſa ab annis ſue
diſcretiōis fuit confirmata in gr̄a ꝑ diffi
nitionē ſupꝯdictā. ¶ Tertia ꝓpō. Johan
nes baptiſta ab ānis diſcretōis fuit ꝯfir/
mat⁹ in gr̄a: ptꝫ ex predictis. q2 cōfirma/
tio ē impoſſibilitas peccādi ꝑ gr̄am ꝓue
niens ſolū ex manutenētia dei oīpotētis
q̄ tenet ſemꝑ iuſtos in recta ⁊ bona volū
tate. ¶ Nota ꝙ duplex ē impoſſibilitas
peccādi: ſcꝫ ꝑ naturā ⁊ ꝑ gr̄aꝫ. Prima cō-
uenit deo ſoli: ⁊ ideo de⁹ nō eſt ꝯfirmatᷣ
in bono. Jſta ipoſſibilitas peccandi nō ē
cōmunicabiľ creature: q2 oīs creatura ē
vertibilis. Nā vertibilitas ē ꝓpria paſ/
ſio creature. ¶ Nota ꝙ mlti ſūt ſcti i pa/
radiſo qui excedunť in gr̄a a viatoribꝫ. vt
ſunt viatores in pn̄ti vita: ⁊ tñ pn̄t pecca/
re: illi aūt nō. per hoc notum eſt ꝙ nō eſt
gratia gratūfaciens: ſed gratia gratiſda
ta. Ex iſtis inferť ꝓpō ꝙ iuſti nō poſſunt
peccare. ¶ Queriť verū iſta impoſſibili-
tas peccandi ꝑ gr̄am: qua ſunt ꝯfirmati
beati poſſit cōicari viatori. Rn̄detur ꝑ
diſtinctionē ⁊ ꝓpoſitiōes. ¶ Diſtinctio
talis eſt ꝙ duplex eſt viator. quidam eſt
viator nō tñ purus ſed qui cū hoc etiam
vere eſt comprehenſor vt chriſt⁹ q̄ ab ini
tio ſue cōceptionis fuit btūs ⁊ vidit cla-
re deū. ¶ Prima ꝓpoſitio. Aliq̄s verus
hō viator licet non pur⁹ q̄ñdiu fuit in via
habuit tantam impoſſibilitatē peccandi
per gratiam quantum habent beati: vt
xp̄s: quia etiā ipſe fuit beatus ſicut mō.

¶ Secūda ꝓpoſitio. Apoſtoli poſt receptionē ſpūſſancti in die penthecoſtes: nō habuerūt impoſſibilitatē peccādi ꝑ graciam nec fuerūt ꝯfirmati tali ꝯfirmatiōe. patet ꝑ ſcripturā: qꝛ petrus fuit reꝑhēſus a paulo ⁊ reꝑhēſibilis erat: qꝛ recte nō ambulabat ad legē euāgelij: ⁊ ſicut ipſe qui erat ꝑncipalioꝛ peccauit: ſic alij potuerūt peccare: ḡ ꝓpō ē vera. ¶ Tercia ꝓpō. Licet ꝟgo glīoſa in inſtāti ſue ꝯceptiōis nō fuerit ꝯfirmata tali ꝯfirmatiōe: tñ in conceptione filij dei fuit ꝯfirmata tali cōfirmatione: ſcꝫ ꝙ habuit īpoſſibilitatē peccandi. pꝫ qꝛ aīa ipſiꝰ ꝟginis nūq̄ caruit grā: ⁊ nūq̄ fuit īfecta pctō originali: qꝛ ī eodē īſtāti tꝑis ꝯceptiōis marie tria fuerunt ſil' facta. Primo fuit aīa ꝟgis creata. Scdo in eodē inſtanti habuit graciā ḡtūfacientē. Tercio in eodē inſtāti tꝑis fuit aīa ipſiꝰ ornata ꝟtutibꝫ et charitate ⁊ ꝯiūcta corꝑi. Et tñ ꝓpt hāc grām acceptā nō fuit īpeccabil' vſq̄ ad incarnatiōnē filij ſui. pꝫ qꝛ qñ xp̄s ꝑmo ī vterū ꝟgis deſcēdit nō venit inanis ⁊ vacuꝰ ſꝫ venit cū magnis muneribꝫ: inter q̄ recepit tria ꝑncipalr. Primū ē ꝑfectiſſima charitas ⁊ tantā quantā nūc hꝫ: ⁊ maiorē q̄ vn̄ ꝟ dederit pure creature. Scd̄m donū vt pie credit' fuit clara viſio dei. vidit enim eſſentiā diuinā in q̄ viſione ſūme ⁊ ineffabiliter gaudebat. Licet nō ſemꝑ habuerit illā clarā viſionē q̄diu vixit ſed credo firmit' ꝙ tūc habuerit. Si eñ deꝰ dedit paulo hanc graciā ⁊ btō ſtephano vt legit' vel etiā moyſi quare negabimꝰ hāc graciā factā btiſſime matri dei: ſcā in conceptiōne filij ſui q̄ in natiuitate et reſurrectiōe ⁊ q̄ pluries vidit. Terciū donum fuit īpoſſibilitas ad peccandū. pꝫ qꝛ nullus motꝰ īordinatꝰ erat in ea. ¶ Quarta propō eſt ꝙ beata virgo glīoſa ſiue ante conceptionē ſiue poſt cōceptionē filij ſui nūq̄ habuit aliq̄s motus inordinatos ⁊ illicitos in parte ſenſitiua. pꝫ qꝛ illa aula ſctiſſima erat ꝑparanda ⁊ ꝯſecranda totalr̄ a ſpūſctō ſeruitio totiꝰ trinitatis

Ex quo ſeqt̄ur Rñſio ad q̄ſtionē ſcꝫ impoſſibilitas peccādi ꝑ graciā eſt cōicabilis creature pure. pꝫ de ꝟgine. Sed iohānes baptiſta non habuit īpoſſibilitatem: ſꝫ habuit bñ illā quā habuerūt apl'i. Reſolutio q̄ōnis ſtat in vna diſtinctiōe ⁊ tribꝫ ꝓpōnibus. ¶ Diſtinctio talis eſt ꝙ duplex ē mutatio alicuiꝰ rei: quedā ē ſm ſbām rei. Alia ſm ſtatū: ſicut hō qñ moritur ſm naturā ⁊ ſubām: ⁊ qñ infirmat' mutat' ſm ſtatū vel aliq̄s ꝟtis. Et eſt duplex mutatio: ſcꝫ q̄tū ad eſſe. Alia ē ſm bene eſſe: qꝛ illud idē liberū arbitriū voluntatē ⁊ libertatē quā habebant angeli ante cōfirmationē habēt poſt. Dionyſiꝰ dicit ꝙ in angel' naturalia remāſerūt integra. ¶ Prima ꝓpō. Eſt ꝙ cōfirmatio btoꝝ angeloꝝ non mutauit liberū arbitriū ipſoꝝ q̄tū ad ſbām vl' q̄tū ad ꝑmū eſſe pꝫ: qꝛ illud liberū arbitriū qđ prius habuerūt illud idē habent adhuc: qꝛ ſm dionyſiū in angel' naturalia remāſerunt integra. ¶ Scd̄a ꝓpō. Cōfirmatio beatoꝝ angeloꝝ mutauit liberū arbitrium ipſoꝝ q̄tū ad bñ eſſe ⁊ cōplemētū ⁊ q̄tū ad ſtatū. pꝫ qꝛ liberū arbitriū iā eſt liberius nūc q̄ tunc fuit. Iā eñ liberū eſt a ſeruitute culpe ⁊ pene vel miſerie. Et iō liberum arbitriū eorum eſt alteratum ⁊ nō aliud factū. Et quia queſtio querit. Utrum ſit factum aliud. Ideo ſimpliciter pōt reſponderi negatiue ꝙ non.

Queritur quinto. vtrū obſtinatio in demonibꝫ tollat libertatis vſū. ¶ Obſtinatio vno mō capit' ꝓ firma adheſiōe ī malo: q̄ eſt ꝑſeuerātia cōtinua ꝑfecta ⁊ firma in malo qđ obſtinatꝰ elicuit. Alio modo capit' pro impoſſibilitate reuertendi ad penitentiā fructuoſam. Et ſic deſcribit'. Eſt impoſſibilitas reuertendi ad dignū fructū penitētie ꝓueniens ex iuſticia dei punitiua: q̄ decreuit oēs dānatos nunq̄ ſibi reconciliari. ¶ Duplex eſt penitentia: ſcꝫ fructuoſa ⁊ infructuoſa. ¶ Penitētia fructuoſa. Eſt

doloꝛ voluntarie aſſumptus pro peccatꝭ a ſe cōmiſſis:inquātū ſunt offenſiua dei: ꝗ xp̄s nō penituit licet multa mala paſſus fuerit:qꝛ nō ꝓpter pctā a ſe cōmiſſa. Nec virgo glorioſa ꝯ Albertū magnū ꝗ dicit ꝙ fuit cōfeſſa beato iohāni euangeliſte. Si beata virgo cōfeſſa fuiſſet confeſſione ſacramētali in qua opoꝛtet confiteri:vł de moꝛtali vel ſaltem de veniali peccaſſet moꝛtalr̄ ꝯ illos ꝗ dicunt ꝙ habuit oīa ſacramenta. Eſt quia ip̄a pctm̄ nō habebat mētita fuiſſet ꝯfitendo. Penitentia infructuoſa. Et ꝗ caret aliquā circūſtantiarū ꝗ ſunt poſite in deſc̄ptione pnie fructuoſe. ¶ Vſus capit̄ quintupliciter. ¶ Primo cōmuniſſime ꝓ oī opatione alicuiꝰ potentie:vt ſecare equitare iḡ·thopicoꝝ. Cuiꝰ vſus eſt bonꝰ ip̄m ꝗꝫ bonū ē. ¶ Scđo cōiter pro actu frequenter elicito vt dicit victoꝛinꝰ ꝙ natura facit habilē:ars facileꝫ:vſus vero potentē. ¶ Tertio ꝓꝓꝛie ꝓ ꝗcunq̄ꝫ actu voluntatis elicito a voluntate vt dicit Augꝰ. ꝙ vti eſt aliꝗd aſſumere in facultatē voluntatis:vt amare vel odire. ¶ Quarto magis ꝓꝓꝛie vt diſtinguit̄ ꝯ actū obſtinatū ꝛ ſic vti eſt aliꝗd amare ꝓpter aliud vel eſt alicui adherere. ¶ Quinto ꝓꝓꝛiſſime ſcꝫ pro actu volūtatis recto vt diſtinguitur ꝯ abuti:ꝛ ſic vti eſt referre qđ in vſum venit in illud quo fruimur vt amare deum ꝓpter deū. Iſto modo capit̄ in q̄ſtione. ¶ Reſolutio q̄ōnis ē ꝙ vſus capitur triplr̄. Vno mō eſt actus elicitꝰ a potentia ſiue bonus ſiue malus. Et ſic vſus liberi arbitrij eſt libere velle aliꝗd. Alio mō vt eſt actꝰ elicitꝰ a potentia ad illū finē ad quē recte oꝛdinat̄:ꝛ ſic actus liberi arbitrij eſt rectitudineꝫ ſeruare in actu ad quā actus rectꝰ debet oꝛdinari. ¶ Prima ꝓpō. Obſtinatio nō aufert demonibꝫ libertatis vſum p̄mo mō captū. ¶ Scđa propoſitio. Obſtinatio aufert demonibus libertatis vſum ſecundo modo captū:quia non poſſunt habere vſum liberi arbitrij oꝛdinatum.

Sexto querit̄. Utrum cōfirmatio vel obſtinatio dirimat libertatis dominiū. Iſta q̄ſtio includit duas q̄ōnes ſcꝫ:Utrū angeli poſt cōfirmationē habeāt tantā poteſtatē ꝛ libertatē ſicut ante. ¶ Alia. Utrū obſtinati demones habeant tantā libertateꝫ ſicut ante. Reſolutio q̄ōnis ſtat in vna diſtinctiōe. Quoddā eſt dn̄ium libertatis qđ opponitur coactioni. Aliud eſt qđ opponit̄ ſubiectioni. ¶ Prima ꝓpō. Dominiū libertatis qđ opponit̄ coactioni nihil aliud eſt q̄ꝫ ipſa libertas ſiue volūtas in ſe ꝛ eſſentialiter ꝗ non pōt ſimplr̄ cogi. Illud dominiū dicit ꝑfectionē ſimplr̄. ¶ Scđa ꝓpoſitio. Dominiū iſtud ē eſſentiale ꝛ naturale cuilibꝫ libero arbitrio ſiue creato. ſiue increato cū nō ſit niſi ipſamet libertas ꝛ volūtas. ¶ Tertia ꝓpō. Dominiū libertatis iſtud nō pōt diminui nec augeri.patet qꝛ eſt ipſa volūtas ꝗ eſt ſba que nō pōt augeri nec minui. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Iſtud dn̄ium ē eſſentialr̄ in oībꝫ naturis intellectualibus ſiue bonis ſiue malꝭ ſiue in deo ſiue in creatura ¶ Aliud eſt dominiū qđ opponit̄ ſeruituti vł ſubiectioni : ꝛ illud ē duplex ſm ꝙ ē duplex ſubiectio:ſcꝫ culpe ꝛ miſerie. Seruitꝰ culpe eſt quā cū ꝗs facit pctm̄ ſeruus ē pcti. Ioh. viij. Seruitꝰ miſerie ſtare pōt ſine culpa. Ois autē culpa ē miſeria ſed non ecōtra. vt patet de Iob qui ſubiectꝰ fuit magnis miſerijs ſed nō culpis. ¶ Prima ꝓpoſitio vel Sexta. Dominiū autē hoc eſt libertas ipſa a culpa: ꝛ miſeria iſta neceſſario ꝛ eſſentialiter eſt in deo ſm naturam diuinā: ſm autē naturā humanā habuit bn̄ miſeriā ſcꝫ pene ꝛ nō culpe:quia doloꝛ eſt miſeria. ¶ Septima ꝓpoſitio. Libertas a culpa ꝛ miſeria nō eſt naturalis vel eſſentialis libero arbitrio creato: ſed ſibi ineſt ſolū cōtingenter. patet quia hec libertas aliqñ ineſt libero arbitrio: aliqñ nō ineſt. ergo ꝛc̄. ¶ Octaua ꝓpō. Iſta libertas recipit magis ꝛ minus nec

eſſentialiter ineſt omnibus quia ineſt an
gelis libertas a culpa ⁊ iuſtis viatoꝛibꝫ:
ſed magis angelis. Similiter libertas a
miſeria plus ineſt viatoꝛibus ꝙ̄ damna
tis. ¶ Nona pꝛppoſitio eſt ꝙ libertas in
creaturis ſubiacet mãdatis. Et in deo ē
ſuꝑ omne mãdatũ. Hinc eſt ꝙ dominiũ
libertatꝭ pleniſſime ⁊ ꝑfeceiſſime reſidet
in deo: quia deus nõ habet ſupioꝛē: ergo
nõ põt mãdatũ recipere ab alio. ¶ Deci
ma ꝓpoſitio. Dominiũ libertatis quod
opponit̃ ſubiectioni tam culpe ꝙ̄ miſerie
augetur in beatis ꝑ confirmationē: quia
liberioꝛes hac libertate ſunt angeli poſt
cõfirmationē ꝙ̄ ante: quia ante poterãt
peccare ⁊ ꝑ cõſequẽs incidere in miſeriã:
poſt autē ↄfirmationē nõ poſſunt: ꝑ gra-
ciam. ¶ Undecima ꝓpõ. Hoc dominiũ
in demonibꝫ ꝑ obſtinationē minuit̃ quia
modo nõ poſſunt non peccare: nec poſſũt
nõ eſſe miſeri ¶ Duodecima ꝓpõ Licet
ergo obſtinatio minuat dominiũ liberta
tis a culpa ⁊ miſeria: cõfirmatio tamē au
get ſemper. ¶ Decimatertia pꝛopoſitio.
Dominiũ qđ opponitur coactioni nõ au
getur ꝑ cõfirmationē. ¶ Decimaquarta
ꝓpoſitio. Dominiũ libertatis qđ opponi
tur coactioni nõ diminuit̃ ꝑ obſtinatio-
nē: patet quia hec libertas vel dominiuꝫ
eſt ipſa libertas vł voluntas que nõ mu
tatur ſed manet eadē in beatis ⁊ damna
tis. ¶ Duplex eſt neceſſitas ſcꝫ imutabi-
litatis ⁊ coactionis. Neceſſitas imutabi
litatis nullaꝫ dat imperfectionē ⁊ ponit̃
in deo. ¶ Pꝛopoſitio. Neceſſitas imuta-
bilitatis non repugnat libero arbitrio.
patet quia hec neceſſitas eſt in deo ꝗ ne-
ceſſario diligit bonum: ſed neceſſitas co-
actionis repugnat libero arbitrio.

Querit̃ ſeptimo. Utrũ

in demonibus deceptio cadat ſiue erroꝛ
circa ꝑ̄ſentia. Reſolutio ſtat in q̈nqꝫ ꝓpo
ſitionibꝫ. ¶ Pꝛima ꝓpõ eſt. Deceptio et
erroꝛ intellectꝰ venit ex deceptione iudi-
cij ſiue deuiatione. ¶ Scđa ꝓpõ. Iudi-
cium intellectꝰ eſt duplex quoddã eſt ſpe
culatiuũ. Aliud eſt practicũ. Pꝛimũ eſt
reſpectu cognoſcibilitatis. Aliud eſt re-
ſpectu agendoꝝ. Pꝛimũ ē reſpectu veri
vel falſi. Scđm eſt reſpectu boni vł ma
li agibilis. Scđm ockam. Licet oīs he-
reſis ſit erroꝛ: nõ tñ oīs erroꝛ eſt hereſis:
patet qꝛ hereſis eſt dogma falſum fidei
oꝛthodoxe cõtrariũ. Erroꝛ eſt pꝛopꝛie in
ſcientijs phiſicalibꝫ: ſed hereſis eſt circa fi
dem catholicã. ¶ Tercia ꝓpõ. Quicq̈d
boni angeli faciũt et opantur hoc ꝓpter
amoꝛē dei faciunt: ſed q̈cq̈d mali angeli
faciunt ⁊ opant̃ hoc in deſpectum dei fa-
ciunt. Ideo dicit Bonauentura ꝙ ſemꝑ
peccãt ⁊ ſemꝑ appetũt hoīes ꝑ̄cipitare in
malũ ⁊ finalr̃ intendunt facere diſplicen
tiam deo. ¶ Quarta ꝓpõ. Quia demo-
nes ſunt curioſi ⁊ ꝑ̄ſumptuoſi freq̈ẽter
iudicant de illis que nõ ſubſunt iudicio
eoꝝ. Idcirco a veritatis tramite in erro-
rem labunt̃ etiã ꝙ̄tũ ad iudiciũ ſpecula-
tiuũ. Que ſunt illa q̄ nõ ſubſunt iudicio
demonũ. Dico ꝙ ſunt futura cõtingẽtia
quia iſta cognoſcere ꝑtinet ad deum vel
illũ cui voluerit deus reuelare: quia exce
dũt intellectũ humanũ. Nota ꝭm ſcotũ
ꝙ potiſſimuꝫ argumentũ qđ fiet contra
antixp̄m eſt. Cum ſis antixp̄s maledictꝰ
⁊ dicas te chꝛiſtũ eſſe in lege pꝛomiſſum.
Dic mihi q̈d cogitabo cras vł poſt cras
in tali hoꝛa ⁊ momento: qđ neſciet quia
ſoli competit deo. ¶ Coꝛrelariũ. Si de-
mones q̄ habent clarioꝛē noticiã ⁊ ſubti-
lioꝛem ꝙ̄ homines viatoꝛes ſepe decipi-
untur in iudicãdo illa q̄ nõ ſubſunt iudi
cio eoꝝ. i. futura ↄtingencia multomagꝭ
decipiunt̃ noſtri aſtrologi qui nõ valent
cognoſcere quidditatē minime alicuius
rei: ideo ē truſaticũ ⁊c̄. ¶ Secundũ Coꝛ
relarium. Si demones recte vocantur
pꝛeſumptuoſi a doctoꝛibus ſanctis: quia
volunt iudicare de futuris cõtingentibꝫ
ꝙ̄tomagis aſtrologi noſtri: ⁊ ideo ē dia-
bolica ars ⁊ heretica. ¶ Quinta ꝓpoſi-
tio. Tale autē iudiciũ eſt in demonibus

hõ ante lapſum habuerit gratiã. ¶ Reſolutio. Adã ante lapſum gratiã gratũ facientẽ habuit: per quã nõ ſolum malo reſiſtere ſed etiam in bono pꝛoficere potuit: ꝛ illa gratia adiutus: ita bene meruiſſet mandatuꝫ dñi obſeruando: ſicut demeruit tranſgrediendo: et antiqui dicunt ꝙ creatus fuit in gratia.

Queritur quarto. vtrũ

hõ ſimul ꝯditus fuerit in gratuitis ꝛ naturalibus. ¶ Reſolutio ſm Thomã ꝙ adã fuit creat⁹ in charitate ꝛ eſt ꝓbabil' ſatis: ſed opinio Bonauẽture videt' ꝓbabilioꝛ. Et eſt ꝙ fuerunt tres moꝛule. In ꝑma fuit creat⁹ in puris naturalib⁹. Et poſtea diligẽdo deũ ſuꝑ oĩa diſpoſuit ſe de cõgruo ad habẽdũ gratiã quã de⁹ dedit ei: qꝛ fuit creat⁹ plen⁹ gratia. Ideo in ſcḋa moꝛula habuit gratiã diligẽdo deũ In tertia moꝛula peccauit in qua fuiſſet grat⁹ ſi ſtetiſſet in grã reſiſtendo vxoꝛi et diabolo. Aug⁹. Qui creauit te ſine te: nõ iuſtificabit te ſine te.

Querit' quinto Utrum

habuerit adã tot ꝟtutes ante lapſum q̃t habuit poſt lapſum. Capitur ibi ꝟtus theologice ꝛ cõiter. ¶ Reſolutio qõnis ſtat in ſequentib⁹ ꝓpoſitionib⁹. ¶ Prima ꝓpõ. Cũ ſit cõparatio multitudinis donoꝝ gratie ad ſtatũ nature lapſe ꝛ ſtatũ nature inſtitute: hoc põt intelligi vel de donis gratie gratuite ſiue gratiſdate v'l de donis gratie gratũfacientis. ¶ Scḋa ꝓpõ. Si intelligat' de donis grẽ gratiſdate ſic ſe habẽt ſicut excedẽtia ꝛ excelſa pꝛo eo ꝙ aliqua dona gratie gratiſdate habuit adã in ſtatu illo: vt pote īmoꝛtalitatẽ ꝛ ĩpaſſibilitatẽ: que nõ habuit aliqs poſteroꝝ ei⁹. Et aliq̃ dona grẽ gratiſdate habẽt poſteri ei⁹ q̃ ipe nõ habuit ſicut gratiã ſanitatũ ꝛ oꝑatio ꝟtutũ ꝛ genera linguarũ ꝛ cõſimilia. Rõ autẽ hui⁹ diuerſitatis venit ex hoc ꝙ alia dona expediebant illi tpi ꝛ alia cõpetunt iſti. ¶ Tertia ꝓpõ. Dona grẽ gratũfaciẽtis ſunt in equali numero in ſtatu nature inſtitute ꝛ in ſtatu nature lapſe loquẽdo de donis ꝛ ꝟtutib⁹ q̃tũ ad act⁹ ꝛ habit⁹ q̃ ꝑfectionis ſunt. ¶ Quarta ꝓpõ. Uirtutes ſiue dona tã grẽ gratiſdate tã grẽ gratũfaciẽtis q̃ impoꝛtant q̃tũ ad act⁹ ſuos aliquã imꝑfectionẽ non fuiſſent in ſtatu nature inſtitute licet ſint ĩ ſtatu nr̃e miſerie. Si adã nõ peccaſſet mali nõ fuiſſent ꝛ ceteri dãnati quia ſoli electi fuiſſent.

Irca diſtinctionem tricesimã querit' ꝑmo

Utrũ coꝛruptio ſuꝑple penalis quã videm⁹ in humana natura inſit ei ex ſue ꝯditionis ꝑmoꝛdio: an ex peccati merito: id eſt demerito. ¶ Rñdeo. Dicẽdũ ꝙ abſq; dubio natura hũana a ꝑncipio ſue ꝯditiõis nõ ẽ inſtituta tantis miſerijs ꝛ coꝛruptionib⁹ in quantis mõ ſum⁹. Hoc em̃ veritas fidei ꝑdicat: ſacra ſcꝑtura ꝯfirmat: rõnis ꝓbabilitas manifeſtat. ¶ Sciẽdũ ꝙ duplex eſt coꝛruptio: q̃dã penal' ꝛ eſt ꝑuatio alicui⁹ rei cõueniẽtis q̃tũ ẽ de ſe ipſa creature rõnalis ꝓpter carentiã iuſticie debite cui⁹ iuſticie ipſa ſcꝫ creatura v'l alia ẽ debitrix ſibi inflicta vel volũtarie ſuſcepta vel patiẽter tolerata. Et dicit' volũtarie ſuſcepta ꝓpter xp̃m vel patiẽter tolerata ꝓpter ꝟginẽ glorioſam: qꝛ licet nullũ pctm̃ habuerit tñ poꝛtauit illas penas patienter. Alia eſt culpabilis coꝛruptio que eſt carẽtia rectitudinis q̃ deberet eẽ in actu ꝛ nõ ineſt ꝛ non eſt aliud q̃ pctm̃ formal'r captũ. Quecunq; em̃ voluntas creata eſt nata cõfoꝛmari ꝛ debet eſſe in

bis que ſunt agēda regule q̄ ſunt ſupme
iuſticie q̄ eſt voluntas dei in obliquabili
ꝛ hec cōcordia vel conformitas eſt iuſti-
cia. Si autē voluntas creata diſcordet a
voluntate increata tunc efficit̃ iniuſta et
caret rectitudine debita in actu ſuo. No
ta ꝙ iuſticia originalis erat in omnibus
potentijs anime ſenſitiuis ꝛ intellectua-
libus. Ita ꝙ quelibet potentia habebat
ſuum donum per quod regebat̃.

Secundo querit̃. Utrū

merito pme trāſgreſſionis humana na-
tura fuit corrupta penalr tm̄: an etiā cul
pabilr. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ abſqȝ du/
bio tota maſſa nō ſolū penalr ſȝ etiā cul/
pabilr fuit corrupta. Probatio. Quili-
bet hō deſcendēs ab adā ſeminalr: hoc ē
ꝑ ꝯcubitū viri ꝛ mulieris ꝯbit pctm̄ ori-
ginale in ſui ꝯceptiōe ꝑ qḋ efficit̃ aia ini/
mica dei ꝛ filia ire. Debet intelligi ꝯclu-
ſio bonauēture gñalit̃. Nō eſt aliq̄ regu
la q̄ nō habeat exceptionē. Nec ꝓuilegiū
ꝓiudicat regule gñali. Nūqȝ aia ꝟginis
marie fuit ſine gr̄a nec ꝑ aliqḋ inſtās: ſic
ꝙ iſta tria fuerūt pariter: ſcȝ creatio aīe:
vnio cum corpore: ꝛ infuſio gr̄e. Et ideo
iſta regula nō intelligit̃ de ip̄a ꝟgine ma
ria ſed fuit ꝓuilegiata. Melius eēt hoi
nō eſſe ꝛ annihilari qȝ ſtare ī peccato mor
tali: quia eſt maxima penarū eſſe in pctō
ꝑ quod eſt in ira dei ſui.

Tercio querit̃. Utrum

originale pctm̄ ſit cōcupia. ¶ Notandū
pctm̄ originale diffinit̃ ab auguſtino di-
cente: ꝙ eſt ꝯcupia. Et anſhelm⁹ dicit ꝙ
eſt carentia iuſticie originalis: ꝛ qꝛ ꝓua-
tiones nō cognoſcunt̃ niſi ꝑ habitus ſibi
oppoſitos: ꝛ cū pctm̄ originale ſit ꝓuatio
iuſticie originalis ip̄m nō cognoſcit̃ niſi
ꝑ iuſticiā originalē. Iuſticia originalis ē
quoddā donū ſupnaturale imediate ꝓ-
ducibile a deo in ip̄a voluntate: reddēs
deū delectabiliorē ipſi voluntati qȝ qḋ-
cunqȝ bonum ſenſibile: tollens omnē re-
bellionē omniū virium inferioꝝ ad ſupio
res: ꝛ faciens ꝑfectā tranquillitatē inter
eas ꝛ pacem. In primo eīn homine iuſti/
cia originalis erat quaſi frenum quo me
diante ip̄a aīa regebat corpus ad impe-
rium ſue volūtatis ſine rebellione: ſed cū
omni facilitate. In nobis autē illud fre
num ablatū eſt: ideo aīa nō regit ſm re-
ctam rōnem niſi cū magno labore ꝛ diffi
cultate ꝛ hoc ꝓpter abſentiā iuſticie ori/
ginalis. Ex hoc ſequit̃ ꝙ iuſticia origina
lis nobilior erat ſm q̄d ip̄a charitate: tñ
ſimplr charitas ē nobilior iuſticia origi-
nali quia qȝuis nō faciat illum effectum
ſcȝ pacē ꝛ tranquillitatē viriū inferiorꝫ
ad ſupiores: facit tñ vnū aliū effectū no-
biliorē q̄ eſt eſſe gratū deo ꝛ dignuꝫ vita
eterna qḋ non faciebat illa iuſticia origi/
nalis. ¶ Nota ſm aliq̄s ꝛ Scotū. Q̄libet
appetitus ſenſitiuus habuit ꝓpriā
iuſticiā originalem. Et pōt ſic deſcribi.
Eſt quoddā donū ſupnaturale imedia-
te ꝓducibile a deo in appetitu ſenſitiuo
rectificans ſic ipſum vt libētius obediat
voluntati dei qȝ trahat̃ a ſuo appetibi-
li. Libentius capit̃ pro delectabili⁹. Iu/
ſticia ergo originalis in voluntate facie-
bat voluntatem recte imperare ꝛ alie in
appetibilib⁹ ſenſitiuis: faciebāt recte obe-
dire ꝛ promptius ipſas potentias ſenſi/
tiuas ipſi voluntati. ¶ Nota ꝙ peccatū
originale capit̃ duplr. Uno modo mate
rialiter: ꝛ ſic eſt ꝯcupiſcentia intenſa ꝑut
cōtrahit̃ a pma origine: ꝛ ſic intelligit̃ ab
Auguſtino ꝛ magiſtro in lr̄a. Alio mo-
do capitur formalit̃: ꝛ ſic ſm Anſhelmū
eſt carentia iuſticie originalis debite in
eſſe: nō qualit̃cunqȝ: ſed ex eo ꝙ eſt acce-
pta in pmo parente noſtro ꝛ in eo amiſſa
Ex hoc ſequit̃ ꝙ adā ꝛ eua nō habuerūt
peccatū originale: et ꝙ nō acceperant iu/
ſticiam originalē in alio qui erat eorum
parens: vterqȝ eīn fuit immediate ꝓdu-
ctus a deo ꝛ acceperant iuſticiā origina-
lem ab ipſo deo immediate. Sequitur
etiam ꝙ ſi deus faceret hominē in puris

naturalibꝰ ſine charitate ⁊ iuſticia origi-
nali iſte non eſſet in peccato quia non de-
beret eam habere. i. non eſſet obligatus
ad habendā eam. ¶ Notandum ꝙ cōcu-
piſcentia ſenſitiua eſt duplex. Quedam
habitualis ⁊ eſt habitus inclinans appe
titum ſenſitiuū ad immoderate appeten
dum delectabilia ⁊ fugiendū triſtabilia.
Iſte habitus dicit᷑ pronitas ad malum.
Actualis concupiſcentia eſt actus vitio
ſus elicitiuus. i. productiuus talis habi
tus. Duplex eſt concupiſcentia in volun
tate ſcilꝫ habitualis que eſt quedā proni
tas vitioſa inclinans voluntatē ad facili
ter cōdeſcendendum ipſi appetitui ſenſi-
tiuo in his que inordinate ꝯcupiſcit. Et
de iſta intelligitur queſtio. Concupiſcen
tia actualis in voluntate eſt actus elici-
tiuus talis a voluntate vel elicitus a ta-
li habitu. ¶ Reſolutio ad queſtionem.
Sicut peccatum actuale dicit non ſolū
auerſionē a deo ſed etiā cōuerſionem ad
bonū cōmutabile: ſic dicendū eſt de pec-
cato originali ſuo modo. ¶ Propoſitio.
In omni peccato mortali commiſſionis
auerſio a deo eſt formale in peccato: con-
uerſio ad creaturā vero vel ad bonū cō-
mutabile eſt materiale in peccato.

Queritur quarto. vtrū

peccatum originale ſit ignorantia. De
ignorantia dictū eſt viceſimaſecunda di
ſtinctione. ¶ Sciendum tamen vltra ꝙ
iſta pronitas quā habemus ad malum
vocatur multis nominibꝰ. ¶ Primo pec-
catum originale quia ineſt nobis a pⁱma
noſtra origine. Vocatur etiam fomes qꝛ
inclinat ad malum ⁊ peccatū: ſicut ignis
fouetur per lignū. ſic peccatuꝫ actuale ꝑ
fomitem hūc. Ideo dicit᷑ pabulum mor-
tis ⁊ nutrimentū facinoris. Dicit᷑ etiam
concupiſcentia iſta de cauſa vt eſt incli-
natio actualis. Dicit᷑ concupiſcibilitas
ꝓpter aptitudinē. Dicit᷑ languor natu-
re inq̄tum reddit voluntatem noſtrā in
habilem ſiue difficilem ad bonuꝫ. Dicit᷑
tyrannus inq̄tum ſenſualitas captiuat
rationē ſibi. Vocatur etiam lex carnis:
quia eſt ex carne per concubitum viri et
mulierꝭ. Dicitur lex membroꝝ quia illi-
cite mouet membra. Dicitur ignorātia:
quia ex iſtis motibꝰ diminuitur vſus ra-
tionis. Paulus vocat concupiſcentiā ſti
mulum carnis. Dicit᷑ etiā angelus ſatha
ne qꝛ nuncius eſt diaboli. Et ſunt man-
gones ⁊ garriones q̄s mittit ante ſe. Vo
catur libido ꝓpter inordinatam delecta
tionem. Dicit᷑ rebellio viriū inferiorū ad
ſuperiores. ¶ Reſolutio ſm hugo. Ipe
inſinuat originale eſſe vitiū quod cōtra-
ximus per ignorantiam. Hoc declarat
Anſhelmus dicens ꝙ omne peccatuꝫ eſt
iniuſticia: ⁊ omnis iniuſticia ⁊ iuſticia in
voluntate conſiſtit. patet ergo ꝙ pecca-
tum originale dicit᷑ ignorantia. ¶ Igno
rātia dupliciter capitur. Vno modo vt
dicit pure neſcientiam. Alio modo vt eſt
coniuncta concupiſcentie.

Querit᷑ quinto Vtrum

aliquid tranſeat in veritatem humane
nature per actū generatiue ſm Scotū.
Omne illud dicitur eſſe de veritate na-
ture humane quod eſt vere animatuꝫ vl
fuit aliquādo animatū vt anima intelle-
ctiua ⁊ omnes partes carnis ſunt de vir
tute humana. Ex quo ſequit᷑ ꝙ homo re
ſurget cum omnibꝰ partibꝰ que fuerunt
de veritate hūane nature. ¶ Reſolutio
queſtionis ſtat in ſequentibꝰ ꝓpōnibus.
¶ Prima ꝓpoſitio eſt. Sicut deus reſer
uat ſibi creationē animarū ꝓpter ipſarū
imortalitatē. Ita reſeruat ſibi multipli-
cationē corpoꝝ hūanoꝝ ⁊ augmētationē
¶ Secunda ꝓpoſitio. Sicut deus mul-
tiplicauit panes euangelicos. Ita deus
augmentat humanū corpus ex modico
ſemine. ¶ Tertia propoſitio eſt. Licet
deus multiplicet ex tam paruo ſemine
corpus humanū ita magnū: non tamen
facit miraculū quia opatur per naturā.
Natura enim alendo ⁊ nutriendo quaſi

fouet extrinſec⁹ ⁊ de⁹ nutrit intrinſecus. ¶ Nota ꝙ aliquid eſt de veritate nature hũane tripl̃r. Uno mõ q̃tũ ad neceſſitatem ⁊ hoc mõ illud eſt de veritate humane nature ſine quo hõ nõ põt eſſe vt ſunt ptes ꝑncipales hoĩs vt coꝛ epar caput Alio mõ q̃tũ ad cõplemẽtũ vt ſunt iſta q̃ ptinent ad bene eſſe vt eſſe ꝑfectuz ⁊ integrũ vt man⁹ pedes hr̃e. Alio mõ q̃tuz ad decoꝛem cuiuſmodi ſunt capilli et vngues. Pꝛopꝛie ⁊ cõuenient nõ põt dici veritas nature aſinine vel canine: ſicut dicitur veritas hũane: qꝛ non oꝛdinaꝛ ad incoꝛruptionẽ ⁊ reſurrectionẽ.

Circa diſtinctionẽ tricesimãpꝛimã queriꝛ pꝛimo. Utrũ aĩa ſenſibilis in hoĩbus ſit a generante. Senſibile actiue dictum eſt qđ eſt aptũ natũ ſentiri actu paſſiuo ⁊ tunc tm̃ valet ſicut ſentire ⁊ ſic capiꝛ in q̃ne. ¶ Reſolucio q̃nis ſtat in ſequẽtibus ꝑpõibus. ¶ Pꝛima ꝑpõ. Aĩa habz multas potencias etiã ſenſitiuas: vt ſunt potentie generatiua: viſiua: audictiua ⁊c̃. Et ita ipſa aĩa dꝛ viſiua inq̃tum põt videre ⁊ ſic de alijs: eſt tñ vnica ſubſtantia ¶ Scđa ꝑpõ. Extremũ ſpũs ſiue aĩa eſt foꝛmalitas aĩe ↄcurrens cum oꝛgano ad ↄſtituendũ potentiã ſenſitiuã. Extremũ aũt coꝛpoꝛis eſt oꝛganũ diſpoſitũ ad recipiendũ illam aĩe foꝛmalitatem ⁊ ꝑ iſta pte coꝛpoꝛis capiꝛ ſenſus. ¶ Nota ꝙ potentia ſenſitiua capitur tripliciter. Uno modo ꝑ materiali ⁊ ſic eſt oꝛganũ cuiuſlibet potentie ſenſitiue neceſſario requiſitum ad actũ ſentiendi vtpura duo oculi vel duo nerui ſe in modum crucis ſancti andree habentũ in potencia viſiua ⁊ ſic capiendo animã ſenſitiuã: aĩa rõnalis nõ trahit ſecum potentias ſenſitiuas cũ ſeparaꝛ a coꝛpoꝛe. Alio mõ capiꝛ ꝑ foꝛmalitate q̃ ſe tenet ex parte aĩe q̃ habet multas foꝛmalitates ex quib⁹ ⁊ oꝛganis materialibus fiunt potentie ſenſitiue complete que ſunt alique entitates diſtincte realiter ab ipſis partib⁹ ex q̃b⁹ ↄſtituun⁹ ⁊ reſultant: ⁊ hoc mõ capiꝛ ꝑpꝛie potẽtia ſenſitiua ſcꝫ ꝑ illa tertia entitate et iſtas non trahit aĩa ſecũ cũ ſeparatur a coꝛpoꝛe ſed coꝛrũpitur. Sed ſolum trahit ipſas capiẽdo pꝛo foꝛmali ſiue pꝛo eo qđ eſt ex parte aĩe: et ſic debet intelligi autoꝛitas Auguſtini qñ dicit ꝙ aĩa cuꝫ recedit trahit ſecũ potentias ſenſitiuas.

Secũdo queriꝛ. Utruꝫ oꝛigiale pctm̃ ↄtrahaꝛ in aĩa ex carne ex aliquo appetitu ⁊ voluntate aĩe. ¶ Sciendũ ꝙ duplex eſt appetit⁹ aĩe vel voluntatis nr̃e. vnus deliberatiu⁹ alius naturalis. Pꝛim⁹ ẽ ipſamet volũtas ſm ꝙ ẽ libera ⁊ libere elicit opationes ſuas. Naturalis appetitus eſt q̃daꝫ inclinatio vel tendentia volũtatis ſm quã inclinaꝛ ad aliqđ ſibi cõueniens: ⁊ iſti duo appetitus differũt qꝛ pm⁹ ꝑrequirit cognitionẽ: qꝛ nihil volitũ niſi ꝑcognitũ: naturalis aũt nõ ꝑſupponit aliquẽ actum intellectus. ¶ Triplex ẽ ſenſus. Pꝛim⁹ dicere aĩam appetere appetitu deliberatiuo infectionem carnis ⁊ ↄtractionẽ pcti anteq̃ aĩa cõiungatur coꝛpoꝛi vel carni eſt hereſis. ¶ Scđs ſenſus. Dicere animã ↄtrahere oꝛiginalẽ culpam ex carnis coꝛruptione tanq̃ ex materiali ⁊ ex appetitu naturali ipſi⁹ aĩe ex cauſa efficiẽte ẽ multũ ꝓbabile ſed iſta ↄcl'o repꝛobaꝛ. ¶ Terti⁹ ſenſus ⁊ ver⁹ ſtat in iſta ꝑpõe. Dicere ꝙ aĩa nr̃a ↄhit pctm̃ oꝛiginale ꝑ appetitum naturalẽ ſui quẽ hꝫ ad carnẽ infectaꝫ ita tñ ꝙ vnio aĩe ad coꝛp⁹ nõ ſit cauſa ꝑncipaꝛ q̃re pctm̃ oꝛiginale ↄtrahiꝛ. Sed pctm̃ oꝛiginale ſiue vitium qđ naſcẽdo ↄtrahimus ineſt aĩe ꝑmo rõne ptis ſenſitiue: et ſic pꝫ rñſio. Cõcedo ẜ ꝙ oꝛiginale pctm̃ put eſt vitiũ in nobis pꝛimo incohoatur a parte ſenſitiua: qꝛ triplex eſt coꝛruptio: q̃dã eſt qua pſona coꝛrũpit naturam ſicut fecit adã. Alia qua natura coꝛrũpit perſonam. Tertia qua perſona coꝛrũpit ſeipſam peccando actualiter.

Tertio queritur. vtrum maioꝛ ſit infectio generatiue per originale q̄ͣ alterius potentie. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ abſq̃ dubio inter ceteras potencias ſenſibiles maxime coꝛrupta eſt vis generatiua. Unde ſicut conſueuit dici. Alie vires ſolum dicuntur coꝛrupte: ipſa vero coꝛrupta dicitur et infecta propter concupiſcentie pꝛuritum ⁊ vehemẽtiam que reſidet in ipſa: quoniam eſt radix infectionis ⁊ coꝛruptionis. Hinc eſt ꝙ illa vis que eſt adminiſtratiua illius ſeminis plus habet in ſe de infectione et coꝛruptione originali. Uide litterã.

Quarto querit̃. vtrum anima inficiat̃ a carne. Reſponſio dicendum ꝙ abſq̃ dubio omnes doctores cõueniũt in iſta cõcluſione ⁊ tenẽt ꝙ aĩa cõtrahit peccatũ originale mediãte carne ſuꝑple ſeminata ab adam. ¶ Pꝛima ꝓpõ. Q2 anima vnit̃ carni moꝛtali ⁊ paſſibili quã non poteſt regere efficitur concupiſcens: ⁊ ſic contrahit maculaȝ originalis culpe: quia ipſa cõpiſcentia ſiue neceſſitas ꝯcupiſcentie reddit animã ꝑuerſam ¶ Scd̃a ꝓpoſitio. Et quoniã caro moꝛtalis habet ꝓpagari ex carne moꝛtali: et moꝛtalitas fuit in carne pꝛimi parentis pꝛopter peccatum inobedientie: hinc eſt ꝙ peccatuȝ originale in nos dicitur trãſire a pꝛimo parẽte. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Per naturam pꝛebet caro ipſi anime obſtaculum vel offendiculũ vt non habeat illã iuſticiã ex hoc ꝙ ꝓpagata eſt a pꝛimo parente. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Unde ex cõiunctione anime ad talem carnem: ſcȝ ꝓpagatã ab adam: ille ꝗ naſcit̃ dicit̃ filius ade. i. ire. ¶ Quinta ꝓpoſitio. Et q2 adã offendit deũ: nõ tm̃ pro ſe: ſȝ etiaȝ in tota ſui poſteritate. Hinc eſt ꝙ anima hoc ipſo ꝙ tali carni ꝯiungit̃ ⁊ ſpectat ad genus ade: q2 peccauit in adam: indigna efficitur vt ſibi iuſticiã apponat: et cum debeat habere ⁊ nõ habet culpabilis eſt ⁊ rea ⁊ ꝑ cõſequẽs efficit̃ cõcupiſcẽs ⁊ vana ſicut manꝰ paralitica efficit̃ tremuloſa ex diſſolutiõe ꝟtutis regitiue. Itez dato ꝙ deus crearet hoĩem de digito nouũ vel aliquod excepto ſemine nõ contraheret originale pctm̃. Fomes pctĩ eſt quedaȝ qualitas moꝛbida in carne exiſtens cauſans rebellionnẽ virium inferioꝝ ad ſuperioꝛes: inclinãs ad motus ſenſuales ⁊ inoꝛdinatos. Iſta diffinitio eſt magiſtri ⁊ antiquoꝝ que pro parte eſt vera ſicut experimur. ¶ Sed querit̃. Utrũ fuerit in virgine maria. Sunt due opiniones vna dicit ꝙ ſic. ſed in conceptione filij dei fuit totaliter ſopitus ⁊ extinctus. Alij dicunt ⁊ tenetur firmiſſime cũ quibus eſt magiſter noſter ꝙ nunq̃ habuit fomitem non tamen ſic quin infuiſſet niſi deus pꝛeſeruaſſet eam ⁊ ſic ſm̃ vtrumq̃ modum in ea non fuit motus aliquis ſenſualis et inoꝛdinatus vt ſit tota pulchꝛa et nulla macula ſit in ea ſm̃ ſacram ſcripturam.

Querit̃ quĩto. Utrum originale contrahatur in anima ex carne ex aliquo appetitu et voluntate anime. ¶ Reſponſio dicendũ ꝙ nunq̃ caro põt animam inficere niſi anima haberet colligantiã ad ipã ꝓpter hoc ſimpl'r concedendũ eſt pctm̃ originale eẽ contractũ et nullo modo debet dici actum. Et hoc ipſum nomen indicat ꝙ dicitur peccatũ originale eſſe contractũ: nam actuale dȝ naturale nõ voluntarium.

Irca diſtinctionẽ triceſimãſecundã querit̃ pꝛimo. ¶ Utrum baptiſmꝰ deleat originale peccatum q̃tum ad culpa. n. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ iuſticia dei oꝛdinauit poſtq̃ perdidit iuſticiam ꝙ nunq̃ videret faciem ſuam niſi illa recuperaret in ſe vel in equiualanti: ſed nullus deſcendens ab adam per pꝛopagationẽ poteſt recuperare eam

ſed in equiualēti: ſcȝ in gratia dei que dignior eſt ipſa iuſticia poteſt recuperari: ſȝ culpa originalis nō promeretur pena ſenſus ſed pena damni: quia dixit iuſticia diuina nunꝙ videbit me homo. Unde cum excludit carentia debite iuſticie ꝑ gratiā baptiſmalem: remanet cōcupiſcentia rōne pene ⁊ ſic concedo pctm̄ originale ꝙtuȝ ad culpā remitti ⁊ deleri in baptiſmo. Etiā ſine ꝯfeſſiōe ꝓuia: licȝ debeat hr̄e ꝯtritionē ⁊ ratio eſt: qꝛ nōdum habet ꝑmā tabulā naufragij. ſ. baptiſmū

Secūdo querit. Utrū

originale pctm̄ deleri habeat ꝙtum ad cauſam. ¶ Rn̄ſio dicendum ꝙ dupl'r eſt loqui de cauſa originalis. Aut ſm ꝯſiderationē vniᵘˢ hominis in ſe. Sic ſemꝑ cum deletur originale peccatū delet' et cauſa originalis peccati ꝙtum ad hoc: vt non poſſit pctm̄ originale deinceps cauſare i anima baptiſati. Remittitur enim ꝗdāmō feditas carnis: et ꝑ conſequēs improbitas ſui tyrānidis ratione cuiᵘˢ habebat ſpiritum in ſeruitutem peccati redigere: qđ ꝓuideȝ non poteſt facere poſt baptiſmum propter auxilium gratie qđ ibi datur ſpiritui: per qđ preſidet carni: et ita effectus illius gratie ꝗddāmodo redundat in carnem. Aut ſcđo per comparationē ipſius ad alterum: ex ipſo ꝓpagandum ſic per baptiſmum non deletur originale ꝙtum ad cauſam ſiue radiceȝ. Ratio huiᵘˢ: quia corruptio que eſt cauſa peccati originalis propagandi eſt corruptio nature cōſiſtens penes vim generatiuā q̄ habet radicari in carne.

Tertio q̄ritur in quo ſit

ꝯcupiſcentia tanꝙ in ſubiecto videlicet ¶ Utrū ſit in aīa vel in carne. ¶ Rn̄ſio dicendū ꝙ ſi quis vellet ꝓprie ſubiectuȝ cōcupiſcentie carnalis aſſignare: nec tn̄ diceret carnē: nec tm̄ diceret animā: ſed ipſum totum coniunctum: vt ſicut ſentire eſt actus coniuncti: ſic etiam actus cōiuncti eſt delectari carnaliter et concupiſcere. Un̄ rōnes docto. ꝙ cōcupiſcentia magis eſt in anima ꝙ in carne ſunt cōcedende. ¶ Utrum ſit a deo tanꝙ a principio. ¶ Reſponſio dicēdum ꝙ homo meretur habere talem operationem ex ſua culpa ⁊ inobedientia. Deus vero h̄ malum ad illud preexiſtens ordinat ex ſua iuſticia. Ex quo ſequitur ꝙ pena inꝙtū eſt a deo eſt iuſta.

Queritur quarto. vtrū

illam maculā quā anima ꝯtrahit ex carne debeat deᵘˢ ſibi īputare id eſt. Utrum iuſtū ſit ꝙ deus imputet maculā peccati originalis. ¶ Rn̄ſio dicendū eſt abſꝙ dubio ꝙ deus imputet originale peccatum ipſis paruulis in demeritum: quia in reatū pene: ſaltem pene dāni. Hoc exigit diuine potentie altitudo. Si anima rationalis hominē deo nō reddit cum in ſe nō habeat decus imaginis diuine per qđ honorari debet: neceſſe eſt ꝙ deus dedecus culpe recompenſet in decorē iuſticie. Secundo hoc requirit ſapientie diuine pulchritudo: quia nō patitur aliqđ turpe ſed omne peccatū actuale vel contractum eſt priuatio modi ⁊ ſpeciei ⁊ ordinis. neceſſe eſt ꝙ inordinationē nature deus recompenſet per ordinē pene. Tertio hoc etiā requirit diuine iuſticie rectitudo. In quocunꝙ igitur eſt illius iuſticie carentia: merito ſibi imputat' a diuina iuſticia. Deus vero recte exigit a natura qđ ipſe dedit ⁊ quod iuſte debetur. Gregoriᵘˢ de arimino tenet ꝙ punient' pena ſenſus ſed in hoc dimittitur ab omnibus. Sed ſm aliquos nullam triſticiam habebunt ⁊ gaudebunt ad inuicē et venient ſuper terram: tamē carebunt ſummo gaudio viſione dei.

Querit' quinto Utrum

deceat diuinā iuſticiam animā tali carni infundere. Reſponſio dicendum ꝙ iuſticia dupliciter capitur. Uno modo vt eſt

ipſius diuine bonitatis condecentia hoc
modo decet diuinā iuſticiam animā ra-
tionalem infundere carni ex adam ꝑpa-
gatā: tum ex hoc ꝙ eſt rerū conditoꝛ: de-
cet appetitui nature ſatiſfacere: tū etiam
ex hoc ꝙ rerum cōſeruatoꝛ ſiue prouiſoꝛ
decet eū ſic ꝯſeruare ſm ꝙ nata eſt ꝯſer
uari: tum quia gubernatoꝛ ſic debet ad-
miniſtrare ſm ꝙ inſtituit et nature ſue
indidit virtutē ⁊ potētiam ad mouēduꝫ
⁊ operandū. Aug⁹. in. vij. de ciuita. dei.
Sic res quas condidit adminiſtrat: vt
eas agere proprios motus ſinat. Ex hoc
colligitur neceſſario ꝙ ad diuine bonita
tis condecentiam ſpectat incōgruum eſt re
rum adminiſtratoꝛ ꝙ animas talibꝫ coꝛ
poꝛibus infundat. exēplum. Si promi-
ſiſſem alicui quotcunqꝫ dolia faceret de
aliqua arboꝛe implere ea vino: ⁊ radix il-
lius arboꝛis ſic inficeretur: vt oīa dolia
ex illa arboꝛe facta vinum inficerent: qđ
illis infunderet non eſſet culpa mei in-
fundēdis vinum in talia dolia: quia ego
facio qđ debeo ⁊ ꝓmiſi: ſꝫ eius culpa eſt
q̇ radicē arboꝛis infecit ⁊ inepta dolia ꝑ
parauit. Et ſic patꝫ reſpōſio. Scḋm ali
q̇s paruuli pueri in limbo habebūt leti-
ciam naturalē int̄ ſe ꝑ amiciciam ⁊ ſic nō
debēt velle nō eſſe: quia magnū eſt eē cre
aturā dei ⁊ meli⁹ ꝙ̄ eſſe nō ſimplr. Sen
ſus iſtius auctoꝛitatis Gregoꝛij. O felix
culpa que talē meruit habere redempto
rem ſenſus hoꝛum eſt o felix redemptoꝛ
qui voluit facere talē redemptionē vt eſ
ſem⁹ a culpa liberati ⁊ in grā reſtituti.

Circa diſtinctio-

ne tricēſimātertiam queri-
tur primo. Utruꝫ peccata
parētuꝫ proximoꝝ filijs im
putentur: ⁊ ad eos tranſmittant. ¶ Pa-
rētes proximi dicuntur illi a quibus im
mediate aliquis filius generatur. ¶ Re
ſponſio dicendum ꝙ ꝛſi circa actum ge-
neratiuum attēdatur: nō tamē dicit coꝛ
ruptionē que fit in ipſa virtute generati
ua ſm ſe: ſed qui conſiſtit circa volunta-
tem rationale: ⁊ ita circa perſonam: ⁊ ꝓ-
pter hoc culpa adulterij ſm ꝙ culpa in
prolem tranſfundi nō habet. Nihilomi-
nus tū quia circa actum generatiuū con
ſiſtit plus imputatur proli ꝙ̄ alia pctā
parētum. Unde vilis ⁊ abiectus reputa
tur ille qui eſt natus de adulterio: ⁊ etiā
ſm leges humanas hereditate paterna
indignus reputatur. Unde illud pecca-
tū plus redundat in prolē ꝙ̄ alia actua-
lia. Non tamē ſic redundat vt culpa pri
mi parētis qui poſteritatē ſuam non tm̄
obligat ad ignoꝛantiā ⁊ penā: ſed etiam
fedauit peccati originał macula ob quā
quilibet cum naſcitur dignus eſt ira: et
indignus viſione dei.

Secundo querit. vtrū

primus parens pro poſteris ſuis ſatiſfa-
cere potuit: ſicut potuit eos ex culpa ſua
viciare: id eſt inficere. ¶ Rn̄ſio ſm Sco
tū. Satiſfactio eſt duplex: quedā gn̄ali-
ter capta: ⁊ quedā propꝛie dicta. Pꝛima
eſt redditio voluntaria equiualētis pro
equiualēti: alias idebiti. abſoluta datio
no poteſt dici ſatiſfactio: dicitur volun-
taria: q: ſi nō eſt talis: magis ſatiſpaſſio
eſſet: ꝙ̄ ſatiſfactio: damnati ſatis patiun
tur non tamē ſatiſfaciunt quia non ſuſtī
nēt voluntarie. dicit̄ equiualētis. i. equi-
ualētis alias indebiti: quia ſi ſumus ob-
ligati ad aliqua opera nō poſſumus ſa-
tiſfacere per illa: ⁊ iſta eſt cauſa de ope-
rationibus tam interioꝛibꝫ ꝙ̄ exterioꝛibꝫ
Propꝛie dicta ē oꝑatio exterioꝛ laboꝛio-
ſa ⁊ penalis: vel aliqua paſſio vł pena vo
luntarie aſſumpta ad puniendū pctm̄ a
ſe cōmiſſum vel ab alio: ⁊ hoc propter di
uinam iram placandā. Et ſic Adam ſa-
tiſfacere nō poterat vt impediret tranſfu
ſio culpe originalis in poſteritatē ſuam.
¶ Nota bn̄: id eſt doctiſſime. Uoluntas
dei plene ſatiſfacit ꝓ pctis noſtris. Se-
cunda cauſa et meritoꝛia eſt paſſio xp̄i a
qua habēt efficaciam ſacramenta.

Tertio queritur. vtrum

originale ī omībꝫ reperiatͬ eq̄liter. ¶ Reſpōſio dicendū ꝙ ſicut ſi adam ſteriſſet: oēs eq̄les eſſent innocētes. Ita nūc cum adam peccauit: oēs facti ſunt equaliter pctōres: et ita culpa originalis in omībꝫ reperitur eq̄liter: ita ꝙ nō maior in vno ꝙ̄ in altero: nec etiā intendi habet in eodem ſubiecto. Excepta virgine Maria. ¶ Nota ꝙ maioritas vel minoritas vel equalitas ꝓuationis ſumitͬ ſm quātitatem habitus: ita ꝙ tāta ē ꝓuatio quātus eſt habitus ſibi oppoſitus.

Quarto queritur. vtrū

ſit ponere vnū originale vl' plura. ¶ Reſponſio dicendū: ꝙ in vno homīe vna eſt aīa q̄ per originale pctm̄ inficitͬ. Et vnius hominis vna eſt generatio in qua ꝛ ꝑ quā originale peccatum tranſfunditur ꝛ ideo originale pctm̄ in vno homine eſt vnum ſolū ꝙ̄tuꝫ ad vnitatem ſm ſpeciē et ꝙ̄tum ad vnitatē ſm numerū. Peccatū ade dicitͬ eo vnū ꝙ eſt origo oīm peccatoꝝ: ꝛ ſic nō tm̄ vnū ſpecie: ſꝫ etiā vnū numero. Alio mō dͬ originale pctm̄ qḋ eſt in nobis origine. Et hoc mō non fuit originale in adam ſed actuale. In nobis aūt originale ꝛ non actuale.

Quinto queritͬ. Utruꝫ

paruuli decedentes in ſolo originali puniātur pena ignis materialis. ¶ Rn̄ſio cōcordat pietati fidei ꝛ iudicio rōnis ꝙ. qꝛ paruuli decedētes cū originali carēt iuſticia et ſpū ſācti grā qui eſt pign⁹ eterne hereditatis: priuantͬ in eternū viſione dei: ſed qꝛ nō habuerūt in ſe actualē delectationē peccati nec in ſpū nec in carne. ideo non ſentiūt pene ignis acerbitateꝫ. ¶ Nota ꝙ licet damnati puniantur infinitis penis ꝛ tormentis. i. valde multis tamen ponuntur tres quaſi principales grauiſſime. Prima eſt carentia viſionis dei q̄ dicitͬ eē grauiſſima ſm Chryſoſto. ꝙ̄tum ad damnū q̄d ꝑdiderūt bonū infinitū: qꝛ tā mala eſt ꝓuatio alicuius boni ꝙ̄ eſt illud bonū cui⁹ eſt ꝓuatio. Scđa eſt vermis ꝯſcie q̄ eſt triſticia de beatitudine amiſſa ꝓpter pctm̄ ꝓpriū actuale ꝛ deſperatio et rabies ꝛ eſt grauiſſima pena ſenſus interioꝝ aīe. Tertia eſt pena grauiſſima ſcꝫ ignis infernalis ꝙ̄tuꝫ ad acerbitatem doloris cauſati in carne. ¶ Nota ꝙ ē quidā ignis q̄ accēditͬ aqua ꝛ extinguitur oleo: vt pꝫ de igne calcis. Ali⁹ eſt ignis vſtiuus ſed nō cōbuſtiuus q̄ infert paſſionē magnā: ſꝫ nō ꝯſumptionē. Et de iſto loquitur comeſtor dicēs ꝙ talis fuit gladi⁹ verſatilis poſit⁹ añ paradiſum terreſtrē: ꝛ hmōi eſt ignis infernalis. Et de iſto eſt q̄ſtio. Ali⁹ ē ignis q̄ tārūmō illumiat ſine cōbuſtiōe ꝛ vſtiōe. Et iſtos tres ignes ꝓter ignē elemētarē ponit Guilhelm⁹ pariſien. in ſūma ſua. Nota ꝙ phs ī Topi. ponit triplicē ignē ſcꝫ ignis carbo ꝛ iſte viuit ī materia treſtri ꝛ talis ē ignis infernalis q̄ ſulphure⁹ ꝛ niger ꝛ ſūme afflictiu⁹ eſt. Ali⁹ ē ignis flāma q̄ viuit in aere. Ali⁹ ē ignis lux et iſte viuit in propria regione. ¶ Et ſic patet reſponſio ꝙ paruuli non punientͬ pena ſenſus ſed damni.

Sexto queritur. vtrum

paruuli decedentes in ſolo originali puniantur aliquo dolore interiori. Nota ꝙ dolor ꝛ triſticia diſtinguuntͬ ꝓpe loq̄ndo. Quia dolor ꝓprie eſt paſſio q̄ ineſt aīe ꝓmo ex carne ꝛ ſm ꝑtē ſenſitiuā. Triſticia aūt eſt paſſio q̄ ꝓmo ineſt aīe ſm ſe et ſm ꝑtem intellectiuā. Ex q̄ ſequitͬ ꝙ demones ꝓprie nō dolēt nec etiā aīe ſeparate ꝙ̄diu ſunt ſeꝑate: ſꝫ bñ ambo habēt triſticiā: tñ vnum capitur ꝓ reliquo. In hac queſtione capitͬ dolor large pro triſticia que dicitur dolor interior. Triſticia eſt q̄ ex his q̄ nobis nolentibus accidunt. Scđm mgr̄m ſtephanum Bruleſer. Iſte doctor videtur ſibi nimis eſſe rigoroſus: qꝛ ſm ipſum ꝓbabile videtur

ꝙ iſti paruuli erunt in iſto mundo poſt
diem iudicij: ꝛ proficient in ſcientia ꝛ po-
terunt diſputare et letari ad inuicem: tñ
nihil habetur certum.

Jrca diſtinctionẽ

tricesimãquartam querit̃ pri-
mo. Utrum malum ſit a bono
vt ab origine. ¶ Reſponſio dicenduȝ eſt
igitur ſicut fides ſana ꝛ magiſter in litte
ra ſanctoꝝ auctoritatibus manifeſtat
ꝙ malum a bono habet originem. Secũ
dum autem ꝙ maluȝ dicitur malus actꝰ
interior ſic poteſt eſſe ꝑimũ in genere ma/
li: ſed non in genere entis. Jn genere ma
li poteſt eſſe primũ ſicut in prima dcordi
natione voluntaris luciferi antecꝙ̃ nulla
preceſſerat malicia nec tamen poteſt eſſe
principium in genere entis. Actus enim
omnis a potencia procedit ꝛ poſterior il
la eſt tan.ꝙ̃ effectus eſt poſterior cauſa.
Et quoniã potencia illa bona eſt de ge/
nere bonorum: patet ꝙ malum originem
habet a bono.

Secũdo querit̃. Utruȝ

malum ſit a bona cauſa: vtpote a volun/
tate efficiente ꝛ deficiente. ¶ Reſponſio
dicendum eſt ꝙ abſcꝙ dubio malum ſiue
peccatum eſt a voluntate vt deficiente: vt
dicit Auguſtinꝰ in ench. Nemo querat
cauſam male voluntatis: non eñ habet
cauſam efficientem ſed deficientem. Et
hoc poteſt dici tripliciter ſm̃ ꝙ triplexẽ
defectus circa voluntatem ſcilicet natu-
ralis culpabilis penalis. Nam defectum
naturalem voco ipſam defectibilitatem
que eſt a voluntate hoc ipſo ꝙ ex nihilo.
Defectum culpabilem voco ipſum pec-
catum. Defectum penalem voco illud
damnum ſiue nocumentum ſiue leſionẽ
que conſequitur ad illud. Unde Augu-
ſtinus. Nunꝙ̃ enim eſt dedecus peccati
ſine decore vindicte.

Tertio querit̃. Utrum

malum ſit a bono ſm̃ intentionẽ vel pre-
ter. ¶ Reſponſio. Dicendum ꝙ de malo
eſt loqui dupliciter: aut de eo qđ eſt ma-
lum: aut de malo ſub ratione mali. Cuȝ
ergo queritur vtrum fiat per intentionẽ
vel preter. Dicendum ꝙ ſi intentio com
paretur ad id qđ eſt malum: ſic bene con
tingit malum intendere ꝛ tanꝙ̃ finem ꝛ
tanꝙ̃ id qđ eſt ad finem: ſicut aliquis in
tendit finaliter luxuriari vel vane glo-
riari tanꝙ̃ id quod eſt ad finem: ſicut fa
cere furtum intendit vt inde poſſit viue-
re voluptuoſe: ꝛ intendit mentiri vt poſ-
ſit falſo laudari. Si vero intentio com-
paretur ad malum ſub ratione mali po-
teſt eſſe dupliciter. Aut ita ꝙ intendat
hoc facere tanꝙ̃ maluȝ ſimpliciter ꝛ ma
lum ſibi ꝛ hoc modo nullus intendit: qꝛ
nihil appetitur a voluntate niſi ſub ratio
ne boni ſimpliciter vel boni ſibi. Aut ita
ꝙ intendat hoc tanꝙ̃ malũ ſimpliciter:
verumtamen bonum ſibi: ꝛ ſic malum po
teſt fieri per intentionem ꝛ fit aliquãdo:
licet nõ ab omnibus: ſed a malicioſis qui
bus propter corruptionẽ palati interio-
ris mala ſapiunt vt bona. Quoniã igit̃
illud quod eſt malum cadit ſub intentio
ne: et aliqua ſunt que habent maliciam
coniunctam inſeparabiliter: ꝛ qui inten/
dit aliquid: per conſequens iudicatur in
tendere quod eſt illi vnitum inſeparabi-
liter hinc hinc eſt ꝙ malum iudicatur et
punitur: vt factum per intentionem. Ex
his patet Reſponſio ad queſtionẽ.

Quarto querit̃. vtrum

aliquod malum ſit ab omni bono ſeque-
ſtratum. Et hoc eſt querere. ¶ Utrum
aliquid ſit ita malum ꝙ nihil habeat de
bono: ſed ſit in ſummo ¶ Reſponſio di-
cendum ꝙ ponere malum aliquod eſſe
quod nihil habeat de bono: non ſolum
eſt peruerſitatis heretice: ſed etiam ma-
nifeſte cecitatꝫ ꝛ ſtulticie. Sicut enim in
opponendo monſtratum eſt: ipſa poſitio
implicat in ſe ꝓpoſita. Jmplicat eñ ꝙ
illud ſcilicet ſumme malum ſit et non ſit

ꝙ idem poſſit ⁊ non poſſit: ꝙ idem ſciat ⁊ neſciat. Et dum implicat in ſe oppoſita deſtruit ſeipſam. Auguſtinꝰ dicit ꝙ manicheus neſciuit quid eſſet maluȝ ⁊ quia voluit de malo diſputare neſciens quid hoc eſſet. Ideo ſe ⁊ multos precipitauit in errorem.

Queritur quinto. Utrum

malum ſiue malicia ſit in bono ſibi oppoſito. ¶ Reſponſio. Dico enim ꝙ maluȝ ſubſtantificatur in bono ⁊ non ſolum in bono: ſȝ etiam quoddāmodo ſibi oppoſito. Unde Augꝰ. Cum bona ⁊ mala nullus ambigat eſſe contraria: non ſolum ſimul eſſe poſſunt: ſed mala omino ſine bonis et niſi in bonis eſſe nō poſſunt. Hic expreſſe habetur ꝙ mala ſunt in bonis ſibi oppoſitis. In bono autem qđ directe ⁊ formaliter opponitur ſubſtātificari nō habet: ſicut dicit Augꝰ. vt opponitur virtus ⁊ vitium: gratia ⁊ culpa.

Sexto queritur. vtrum

malū ſit in bono tanꝙ̄ aliquis habitus: an ſit pura priuatio. ¶ Reſponſio dicendū ꝙ malū ſiue pctm̄ dupliciter pōt accipi. Uno modo abſtractiue. Alio modo concretiue. Scđm autē ꝙ malū dicitur concretiue ſic concernit illud quod deformat vel aliquā actionē vel aliquaȝ ſubſtantiam: ⁊ ſic dicitur maluȝ res mala vtpote actio mala vł anima mala: ⁊ h̄ modo malum aliquid eſt ⁊ habet eſſe nature: et ſi peccator dicatur nihil eſſe: hoc dicitur ꝯ̄trum ad bene eſſe: quod quideȝ eſt ordinatum. De quo dicit Boecius: Q; eſſe eſt qđ ordinem retinet ſeruatꝫ naturam. Contingit iterum loqui de malo ſiue peccato abſtractiue ⁊ hoc modo malum ſiue peccatum in recto ſiue p̄dicatione formali non eſt aliquid: ſed nihil: quia non eſt ens nec bonū: ſed priuatio boni. Quāuis aūt malicia vel peccatum nihil ſit in recto: in obliquo tamen alicuius eſt: et alicuius vt oppoſiti ⁊ alicuiꝰ vt ſubiecti. Alicuiꝰ vt oppoſiti vtpote boni. Malum enim eſt priuatio boni ⁊ quia ſic eſt priuatio boni: vt tamē non ſit omnino vera boni annihilatio ſic priuat bonuȝ gratie qđ relinquit bonū nature: ſic priuat actum vt relinquat aptitudinem ſic priuat bonū ꝯ̄tum ad effectum: vt tamē in ſubiecto relinquat debitum: ⁊ ideo malū abſtractiue ſumptū formaliter loquendo priuatio eſt: ⁊ ideo nihil eſt. Eſt eñ entis alicuiꝰ vt ſubiecti: quia eſt ī aliquo ente. Non enim ē oīmoda priuatio ſiue annihilatio.

Circa diſtinctionem tricesimāquintaȝ queritur primo.

¶ Utrum peccatum aliqđ bonum habeat corrūpere. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ abſqꝫ dubio ſicut Auguſtinus in pluribus locis dicit. Peccatum corrumpit et aliquo bono priuat. Cum enim per peccatum fiat anime deformatio et obſcuratio nec poſſit intelligi aliquid deformari vel obſcurari ſine ammiſſione alicuius luminis et pulchritudinis neceſſe eſt intelligi: per peccatuȝ aliquod in nobis bonū corrumpi. ¶ Notandum eſt ꝙ peccatum non eſt qualiſcunqꝫ priuatio: nec cuiuſcunqꝫ boni: nec in quacūqꝫ creatura reperta: ſed peccatum ſiue culpa priuatio eſt iuſticie. Iuſticia autem vt dicit Anſhelmus: eſt rectitudo voluntatis. Volūtas autem eſt in ſola rationali creatura: ac per hoc et iuſticia: et ſicut iuſticia eſt voluntatis rectitudo: ſic culpa que iniuſticia eſt: eſt voluntatis obliquatio. Sicut igitur per obliquationeȝ fit declinatio a rectitudine: et quedam rectitudinis exterminatio: ſic in culpe commiſſione fit in anima quedam rectitudinis adēptio ſiue corruptio. Et eſt attendendum ꝙ cum ad rectitudinem voluntatis tria concurrant: ſcilicet ipſa potentia rectitudinabilis ⁊ ipſe habitus rectitudinis: et ipſa habilitas media: pecca-

rum non corrumpit ipſam potētiam ſm ꝙ potentia nec ſimpliciter nec ſm quid: ipſum vero habitum rectitudinis ſimpliciter tollit. Ipſam vero habilitatem mediam quoddammodo corrumpit: et quoddammodo relinquit: ergo potentiam nec diminuit nec aufert. iuſticiā ſimpliciter tollit. habilitatem vero mediam diminuit. dum homo per peccatum minus et minus redditur ad rectitudinem iuſticie habilis ſm ꝙ linea que magis et magis curuatur: minus ē habilis ad diſpoſitionem rectitudinis. Patet reſponſio.

Queritur ſecundo.

Utrū peccatum ſit ipſa corruptio paſſio eſſentialiter loquendo. ¶ Reſponſio. Notandum ſicut pretactum eſt. Peccatum eſt corruptio conſiſtens circa voluntatē et eius actum cum ſit obliquatio a rectitudine iuſticie. Voluntas autem ī actu ſuo eſt inſtrumentum ſeipſum mouens. Unde quando volūtas ad aliquid mouetur libere: ſi moueatur vel afficiatur inordinate: illa inordinatio reſpicit et voluntatem mouentem et voluntatem motam. Quia voluntas dum inordinate afficitur inordinate mouet: et inordinate mouetur: quoniam igitur culpa ꝓut conſideratur in actu nihil aliud eſt q̄ȝ motus voluntatis inordinatus: et ad illum motum concurrit actio ⁊ paſſio: nō tm̄ eſt corruptio actio: immo etiam corruptio paſſio. Nam et inordinatio qua anima ſe deordinat: et inordinatio qua anima deordinatur: vtraqȝ eſt culpa: differens comparatione: vna tamen per eſſentiam. Et quia quales ſunt actus tales ſunt habitus maxime cum habitus generantur ex actibus ſicut eſt in genere malorum habituum. Hinc eſt ꝙ deformitas vel priuatio in voluntate relicta et habet in ſe aliquid correſpondens actioni: et aliquid correſpondens paſſioni. Et ſic eadem culpa eſt corruptio ſiue priuatio boni nō ſoluȝ actiue: ſed etiam paſſiue dicta ſm veritatem loquendo: ſm appropriationem vero corruptio illa incꝑtuȝ eſt actiue intellecta tenet mere rationem culpe: incꝑtum vero paſſiue dicta tenet rationeȝ pene. Quia incꝑtū eſt actiue dicta tenet rationem voluntarij. Incꝑtum vero paſſiue rationem inuoluntarij: nec iſta ſunt incompoſſibilia circa eandem actionem et motuȝ. Nam expreſſe videmus ꝙ in eadē actione corporali vna et eadem actio ⁊ delectat ⁊ ledit et per conſequens contriſtat ſicut cū ſcabioſus ſcalpendo cutem ſuam dilaniat et dilaniando delectatur et etiam leditur et vnum placet: et reliquum diſplicet. Similiter et eadem actione ſpirituali eſt auerſio ab incommutabili bono ⁊ conuerſio ad cōmutabile bonum: cōuerſio placet: et auerſio diſplicet. Sic in propoſito dicendum eſt ꝙ eadem culpa poteſt dici actiue ⁊ paſſiue: prout tamē actiue dicitur proprie: tenet rationem culpe incꝑtum vero paſſiue tenet rationem pene. Patet reſponſio.

Tertio queritur.

Utruȝ peccatum ex hoc ꝙ corrumpit bonum cōtrarietur bono increato. ¶ Nota hāc diſtinctionem ꝙ malum contrariari alicui bono poteſt intelligi dupliciter. Primo modo prout malum cōtrariatur bono in ſe formaliter. Secundo modo prout malum contrariatur bono in ſuo effectu. Ex his ſequuntur alique propoſitiones. ¶ Prima propoſitio eſt. Malum non poteſt contrariari ſummo bono: cum illud ſit bonum per eſſentiam: cui nihil omnino eſt contrarium.

¶ Secunda ꝓpoſitio. Nihil poteſt repugnare deo in ſuo opere: qm̄ virt⁹ dei om̄ipotentiſſima eſt: ideo nullū poteſt inuenire obſtaculum. Tantus eſt et talis ordo vniuerſitatis quem ei conditor dedit vt a nullo poſſit malo ꝑturbari: vt vult Auguſtinus. ¶ Tertia propoſitio. Ali-

quid poteſt repugnare deo ĩ effectu ſuo:
quia per malum bene contingit aliqueꝫ
dei effectum reddi minus habilem ad ſu
ſceptionem diuine influentie ad obten-
tum perfectionis et beatitudinis ad quē
ordinatur ex ſua primaria conditiōe. pa
tet reſpōſio: Cum enim dicitur ꝙ aliq̄s
homo aduerſatur deo hoc non intelligi-
tur ꝙ aduerſetur ⁊ inimicetur volunta-
ti beneplaciti cui nullus poteſt reſiſtere:
imo ſemper impletur vel ab homine vel
de homine: quia cum deus precipiat vnū
et homo malus facit cōtrarium deo ad-
uerſatur. Deus odit non affectu ⁊ repu-
gnantia voluntatis: ſed effectu punitio-
nis: ſic enim hominem affligit ſicut quis
affligeret ſuum aduerſarium et reddit
ſubiectum.

Quarto queritur. Utruꝫ

per quodlibet malum habeant iſta tria:
ſcilicet modus ſpecies et ordo corrum-
pi ſimul et inſeparabiliter. ¶ Reſpōſio
dicendum eſt creatura rationalis ⁊ ē na-
tura quedam et eſt vlterius preter alias
creaturas operās per volūtatem: ⁊ vtro
q̄ modo habet comparari ad deū ⁊ vtro
q̄ modo habet reperiri in ea mod⁹ ſpeci-
es et ordo: vtroq̄ etiam modo habet cir
ca eam reperiri quod eſt iſtorum trium
corruptiuum: ſed malū culpe proprie ha
bet conſiſtere circa ipſam ſm ꝙ eſt volun
tarie operans: et ideo priuare habēt mo
dum ſpeciem et ordinem ſm ꝙ conſiſtūt
circa ipſam voluntatem vt eſt volunta-
rie operans. Uoluntas autē cum habet
modum ſpeciem ⁊ ordinem: ſicut debet:
bona eſt. Tunc autem voluntas noſtra
bona eſt quando in mouendo ſiue ope-
rando cōtinuatur diuine virtuti: vt pri-
cipio mouenti et conformatur ei vt regu
le dirigenti et vnitur ei: vt fini quietanti
et in primo attenditur modus: in ſecun-
do ſpecies: et in tertio ordo ſm compara
tionem in triplici genere cauſe. Quād
cunq̄ vero aliquis peccat neceſſario diſ

continuatur a deo tanq̄ a principio mo
uente: quia deus nunq̄ mouet ad pecca
tum. Diſcordat a deo tanq̄ a regula di
rigente ⁊ elongat ſe ⁊ deordinat aliquid
a fine quietāte: ponēs creaturā finē: ⁊ in
omni peccato neceſſe eſt iſta tria concur
rere: ⁊ ſic patet ꝙ omne peccatū circa vo
lūtatē corrūpit hec tria: ſcꝫ modū ſpeciē
⁊ ordinē ſimul ⁊ inſeparabiliter.

Quinto queritur. vtrum

hec tria per quodlibet peccatum corrū-
pantur equaliter. ¶ Reſponſio dicendū
ꝙ cum illa tria videlicet modus ſpecies
et ordo prout priuantur per moduꝫ cul-
pe ſunt conditiones eiuſdem bone volū
tatis: non ſolum ab inuicem inſeparabi
les: verumetiam equales equaliter pri-
uantur per quodcūq̄ malū culpe. Quod-
libet enim malum culpe intantū deordi
nat inq̄tum facit deo diſſimilem: ⁊ intā-
tum elongat a deo: ita ꝙ quēadmodum
gratia equaliter reddit animam ordina
tam et ſpecioſam et potentem in bonum
tātū vel magis culpa deordinat ipam et
deijcit in malum. Et quemadmoduꝫ in
gloria ſimiliter eſt adequatio dotum ſic
etiam in culpa equaliter fit priuatio bo
rum trium. Et ideo dicitur: viſio in glo-
ria eſt tota merces: propť connexionem
⁊ equalitatem in dotib⁹ glorioſis: ſic eti-
am vt dicit Auguſtin⁹ in libro octuagin
ta trium queſtionū ꝙ totum nomen ma-
li de ſpeciei priuatione repertum eſt: nō
quia malum per ſolam ſpeciem priuetur
vel principaliter: ſed quia in priuatione
ſpeciei intelligitur priuatio aliorū. Pa-
tet reſolutio.

Sexto queritur. vtrum

per malū cōtingat hec tria corrumpi to-
taliter. ¶ Reſpōdeo. Dicendū ꝙ abſq̄
dubio per malū culpe non contingit om
nino remoueri ⁊ priuari habilitatem vo-
luntatis ad bonū nec modū ſpeciē ⁊ ordi
nem que ſm illam attendunť ⁊ hoc ma-

nifeſte apparet quia nunq̃ voluntas poteſt eſſe ſine naturali habilitate ꝛ aptitudine ad bonū: ſicut ergo nō poteſt voluntas peccando deſinere eſſe: ſic non poteſt totā habilitatē illā perdere ꝛ modū ſpeciem ꝛ ordinem que ſm̄ illā attenduntur totaliter amittere. Et hoc quidē expſſe Auguſtinus dicit. Et in hoc omnes doctores cōmuniter cōſentiunt. Dum eīm homo peccat deum offendit ꝛ ex hoc efficitur indignus ꝛ ineptus ad ſuſcipiendū gratiā dei: redditur pronus ad malum ꝛ ineptus ad opera virtutū: ſed planū eſt ꝙ nunq̃ eſt aliquis adeo indignus gratia dei quin adhuc poſſit eſſe dign⁹: quia nunq̃ offendit: quin q̃diu eſt i ſtatu vie ſit ſuſceptibilis gratie: ꝛ ita nunq̃ ex illa parte efficitur inhabilis in ſummo ad ſuſceptionem gratie.

Circa diſtinctionem triceſimāſextā querit primo. Utrum peccatū ſit pena peccati.

¶ Reſpondeo. Dicendū eſt ꝙ abſq̃ dubio ſicut auctoritates ſanctoꝝ expreſſe dicunt tenendum eſt ꝙ peccatū eſt pena peccati non tm̄ cauſaliter ſed etiā eſſentialiter. Nam pena duo dicit ſcz malū ſiue damnū ꝛ dicit ordinez ad precedens demeritū ꝛ hec duo contingit reperiri circa ſequens peccatum. Damnificatio eīm ꝛ nocumentū eſt in ipſo ſm ꝙ peccatū: eo eīm eſt peccatum quo nocet ꝛ magnū maluz incurrit quis cum incidit in peccatū etiā ſi nihil aliud deberet habere poſterius. Ordinationem vero habet in eo ꝙ ſequens. Hoc ipſo eīm ꝙ homo eſt in peccato dignus eſt dimitti cadere in aliud. Apocalypſis vltimo. Juſtum eſt vt qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc.

Secūdo querit. Utrū paſſiones anime ſint pene tm̄: an pene ſimul ꝛ peccata.

¶ Reſpondeo. Dicendū ꝙ ſicut expreſſe dicit magiſter ꝛ probat per Auguſtinū multe ſunt paſſiones aīe que nō ſunt ſolū penales: verūetiā culpabiles: ſicut ira ꝛ inuidia licet huiuſmodi paſſiones peccata ſint: tn̄ nō ſunt peccata inq̃tū paſſiones vt dicit Aug⁹. Omnis paſſio inq̃tū ipſam aliquis patitur non eſt peccatū: ſed huiuſmodi paſſiones ſunt pctā rōne inordinationis voluntatꝭ cōiuncte vel antecedenter vł cōſequēter. Paſſio illata ab extrinſeco nō eſt meritū vel demeritū niſi inq̃tū a voluntate reſpuitur vł acceptatur. Unde occidi pro chriſto nō eſt meritoriū niſi inq̃tum volitum ſed ſufferentia paſſionis. Paſſio illata ab intrinſeco vna orit̃ ex corruptione nature qm̄ natura eſt corrupta vicioſa corruptione per cōcupiſcentiā ꝛ tales ſunt paſſiones ire ꝛ inuidie. Alia oritur ex corruptione penali ꝑ mortalitatē inflictā vt fames ꝛ ſitis ꝛc̄. Volūtas enim aliqn̄ cōuertit̃ ad bonū ſimplr̄: ꝛ tunc deteſtat̃ ꝛ odit qđ aduerſat̃ illi bono: vt pote pctm̄: ꝛ hoc mō paſſiones inde conſurgentes ſunt iuſte ꝛ meritorie. Si voluntas cōuertat̃ ad bonū ꝓpriū ꝛ ad bonuz vt nūc: tūc paſſiones que inde cōſurgūt culpabiles ſunt ꝛ male: vt pote qn̄ homo vult iraſci ꝛc̄. Vide tn̄ litterā.

Tertio queritur. Utrū cōtingat in aliquo ponere culpā ſine pena ſubſequēte.

¶ Reſpondeo. Dicendū ꝙ impoſſibile eſt culpā in aliquo eē quin ad ipſam ſequatur pena inſeparabiliter. Et ratio huius poteſt ſumi. Primo ex perfectione diuine equitatis. ¶ Secūdo ex pulchritudine vniuerſitatis talis eſt illa pulchritudo ꝙ nullo modo fedari poteſt nec peccatū a pena ſeparatum poteſt eſſe. ¶ Tertio ex corruptiōe culpe fedantis: quin modus ſpēs ꝛ ordo circa actionem voluntatis priuetur. Auguſtinus. Nemo habet iniuſtuz lucrum ſine iuſto damno: vbi lucrum ibi damnū. ¶ Quarto ex cōditione nature peccantis perdit magnū bonū ſcz deū perdit honorē pro-

prium ſolatiū:ꝛ incurrit remorſū. Tan-
te eñ eq̄tatis eſt deus q̄ eſt iudex oīm vt
nō patiatur dedecus peccati ad modicū
eſſe ſine decore iuſticie: omni enim modo
debet iuſticia iniuſticiam ſuperare. Ex
pulchritudine vniuerſitatis. Ex corru-
ptione ꝛ inordinatione culpe fedantis.
Et ex cōditione nature peccantis.

Queritur quarto. vtrū

pena eſſe poſſit in aliquo ſine culpa pre-
cedente. ¶ Reſpondeo. Dicendum ē ꝙ
ſi intelligat̄ de cauſa meritoria de condi
gno ſic non habet veritatē: ſi autē intelli
gatur de cauſa ſine qua nō ſic aliquo mo
do habet veritatē. Nulla eñ eſſet pena
in homine niſi p̄ceſſiſſet culpa. Et ſic pa-
tet ꝙ omnis pena aliquo modo reſpicit
culpam: ſed quedā vt p̄ſentē in ſe: vtpote
pena infernalis: quedā p̄teritam in ſe: ſed
p̄ſentē in reatu ꝛ ſequela: ſicut pena pur
gatoria. Quedā vero ſolum vt p̄teritū
ꝛ hoc in eo qui punitur: ꝛ ſic eſt omnis pe
na iuſtoꝝ chriſto excepto. Quedā vero
reſpicit culpā nō in ſe ſed in alio ſicut pa
tet in chriſto: quia fuit voluntarie. Et ꝑ
hoc patet Reſponſio qua querit̄. Utrū
pena poſſit ſeꝑari a culpa. Cōcedendū ē
ꝙ ſic, ꝑpter ordinationē quā habet ad bo
num poſterius quod ex ea elicitur.

Quinto querit̄. Utrū

aliqua pena ſit a deo. Reſpōdeo. Dicen
dum pena plus dicit q̄ꝫ malum. Maluꝫ
eñ importat abſentiā ſiue defectū boni
vbi debet eſſe. Pena vero importat ordi
nem ad ipſum meritū pene: ꝛ ſimul cum
hoc diſpoſitionē aliquā ſignat circa ipm
punibile. Quoniam igitur tam ordo q̄ꝫ
diſpoſitio rei dicit̄ eſſe a deo ſicut a prin-
cipio: hinc eſt ꝙ rationabiliter concedit̄
ꝙ pena ſit a deo: illa potiſſime q̄ impor-
tat ordinē fundatū ſuꝑ talem diſpoſitio
nem. Et q̄m dicit aliquo modo ordinem
p̄cedentē ꝛ culpa p̄cedens nō ē ex cōſtitu
tione nature ſed potiꝰ ex volūtatis inor-
dinatione. Hinc eſt ꝙ et ſi pena dicat̄ a
deo: nō tamē dicitur a deo faciente: ſed a
deo vindicante. Cōcedendū eſt ergo ali-
quas penas a deo eſſe ſicut oſtendunt ra
tiones ad hoc inducte, ꝑ eo ꝙ alique pe-
ne ſunt diſpoſitiones ipſius punibilis et
diſpoſitiones nō qualeſcunq̄ꝫ: ſed ordi-
nate ſm rigorē diuine iuſticie.

Sexto queritur. vtrum

omnis pena ſit a deo. ¶ Rn̄deo. Notan
dum ꝙ pena de generali acceptōne dicit
nocumentū ordinatū. Nocumentū autē
comparationē habet ad ipſuꝫ nociuum
ꝛ ad illud qđ patitur nocumētū: ꝛ ad il-
lud ſm cuiꝰ priuationē nocumentū illud
attendit̄. Et ſm iſtā triplicē cōparatio-
nē nomē pene habet triplicē acceptionē.
Unde dicit̄ pena aliqñ actio rei ledētis.
ſm ꝙ aduſtio ignis infernal̄ dicit̄ eſſe pe-
na reproboꝝ. Dicit̄ etiā pena paſſio rei
leſe ſiue punite ſm ꝙ dicit̄ afflictio repro
borum eſt eoꝝ pena eterna. Dicit̄ etiā de
fectus alicuius boni in quem incurrit̄ ex
illa paſſione ſicut defectus quietis: ſalu-
tis: ꝛ pacis eſt pena reproborum. Quo-
cunq̄ꝫ autē iſtoꝝ modoꝝ dicat̄ pena ſiue
actio ſiue paſſio ſiue defectꝰ ſemꝑ nomē
pene vt ſic impoſitū eſt ab ordine ꝛ qđ di
cit noīat vt ordinatū. Et q̄m omne ordi
natū vt tale procedit a deo a quo eſt om
nis ordo: quocunq̄ꝫ modo dicatur pena:
et quicquid dicitur pena inquantū pena
a deo eſt: ꝛ quoniā omne ordinatū a deo
eſt: a deo eñ habet ꝙ ſit ordinatū: ꝛ ideo
placet omnis ordo: et idem eſt fieri deo
auctore ꝛ deo volente. Sed ſm magiſtꝝ
diſtinctione. xxxij. non conceditur ꝙ fo-
mes ꝛ concupiſcentia habeat deū aucto-
rem: ſed diabolum ꝛ hominē. Unde nec
conceditur a deo eſſe excecatio obdura-
tio imaginis deformatio: nec gratie ſub-
tractio ſiue expoliatio nec error nec igno
rantia nec cōcupiſcentia nec his ſimilia.
omnia enim hec vel dicunt defectum vel
deordinationem aliquam.

c Irca diſtinctionem trigeſimāſeptimā queritur primo. Utruȝ omnis actio ſm ꝙ actio ſit a deo. ¶ Reſpondeo dicendū ꝙ illa opinio verior ſit que dicit ꝙ omnis actio ſiue ſubſtrata peccato ſiue non: ſm id quod eſt actio eſt a deo nec immerito: quia illud oportet ponere ſi penſetur eminentia diuine potentie ⁊ indigentia potentie creature. Et ideo hec poſitio que dicit oēm actionem eſſe a deo ſm ꝙ actio eſt abſꝗ omni ambiguitate tenenda eſt. Unde Anſhelmus in libro de predeſtinationis concordia ⁊ p̄ſcientie. Omnis qualitas ⁊ oīs actio: ⁊ quicquid habet aliquā eſſentiam a deo eſt: a quo eſt omnis iuſticia et nulla iniuſticia. Facit igitur deus oīa iuſta: ſine iniuſta voluntate. i. bona opera ⁊ mala. In bonis quidē facit ꝙ ſunt et ꝙ bona ſunt. In malis mero ꝙ ſunt: ſȝ nō ꝙ mala ſunt. Et iterum ibidem. Omēs actiones ⁊ omnes motus facit deus: qꝛ ipſe facit res: a quibus ⁊ ex quibus: ⁊ per quas ⁊ in quibꝫ fiunt: ⁊ nulla res habȝ vllam potentiam volendi aut faciendi niſi illo dante: ip̄m quoqꝫ velle qꝺ aliquādo iuſtum eſt aliquando iniuſtuȝ: a deo eſt. Non vero bonū eſſe nō ē quidꝫ nec a deo eſt ⁊ ſic patet reſolutio.

Secūdo querit̃. Utrū

omnis rei ꝯſeruatio ſit a deo. ¶ Reſpōdeo. Dicendum ꝙ nō ſolum omnē actionem: verūetiam omnē conſeruationē neceſſe eſt eſſe a deo: vnde Gregorius. Cūcta in nihilum cederent niſi manus conditoris ea cōtineret: ergo omnia que conſeruantur a deo conſeruantur. Et ratio huius eſt neceſſitas et indigentia ex parte creature. Omnis eñ creatura ex nihilo eſt ⁊ aliunde habet eſſe. Quia ex nihilo eſt: ideo quodāmodo vana eſt et vanitati ſubiecta eſt. Quia vero aliunde habet eſſe. Ideo eſſe eſt ſibi quodāmodo accidentale: ꝯtrario modo eſt in deo. vñ Hylarius ſeptimo de trinitate. Eſſe nō eſt accidens deo: ſed ſubſiſtens veritas et manens cā ⁊ naturalis generis ꝓprietas. Pꝫ ergo ꝙ oīs rei ꝯſeruatio eſt a deo tanq̄ ab imediato p̄ncipio: non tñ eſt ab ipſo ſicut a tota cauſa. Sicut in creatura eſt aliqua virtus op̄atiua creata: ſic etiā aliqua virtus conſeruatiua.

Querit̃ tertio. Utrum

omnis compoſitio ſit a deo. ¶ Reſpondeo. Dicendū cuȝ compoſitionis nomen tripliciter accipiatur in qualibet ſuaruȝ acceptionū aliquid dicit. Dicitur eñ cōpoſitio cōponentis actio. Dicit̃ etiā cōpoſitio ponibilis paſſio. Dicit̃ tertio mō compoſitio rei compoſite diſpoſitio. Et quoniā tam actio q̄ȝ paſſio q̄ȝ etiā diſpoſitio rei cōpoſite ſm ꝙ cōpoſita eſt aliq̇d dicit: ⁊ omne qꝺ dicit aliquā poſitionem a deo eſt. Concedendum eſt ſimpliciter ꝙ omnis compoſitio ſit a deo ſm ꝙ cōpoſitio: ſicut ⁊ omnis actio et conſeruatio. Attendendum tamen eſt ꝙ quēadmodū quedam actiones ſunt que mox nomiate cōiuncte ſunt malo: ſicut mendacium et adulterium. Sic quedam quarūdam rerum compoſitiones ſunt quas inſeparabiliter concomitatur aliqua deformitas ⁊ inordinatio. Unde quēadmodū actio que coniuncta eſt defectui malicie inſeparabiliter dicitur a deo eſſe. Ita ꝙ defectꝰ malicie non eſt a deo ſed a defectu creature vtpote libere voluntatis: ſic compoſitio cui coniuncta eſt deformitas ⁊ inordinatio ſic eſt a deo ꝙ illa deformitas que vere defectus eſt a defectu alicuius cauſe cōponētis create: vł a defectu ip̄oꝝ cōponibiliū. Pꝫ ğ ꝙ oīs cōpoſitio eſt a deo. J

Querit̃ quarto Utrum

actio iniuſta ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo. ¶ Reſpondeo. Dicendum cū iniuſticia ſiue malicia circa actionem dicat: defe-

ctum et priuationem: et defectum deor-
dinatum de ſe: et defectum carente debi-
to fine: facere actionē iniuſtā. hoc repu-
gnat potentie ſapie et bonitati. Eſt em̄
ꝑuatio vtilitatis ⁊ ordinis ⁊ entitatis: et
quia nihil eſt attribuendū deo niſi qd̓ de
cet potentiā ſuā: ſapientiā ⁊ bonitatem.
Ideo actionē malā deo tribuere nō ſolū
falſitatis eſt ſed etiā blaſphemie ⁊ impie
tatis. patet ergo ꝙ actio mala et iniuſta
ſm ꝙ huiuſmodi nō eſt a deo.

Querit̄ quinto. vtrum

operatio fortuita ſm ꝙ eſt fortuita ſit a
deo. ¶ Rn̄deo. Dicendū ꝙ ⁊ ſi caſuale ⁊
fortuitū ſm id qd̓ eſt ſit a deo inq̄ꝫtuꝫ tn̄
caſuale vel fortuitū a deo non eſt. Et rō
hui⁹ eſt quia caſuale et fortuitū aliquid
ponunt vtpote effectuꝫ qui eſt ex concur-
ſu cauſarū ad aliud inceptarū. Aliquid
etiam ꝑuat: dicit em̄ caſus ⁊ fortuna de-
fectum intentionis ⁊ ꝑcognitionis. ⁊ qm̄
operatio cauſarū ⁊ concurſus ad produ
cendū tales effectus aliqd eſt: ideo a deo
eſt: quia vero priuatio intentionis defe-
ctus eſt: ido a deo nō eſt. Et qm̄ caſuale
⁊ fortuitum vt ſic noiantur impoſita ſūt
a tali dfectu. Hinc eſt ꝙ nō ſunt cōcedē-
da a deo eſſe. Et hoc vult dicere Augu-
ſtinus in libro octuagintatriū queſtionū
Cum dicit. Qd̓ caſu fit temerarie fit: et
ideo ſicut non concedimus ꝙ temerariū
ſm ꝙ huiuſmodi ſit a deo ſic nō eſt conce
dendum ꝙ caſuale vel fortuitum ſm ꝙ
huiuſmodi ſit a deo.

Sexto queritur. vtrum

enunciatio falſa ſm ꝙ huiuſmodi ſit a
deo. ¶ Rn̄deo. Dicēdū ꝙ falſitas nihil
aliud eſt q̄ꝫ defectus veritatis in re q̄ na-
ta eſt verificari: ſicut malicia dicit priua
tionē bonitatꝫ ⁊ rectitudinis circa actio
nem que nata eſt rectificari et ideo actio
mala inq̄ꝫtum actio eſt a deo: inq̄ꝫtum ve
ro mala ⁊ iniuſta a deo nō eſt: ſic enuncia
tio falſa: inq̄ꝫtū enūciatio a deo eſt: inq̄ꝫ-
tum vero falſa nō eſt a deo. Quāuis nō
poſſit concedi ꝙ deus faciat falſitatē ora
tionis ſiue orationē falſaꝫ ſm ꝙ falſa eſt:
pōt tn̄ cōcedi ꝙ deus faciat aliquid quo
facto aliqua oratio eſt falſa neceſſario.
Sicut cuꝫ iuſtificat impiū facit aliquid
quo facto hec enūciatio eſt falſa. Iſte eſt
impius: patet ergo ꝙ enūciatio falſa ſm
ꝙ falſa non ſit a deo.

Irca diſtinctionē

c triceſimāoctauā querit̄ ꝑmo.
Utrum voluntas ſit bona et
cōmendabilis ratione boni finis. ¶ Re-
ſpondeo dicendum ꝙ cum dicitur volun
tas eſſe bona ex bonitate finis. Hoc eſt ꝙ
voluntas eſt bona ex ordinatione ad bo-
num fineꝫ. Ad hoc ꝙ ſit recta ordinatio
ad bonum finem: Requiritur ꝙ bonus
finis ſit duobus modis. videlicet ſm id
quod eſt: ⁊ ſub ratione finiendi. Aliquid
enim eſt bonum in ſe: quod tamen non re
cte ordinatur ad alterum ratione finis ſi
cut minus bonum quāuis ſit bonum: nō
tamen eſt bonus finis maioris boni: pro
eo ꝙ finis melior debet eſſe his que ſunt
ad finem. Similiter ex parte ordinatio-
nis duo requiruntur: videlicet ydonei-
tas ex parte ordinabilis: et actualis con
uerſio ex parte voluntatis ordinantis: ⁊
cum iſta concurrunt: tunc abſq̄ dubio
volūtas bona ex fine bono iudicat̄. Cū
autem horum aliquid deficit bonitas fi-
nis non ſufficit ad bonitatē voluntatis:
vtpote ſi ſit finis bonus in ſe: non tamen
ſufficit ad finiendū vel complendum il-
lud quod fit propter ipſum. Sicut man
ducatio q̄ꝫuis ſit bonum in ſe: nō tamen
habet completam rationem finiendi re-
ſpectu predicatiōis. Simil'r mendaciū
nō ē ordinabile ad bonū cū ſit ſm ſe malū
⁊ ideo q̄ꝫtūcūq̄ꝫ qs mētiat̄ ꝑpt̄ aliqd̓ bo-
nū: mēdatiū nō eſt bonū: qꝛ deficit ibi re
ctitudo ordinationis ꝑpter defectū ido-
neitatis ex parte act⁹ quē volūtas refert
ad illū finē. Et ſic patet reſolutio.

Queritur ſecundo. Quis

ſit ille finis ex cui⁹ bonitate voluntas eſt
bona ⁊ ad quē debēt referri nſe volunta
tes ad hoc ꝙ ſint recte. ¶ Rñdeo. Dicen
dū ꝙ mgr recte dicit in eo ꝙ finē oīs bo-
ne volūtatis charitatē aſſignat: ſecut⁹ ē
em̄ in hoc apl̄i doctrinā q̄ expſſe dicit ꝙ
charitas ē cōſūmatio p̄cepti ⁊ plenitudo
legis. Aug⁹ dicit ꝙ oīa p̄cepta diuina re/
ferunt ad charitatē. Idem de doctrina
xp̄iana. Oſtēdit ꝙ ad charitatis mādā
tū cōmendatū ordinat tota ſcp̄tura ⁊ ita
charitas nō tm̄modo ē finis bone volun
tatis ſed etiā toti⁹ ſacre ſcripture ⁊ cogni
tionis ſm pietatē. Licet em̄ xp̄s vl' beati
tudo ſiue de⁹ poſſet dici finis bone volū-
tatis. maluit tñ magiſter dicere ꝙ chari.
tas ſit finis p eo ꝙ cōpleta rō fruēdi cō-
petit ipſi charitati ⁊ eſt finis amabilis.

Tercio queritur. Utrum

bone voluntatis ſit vnus ſolus finis an:
poſſint eſſe plures. ¶ Rñdeo. Dicendū
ꝙ bone volūtatis vn⁹ ſolus finis ē prin-
cipalis. Notandū ꝙ plures fines ſtatue-
re hoc pōt eē tripl'r. Uno mō ita ꝙ finis
ſit ſub fine ⁊ ppter finem. Alio mō ita ꝙ
ſit finis p̄ncipal': alter non p̄ncipal': ita tñ
ꝙ finis nō p̄ncipalis nō referat ad prin/
cipalem actualiter. Tertio modo ita ꝙ
vterq̄ ſit finis principalis. Exemplum
autē hui⁹ pōt aſſignari in eo ꝙ frequēter
accidit: videlicet. Cū quis vadit ad ec-
cleſiā ad p̄cipiendas diſtributiōes. Hoc
em̄ pōt facere tripl'r. Aut ita ꝙ principa
liter intendit honorē dei ⁊ gloriā cum va-
dit decantare laudes: ⁊ ſimul cū hoc in-
tendit obtinere pecuniā vt pauperib⁹ di-
ſtribuat: vel in alios vſus licitos ad ho-
norem dei conuertat. ¶ Alio modo pōt
aliq̄s ire ad eccleſiā intendens deo place-
re: ⁊ ſimul cū hoc pecuniā acq̄rere: ita tñ
ꝙ eius acquiſitionē ad deū nō refert: nec
tamen ipſam pecuniā ſtatuit finē princi/
palem pro eo ꝙ ipſā nō diligit ppter ſe.

¶ Tertio modo vadit quis ad eccleſiam
duplicata intentione: ita ꝙ vult deo pla
cere: ⁊ vult obtinere pecuniā quam ſicut
auar⁹ appetit acquirere vt poſſit theſau-
rum ſuū ampliare ⁊ in eo delectari ppt
ſe. ¶ Primo modo eſt bonū ⁊ meritoriū ⁊
pertinet ad bonā voluntatē. ¶ Secūdo
modo nō eſt bone voluntatis formaliter
loquendo: quia eſt ibi peccatum veniale
nō mortale. Hoc dicit Auguſtin⁹. Mi-
nus te amat qui tecum aliquid amat qđ
non ppter te amat. ¶ Tertio modo ſta-
tuere diuerſos fines nō eſt bone volunta
tis immo contra bonā voluntatem talis
em̄ vult duobus dominis ſeruire: ⁊ hoc
eſt impoſſibile Matth. vi. Cum em̄ vnū
ſolum ſit ſummū ⁊ verum bonum quod
quietat humanum deſiderium neceſſe eſt.
ꝙ voluntas bona ad hoc ꝙ recta ſit ſta/
tuat ſibi finem vnicum.

Quarto queritur. vtrum

male voluntates habeāt vnicum finem.
¶ Reſpōdeo. Dicēdū ꝙ econtrario eſt
in bonis voluntatibus ⁊ in malis. Nam
voluntatum bonarū vnicus eſt finis ſi/
ue bone voluntates ſint diuerſe diuerſi-
tate numerali: ſiue diuerſitate forma-
li. Diuerſitatem numeralem voco quan
do plures homines in eodem genere affe
ctionis afficiuntur circa aliquid. Diuer
ſitatem autē formalē voco quando idem
homo diuerſis habitib⁹ virtutū afficitur
circa diuerſa. Siue em̄ ſic ſiue ſic contin
gat plures fines proximos et pprios aſſi
gnare: tamen finem vltimū ⁊ principalē
neceſſe eſt eſſe vnicū videlicet ipſum deū
Econtra de malis voluntatib⁹ propter
imperfectionē amoris ⁊ appetibilis. Pro
pter imperfectionem nāq̄ amoris libidi
noſi voluntates ſolo numero differentes
diuerſos habent fines: ppterea q̄ amor
libidinoſus ſemp̄ querit quod ſuum eſt:
tamen vnuſquiſq̄ querit finē ſuum pro-
prium: vt patet in adultero ⁊ meretrice:
quia iſte querit delectationē ⁊ illa querit:

nummū. Etiā propter imperfectionem appetibilis neceſſe ē diuerſas voluntates formalr̄ differētes habere diuerſos fines qꝛ luxuria appetit iocunditatē ꝛ leticiā ꝛ auaricia ſufficientiā ꝛ ſupbia excellētiā. Et hec oia nō ꝯtingit reꝑiri circa eandē rem creatā ſed circa diuerſas. Hinc ē ꝙ volūtates male differentes formalr̄ non vnū: ſed diuerſos fines ſibi cōſtituūt.

Quinto queritur. Utrū

intentio ſit in his ſolis q̄ participāt rōnē. ¶ Rñdeo. Dicendū ꝙ triplex ē appetitꝰ videlicet naturalꝭ: ſenſualis ſiue aīalis: ꝛ rōnalis: ꝛ quilibet iſtoꝝ appetituū habet ſuū regimē: nō abſurde regimē cuiuſlibꝫ iſtoꝝ triū appellaꝭ intētio: maxime tamē ꝓprie vocaꝭ intentio regimē appetitꝰ rationalꝭ. Et rō huiꝰ ē qꝛ ad regimen ꝛ directiuū appetitꝰ naturalꝭ magis ſpectat dirigi q̄ȝ dirigere: ad directiuū vero appetitus rōnalꝭ ſpectat ꝓprie dirigere: directiuū vero appetitꝰ brutalꝭ quodāmodo mediū tenet. Et hinc ē ꝙ naturalia mouenꝭ q̄dā neceſſitate. rōnalia vero mera libertate bruta vero mouentur quadā impetuoſitate: q̄ eſt infra libertatē ꝛ ſup̄ neceſſitatē: nō eīm pñt ſe oīno reꝑmere et tñ pñt ad oppoſitas partes tendere. Sicut igiꝭ regula directiua opationis reꝑitur in rōnalibꝫ ꝓprie: in ſenſualibꝫ minꝰ proprie: in naturalibꝫ improprie: ſic ꝛ intentio: ſic patet Reſolutio de intentione ſm ꝙ reperitur in rationalibus.

Sexto queritur. Utrū

ſe teneat ex parte itellectꝰ ꝛ ex parte affectus. ¶ Rñdeo. Dicēdū ꝙ ſicut ad rectū motū ꝓgreſſiuū cōcurrit ſilꝭ opatio viſus oſtendētis viā: ꝛ opatio pedis incedētis. Sic in actu intēdēdi claudiꝭ ſimul actꝰ rōnis ꝛ volūtatis vniꝰ vt aſpiciētis. alterius vt tendētis. Et qꝛ illi actꝰ cōiuncti ſunt: ideo ꝑ vnū vocabulū cōpoſitū ipoꝛtanꝭ. Ex his ptꝫ rñſio. Cōcedendū ē eīm ꝙ intentio noiat aliq̄d ex parte voluntatis ſicut rōnes ad ꝓmā partē ꝯcludunt. Verūtamē ē ꝙ intētio noiat aliq̄d ex ꝑte rōis. Rōne cuiꝰ dr̄ ꝛ oculꝰ ꝛ lumē ſic rōes alicet q̄ȝtū ad hec duo intētio hꝫ dirigi fide ꝛ charitate: fide clarificāte oculū itellectꝰ ꝛ charitate rectificāte pedē affectꝰ.

Circa diſtinctionem

tricesimānonā primo queriꝭ. Utrū ꝯſcientia teneat ſe ex parte intellectus vel ex parte affectꝰ. ¶ Rñdeo. Dicendū eſt ꝙ ſicut nomē intellectꝰ aliqñ ſumiꝭ ꝑ potentia intelligendi: aliqñ ꝑ habitu: aliquādo ꝑ ipſo ꝓncipio intellectꝰ. Sic nomen ꝯſcīe triplr̄ ꝯſueuit accipi a doctoribus ſacre ſcꝑture. Aliqñ ꝯſcīa accipiꝭ pro ipſo conſcito: ꝛ ſic dicit Iohānes damaſcenꝰ. Qꝛ ꝯſciētia ē lex intellectꝰ nr̄i. Lex eīm eſt illud qđ ꝑ ꝯſcientiā nouimꝰ. Aliqñ vero ꝯſciētia accipiꝭ pro eo ꝑ quo conſcij ſumꝰ ſcꝫ pro habitu. Sic ꝯſciētia accipiꝭ pro habitu ſcientie cognoſcētis. Aliqñ accipiꝭ ꝯſcientia pro ipſa potentia ꝯſcientie vt ita dicā ſm ꝙ diciꝭ ꝙ lex naturalis ſcripta eſt in cōſcientijs nr̄is. Si igiꝭ queraꝭ ꝯſcientia cuiꝰ potentie ſit habitꝰ. Dicendū ꝙ eſt habitus potentie cognitiue. aliter tñ q̄ȝ ſit ipa ſpeculatiua ſciencia: qꝛ ſciētia ſpeculatiua eſt ꝑfectio intellectꝰ nr̄i inq̄ȝtū eſt ſpeculatiuꝰ. conſcientia vero ē habitꝰ ꝑficiens intellectū noſtrū inq̄ȝtū eſt practicus ſiue inq̄ȝtum dirigit ī oꝑe: ꝛ ſic intellectꝰ hꝫ quodāmodo rōnem motiui: nō quia efficiat motū: ſed quia dictat ꝛ inclinat ad motū: ꝛ propterea talis habitꝰ nō ſimplr̄ noiaꝭ ſciētia ſed ꝯſcientia: vt in hoc ſignificeꝭ ꝙ habitus iſte nō ꝑficit illā potentiā ſpeculatiuam in ſe: ſed ꝓut eſt quodāmodo iuncta affectioni ꝛ opationi. ꝓpter qđ nos nō dicimus ꝙ dictamen cōſcientie ſit ad hoc principiū: omne totuꝫ eſt maius ſua parte ꝛ ad ſimilia: ſed bene dicimꝰ ꝙ conſcientia dictat deū eſſe honorandū: ꝛ cōſimilia ꝓncipia que ſunt ſicut regule agen

dor. Concedendū eſt igitur ſicut rōnes oſtendūt ꝙ ꝯſciencia ſe tenet ex parte potencie cognitiue. licet nō ſe teneat ſm ꝙ eſt ſpeculatiua ſed ſm ꝙ ē practica. Intellect⁹ eīm ſpeculatiu⁹ ꝛ practic⁹ eandē potenciā dicunt ſola extenſione differentem ſicut dicit pħs: nec eſt aliquo modo intelligendum ꝙ intellectus practicus ſit appetitus vel voluntas. Hoc enim negat ipſe philoſophus.

Secundo querit̄ Utrū

ꝯſciencia ſit habitus innatus aut acquiſitus ¶ Rn̄deo. Dicendū eſt ꝙ habitus cognitiui quodāmodo ſunt nobis innati: quodāmodo acq̄ſiti: nō tm̄ loquendo de cognitione in particulari et de cognitione ꝯcluſionū: ſed etiaʒ de cognitione ꝑncipioꝝ. Qm̄ igitur ꝯſciētia nominat habituʒ directiui noſtri iudicij reſpectu operabiliū habiti qḋ quodāmodo habitum nominat innatū et quodāmodo nominat acquiſitū. Innatū reſpectu eoꝝ q̄ ſunt de primo dictamine nature. acquiſitum reſpectu eoꝝ que ſunt inſtitutionis ſuꝑaddite. Innatū dicit̄ reſpectu luminis directiui. Acquiſitū reſpectu ipſius ſpeciei cognoſcibilis. Naturale eīm lumen habeo ꝙ parentes ſunt honorandi ꝛ proximi non ſunt ledendi. Concedo ꝙ conſciencia dicit habitū quodāmodo innatuʒ videlicet ratione illius luminis. ſuper nos ſignati: qḋ quidē oſtendit nobis bona et quoddā ſeminariū alioꝝ habituum acquirendoꝝ: ꝛ concedo ꝙ dicit quoddā habitū acquiſitum reſpectu ſpecialium operabilium. Ex his patet Reſponſio ad illam queſtionē quā queritur ¶ Utruʒ omnis cognitio ſit a ſenſu. Et dicendum ꝙ non. Neceſſario eīm oportet ponere ꝙ aīa nouit deū ꝛ ſeipām ꝛ q̄ ſunt in ipſa ſine amminiculo ſenſuū exterioꝝ Unde ſi aliquando dicat pħus ꝙ nihil eſt in intellectu qḋ prius nō fuerit in ſenſu: ꝛ ꝙ omnis cognitio ortuʒ habet a ſenſu: intelligendū eſt de illis que quidē habent eſſe in anima ꝑ ſimilitudinē abſtractam: ꝛ illa dicūtur eſſe in anima ad modum ſcripture. Et ꝓpterea valde notabiliter dicit pħs ꝙ in aīa nihil ē ſcriptuꝝ ſʒ eſt tabula nuda nō quia nulla ſit in ea noticia. ſʒ quia nulla eſt in ea pictura vł ſimilitudo abſtracta. Et hoc eſt qḋ dicit Auguſtin⁹ de ciuitate. Inſeruit nobis deus nobile iudicatoriū vbi quid ſit lucis: quid tenebrarū cognoſcit̄ in libro lucis q̄ eſt v̄itas: q2 veritas in corde hoīm naturaliter eſt impreſſa. ¶ De conſciētia q̄tum ad effectum ligationis.

Tertio queritur. Utruʒ

teneamur ad omne illud qḋ ꝯſcīa dictat neceſſariū eſſe ad ſalutē. ¶ Rn̄deo. Dicēdum ꝙ conſcia aliqn̄ dictat aliq̄d qḋ eſt ſm legē dei ꝛ ſic ſimpliciter ꝛ vniuerſalr̄ ligat pro eo ꝙ ad illa hō ligatus ē ꝑ legē diuinā: ꝛ ꝯſciencia q̄ illi cōcordat ligatū oſtendit. Aliquando aliquid qḋ eſt ꝑter legē dei ꝯſciētia ligat q̄diu manet. Un̄ vel tenetur hō ꝯſcienciā deponere vel tenetur illud ꝙ dictat ꝯſcia adimplere. vt pote ſi dictat qḋ neceſſariū eſt ad ſalutē feſtucaʒ de terra leuare. Aliqn̄ aliq̄d qḋ eſt ꝯtra legē dei: ꝛ loq̄mur h̄ de dictamīe ꝑ moduʒ ꝑceptionis vel ꝓhibitionis. nā ꝑ modū cōſilij ſiue ꝑſuaſionis: non ligat. ad faciendū vel nō faciendū ſed ligat ad ſe deponendā pro eo ꝙ cum talis cōſciencia ſit erronea errore repugnante diuine legi neceſſario q̄diu manet ponit extra ſtatū ſalutis: ꝛ ideo neceſſe eſt ipſam deponere: quia ſiue homo faciat qḋ dictat ſiue eius oppoſitū mortalr̄ peccat. Romanoꝝ. xiiij. Omne qḋ nō eſt ex fide peccatum eſt. Ibi gloſa. Omne qḋ ad conſcientiam pertinet. ſi aliter fiat dicit apoſtolus eſſe peccatuʒ. Et ratio hui⁹ eſt: q2 nō tm̄ attendit deus q̄d homo faciat ſed quomō faciat: ꝛ iſte qui facit quod deus ſibet credens facere cōtra ipſam dei voluntatem nō facit bono animo ſed maloꝝ ꝛ ideo peccat mortaliter.

Queritͬ quarto Utrum

ſyndereſis ſit in genere cognitiõis vl affectionis. ¶ Rñdeo. Dicendũ queadmodum ab ipſa creatiõe aĩe intellect⁹ hʒ lumen qđ eſt ſibi naturale indicatoriũ dirigens ipm intellectum in cognoſcẽdis: ſic affect⁹ hʒ naturale q̄ddã pond⁹ dirigens ipm in appetẽdis. Et ſunt in duplici genere ſcʒ honeſti et cõmodi. Sicut cognoſcibilia ſunt in duplici genere ſcilʒ ſpeculabiliũ ⁊ moraliũ. Et queadmodũ ꝯſcia nõ noiat illud indicatoriũ niſi inq̃tum dirigit ad opera moralia: ſic ſyndereſis nõ noiat illud pondus volũtatis niſi inq̃tũ illã hʒ inclinare ad bonũ honeſtum Et queadmodũ nomẽ cõſcie põt accipi pro potentia cũ tali habitu vl pro habitu talis potẽtie: ſic etiã ſyndereſis. Uſitatiori tñ mõ loquẽdi ſyndereſis potius noiat potentiã habitualẽ q̃ noiet habitum. Et q2 illa potentia nunq̃ ſeparatur ab illo habitu. Hic ẽ q habit⁹ ⁊ potẽtia vno noie cõprehẽdunt ⁊ potentia illa vt ſic habilitata nomen ſui habit⁹ ſortitur. Et ſic p3 Reſolutio ad q̃õnẽ qua q̃rit. Utrũ ſyndereſis dicat q̄d affectiuum vl cognitiuum. Dico eñ q ſyndereſis dicit illud qđ ſtimulat ad bonũ: ⁊ ideo ex parte affectionis ſe tenet.

Queritͬ quinto Utrum

ſyndereſis poſſit p pctm̃ extingui. ¶ Reſpondeo. Dicendũ q ſyndereſis q̃tũ ad actũ impediri põt: ſʒ extingui nõ poteſt. Ideo aũt nõ põt extingui: q2 cum dicat q̄d naturale nõ põt a nobis oĩno auferri Uñ gloſa ſup illud Luce. x. Abierunt ſemiuiuo relicto. Immortalitateʒ exuere. ſed rõnis ſenſum oĩa abolere nõ poſſunt q̄n hõ poſſit ſape ⁊ deum cognoſcere: nec vnq̃ vnum delet extra nature veſtigia. Q̃uis autem actus eius oĩno auferri vel extingui non poſſit: põt tñ ad tẽpus impediri ſiue ꝓpter tenebrã obcecatõis ⁊ laſciuiã delectationis: vel duritiã obſtinationis. ¶ Primo dico ꝓpter tenebram obcecationis impeditͬ ſyndereſis ne malo remurmeret pro eo q malũ creditͬ eſſe bonũ ſic eſt in hereticis q̄ morientes ꝓ impietate erroris: credũt ſe mori ꝓ pietate fidei: ⁊ ideo remorſuʒ nõ ſentiũt ſʒ magꝫ gaudiũ ſiccũ ⁊ vanũ. Scđo ꝓpͭ laſciuiã delectatiõis ſilr impeditͬ: aliq̃n eñ ĩ peccatis carnalib9 ita abſorbetͬ hõ ab actu carnis: vt remorſus locũ nõ habeat: quia carnales hoĩes tanto ĩpetu delectationis ferunt vt rõ tũc nõ habeat locũ. Tertio ꝓpter duritiã obſtinatõis etiã ĩpeditͬ ad bonũ ſyndereſis ne ſtimulet. Sicut ĩ dãnatis q̄ adeo ſunt in malo ꝯfirmati vt nũq̃ poſſint ad bonũ inclinari. Et iõ ſyndereſis q̃tũ ad inſtigationẽ ad bonũ ſempiternũ hʒ impedimentũ ⁊ ꝓpterea q̃tum ad iſtũ actũ põt dici extincta: nõ tñ extincta ſimplr: q2 hʒ aliũ vſum videlʒ remurmuratiõis. Scđm eñ illũ vſum quo ſyndereſis hʒ pungere ⁊ remurmurare ꝯtra malũ maxime vigebit in dãnatis ⁊ hꝫ tenet rõne pene nõ ꝓut tenet rõne iuſticie: q2 remurmuratio erit ad cõmendanduʒ diuinã iuſticiã: ſʒ nõ erit ad eliciendũ fructuoſã pniam. Uñ remurmurabit ſyndereſis in dãnatis ꝯ culpã in relatõe tñ ad penã ⁊ ſic nõ põt extingui q̃tum ad oẽm actũ ⁊ oẽ tempus. p3 Rñſio de ſyndereſi q̃tum ad abuſum. Et eſt queſtio.

Sexto queritͬ. Utrum

ſyndereſis poſſit dep̃uari p pctm̃. ¶ Reſponſio. Dicunt ſcti q ſyndereſis q̃tũ ẽ de ſe ſemp ad bonũ hʒ ſtimulare et pctõ remurmurare q̃diu ſumus in ſtatu vie. Ideo aliq̄ noiant eã volũtatem ſm quã hʒ naturalr mouere: ⁊ qm̃ pctm̃ nõ hʒ eẽ circa actũ volũtatis vt eſt natura vel vt mouetͬ naturalr ſed ſolum vt mouetͬ deliberatiue. Hinc ẽ q ſyndereſis per pctm̃ nõ hʒ dep̃uari: q2 ipa hʒ alias regere ⁊ dirigere: ⁊ dominiũ regẽdi põt ꝑdere. hinc eſt q ꝯtingit p culpã p̃cipitari. Preſidencia eñ dominij a duob9 pendet videlicet

a rectitudine preſidentis et ab obtemperātia familiaritatis ⁊ quātum ad ſinderesim quātum eſt de ſe ſit recta ſemper: quia tamē ratio et voluntas frequenter ei obuiat. Ratio per erroris excecationē: ⁊ voluntas per impietatis obſtinationem. Hinc eſt ꝙ ſinderesis precipitari dicitur pro eo ꝙ effectus eius ⁊ preſidentia in vires alias deliberatiuas propter earū repugnantiā repellitur et caſſatur. Et ponitur exemplū in milite qui quantum eſt de ſe ſemper bene ſedet ſuper equū: equo tamen ruente precipitari dicitur. Sic ⁊ in propoſito intelligendum eſt: hic autem modus dicēdi tanquam rōnabilior a pluribus ſuſtinetur.

Circa diſtinctionē quadrageſimā primo queritur. Utrū qualitas operū ſemper reſpondeat qualitati intentionis. Et hoc eſt querere. Utrum oē opus qd fit bona intentione ſit bonū. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ intentionis qualitas dupliciter pōt accipi ſm ꝙ intentio dupliciter dicitur. Uno modo intentio dicit voluntatē finis. Alio mō vero non tm̄ dicit voluntatem finis: ſed etiā ordinationē eius qd eſt ad finē quē appetit. Et ſm hoc dupliciter pōt dici intētio bona vel mala. Uno modo dr intentio bona in qua eſt perfecta ⁊ bona ordinatio operis ad finē intentum: ⁊ econtra dr mala in qua eſt ordinatio indirecta: ⁊ hoc mō bonitas intentionis nō tm̄ reſpicit bonitatē finis: ſꝫ etiam rectū ordinē eius qd eſt ad ipſum finem hec em̄ duo neceſſario requiruntur ad hoc ꝙ oculus ſit ſimplex ſicut dicit Bern̄. ad eugeniū: videlicet ꝙ veritas ſit in electione ⁊ charitas in intentione. Et hoc eſt dicere ꝙ tūc eſt oculus mētis ſimplex ſiue intentio bona: qn̄ hoc amat finaliter qd eſt amandū: ⁊ eligit qd eſt eligendū: et hoc mō qlitas opis ſemp rñdet qlitati intentionis nec hꝫ inſtantiam: immo ſi oculus eſt ſimplex totū corpus erit luminoſum. et ſi oculus eſt tenebroſus hoc eſt intētio mala ⁊ opus iudicatur maluꝫ. Alio mō dr intentio bona qꝛ illud qd finaliter intendit eſt bonū. Et mala: qꝛ illud qd finaliter intendit eſt malū. Et hoc mō non eſt generaliter verū: qꝛ qlitas operis cauſatur a qlitate intentionis. ⁊ hoc dico quantum ad qualitatē q̄ eſt bonitas. Si quis em̄ mentitur vtpote ad liberationē innocentis: vel furatur vt paſcat pauperē: non dr bn̄ facere: ſicut dicit Aug⁹. ⁊ etiā apls. Nō ſunt facienda mala vt eueniant bona. Quātum aūt ad qualitatē malicie non habet inſtantiaꝫ: immo neceſſario malicia opis corrn̄det intētioni male intēdenti. Qualecunque em̄ ſit op⁹ dū faciat illud hō mala intentione: deus qui ſcrutatur corda malū reputat. Cū em̄ ad bonitatē boni opis neceſſario requiritur intentio boni finis. ſola illa deſiſtente opus iudicatur eſſe malū: nō tn̄ illa ſola aſſiſtente iudicatur eſſe bonū: qꝛ plura exiguntur ad conſtruendum quam ad deſtruendum.

Secūdo queritur. Utrum quantum quis intendat tantū faciat: vt ſicut opus ab intentione recipit aliq̄ mō qualitatē: ita etiā recipiat quātitatem. ¶ Reſpōſio dicendū ꝙ ſicut precedenti probleumate duplex dicitur qlitas intentionis Sic ⁊ in hoc intelligendum eſt ꝙ quātitas intentionis duplr pōt intelligi vicꝫ. Aut rōne actus intēdendi aut ipſius intenti. Et ſm hoc diſtinguitur quātitas intentionis duplr. Aut ratiōe actus intendendi: aut rōne ipſius intenti. Et ſm hoc diſtinguitur iſta locutio duplr. quantum intēdis: tantū facis. Quia tm̄ ⁊ quātū poſſūt eſſe noīa vel aduerbia. Si aduerbia tūc dicūt quātitatem actus intendendi: ⁊ tūc eſt locutio vera gn̄aliter ſiue reſpectu bonorū ſiue reſpectu malorꝫ: qꝛ quantum act⁹ intēdendi eſt intenſus in bonitate et malicia: tm̄ operatio exterior eſt bona vel mala. Omne em̄ meritū ⁊ demeritū ad actū volūtatis reducitur. licet circūſtantie exteriores aliquomō faciāt ad maiorē volun

tatis deprauationē. Si aūt ꝗ̄tum ⁊ tm̄
ſunt noia tunc dicunt ꝗ̄titatem ex parte
intenti; ⁊ ſic nō eſt generaliter verus ille
ſermo: quia opus exterius factū nō ſemꝑ
cōmenſurat̄ ei qḋ intencio intendit. Fre-
quenter em̄ intendit hoc facere magnum
bonū ⁊ facit paruū: qꝛ modicā hʒ charita
tem. Habet tn̄ aliquo mō veritatē in ma
lis: videlicet intendēdo licet nō diminuē
do et ꝑut tm̄ ⁊ ꝗ̄tū dicunt quandā cōpa
rationē ꝓportionis nō cōmenſurationeʒ
eq̄litatis. Vn̄ q̇ intendit multū peccare
multū peccat: q̄lecunq꜖ opus faciat. Nō
tn̄ q̇ intendit parū peccare: parū peccat:
maxime ſi opus facit qḋ multū habʒ de
deformitate. Et ſic patet rn̄ſio. ¶ De bo
nitate operū ꝗ̄tum ad neceſſitatē.

Tertio queritur. vtrum

videlicet intentio abſq꜖ bonis oꝑib⁹ ſuffi-
ciat ad vitam eternam. hoc eſt querere.
Utrū intentio ⁊ voluntas interior ſuffi
ciat ad meritum abſq꜖ opere exteriori.
¶ Reſponſio diſtinguendū eſt. Aut em̄
ille qui habet intentionē habet facultatē
bene operandi aut nō. Si non habet fa-
cultatem cum nemo obliget̄ ad impoſſi-
bile: ſi bonā habet voluntatem ⁊ directā
intentionem: tunc ſola plenitudo volun
tatis interne ſufficit ad meritum abſq꜖
opere exteriori vite eterne. Si autē aſſit
facultas ⁊ ſe offert oportunitas: intentio
nō poteſt ad meritū ſufficere abſq꜖ oꝑe.
Ratio auteʒ huius eſt diuini mandati
obligatio: ⁊ virtutis perfectio: ⁊ volūta-
tis plenitudo. Unde Grego. Nemo de-
bet ſibi blandiri de bona voluntate: im-
mo ad dilectionē cōditoris lingua mens
⁊ manus requirit̄. prime Iohis. j. Dili-
gere debemus nō ſolū verbo ⁊ lingua: ſʒ
opere ⁊ veritate. Cū igit̄ adeſt facultas
⁊ ſe offert oportunitas abſq꜖ operib⁹ exte
rioribus nō eſt mandatorū dei impletio
nec virtutis perfectio: nec volūtatis ple-
nitudo ⁊ abſq꜖ his nō eſt ſufficiētia me-
riti: hinc eſt ꝙ ad meritū vite eterne non
ſufficit bonitas intentionis abſq꜖ boni-
tate operis exterioris.

Quarto queritur. vtrū

opera exteriora aliquid addant ſuꝑ bo-
nam intentionē rōne ſue excellētie et di-
gnitatis: ſicut ſunt opera priuilegiata.
¶ Rn̄ſio dicendū ꝙ maius bonū poteſt
aliq̇d dici dupl'r. Aut intenſiue vt pote
qꝛ plus deo placet. Aut extenſiue: vt po-
te qꝛ plurib⁹ prodeſt ⁊ ſm̄ hoc dupl'r po
teſt intelligi ꝙ opus ꝓuilegiatuʒ addat
ad bonitatē intentionis. Aut ꝗ̄tum ad
ꝓximoꝝ edificationē: aut ꝗ̄tum ad dei
approbationē. Et primo mō attenditur
augmentuʒ ꝗ̄tum ad exemplū. ſcḋo mō
ꝗ̄tum ad meritū. Si igit̄ loq̄mur de ad
ditione ꝗ̄tum ad exemplū ſic abſq꜖ du-
bio opus priuilegiatuʒ addit ad bonita-
tem intentionis: qꝛ bonitas intentionis
nō lucet exterius niſi ꝑ oſtēſionē bonoꝝ
operum ⁊ maxime ꝓuilegiatoꝝ. Si aūt
loq̄mur ſcḋo mō ſcʒ ꝗ̄tuʒ ad additionē
q̄ attendit̄ ꝗ̄tum ad meritū. Sic diſtin-
guendum eſt ꝙ eſt loqui de merito reſpe-
ctu ꝓmij ſubal' ⁊ reſpectu ꝓmij accn̄talis.
Reſpectu ꝓmij accn̄tal' op⁹ ꝓuilegiatū
addit ſuꝑ bonū intētōeʒ ⁊ volūtatē: qꝛ ꝓ-
miū accn̄tale qḋ ē aureola nō debet̄ volū
tati ſm̄ ſe: ſʒ volūtati in oꝑe. Si aūt loq̄-
mur de merito reſpectu ꝓmij ſubalis ad-
huc oportet ſubdiſtinguere: qꝛ ē meritū
cōgrui ⁊ eſt meritū cōdigni. Quātū ad
meritū cōgrui abſq꜖ dubio opus priuile
giatū addit ſuꝑ bonitatē intentionis ꝓ
eo ꝙ voluntas in illo opere preparatur ⁊
diſponitur ad ſuſceptionem maioris gra
tie per quā digna eſt maioris retributio-
nis. Si autem loquamur de merito con-
digni ſic abſq꜖ dubio non addit pro eo ꝙ
ꝗ̄titas meriti condigni penſatur ex ꝗ̄ti-
tate radicis: ⁊ tm̄ placet deo quis qui ha-
bet voluntatē plenam ⁊ non pōt habere
opus ꝗ̄tum ille qui habet voluntatē et
opus ꝗ̄tum ad eſſentialis ꝓmij retribu-
tionem ſi ſunt in equali charitate. Et ſic

patet ꝙ opus priuilegiatum ratione dignitatis ſue aliquid addit ſupra bonitatem intentionis. Licet non addat omni mō additionis. Et ſic pꝫ rñſio.

Quinto querit᷑. vtrum

bona opera ſupra bonam intentionē addant ꝗ̄tū ad quantitatē dati. ¶ Reſpōſio. Notandū ꝙ de quātitate dati eſt loqui dupliciter. Aut cōparando datum ad datum ſolum. Aut comparando hec ad inuicem ꝛ ad dantis facultatem. Primo modo loquēdo maioꝛ quātitas dati aliquid addit ad bonitatem intentiōis: non inꝗ̄tum reſpectu pmiȷ̈ eſſentialis directe: ſed qꝛ aliquo modo diſponit hominem ad proficiendum in bono ꝛ ad recedenduꝫ a malo. Qui eñ maius munꝰ tribuit vt ſibi faciat amicuꝫ de māmona iniquitatis: magis recipientem obligat ad orandum pro ſe ꝛ ꝗddāmodo in obligando illum obligat deum: et ideo plus ſe diſponit ad gratiā ꝗ̄ ille qui dat minus munus. Similiter plus ſe diſponit ad recedēdum a malo: quia in hoc ꝙ facit maiorem elemoſynā: abſolui merer᷑ a maiori pena: ſm ꝙ dicit᷑ Luce. xj. Date elemoſynam ꝛ omnia mūda ſunt vobis. Et Thobie. xij. Elemoſyna a morte liberat. Et Daniel. iiij. Peccata tua elemoſynis redime. Similiter ſi comparemus quātitates datorum in compatione ad facultatē dantiū: maioꝛ quantitas nō addit ꝗ̄tum ad meritum pmiȷ̈ ſubſtantialis directe: ſed ꝗddāmō diſpoſitiue: vel quia diſponēdo ad charitatē diſponit ad maiorem gloriam: vel quia eripiendo a malo celerius facit hominē pertingere ad coronam. Scdm̄ enim diuerſas conditiōes vnū datum plus promouet ꝗ̄ reliquū. Unde dominus dixit: ꝙ vidua plus miſerat in gazophilaciuꝫ ꝗ̄ omnes diuites: quia totum victum ſuuꝫ poſuerat: tunc ſe habent ſicut excedētia et exceſſa. Maioꝛ enim quantitas dati plus valet ad euadendum penam: quia ſicut dicitur Prouerbioꝝ. xiij. Redemptio aīe viri ſunt ꝓpꝛie diuitie. Maioꝛ ꝟo quantitas dati ſm facultatem dantꝭ plus valet ad acquirendā gratiā pro eo ꝙ talis ſe magis diſponit ad ꝑfectioneꝫ beatitudinis ſcꝫ paupertatꝭ. Et per hoc patet reſponſio.

Sexto queritur. vtrum

bonitas operum addat ad bone intentionis meritum ꝗ̄tum ad numeroſitateꝫ. Et eſt queſtio talis. ¶ Utrum bonum opus additum operi reddat operantem dignum maiori premio eſſentiali. ¶ Reſponſio. Notandū ꝙ proficere in merito vel ad merituꝫ poteſt eſſe duobus modis ſm duplicē differentiā pmiȷ̈. Quoddā eſt pmiū ſubſtantiale: qꝺ quidē conſiſtit in viſione et fruitione dei qꝺ ideo dicitur premium ſubſtantiale: quia fundamentum ꝛ ſubſtantia totius noſtre beatitudinis eſt deus: ꝛ illo perfecte habito: ꝑfecta eſt in nob btitudo. Aliud ꝟo eſt pmiū accñtale qꝺ quidē conſiſtit in gaudio qꝺ habet᷑ de bono creato vel de liberatione ab aliquo malo. Accipiendo meritū reſpectu pmiȷ̈ ſubſtātialis contingit dicere ꝙ aliquid valet ad profectum meriti tripliciter. Aut qꝛ per illud meretur hō maiorē gloriā ꝛ ħ mō maioꝛ charitas vel melioꝛ volūtas facit ad ꝓfectū meriti. Aut quia diſponit ad merenduꝫ maiorem gloriā: et talia ſunt opera perfectionis que dicunt᷑ facere ad meriti ꝓfectum. Aut quia cōſeruat illud per qꝺ meretur homo gloriam: et ſic omnia bona opera proficiunt ad merituꝫ: quia in ipſis exercetur charitas et operatur: cōſeruat᷑ ꝛ radicat᷑ vt hō finaliter ꝑſeueret ī illa. Et hoc nō eſt paruū: qꝛ quicꝗd hō faciat nō ſaluatur niſi finaliter perſeueret. Et ſic patꝫ ꝙ operum multiplicatio ꝗddāmodo valet ad ꝓfectū in merito reſpectu pmiȷ̈ ſubſtātialis. Et hoc dico diſponēdo ꝛ conſeruādo non autem merendo maiorē gloriā ex condigno. Silr

ad profectuz maioris premŭ accidētalis
pōt aliq̄d valere tripliciter. Aut ratione
adeptionis aureole Et ſic opa ſubſtāti-
alis excellentie faciūt ad pfectuz meriti
voluntatis bone. Aut rōne adeptionis
alicuius delectatiōis interne: et ſic omia
opa que fiunt ex gr̄a q̄ddāmō valent ad
pfectū p̄mŭ accidētalis: q2 ſm q̄ bō plu-
ra bona facit opa: ſm hoc de plurib⁹ io-
cundatᷣ in cōſciētia ſua. Aut rōne dimi-
nutionis pene: z ſic opa difficilia z pena-
lia faciunt ad profectū meriti et addunt
ad meritū bone voluntatis: q2 remiſſio-
nem alicuius pene mereᷣ bō ex volūtate
cū ope quā nō mereᷣ ex ſola volūtate.

Jrca diſtinctio-
ne q̄dragesimāprimā queri
tur. Cum actio deliberati-
ua diuidatᷣ in bonā z malā
¶ Utrū diuidatᷣ tā q̄ p differētias oppo-
ſitas. ¶ R̄ſio. No: ādū q̄ actio delibe-
ratiua nata eſt habere duplicē bonitatē
ſcz Bonitatē nature inq̄tuz eſt actio p-
cedens ab aliqua virtute. Et bonitatez
moris inq̄tum eſt procedēs a libero ar-
bitrio ſiue a voluntate. ¶ Cum ergo q̄-
ritᷣ. Utrū bonitas z malicia circa actio-
nem habeāt repugnantiā: ita q̄ ipam di
uidant tanq̄ mēbra oppoſita. Dicenduz
q̄ hoc nō eſt verū de bono prout dicitur
a bonitate eſſentiali vel naturali: ſic em̄
bonū nō eſt differētia actiōis: imo ɔuerti
tur cū ente z repitᷣ in om̄i actione. Prout
aūt bonū dr̄ a bonitate moris: ſic ē diui-
ſiua differētia actiouis: p eo q̄ bonū mo
ris in triplici differentia eſt. Quoddam
em̄ eſt bonū in genere. Quoddā ex circū
ſtātia. Quoddaz ſ̄o bonum perfectum
ſiue p̄ncipale: ſiue ſm ſe bonū. Et q̄libet
harū differentiarū habet differentiā ma
li ſibi ex oppoſito r̄ndentē. Nam bono in
genere opponitur malū in genere: bono
ex circūſtantia opponitur malum ex cir-
cumſtantia. Et bono ſimpliciter ſiue ſm
ſe opponitur maluz ſm ſe ſiue demerito
rium. Horum aūt exempla ſunt manife-
ſta. Sic igitur actio procedens a volun
tate deliberatiua diuidi habet per actio
nem bonam et malā non ſolum per diffe
rentias tanq̄ diſparatas: ſed etiam dire
cte oppoſitas.

Secūdo querit. Utrū
hec diuiſio ſit per differētias eſſentiales
aut per accidentales. ¶ Reſponſio. No
tandū q̄ idem eſt querere. Utrū hec di-
uiſio. Actionum alia bona: alia mala ſit
p differētias eſſentiales. Q̄ď eſt querere
Utrum bonitas z malicia ſint pprieta-
tes vel cōditiōes eſſentiales actionis vo-
luntarie. Licet iſtud aliquo mō videatᷣ
cōcedi poſſe ei qui ſuſtinet illam opinio-
nem q̄ nō oīs actio a deo eſt. Tamē ſm
illā opinionē que cōiter ſuſtinetᷣ q̄ omīs
actio a deo eſt: z ſm id qď naturaliter eſt
bona eſt: cōcedi nō debet nec pōt ratio-
nabiliter ſuſtineri q̄ malicia eſſentialis
ſit in actione cū potius dicat defectū cir
cūſtantie alicuius qui accidebat actioni
Si em̄ non accideret non poſſet priuari
actione manente. Attendendum tamen
eſt q̄ malicia tripliciter contingis cōpa-
rari ad actionez. Aut ſm q̄ eſt actio aut
ſm q̄ ē hec actio. aut ſm q̄ ē talis actio.
Si compararetur malicia ad actionē ſm
q̄ actio ſic tenet rationem accidentis ſe-
parabilis z cōmunis. Rationē acciden
tis ſepabilis tenet in hoc q̄ actio que cō
ſueuit fieri cū culpa poteſt cauſa aliq̄ in
teruenīēte fieri abſq̄ culpa. Rationem
ſ̄o accidentis cōmunis tenet: quia circa
actionem eiuſdem ſpeciei contingit ma-
liciā in aliquibus inuenire: in aliquibus
vero non ſicut aliquis predicādo fidem
chriſti ex vana gloria peccat: alius vero
mereᷣ. Si cōpareᷣ malicia ad actionem
ſm q̄ ē hec actio: ſic tenet rōnē accidētis
inſeparabilis z pprŭ. Rationē tenet ac
cidētis inſepabilis in h̄ q̄ illa actio que
eſt mala eadē numero nec poteſt vlteri⁹
eſſe bona. Sed rationez tenet accidētis

ꝓprij aliquando: licet non ſemper in hoc ꝙ illa malicia ortum habet ex ꝓprietatibus agentis ⁊ patiētis: ex quarū cōparatione neceſſario ſurgit inordinatio: ſicut patet cuꝫ filius cognoſcit matrē: vel cū homo blaſphemat deum. Si vero cōparetur malicia ad actionē ſm ꝙ talis ē ſic poteſt habere rationē differētie eſſentialis actiōis male ſm ꝙ mala. Et quoniam quedā ſunt noīa que imponuntur actionibus non ſm ꝙ ſunt actiones tm̄: ſed ſm ꝙ ſunt deformes hinc eſt ꝙ talia mox noīata ꝯiuncta ſunt malo. Et ſicut caſtitas ponitur in genere boni eſſentialiter: ſic adulterium ⁊ mendaciū ponitur in geuere mali eſſentialiter.

Tertio querit. Utrum

diuiſio actionis deliberatiue per bona ⁊ mala ſit per differentias immediatas an ſit ponere per differentiam tertiam: videlicet actionem indifferentē. ¶ Reſpōſio. Dicendum ꝙ cum queritur. Utruꝫ actio diuidatur per bonum et malū tanꝗ̄ per differētias imediatas: eſt queſtio de actiōe voluntaria deliberatiue: ſm ꝙ deliberatiua eſt. Illa enim eſt que diuiditur per bonū ⁊ malum. Notādum ꝙ in operibus voluntariis deliberatiue eſt ponere medium inter maliciaꝫ ⁊ bonitatem. Nam quedā actio a voluntate deliberatiua procedens eſt ordinata ad finē debitum: ſcꝫ ad deum ⁊ hec quidē eſt bona: ⁊ ſi ſit ex charitate eſt meritoria vite eterne merito condigni. Si autē fiat extra charitatem meritoria merito ꝯgrui. Quedam ꝟo actio deliberatiua ex volūtate procedēs eſt non ordinata ad deuꝫ tanꝗ̄ ad finem: et hec eſt diuiſio per immediata: ſed non omnis actio non ordinata ad deum tanꝗ̄ ad finem eſt mala. Quedam non ordinatur propter inordinatā cōuerſionem ad creaturā. Quedam vero nō ordinatur propter operantis negligentiam. Quedam vero non ordinatur propter operantis infirmitateꝫ et miſeriam. ¶ Prima differentia actionis non ordinate eſt mala malicia cōmiſſionis. Secunda obmiſſiōis. Tertia ꝟo neutro mō eſt mala ſed indifferens. Talis autem actio eſt quando quis facit aliquam operationem: ita ꝙ circa creaturā non afficitur inordinate: nec tamen illaꝫ operationem comparat ad deum: ſed facit propter aliqueꝫ finem qui reſpicit indigentiam nature: vt cuꝫ quis ambulat vt recreetur: vel comedit vt reficiatur talis actio indifferens iudicatur: quia deꝰ nec illam remunerat nec imputat in culpam: ⁊ hoc quia in tali actione non ē malicia commiſſionis: quia nō eſt inordinata dilectio: nec etiam obmiſſionis nō enī ſemper obmittit homo quādo actiones ſuas non refert in deum. Indulget enim nature fragili et infirme vt multa poſſit talia facere: nec deus requirit ab homine in tali ſtatu diſtractiōis et miſerie ꝙ omnia que facit referat ad ſe: requirit tamē aliququando quando eſt locus et tempus: et tunc ſi homo non referat obmittēdo peccat: patet ergo ꝙ diuiſio actionis per bonam ⁊ malam non eſt per differentias imediatas: pro eo ꝙ īter has defferētias cōtingit reperiri medium: ſiue actio cōſideretur ſm genus operis: ſiue reſpectu operantis.

Quarto querit. Utruꝫ

omne peccatum actuale ſit voluntarium. ¶ Reſponſio. Dicendum ꝙ voluntarium poteſt dici aliquid tripliciter. Aut voluntate aliena. Aut voluntate propria. Aut partim volūtate aliena et partim voluntate propria. Et ſm triplicem hunc modum dicendi voluntarium triplex eſt differentia peccati. Peccatuꝫ nāꝗ originale voluntarium eſt: ſed nou voluntate eius in quo eſt: ſed voluntate eius a quo ſcilꝫ ade. Adam enim voluntaria tranſgreſſione corrupit ſe et totam poſteritatem. Voluntarium autem voluntate ꝓpria eſt peccatū actuale mor

tale hoc quidem genere peccati nullus peccat niſi conſentiens. Voluntarium autē medio modo: ſcʒ partim voluntate propria: partim voluntate aliena eſt veniale peccatum: illud maxime quod conſurgit ex repugnantia carnis ad ſpiritū vel corruptionis viriū anime. Hoc inꝙ peccatum: quia partim eſt a voluntate aliena: partim a voluntate ꝓpria. Ideo quoddāmodo ſm Auguſtinū tenet rationē pene quoddāmodo rōnē culpe ꝓpterea dicit Aug⁹. Quia hō nō voluit vitare peccatū dum valuit inflictum eſt vt non poſſit dum velit. Voluntarium inquā dicit per cōparationē ad volūtatem ade: quia adam deliberatiue voluit vnde ⁊ corruptio ſubſecuta ē ex qua oriuntur in nobis motus inordinati qui dicuntur eſſe peccata venialia. Voluntariū aūt voluntate propria peccantis nō eſt peccatum veniale ſimpliciter: ſed ſm quid. Illud enim voluntarium ſimpliciter eſt a voluntate preambula ⁊ mouente. Illud autē quod oritur concomitante voluntate ⁊ non prohibente vel precauente dum poſſit prohibere vel precauere dicitur voluntarium quoddāmodo ſiue interpretatiue pro eo ꝙ talis deordinatio voluntati imputatur: ⁊ hoc modo ſaltem omne peccatum veniale dicit voluntarium: quia nemo peccat venialiter niſi cum habet voluntatis vſum: nemo etiaʒ venialiter peccat in eo qđ nullo modo poteſt prohibere nec etiaʒ potuit precauere. Venialia enim peccata ⁊ ſi omīa non poſſint precaueri nec prohiberi: nullum eſt tamen ſingulare peccatum quod nō poſſit prohiberi: vel qđ ſaltem nō poſſit precaueri. Licet enim aliquis ſit ſtatus in quo neceſſe eſt aliquē cadere in aliquod peccatum predeterminatum: illuʒ tamen ſtatum potuit quis precauere: et ideo ſi non peccauerit voluntati eius imputatur ꝙuis tunc illud prohibere non poſſit. Patet ergo ꝙ omne actuale eſt voluntarium. Nam mortale eſt voluntariū ſimpliciter. Veniale autem vel eſt volūtariuʒ ſimpliciter: ſicut illud quod fit ex deliberatione: vt mendacium iocoſuʒ vł ſm quid ſiue quoddāmodo: ſicut illud quod fit ex ſurreptione ſicut ſunt primi motus hominum.

Querit̄ quinto Utrum

omne peccatum ſit circa voluntatem ſicut circa ſubiectum propriū. ¶ Reſponſio. Notandum ꝙ peccatum de ſua ratione duo dicit. Primo dicit deordinationem ſiue priuationē ordinis circa actum alicuius potentie. Dicit nihilominus illam deordinationem vt dignam vituperatione et punitione ⁊ quātum ad primum peccatum tenet rationem vitij aliquo modo corrūpentis: ꝗtū ad ſecundū tenet rationem culpe et demeriti. Cum autem comparamus peccatū ad ſubiectum propriū. Aut loquimur de ipſo inꝗtum eſt culpa: aut inꝗtum eſt vitium. Si de ipſo loquimur inꝗtum eſt culpa ⁊ demeritum: ſic proprie ⁊ preciſe reſpicit liberum arbitrium. Quoniā eīm libero arbitrio cōmiſſum eſt regimen totius hominis: ſi aliqua deordinatio fiat in regno totius anime ipſi libero arbitrio imputatur. Unde ſi omnia mēbra ⁊ oēs potentie in qbus deordinatio facta eſt traherent̄ in cauſam omnia conquererentur de libero arbitrio cui ſubiecta ſunt. Si loq̄mur de culpa ſm ꝙ eſt vitium dupl̄r oportet loqui. Comparat̄ autem deordinatio illa ad actum alicui⁹ potētie tanꝗ ad materiale circa qđ et tanꝗ cauſale a quo. Si igit̄ loq̄mur de illa deordinatione materialiter ſic dico ꝙ nō ſolum circa actū volūtatis ſed etiā circa actus aliaꝝ potentiarū anime conſiſtit. Actus enim memorie ⁊ intelligentie: ⁊ aliarū potentiarū anime ſubiacentiū voluntati deordinari habent per diuerſa peccata. Si autem loquamur de illa deordinatione cauſaliter: ſic oīs talis deordinatio eſt a voluntate. ¶ Si querat̄ ratio huius di/

cendum ꝙ eſt triplex. Prima quia penes voluntatem cōſiſtit regiminis dominiū Secunda quia ad ipſam pertinet regiminis complementū pro eo ꝙ ipſa alijs potentijs imperat ⁊ a nulla imperatur. Tertia quia in ipſa reperitur rectitudinis principium. Amor enim principium eſt rectitudinis ⁊ obliquitatis: ſicut oſtēdit Auguſtin⁹. Unde bonus amor eſt fundamentum ciuitatis dei. Et malus fundamentum ciuitatis diaboli. Et huius ratio eſt: quia amor eſt radix omnium affectionum et tante adherentie: vt transformet amantem in amatum. In obliquatione conſiſtit bonitatis amiſſio hinc eſt ꝙ ab ipſa voluntate orit̃ om̄e peccatum. Patet igitur ꝙ peccatum in q̃tum tenet rationem culpe voluntatē reſpicit: vt ſubiectum in q̃tum etiam tenet rationem vitij reſpicit voluntatē: vt principium et vt ſubiectum primum licet aliquo modo reſpiciat actus aliarū potentiarum.

Sexto queritur. vtrum

ſicut peccare ſic etiā puniri ſit voluntatis proprium. ¶ Reſponſio. Dicendum ꝙ pena ratione pene duo nominat: videlicet nocumentum nature et inſtrumentum diuine iuſticie: vnum tamen materiale: reliquum tamen formale. Unde pena ⁊ eſt vitio ⁊ eſt paſſio. Cum ergo pena comparatur ad aliquid. Hoc poteſt eſſe aut in q̃tum vitio aut in q̃tum paſſio. Si in q̃tū vitio ſic proprie habet cōparari ad ipſam voluntatem. Deus em̄ non vlciſcit̃ de ſe manu vel pede vel aliq̄ potentia ſenſitiua: ſed de voluntate deliberatiua de qua vlciſcitur deus nō ſolū affligendo ipſam in ſe: ſed etiā affligēdo eam in ceteris mēbris corporis in quib⁹ ipſa cupiebat delectari. Sic patꝫ igitur ꝙ pena ⁊ in q̃tum eſt vitio ⁊ in q̃tum eſt paſſio plene tenens rationem pene directe reſpicit ipſā voluntatē qđ ꝓprium eſt ipſius voluntatis puniri.

Circa diſtinctionem quadrageſimāſecūdā queritur primo. ¶ Utrum pctm̄ voluntatis et operis ſint duo peccata vel vnum. ¶ Reſponſio. Dicēdum ꝙ dupliciter contingit cōparari peccatū operis exterioris ⁊ volūtatis interioris. Uno modo prout iſta duo coniūcta ſunt ⁊ ordinata: ita ꝙ vnū eſt ex altero: et ſic voluntas interior cum actu exteriori non facit diuerſa peccata pro eo ꝙ vnus eſt ibi contemptus ⁊ vna auerſio ⁊ vna cōuerſio. Uoluntas enim eſt que contēpnendo cōuertitur dum ad bonum cōmutabile conuertitur: non ſolum q̃tum ad actum proprium: ſed etiam q̃tum ad actum inferioris potentie qui ei ſubijcitur. Quia igitur peccatū ſm ꝙ hmōi dicit deordinationē per contemptum ⁊ auerſionem a deo ⁊ conuerſionem ad creaturam. Hinc eſt ꝙ cum ibi ſit vna deordinatio: patet ꝙ peccatū voluntatis ⁊ operis vnum eſt loquendo formaliter prout illa coniuncta ſunt. Licet aūt vna ſit ibi ratio deordinandi: plura tn̄ ſunt ibi deordinata: ⁊ iō q̃uis peccatum ibi vnum ſit formaliter: plura tamen ſunt ibi materialiter. Si aūt cōparemus voluntatē interiorē ad opus exterius ꝓut ſeparata ſunt: ita ꝙ vn⁹ peccet volūtate tm̄: alius peccet volūtate ⁊ opere ſic peccatū voluntatis ⁊ opis ſunt diuerſa pctā nō ſolum materialiter: verūetiā formaliter pro eo ꝙ actus voluntatis in quo cōſiſtit prima ratio deordinādi numeratur et eſt alius ⁊ alius. Hoc autem modo nō querit magiſter in lr̃a. Utrū voluntas interior et actio exterior ſint diuerſa peccata. Hoc enim non eſt dubium ꝙ diuerſis peccatis peccat quis ſi vna vice tm̄ velit malum: alia vice velit et perficiat: ſed de hoc querit. Utrum voluntas interior et actio exterior ſint diuerſa peccata: ſcđm ꝙ vnum ab altero procedit et vnum alteri coniungitur.

Et ad hoc reſpondendum φ ꝗuis ſint plura opera culpabilia et plura deordinata: tamē quia vna eſt ratio deordinandi: et vnus eſt ibi actus voluntatis nec alter eſt culpabilis niſi propter illū: vnū eſt ibi peccatum Et huic modo dicendi magis concordat magiſter in littera reſpondēs obiectionibus que fiunt ꝑ parte altera. Et recte facit ī hoc quia ꝗuis aliquid poſſet dici numerari ex quadaȝ impropriatate ſolūmodo ex parte principij materialis: tamen ꝓprie loquēdo nō numeraꝛ aliqͩ ex ꝑte principij materialis niſi qꝛ cū numeratiōe ex parte principij materialis cōcurrit numeratio ex ꝑte formalis: ſic albedo numeraꝛ in duobus hominibus albis. Non ſic auteȝ eſt in propoſito. Et ideo rationes oſtēdunt ſcȝ voluntatem interiorē ⁊ actionē exteriorem eſſe vnum peccatum.

Secundo querit. vtrū

peccatum operis addat ſuꝑ peccatū voluntatis. ¶ Reſponſio. Dicendū φ cūȝ queritur vtrum opus addat aliquid ad maliciam voluntatis: hoc dupliciter poteſt intelligi. Vno modo reſpectu volūtatis que pōt in opus ꝓcedere: ſed tñ nō procedit: quia oīno nō plene vult ⁊ reſpectu talis abſ ꝙ dubio malicia operis addit. Cum eñ peccatū cōſummaꝛ in opere tunc eſt plenior cōſenſus: ⁊ nō ſolummodo dicitur mādūcare mulier: ſed etiā vir: ⁊ ideo peccatum tunc maius et grauius eſt ratione maioris conuerſionis et etiaȝ auerſiōis. Alio mō pōt intelligi reſpectu voluntatis que quidem in opus non procedit: nō quia nō velit: ſed qꝛ nō poteſt. Et tunc moueꝛ iſta queſtio cum vtrobiꝙ ſit plena voluntas. Vtrū grauius peccet qui vult ⁊ nō poteſt: aut qui vult et facit: eſto φ vterꝙ moueatur ex equali amore. Hoc igitur modo queſtione intellecta reſpondendum eſt φ vnū peccatum dicitur eſſe malus altero tripliciter. Aut ratione maioris cōtempꝰ dei. Aut ratione maioris libidinis ſiue delectationis. Aut ratione maioris dānificationis. Primo mō loquendo opus non addit ad iniquitatem voluntatis: quia volūtas plena a deo auertitur per ſe: ſicut cū eſt operi cōiuncta. Quantūȝ ꝗo ad delectationem ſiue libidinem addit et aggrauat: maxime ꝗtum ad genꝰ peccati carnalis: quo quideȝ peccat homo in ſeipſo. Similiter ꝗtum ad damnificationē addit: et hoc maxime ꝗtum ad genus peccati quo quis peccat in ꝓximum. Quantūcunꝙ enim aliquis cū velit fornicari: nunꝙ delectaꝛ ſicut quādo voluntas coniungitur actui. Similiter quantūcunꝙ velit aliquis alterum occidere: non tātū facit damnum ꝗtum ſi actu occideret. Et quoniam deus iudex iuſtus in puniendo non tm̄ conſiderat in peccato magnitudinem contemptus: ſed etiam magnitudinem delectationis et magnitudinem damnificatiōis hinc eſt φ aliquo modo opus addit ad nequiciam voluntatis.

Tertio queritur. Vtruȝ

veniale ⁊ mortale conueniant in auerſiōne. ¶ Reſponſio. Dicendū φ abſꝙ dubio peccatum veniale non communicat cum mortali in auerſione: ſm φ auerſio dicitur proprie: importat enim dei contēptum: ⁊ cōtemptus dei iram meretur et mortem. Peccatum autē quo quis meretur iram ⁊ mortem nō debet dici veniale immo potius mortale: et propterea communiter tenetur φ auerſio ꝓprie loquēdo reperitur in peccato mortali nō veniali. Et iſtud melius patet ſi modū attēdamus ꝑ quē homo diciꝛ auerti a deo et cōtemnere deū cōmittēdo aliqͩ pctm̄ in ꝙ nihil cogitet de deo. Aut enim auertiꝛ hō a deo: qꝛ facit cōtra diuinū mādatū. Aut qꝛ ponit ſibi bonū creatū tanꝙ finem vltimum. In hoc nanꝙ φ facit cōtra diuinū mandatū recte a deo auertiꝛ: quia mandatū eſt via recte perueniendi

ad deũ: qui igiť facit cõtra mandata incedit directe via ꝯtraria. Ideo quaſi faciem ſuã retrorſum ꝯuertens tergũ vertit ad illũ in quẽ debebat ꝑ mandatũ tendere. Similiter cũ ſtatuit ſibi creaturaꝫ tanq̄ finẽ vltimũ: recte dr̃ a deo auerti. Via eñ media eſt inter creaturã ⁊ deum inq̄tũ eſt imago dei. Dũ ergo ad creaturam ſe tanq̄ ad finẽ cõuertit: faciẽ ſuam que debebat eſſe ſurſum: verſa deorſum inclinať: ⁊ idõ ſe auertit a deo. Et vtroq̄ dictoꝝ modoꝝ auerſio nõ eſt ſine ꝯtẽptu nã qui mandatũ dei tranſgrediť contemnit mandantẽ. Veniale peccatũ nec ẽ directe ꝯtra dei mãdatũ nec ſtatuit creaturam tanq̄ finem vltimũ ⁊ ideo non eſt in eo nec auerſio nec contẽptus. Sed quia veniale fit preter dei mandatũ: in veniali peccato creatura nõ refertur in deũ. hinc eſt ꝙ per veniale quodãmodo recedit homo a via mandati quodammodo etiam moroſe adheret ei per qđ deberet trãſire Unde ⁊ in veniali eſt quedã elongatio ⁊ quedam retardatio.

Quarto queriť. vtrum

ad perfectioneꝫ hominis q̄tum ad illud
quod reſpicit gratiā: quia in incarnatio-
ne aſſumit chriſtus humanā naturā: ra-
tione cuius plene habet eſſe caput toti⁹
eccleſie cui⁹ corporis membra vniri ha-
bent ratione charitatis z gratie: z ſimul
cum hoc facit ad perfectionem meriti: qꝛ
oīa merita pendent z meliorant̃ ex meri
to xp̄i. Facit etiā ad perfectionē glīe i eo
ꝙ homo in deo ſuo inuenit paſcua quan
tum ad partem corporalem: et quantuꝫ
ad partem ſpiritualem ſiue ingrediatur
ſiue egrediatur qđ nō faceret ſi deus nō
eſſet incarnatus. Completus eſt etiam
totius humane nature appetitus dū per
opus incarnationis nobiliſſima ydonei-
tas que erat in humana natura ſm quā
vnita erat diuine: ad actum perfectū re-
ducitur: et ratione huius multiplicis ꝑ-
fectionis que ſurgit ex opere incarnati-
onis congruum fuit deum incarnari. Et
quia hec multiplex perfectio non reſpi-
cit tm̄ ſtatum nature lapſe: imo etiam re
ſpicit ſtatum nature inſtitute: ideo ſi ho-
mo lapſus non fuiſſet: nihilominus deus
incarnat⁹ eſſet: quia ita competebat ho-
minē ꝑfectū eſſe z ſm naturā z ſm grām
z ſm glīam: ſicut ſi eſſet in ſtatu lapſo: et
q̄dāmodo ampli⁹. Et ſm iſtā opinioneꝫ
et qui hanc opinionē ſequūtur concedūt
rationes que ad hanc partē adducūtur.
¶ Nota hanc opinionē tenent Lyncon-
enſis Alexander de ales et Scotus cum
quib⁹ magiſter Stephanus: beatus ſan-
ctus Thomas remanet dubius z ſoluit
rationes pro et contra. Rationes vero

ad oppoſitum et auctoritates per hoc ef-
fugiunt quia dicunt eas intelligi debe-
re ſm q incarnatio dicitur carnis mor-
talis et paſſibilis aſſumptio. Loquitur
enim ſcriptura ⁊ littera de incarnatione
ſm eum modum qui fuit poſt lapſum nō
penes eum modū qui fuiſſet homine per-
ſiſtente in ſtatu innocentie. Aliorū vero
poſitio fuit q precipua ratio incarnatio
nis fuit reparatio generis humani q̄uis
multe ſint rationes cōgruentie huic an-
nexe. Iſta eſt em̄ precipua reſpectu om-
nium quia niſi genus humanum fuiſſet
lapſum: verbum dei non fuiſſet incarna-
tum. Et ratio huius eſt: quia incarnatio
dei eſt ſuperexcedentis dignationis: et
ideo cum ſit ibi quidem exceſſus non fu-
iſſet introductum incarnationis myſte-
rium: niſi preceſſiſſet exceſſus oppoſitus
per ipſum corrigendum et reſtaurandū.
Unde niſi deus ouem ſuam perdidiſſet
non de celo ad terrā deſcendiſſet. Quis
autem horum modorū melior ſit nouit
ille qui pro nobis incarnat⁹ eſt. Quod
etiam horum alteri preponendum ſit dif
ficile eſt videre: pro eo q vterq modus
catholicus eſt: ⁊ a viris catholicis ſuſti-
netur. Uterq etiam modus excitat ani-
mam ad deuotionem ſm diuerſas conſi-
derationes. Uidetur autē primus mo-
dus magis conſonare iudicio rationis.
Secūdus tamen ſicut apparet plus cō-
ſonat pietati fidei. Primo quia auctori-
tatibus ſanctorꝫ et ſacre ſcripture magis
concordat. Nam auctoritates tam noui
q̄ veteris teſtamēti. Ubi de filij dei de-
ſcenſu loquuntur: generis humani libe-
rationem rationem reddūt qđ patet ſin-
gula diſcurrendo. Sancti etiam hoc di-
cunt ſicut patet per argumenta in ante
oppoſitum. Et quia diuina eloquia nobi
liſſimam ⁊ precipuam incarnationis ra-
tionem aſſignant generis humani libera
tionem nihil etiā a nobis dicendū eſt pre
ter ea que nobis ex ſacris eloquijs claret
ideo magis videtur pietati fidei conſo-
num q precipua incarnationis ratio ſit
liberatio generis humani q̄ aliter ſenti-
re. Et hoc aperte dicit Auguſtinus in li
bro de verbis domini in ſermone. lxxviij.
tractans illud Luce. xix. Uenit enim fi-
lius hominis ſaluum facere quod perie-
rat. Si homo nō periſſet filius hominis
non veniſſet. Et expreſſius idē tractans
illud prime Timothei primo. Uenit in
hunc mundum peccatores ſaluos facere
Nulla cauſa veniendi fuit chriſti ratio
niſi peccatores ſaluos facere. Et idē plu
ra dicit ad hoc pertinētia. Et in illa ora-
tione que incipit. A cella aromatica que
dicit eſſe. Auguſtin⁹ hoc ipſum habetur
expreſſius. Ad hoc etiam cōcordant ver
ba Bernardi ⁊ gloſa ſuper dictum locū
epiſtole ad thimotheū. ¶ Secūdo vero
predictus modus magis concordat pie-
tati fidei: quia deum magis honorificat
q̄ precedens. Nam precedens modus
quodammodo deum intra perfectionem
vniuerſi concludit ⁊ quandam neceſſita-
tem incarnationis imponit ei cum dicit
opera eius non poſſe aliter ad perfectio-
nem duci. Hic autem modus dicendi cū
dicit q incarnationis myſterium eſt ſu-
per omnem perfectionem: ponit chriſtuꝫ
eſſe ſupra omnem perfectionem vniuerſi-
tatis ſiue quantum ad naturā: ſiue quan
tum ad gratiam: ſiue quantū ad gloriā
Et hoc recte facit: quia ſicut dicit philo-
ſoph⁹ libro vndecimo ꝑme philoſophie.
Deus ſupra omnem vniuerſi ordinem
ponendus eſt: ſicut non dicitur eſſe dux
de exercitu ſed ſupra exercitum. ¶ Ter-
tio modus iſte dicendi de incarnationis
myſterio eſt magis commendabilis dum
dicitur q hoc myſterium non debuit fie-
ri niſi ex maxima cauſa: vtpote propter
placandam diuinam iram et reſtauran-
di omnia ſiue que in celis ſunt ſiue que
in terra. Et ideo diſconuenit q tantum
myſterium non fuiſſet introductum niſi

preceſſiſſet lapſus nobiliſſime creature ⁊ offenſio maieſtatis diuine. ¶ Quarto etiam fidelem affectum magis inflammat: plus enim excitat deuotionem anime fidelis ꝙ deus ſit incarnatus ad delenda ſcelera ſua q̄ conſummanda opera ſua. Quoniam ergo hic modus dicendi et ſi non videatur eſſe ita ſubtilis ſicut precedens: plus tamen conſonat pietati fidei. in hoc auctoritatibus ſanctorum concordat magis et deum magis honorificat etiam incarnationis myſterium magis commendat et affectum noſtrum ardentius inflammat. Ideo concedendum eſt vt predicte auctoritates oſtendunt ꝙ p̄cipua ratio incarnationis fuit redemptio generis humani: q̄uis multe alie cõgruentie huic ratione ſint annexe. ¶ Nota ꝙ ſi homo non peccaſſet adhuc potuiſſet chriſtus veniſſe: vt redemptor perfectiſſimus. Deus enim per acceptionem meritorum Chriſti perfectiſſimorum potuit preſeruare totum genus humanum a lapſu. Sed redemptio alicuius preſeruatiua a peccatis eſt multo nobilior q̄ redemptio ſubleuatiua: ergo chriſtus potuit venire vt perfectiſſimus redemptor quãuis perfectiori modo venerit et debet intelligi de potẽtia dei abſoluta non ordinata. Tali enim modo redemptionis perfectiſſimo qui ſcilicet eſt per preſeruationem dicunt multi doctores redemptam fuiſſe digniſſimã matrem dei: non ſolum a peccatis actualibus ſed etiam ab originali a quo merito paſſionis chriſti preſeruata fuit. Poteſt etiam dici ꝙ omnes electi perfectius redimuntur merito paſſionis a peccatis que non committunt ⁊ poſſunt committere redemptione preſeruatiua q̄ ſubleuatiua.

Septimo queritur. que

trium perſonarum fuerit magis idonea ad incarnationem. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ perſona verbi ad incarnationem inter ceteras perſonas fuit magis idonea: ſiue loquamur de ipſa incarnatione in ſe: ſiue prout ordinata eſt ad humani generis redemptionem. Si enim loquamur de ipſa incarnatione in ſe: magis congruum fuit perſonam filij incarnari: et inquantum eſt imago: ⁊ inquantum eſt verbum ⁊ inquantum eſt filius. ¶ Inquantum eſt imago quia homo aſſumptibilis erat ratio dignitatis imaginis: et quia filius eſt imago patris: ideo magis conueniens erat filij perſonam aſſumere carnem. Rurſus quia filius dei verbum eſt patris ſic procedit ab ipſo vt pater ſe manifeſtet per ipſum: et ideo ſicut ad intentionis manifeſtationẽ verbum intellectuale copulatur voci ſenſibili: ſic ad diuinitatis reuelationem verbum patris congruum fuit incarnari vel vniri carni. Poſtremo quia filius eſt ſemel genitus ab eterno: ſic congruebat eum carnem aſſumere vt eſſet de genere hominum et ita hominis filium: et ideo decebat ipſum magis incarnari q̄ patrẽ et ſpiritumſanctum. Et hoc eſt qđ dicit beatus Auguſtinus in libro de trinitate et magiſter in littera ꝙ filius dei nõ queſiuit niſi matrem in terris quia iam habebat patrem in celis magis ergo decens fuit filium incarnari q̄ aliam perſonam. Si loquamur de ipſa incarnatione ſm ſe. Fuit etiam magis congruum: ſi loquamur de ipſa incarnatione ſm comparationem ad generis humani redemptionem: ⁊ hoc apparet ſi conſideremus hominis lapſum: ⁊ reparandi modum ⁊ reparationis fructum. Si conſideremus hominis lapſum videbimꝰ ꝙ lapſus fuit appetendo dei falſam ſimilitudinem et equalitatem: et quia filio primo attribuitur equalitas. Hinc eſt ꝙ quaſi ex ipſo ſumpſit homo lapſus occaſionem: et ideo inde ſumere debuit reparationem. Et hoc dicit Bernardꝰ explanãs illud

Propter me orta eſt hec tempeſtas tollite me. Ione ſecūdo. Uide in alexandro iſtam materiaȝ ⁊c̄. ¶ Aut certe in hoc ꝙ homo preſumpſerat dei ſimilitudineȝ directe contra filium peccauit: et ideo filio magis competebat vindicta et indulgentia et hoc eſt qđ dicit Anſelmus in libro cur deus homo. Homo ergo erat moriturus ⁊ diabolus quem erat expugnaturus ambo falſam dei ſimilitudinem preſumpſerant. Unde ſpecialius aduerſus eum peccauerunt. Illi itaqȝ cui ſpecialiter fit iniuria cōuenientius attribuitur culpe vindicta ⁊ indulgentia. ¶ Rurſus ſi conſideremus modum reparatōis magis competit filio. Reparati enim ſumꝰ per mediatoris obedientiam et ſupplicationem ⁊ quia magis competit filiuȝ ſupplicare patri ⁊ obedire. Hinc eſt ꝙ magis competebat perſone filij incarnari ꝙ̄ alij. vnde Anſelmus in libro cur deꝰ homo. ¶ Conuenientius conſonat filium ſupplicare patri quam aliam perſonam. Poſtremo ſi conſideremus reparationis fructuȝ vel effectum magis competebat filio incarnari: quia incarnatio ad hoc ordinatur vt ſimus filij dei. Si ergo poſterius per illud habȝ reduci quod eſt priꝰ in eodem genere congruū fuit vt filij dei adoptiui efficeremur per eum qui eſt filius naturalis. vnde Auguſtinus in. iij. de trinitate. Ut homo ex deo naſceretur primo ex ipſis natus eſt deus: oportuit enim vt per eum efficeremur filij adoptiui qui eſt filius naturalis. Et ſic patet ꝑ omnem modum ꝙ congruentius fuit filium incarnari ꝙ̄ alium: et concedende ſunt rationes que ad hoc inducebantur. ¶ Nota ꝙ filius adoptiuus eſt qui non eſt naturaliter genitus ab eo cuius dicitur filius nec habet ius in hereditatē poſſidendam ſuccedendi ſed ex gratia adoptatur vt habeat ius ad hereditatem q̄ eum adoptat. Unde ad hoc ꝙ aliquis dicatur filius adoptiuus quatuor requiruntur. Primo requiritur ad filiationeȝ adoptionis extraneitas in eo qui adoptatur ad eum qui adoptat. Secundo requiritur gratia: id eſt gratuita voluntas adoptantis. Tertio requiritur bonum ſiue hereditas pro qua habenda adoptatur. Quarto requiritur ꝙ non habeat ius ⁊c̄.

Octauo vero queritur.

Quo tempore fuerit magis congruuȝ filium dei incarnari. Nota ꝙ triplex eſt tēpus. Primum legis indite. Secundum legis ſcripte. Tertium legis gratie. Primū durauit ab adam vſqȝ ad moyſen. ſecundum a moyſe vſqȝ ad chriſtum. tertiū a chriſto vſqȝ in eternū. ¶ Reſponſio dicendum ꝙ ſicut rationes oſtendunt que ſunt poſt oppoſitum: magis congruum fuit filium dei incarnari quaſi in fine ſeculorum quam in principio. Poteſt autem huius quadruplex ratio aſſignari quare tamdiu incarnari diſtulerit ¶ Prima eſt propter peccatum hominis puniendum. ibi enim manifeſtatur diuine vltionis ſeueritas que tantos clamores et luctus hominū tanto tempore ſuſtinuit: anteqȝ̄ vellet deſcenderet: et ipſe adam cum poſteritate ſua tanto tempore expectauit in limbo exulans a paradiſo et hoc propter manifeſtationem diuine iuſticie que nihil inultum dimittit. ¶ Secunda fuit propter morbum melius curandum Morbus enim ſpiritualis non curatur debite: niſi infirmus prius cognoſcat et pro curatione eius gratus exiſtat: plus enim homo egrotat per ingratitudinem procuratione ꝙ̄ culpe commiſſione. Et ideo debuit deus beneficiū incarnatiōis differre vt homo cōuinceretur de impotē tia ⁊ ignorantia anteqȝ̄ incarnaret. Et in lege indita: ⁊ in lege ſcripta: vt ſic conuictus confugeret ad diuinā miſericordiā.

et gratiam et confugiens curaretur effi-
caciter. ¶ Tertia ratio eſt propter ordi-
nem vniuerſi ſeruandum: quia enim hoc
erat plenum: id eſt maximū beneficium
differri debuit vſq̄ ad plenitudinem die
rum. Et propter hoc dicit apoſtolus ad
Gala. quarto. At vbi venit plenitudo tē
poris miſit deus filium ſuum factum ex
muliere factum ſub lege. ¶ Quarta ra-
tio fuit propter incarnationis benefi-
cium amplius commendandum. quod
enim amplius differtur: et diutius deſi-
deratur ⁊ precioſius reputatur. Et ideo
beneficium incarnationis quod eſt inter
dei beneficia precioſiſſimum prius de-
buit eſſe deſideratum ⁊ expectatū q̄ ex-
hibitum. Et propterea magis congru-
um fuit filium dei incarnari in fine tem-
porum: ⁊ concedende ſunt rationes que
hoc probant.

Irca diſtinctio-

c nem ſecūdam queritur pri
mo. Utrum maior ſit con-
gruitas in rationali crea-
tura q̄ in toto vniuerſo an econtrario.
Uide reſolutionem in textu. Ad primā
rationem in oppoſitum vbi dicit Augu
ſtinus. In rebus mirabilibus tota ratio
facti eſt potencia facientis. Dicendum
ꝙ duplex eſt ratio ſcilicet. Cauſalitatis
et congruitatis. Cauſalitatis eſt in effi-
ciendo. Cōgruitatis in ſuſcipiendo. Cū
ergo Auguſtinus dicit ꝙ ratio facti to-
ta eſt potencia facientis: intelligit de ra-
tione cauſalitatis non de ratione cōgrui
tatis. Ad ſecundum vbi dicit infinite di-
ſtantium non magis appropinquat vnū
q̄ alterum. Sed omnis creatura a na-
tura diuina diſtat ⁊c̄. Dicendum ꝙ hoc
intelligitur de diſtantia per receſſum ab
equalitate et participatione nature eter
ne: quia nihil eſt vniuocum creature ad
creatorem in nullo etiam creatura crea-
tori poteſt equari: ſed non habet verita-
tem de diſtantia que attenditur per com
parationem ad conueniencia ſm ratio-
nem ordinis et imitationis. Nam ratio
nalis creatura immediate in deum ordi-
natur ⁊ expreſſius inter creaturas deum
imitatur ⁊ ratione huius aſſimilationis
⁊ conuenientie habet rationem imaginis
et congruitatis reſpectu diuine vnionis.
Ad illud quod obijcitur ꝙ magis aſſimi
latur vniuerſum totum q̄ rationalis
creatura. Dicendum ꝙ aſſimilari dici-
tur dupliciter. Intenſiue vel extenſiue.
Et extenſiue verum eſt ꝙ magis aſſimi-
latur mundo archetipo ſiue deo maior
mundus q̄ minor ſiue vniuerſitas tota
q̄ rationalis creatura. Qualitatiue ſi-
ue intenſiue eſt econuerſo: propter ma-
gnam diſtanciam aliquarū partiū eius
in quibus relucet diuina bonitas delon-
ginquo ſicut in veſtigio.

Secūdo querit. Utrū

maior ſit congruitas ad vnionem in hu-
mana natura q̄ in angelo an econuer-
ſo. Et ꝙ ſit maior in angelo videtur. De
us ſpiritus eſt ſicut dicit Iohannis. iiij.
ergo creatura que plus habet de ratio-
ne ſpiritualitatis plus conuenit cū deo.
et que plus conuenit cū deo. plus eſt vni
bilis in vnitate perſone: cum ergo natu-
ra angelica ſit ſpiritualior q̄ humana:
videtur ⁊c̄. Reſpondeo dicendū ꝙ abſq̄
dubio maior fuit congruencia ad vnionē
in creatura humana q̄ in angelica. Et
hoc quidem ſatis manifeſtat ipſa opera-
tio diuina. Deus enim nuſq̄ angelos
apprehendit ſed ſemen abrahe apprehen
dit. Ratio autem maioris cōgruētie du-
pliciter accipitur videlicet ſm humane
nature inſtitutionem: ⁊ ſm eiuſdem repa
rationē. Scdm nāq̄ hūane nature inſti-
tutionē maior eſt cōgruitas in hūana na
tura q̄ angelica. Et hoc triplici de cā ſcꝫ

Propter ꝑſonalē diſtinctionē. Propter maiorē diuini exemplaris repreſentationem. Propter multiplicē hominis cōpoſitionem. Prima ꝓpter perſonalē diſtinctionē: que quidē in humana reperit̄ ſm originem: ⁊ nō angelica ⁊ ideo magis cōgruebat ꝙ perſona filij que diſtinguit̄ a perſona patris ſm originē eam naturam acciperet in qua proprietatē filiationis retineret ⁊ hoc quidē factū eſt in humane nature ſuſceptione. Nam idem ipſe qui ab eterno erat patris filius et tpe factus eſt filiꝰ virginis matris. ¶ Secūda cauſa eſt propter maiorem diuini exemplaris repſentationē ratione cuiꝰ homo dicit̄ minor mūdus. Anima eñ rationalis nō tm̄ repſentat deū prout cōſiderat̄ in ſe: ſed inquantum vnitur corpori qđ regit ⁊ in quo tota habitat ſicut deus in maiori mundo. Et hoc dicit Auguſtinꝰ pluries Ratione huius maioris cōformitatis maior erat ratio vnibilitatis. ¶ Tercia ratio eſt ꝓpter multiplicem hominis cōpoſitionē. Quia eñ hō cōpoſitus eſt ex natura corporali ⁊ ſpirituali: ⁊ quodāmodo cōmunicat cū omni creatura ſicut dicit gregorius. Hinc eſt ꝙ cū humana natura aſſumit̄ et deificat̄: quodāmodo omnis natura in ea exaltatur: dū in ſuo ſimili deitati vnitur. Et hinc ē ꝙ aſſumptio humane nature plus facit ad totiꝰ vniuerſi ꝑfectionē: ꝗ̄ angelice: ⁊ idō maior eſt in ea ꝯgruitas ad vnionē etiā ſm ſuā inſtitutionē. ¶ Silr ⁊ ſm reparationē maior cōgruitas in ea reperit̄ ad vnionē triplici de cauſa ſcʒ quia hō magis indigebat ⁊ minus indignus erat et amplius ei proderat vt filiꝰ dei aſſumeret naturā ſuā. Magis indigebat quia totꝰ lapſus fuerat: id eſt tota natura: vl' ſpēs hoīs: minꝰ indignꝰ erat: quia ꝑ aliū corruerat: plus ei proderat: quia adhuc in malo obſtinatus nō erat. Quoniā ergo diuina miſericordia iſta tria penſat in bñficijs que impendit. Hinc eſt ꝙ deus qui eſt diues in miſericordia propter nimiā charitatem qua dilexit nos magis aſſumpſit humanam naturā ꝗ̄ angelicā: quia maior reperiebatur in ea congruentia ad ſuſcipiendum tantū beneficiū diuine miſericordie vt per illud releuaret̄ a miſeria. Hec autē ratio que ſumpta eſt ad humani generis reparationem efficatior ⁊ principalior eſt ꝗ̄ precedens: Quia vt ſupra precipua ratio incarnatiōis fuit humani generis reparatio. Ad id qđ obijcit̄ in contrarium. Primo dicendum eſt quia et ſi plus cōueniat intenſiue: nō tamē plus extenſiue: Homo eñ cōuenit in ſpiritualitate ratione anime ⁊ corpus ſuperadditū facit ad conformitatis maioritatē: et ſic vtroꝗ̄ videlicet ſpiritu ⁊ corpore maior fit repreſentatio exemplaritatis diuine. Ad id etiā ꝙ obijcitur qđ angelus magꝭ indigebat ꝗ̄ homo. dicendū ꝙ falſum ē homo eñ totaliter indigebat quia totaliter lapſus fuerat: angelus vero nō. Et ſi obijcis ꝙ angelus lapſus magis indigebat ꝗ̄ homo lapſus. Dicendū ꝙ ſi magis indigebat minus tamē dignus erat quoniā ex maiori ſuperbia peccauerat. Unde Bernhardus in canticis. Quis tam indiget miſericordia ſicut miſer? Et quis tam indignus eſt miſericordia ſicut miſer ſuperbus? Preterea ipā aſſumptio angelice nature angelo lapſo nō ꝓdeſſet quia cū obſtinati ſint naturaliter in malicia non inflāmarentur ad humilitatem nec ad charitatē per exhibitionē tanti beneficij et exempli. Et id videmus hodie in multis peccatoribus quibus propter ſuam peruerſitatem valde parum ꝓdeſt incarnatio chriſti.

c Jrca diſtinctionem tertiam tertij ſentētiarum queritur. Utrū caro beate marie virginis fuerit ſanctificata ante animationē. Uirgo eſt concretum huius abſtracti virginitatis. Nota ꝙ virginitas capit̄ quattuor modis. Primo modo dicitur eſſe integritas

carnis quedam ⁊ ſic omnis mulier naſcitur virgo: et iſta virginitas ſiue integritas carnis non eſt virtus moꝛalis ⁊ meritoꝛia patet: quia nulla virtus ineſt nobis a natura. Item virginitas vt eſt virtus moꝛalis et meritoꝛia poteſt eſſe in vtroq̄ſ ſexu indifferenter: virginitas que ſola eſt integritas carnis reperit̃ in muliere ſolum. Et eſt quoddam peſſulum vel quedam pellicula que vocatur caſtrū virginitatis. ¶ Secundo modo capitur pꝛo inexperiencia cuiuſcunq̄ʒ veneree delectationis in perſona apta nata experiri. Iſto modo virginitas eſt termin⁹ priuatiuus quia ponit negationem experientie veneree delectatoīs ⁊ ponit aptitudinem. Ex quo ſequitur ꝙ angeli nō poſſunt habere virginitatem quia non ſunt apti nati. Et ſic iſta virginitas nō eſt virtus nec meritoꝛia: patet quia eſt in pueris paruis qui nō habent vſum rationis ¶ Tertio modo capitur pꝛo habitu continendi ab omni venerea delectatione cū negatione voluntarie experientie de preterito. Iſto modo mulier duodecim vel quindecim annoꝛum que nunq̄ʒ cecidit eſt virgo ⁊ eſt vere virtus ⁊ meritoꝛia vite eterne: licet habeat voluntatem matrimonio coniungi quādo placuerit parentibus. ¶ Quarto modo capitur pꝛo habitu continendi ab omni venerea delectatione cum negatione voluntarie experientie de futuro pꝛopter deum ⁊ iſto modo diffinitur ab Auguſtino. Eſt continentia qua integritas carnis ipſa creatoꝛi carnis et anime vouetur cōſeruatur ⁊ conſecratur: ⁊ eſt perfecta ſpecies continentie. Notandum ꝙ virginitas ſe habet ad continentiam ſicut magnificentia ad liberalitatem. Liberalitas enim reſpicit materiam circa ſumptus ſiue magnos ſiue paruos. Magnificentia autē ſolum magnos ſumptus. Et ſic omnis magnificentia eſt liberalitas ſed nō econtra ſm̄ Ariſtotelem quarto ethicoꝛum: ſic continentia dicit abſtinentiā ab omni actu libidinoſo illicito contra leges matrimonij ⁊ iſta eſt in matrimonio. Continentia vero in virginitate: Id eſt virginitas dicit continentiam ab omni coitu ſcilicet licito ⁊ illicito et ſic omnis virginitas eſt continentia et non econuerſo. Sola ergo virginitas mentis eſt virtus patet quia caro non eſt ſuſceptiua virtutis et gratie de ſe. Aliqua mulier etiam naturaliter loquendo poteſt eſſe mater alicuius ipſa remanente totaliter virgine virtute: vt de oppreſſa violenter ⁊ contra voluntatem ſuam que poteſt concipere. Virginitas que eſt virtus poteſt in vtroq̄ʒ ſexu deperdi per ſolam voluntatem experiendi delectationem veneream poteſt tamen recuperari per penitentiaʒ niſi poſuerit illam malam voluntatem in actum. Et aliqui doctoꝛes dicunt ꝙ etiam virginitas carnis ſiue integritas poteſt amitti per ſolam volitioneʒ intenſam libidinoſam vel in aſpectu intenſo mulieris vel econuerſo vel in tactib⁹ mulierum quia in talibus aliquando emittitur ſemen et poteſt frangi pellicula illa que dicitur clauſtrum virginale. Virgo beata habuit omnes iſtas virginitates. Pꝛimam quia chꝛiſtus exiuit de vtero ſuo abſq̄ʒ aliqua fractura: ⁊ ſic duo coꝛpoꝛa fuerunt in eodem loco. Quartam habuit quia dicunt doctoꝛes ꝙ ipſa vouerat virginitatem alioquin fruſtra dixiſſet non cognoſco virum: id eſt non cognoſcere pꝛopoſui ⁊ noui. Secundo queritur: Utrum anima beate virginis fuerit ſanctificata ante peccati oꝛiginalis contractionem. Require in ſermone: Nondum erant abyſſi.

Sciendū circa ſecundū

articulū ꝙ aliqđ pōt eſſe in alio q̄nq̄ʒ modis. Uno mō effectiue cauſaliter vel virtualiter: ⁊ ſic omnis effectus eſt in cauſa ſua anteq̄ʒ pꝺucat̃: ſicut rana eſt in ſole virtualiter: caloꝛ aque in igne ⁊c̄. Et hoc modo oīa ſunt in deo virtualiter. Alio

modo aliquid poteſt eſſe in alio materialiter ſic tota domus anteq̃ fiat eſt in lignis et lapidebus ex quibus fieri debet. Tertio modo ſm rationem ſeminalem iſto modo filius generandus eſt in parẽtibus naturaliter anteq̃ concipiatur. Quarto modo ſeminaliter ſicut quercꝰ eſt in glande et petrocilium eſt in ſemine petrocilij. ¶ Nota quicquid eſt ĩ aliquo ſm rationem ſeminalem eſt in eo ſeminaliter ſed non econtra: quia proprie ratio ſeminalis eſt ex concubitu veri et mulieris. Unde caro chriſti fuit ĩ lumbis priorum parentum ſeminaliter tanq̃ ex materia in qua prefuit quia ſanguis virginis vnde fabricatuʒ eſt corpus chriſti geſſit vicem ſeminis: licet ergo nõ fuerit ſm rationem ſeminalem fuit tamen ſeminaliter. Quinto modo aliquid dicitur eẽ in alio obiectiue vel tanq̃ in potentia appetitiua vt Johãnes eſt in amore meo. Et hoc dupliciter vel habitualiter ⁊ ſic ſemper eſt. vel actualiter ⁊ ſic eſt dum euʒ actualiter amo. Athomos id eſt particularis: vide textum. Caro chriſti fuit peccato obnoxia. Iſta propoſitio eſt exponẽda vel falſa: de rigore ſermonis quia ſanguis chriſti de quo formatum eſt corpus chriſti nõ erat corpus eius quia ſanguis ille prius corrumpitur ⁊ perdit formam ſanguinis ⁊ conuertitur in carnẽ. ¶ Secunda caro chriſti in parentibus fuit ſeminaliter traducta. Si dicitur ꝙ ſm legem concupiſcentie eſt falſa: bene conceditur ꝙ fuit traducta ſeminaliter ſed nõ ſm rationẽ ſeminalem. Caro xp̄i fuit decimata eſt falſa quia aliqueʒ decimari in aliquo non eſt niſi a parentibus deſcendere ſm rationem ſeminalem.

Tertio queritur. Utruʒ

caro chriſti fuerit in parentibus aliter q̃ caro aliorum hominuʒ ſm legem propagationis. Dicendum ꝙ dupliciter eſt loqui de carne chriſti: aut quantum ad materiam vnde ſumpta eſt aut quãtum ad formam ſm quã anime chriſti coniuncta eſt et a verbo in vnitatem perſone aſſumpta. Si loq̃mur de carne chriſti ſm materiam hoc eſt de eo vnde facta eſt caro chriſti ſic conceditur a magiſtro in littera ꝙ peccato fuit obnoxia: quia ante conceptionem chriſti tota maſſa humani generis corrupta erat ſicut ſupra monſtratum eſt. Si autem loquamur de carne chriſti ſm formam ſic dicendum eſt ꝙ nunq̃ peccato fuit obnoxia quia nunq̃ habuit illam formam ꝙ eſſet immũda et maculata. ¶ Secundum autem ꝙ caro dicitur dupliciter ſic ⁊ de propagatione dupliciter contingit loqui. Aut ratione materialis aut ratione formalis. Si ratione materialis contingit loqui ꝙ ſic ꝓpagata fuit ab adam vſq̃ ad virgineʒ in tota illa genealogia: ⁊ tota illa propagatio fuit ſm legem nature ⁊ cõcupiſcentie. Si quãtum ad eſſe actuale ⁊ formale ſic concepta fuit a virgine preter legem nature et cõmunem legem concupiſcentie. Et ſic patet ꝙ vno modo dicendi concedi poteſt ꝙ caro chriſti materialiter loquendo ſic fuit in lumbis parentum ſm propagationem ſicut caro aliorum hominuʒ. hec eſt prima opinio que eſt falſa ſm magiſtrum noſtrum. ¶ Secũda opinio. Sed quoniam caro q̃tum eſt de ratione ſui nominis non nominat materiã ipſam tantũ: ſed materiam ſub tali forma et propagatio ⁊ lex propagatiõis addita ei quod eſt caro chriſti reſpicit eius eductionẽ ſm eſſe actuale. hinc eſt ꝙ hec eſt impropria imo falſa caro chriſti fuit obnoxia ⁊ hec caro xp̄i fuit ex parentibꝰ ſeminaliter traducta ꝓ eo ꝙ in oĩbꝰ q̃tuʒ eſt de vi ſermonis predicatuʒ rõne materie tm̃ nõ attribuitur ſubiecto ſed ratiõe materie ſub tali forma. Caro cũ res eſt ſubſtantialis: ⁊ ideo q̃uis ſupponat verbo de p̄terito opʒ tñ ad idem tp̄us referri formam p̄dicari cũ ſubiecto: ⁊ ideo omnes

ꝑdicte locutiões tā̄ꝗ̄ falſe ⁊ īpꝛoprie ſūt
negāde niſi ꝓferantur cū̄ determinatiōe
ſcꝫ rōe material' ꝑncipij. Si aūt alicubi
abſolute ꝓferant' cū̄ determinatiōe ſunt
exponēde. Cōcedendū eſt ꝗ̄ ꝙ aliter fuit
caro xp̄i ſm ꝓpagationis legē in pentib⁹
ꝗ̄ alioꝝ hoim. Nam caro alioꝝ hoim oꝛ
tum habuit a parētibꝫ ſm ſeminalē rōnē
⁊ ſm legē ↄcupiſcētie. Illud aūt dꝛ ꝓce/
dere ſm rōnem ſeminalē qḋ quidē exit in
eſſe ſm virtutē ⁊ opatiōnē nature ſic ſūt
illa in quoꝝ ꝓductiōe natura nō ſolū ſe
hꝫ ꝑ modū obedientis ⁊ ſuſcipientis: imo
etiā ꝑ modū nature agētis ⁊ dantꝭ ſpēm
ſiue cōpletionē: ⁊ hoc iportat ꝙ dico ſemi
nalis ratio ꝓpꝛie loquēdo. Illud aūt in
telligit' traduci ſm legē cōcupiſcentie in
cui⁹ ꝓcreatione cōcurrit feditas delecta/
tionis carnis ex parte viri generantis et
mulieris ↄcipientis: neutrū hoꝝ in gene
ratiōe xp̄i fuit. Nam ↄceptio eius mira/
bilis fuit ⁊ ſupꝛa virtutem nature. Non
fuit em̄ ex virili ſemine: pꝛo eo ꝙ caro ei⁹
ↄcepta fuit ex ſola mr̄e. Neqꝫ ſm legē cō
cupiſcentie: qꝛ non interuenit delectatio
ex cōmixtione ſexus. Conceptus em̄ fuit
ex caſtiſſimis virginis viſceribus.

Querit' quarto Utrum

coꝛpus xp̄i ꝓductū fuerit ad ꝑfectā mo/
lem ſubito aut ſucceſſiue. Et qꝛ ſucceſſi/
ue oſtendit' pꝛimo. Luce. ij. Puer iſte cre
ſcebat: ſꝫ crementū etatis ſequit' cremen/
tum molis ergo. Itē ſicut ꝑꝫ ex hiſtoꝛia
euāgelica xp̄s habuit neceſſitates infan/
tiles vn̄ ⁊ lactatus fuit a matre. Hoc aūt
nō eſſet niſi paruulus eſſet in ꝗ̄titate: ꝗ̄
videt'. ¶ Rn̄ſio dicendū ꝙ coꝛp⁹ xp̄i ꝗ̄/
tum ad ꝗ̄titatē molis ad ꝑfectionē dedu
ctū eſt ꝑ ſucceſſionē tp̄is: ⁊ rō hui⁹ eſt qꝛ
ꝑfectio ꝗ̄titatis illius coꝛpis fuit opatio
ne nature cui⁹ eſt operari ſm ſucceſſionē
tp̄is. Si aūt querat' vn̄ eſt ꝙ deus coꝛp⁹
illud ad ꝑfectionē voluit deduci median
te nature opatione. Dicendū ꝙ hoc fecit
deus valde cōgrue. Hoc em̄ ꝗ̄uis alio
modo facere poſſet ſic tn̄ fecit ad ↄfirmā/
dam fidei firmitatē ⁊ veritatē ad cōmen/
dandam humilitatis virtutē ad ↄſeruan
dam vniuerſitatis legeꝫ. In hoc em̄ fidei
veritas ↄfirmat' dū manifeſte oſtendit' ꝑ
cōuerſationē ⁊ ſimilē modū ꝓficiendi in
etate: ꝙ xp̄s non fantaſticā ſed veram car
nē aſſumpſit ⁊ hoc quidē valde fuit opoꝛ
tunū: qꝛ ſine fidei veritate nullus eſt icar
nationis fructus. Hūilitatis etiā virtus
in hoc commendat' dum dei filius qui eſt
rex ⁊ dn̄s dominantiū factus eſt ꝑuulus
et qui ꝑus nullo indigebat: lacte mater/
no ſicut alij paruuli paſcebat': pannis in/
uoluebatur ⁊ alia plura geſſit quibꝫ hu/
militatis vilitas commendatur. Et hoc
valde opoꝛtunū fuit qꝛ ꝓpter hoc potiſ/
ſime deus deſcendit de celo vt ſuꝑbiā ex/
tirparet. Uniuerſitatis etiaꝫ lex ⁊ oꝛdo
cōſeruatur: qꝛ vnicuiqꝫ nature cōceſſit ꝓ
pꝛiā opationeꝫ. nec vtitur miraculis vbi
natura per ſe ſufficienter pōt opari. Et
qꝛ natura in xp̄o ſatis ſufficienter pote/
rat coꝛpus xp̄i ad ꝑfectaꝫ ꝗ̄titatē dedu/
cere ita ꝙ in nullo derogabat' eius digni
tati. Ideo noluit xp̄s anticipare vt tāꝗ̄
vniuerſitatis iuſtus adminiſtratoꝛ vnū
quodqꝫ iuxta virtutē ſibi cōpetentē opa/
ri ſineret. Et hoc quidē conueniebat: qꝛ
naturā nolebat ꝑimere ſed repare: ⁊ hoc
inſinuat quia maioꝛ ptās vſum inferioꝝ
poteſtatis non debet abſqꝫ cauſa pꝛiua/
re. Et ſic patet ꝙ valde rationabil'r de⁹
coꝛpus xp̄i ad perfectam ꝗ̄titatem mo/
lis deduxerit ꝑ tēpoꝛis ſucceſſionem. No
ta quomō poſſibile fuit deo foꝛmare coꝛ/
pus chꝛiſti in tanta quantitate molis in
quāta fuit crucifixus: ſicut facit in conſe
cratōe coꝛpoꝛis ſui quottidie. Nota Au
guſtinus in tertio de trinitate tractans
illud verbum Ioh. xxj. Soluite templū
hoc dixerūt iudei. xlvi annis. Hic nume
rus perfectioni dominici coꝛpis cōuenit
cōgrue qꝛ vt dicūt phiſici tot diebus foꝛ
ma humani coꝛpis perficitur cuꝫ omnes
alij fere in. xli. diebus.

Quinto querit᷑. vtrum mēbroꝝ formatio et diſtinctio facta ſint ſubito an ſucceſſiue in corpore dominico ¶ Rn̄deo dicēdū ꝙ abſqꝫ dubio ſicut dicit Aug⁹. ſcꝫ in duobꝫ ꝑmis articul' poſt oppoſitū. Corp⁹ xp̄i ab inſtanti ↄceptionis habuit ꝑfectionē organizationis. Et rō hui⁹ ſumi pōt ex ꝑte verbi aſſumētis: ꝛ ex ꝑte virtutis efficientis: ꝛ ex parte virginis concipientis. Ex parte verbi aſſumētis: qꝛ nō decebat illud aſſumere partem humane nature vt eſſet hō ſꝫm q̄d ſed totā humanā naturā ꝛ ita carnē ꝛ animā maxime cū aīa dat carni congruentiā vt vniat᷑ cū diuina ꝛ humana natura: ſicut oſtenſum eſt ſupra. Et qm̄ aīa nō ē nata vniri niſi carni formate ꝛ organizate. Jō in ꝑmo inſtanti ſue cōceptiōis fuit corp⁹ xp̄i ad ꝑfectā organizationē deductum. Nō etiā eſt ex parte virtutis oꝑantis: qꝛ ibi ꝟtus diuina operat᷑ mirabiliter. Hoc eſt eīm miraculū miraculoꝝ ꝙ femina cōcipiat deū. Et ideo ad ſue miraculoſe potentie oſtenſionem ſubito formauit illud corpus qđ natura nō poteſt formare niſi ſucceſſiue. Ratio vero nihilominꝰ eſt ex parte virginis cōcipientis: que ſtatim vt conſentit repleta fuit ſpūſancto ꝛ mater dei effecta. Juxta illud qđ angelus annunciabat. Et qm̄ mater dei nō eſſet niſi deus quē conceperat vnitus eſſet carni ꝛ caro nec deo nec anime congruebat: niſi haberet membrorum diſtinctionem conuenientem. Hinc eſt ꝙ ab inſtanti conceptionis corpus chriſti debuit in mēbroꝝ diſtinctione perfectum eſſe.

Circa diſtinctionem quartā querit᷑. Utrū filij dei incarnatio debeat appropriari patri an ſpirituiſancto. ¶ Nota differētiā int̄ ꝓpriū ꝛ appropriatū: qꝛ ꝓpriū vni ſoli ꝑſone conuenit vt generare cōuenit patri. Appropriatū autē eſt illud qđ attribuit᷑ vni ꝑſone. vel ꝓpter errorē vitandū. vel ꝓpter veritatem manifeſtandā: propter errorē vitandum: vt potencia attribuitur patri ꝓpter hereticos qui dixerunt patrem antiquum ꝛ debilem. Sapientiā filio quia dicebant inſipientē. Clementiā ſpiritui ſancto: quia dicebant eſſe eū ſpm̄ tempeſtatis. Licet pater ꝛ filius et ſpūſanct⁹ ſit vna potencia: ſapiētia: ꝛ bonitas ꝛ tm̄ cōueniat vni ſicut alteri. Propter veritatem ꝛc̄. dicitur. Quia amor in diuinis capitur dupliciter. Uno modo eſſentialiter ꝛ cōuenit trinitati. Alio modo perſonaliter: ꝛ ſic conuenit ſpirituiſancto in q̄ꝫtum ſpirituſſanctus procedit a patre ꝛ filio per modū doni ꝛ amoris. Paternitas eſt habitudo ſiue relatio ꝓducentis naturaliter ſimilis ꝓducto i naturali intelligibili vel ſenſitiua. vnde paternitas vt dicit Ariſto. fundat᷑ ſuꝑ genuiſſe. Dicitur naturaliter ꝛ non libere: qꝛ ſpūſſanctus non dicit᷑ filius patris vel filij: quia debent cōuenire in ſpecie: ideo ſol nō dicitur pater lune. Dicit᷑ etiā ſenſitiua qꝛ bene eſt paternitas inter bruta ↄtra aliq̄s ꝛ ꝑ iſtam diffinitionē pꝫ diffinitio filiationis q̄ eſt habitudo producti naturaliter ſimilis ꝓducenti in natura intelligibili vl' ſenſitiua. ¶ Reſpōdeo ad q̄ōnem ꝙ opus incarnationis manifeſtatiuū eſt diuine potētie ſapie ꝛ bonitatis: ſꝫm diuerſas ↄditiones in ipſo repertas. Cōtigit eīm loqui de ipſo ſcꝫ opere q̄ꝫtum ad vnibilia ꝛ q̄ꝫtum ad vnionis modū ꝛ q̄ꝫtum ad vnionis fructum. Jn cōparatione ad vnibilia inter q̄ eſt infinita diſtantia manifeſtat᷑ diuina potentia. Jn cōparatiōe vero ad vnionis modū congruentiſſimū ꝓut cōpetebat ad humanū remediū manifeſtatur dei ſapiētia: qꝛ ille qui vicerat hominē per hoīem victus eſt. ¶ Et nota ꝙ de⁹ potuiſſet nos aliter redimere ſi voluiſſet: vt mittendo vnū angelū vel creādo aliquē hominē purum ſine peccato ſꝫ nō tantū manifeſtata fuiſſet dei ſapiētia. Jn comparatione vero ad fructum ſiue

effectũ cõſequentẽ quo ſe obtulit deo pa
tri in odorem ſuauitatis manifeſtaꝛ diui
na bonitas:miſcðia:ꝛ charitas. Et hoc ẽ
qð dicit Damaſce.li.iij.ca.ij. Monſtraꝛ
ſimul in incarnatione:bonitas:iuſticia ꝛ
ſapia. Bonitas qdẽ:qꝛ nõ deſpexit ꝓpꝛij
plaſmatis infirmitatẽ ſed viſcera eiꝰ cõ/
mota ſunt ipſo cadẽte: manum porrexit
Juſticia qm̃ hoĩe victo nõ aliũ fecit vince
re tyrãnũ. Sapia:qm̃ inuenit apoꝛiã.i.
vulneris difficilis curã decẽtiſſimã. Qm̃
g̃ in incarnationis ope ſm cõparationes di
uerſas ꝯuenit inuenire appꝛopꝛiata trib
ꝑſonis valde excellẽter ꝛ ꝑcipue. Hinc ẽ
ꝙ cõceptio cũ ſit opus triũ ꝑſonarũ ap/
propꝛiari põt trib perſonis ſm diuerſas
cõparationes ſicut oñdunt rõnes. Scri/
ptura tñ magꝭ appꝛopꝛiat ſpũiſancto:vt
patet Luce ꝑmo ꝙ̃ alicui triũ ꝑſonarũ.
Et hoc duplici rõne: videlicet ꝓpter er/
roꝛis excluſionẽ:qꝛ in ꝯceptiõe humana
ꝯſueuit ſe imiſcere feditas ꝯcupiſcentie:
ac ꝑ hoc oꝛiginalis culpa. Ne illud ergo
dicaꝛ fuiſſe in cõceptione xp̃i dĩ ꝯceptus
fuiſſe de ſpũſancto ad excludendũ carna
lem cõmixtionẽ ꝛ ꝯcupiſcẽtie feditatem
Alia rõ eſt ꝓpter veritatis manifeſtatio/
nẽ. Illud em̃ qð maxime ꝑparauit virgi
nem ad filij dei ꝯceptionẽ fuit amoꝛ diui
nus. Vñ queadmodũ mulier ꝯcipit per
viri dilectionẽ ꝛ ipſiꝰ adheſionẽ q̃ eſt cum
deſiderio ꝛ amoꝛe fructis gñatiue:ſic bea
ta virgo ꝓpter amoꝛis ſingularitatẽ con
cepit deum ex deo:ꝛ iõ ꝯcepiſſe dꝛ de ſpi/
ritu ſctõ. Et hanc rõnez aſſignat Hugo
de ſctõ victoꝛe in quodã ſuo libꝛo vbi ſic
dicit. Cõcepit virgo maria de ſpũſancto
nõ ꝙ de ſpũſancti ſubã ſemen partꝰ ac/
cepit:ſꝫ ꝙ ꝑ amoꝛẽ ꝛ operationẽ ſpũſan/
cti ex carne ꝟginis diuino partui ſubam
miniſtrauit. Nã qꝛ amoꝛ ſingulaliter in
coꝛde ardebat: ideo in carne eiꝰ mirabi/
lia faciebat amoꝛ ſpũſcti. Cuiꝰ dilectiõe
qꝛ in coꝛde nõ ſuſcepit ſociũ. iõ operatio
in carne illius nõ habebat exemplũ. Et
ſic pꝫ ꝙ ꝓpter erroꝛis excluſionẽ ꝛ veri/
tatis manifeſtationez incarnatio filij dei
potiſſime appꝛopꝛiari debet ſpiritui ſan
cto. Et ꝓpter has rõnes duas frequen/
ter in ſcriptura fit appꝛopꝛiatio.

Tertia queſtio.

Utrum xp̃i cõceptio vel incarnatio fuerit ex me/
ra gratia. An hoc impetrauerunt patrũ
merita ſanctoꝝ. ¶ Reſpondeo dicendũ
ꝙ de beneficio incarnatiõis ſicut de alijs
beneficijs diuinis loqui eſt tripliciter ſcꝫ
quãtum ad ſubſtantiam vel eſſentiam: ꝛ
quãtum ad efficatiã. ꝛ quãtum ad circũ/
ſtantiam. Si loquamur de ipſo quãtum
ad eſſentiam ſic dicendum ꝙ illud benefi
cium erat ſupꝛa ſanctoꝝ patruꝫ merita.
Propterea quia nõ eſt iuſte retributiõis
ſed dignationis eminentiſſime:et non ſe/
quitur merita hominis lapſi:ſed potius
eſt fundamentũ omnis meriti:qꝛ nullus
deo placere potuit poſt lapſum abſqꝫ fi/
de iſtius bñficij vel in generali vt ſuple
ſimplices vel ſpeciali:vt pꝛophete et ſa/
piẽtes. Et ſm hãc viam procedũt ratio/
nes ꝛ auctoꝛitates ad pꝛimã partẽ indu
cte. Sicut patet.i.Timo.iij. Apparuit
benignitas ꝛc̃. Sed appꝛopꝛiatio illa be
nignitatis ꝛ humanitatis eſt filij dei hu/
manatio: ſicut in gloſa dicitur: ergo videtur
ꝙ filij dei hũanatio nõ fuerit mediãtibꝰ
noſtris meritis. ¶ Item ſuper illud pſ̃.
Reſpice in teſtamentum tuũ:glo. memi
nit pꝛomiſſionis:qꝛ merita deficiũt:ꝛ lo/
quitur de ꝓmiſſiõe icarnatiõis g̃. ¶ Si ve
ro loquamur de beneficio incarnationis
q̃tum ad efficaciam ſic cũ eius efficacia
eſſet duplex:videlicet ꝙ oꝛdinabatur ad li
berationez a ſeruitute culpe ꝛ a reatu ca/
rentie viſiõis dei quodãmodo cadit ſub
merito:quodãmodo nõ. Nam quantuꝫ
ad liberationẽ a reatu carẽtie diuine vi/
ſionis et captiuitate diaboli: hoc meru/
erunt ſancti patres ꝛ cadit ſub merito.
¶ Nota ꝙ Scotus dicit cõtrariũ et eſt
cõtra hoc. Quãtum vero ad ereptionez
de ſtatu culpe non cadit ſub merito: niſi

quis large ſumat meritum ad meritū
cōgrui ꝛ cōdigni. ¶ Si vero loquamur
de beneficio incarnationis quantum ad
temporis circūſtantiā poteſt cōcedi abſ-
qꝫ calūnia ꝙ cadit ſub merito eccleſie p̄-
cedentis. Sancti enim patres flagrātiſ-
ſimis deſiderijs meruerunt incarnatio-
nis accelerationem. In quarū perſona
dicit Eſaias .lx. Utinā dirumperes ce-
los ꝛ deſcenderes ꝛc̄. Et ſic patet ꝙ in-
carnationis beneficiū quātum ad eſſen-
tiam non cadit ſub merito: quātum vero
ad temporis circūſtantiā cadit ſub meri-
to. ¶ Quantum vero ad efficaciam me-
diam quodāmodo cadit ſub merito: q̄dā
modo nō. Si tu obijcias ꝙ deus non ci-
tius incarnat᷒ ē: q̄ꝫ diſpoſuerat ab eter-
no propter merita patrū: Dicendū ꝙ p-
pter merita patrū de᷒ p̄uiderat ſe accele-
raturū: ꝛ ſic fecit ſicut p̄uiderat.

Tertio querit̄. Utrum

meruit beata virgo chriſtum concipere.
An fuerit conceptio illa ſolum ex mune-
re gratie diuine. ¶ Reſpondeo dicēdū
ꝙ eſt loqui de merito ſm̄ triplicē gradū
et differentiam. ¶ Eſt enim meritum pri-
mo Congrui: in quo peccator dicit̄ gra-
tiam ſibi mereri cum ad gratiā ſe diſpo-
nit ꝛ preparat. Digni quo ſcꝫ vir iuſtus
orat pro alio ꝛ meretur exaudiri. Condi-
gni quo quis ex tanta charitate meretur
tantam gratiam. Dico ergo ꝙ beata vir-
go maria concipere filiū dei ante incar-
nationem meruit merito cōgrui: quoniā
pre nimia ſua puritate ꝛ humilitate ꝛ be-
nignitate ydonea erat: vt efficeretur dei
mater. Poſt annūciationē vero poſtq̄ꝫ
cōſenſit ꝛ ſpūſſanctus in copioſitate gra-
tie in eam deſcendit nō ſolum habuit cō-
gruitatem ſed ꝛ dignitatem: ꝛ extūc me-
ruit nō ſolum merito congruitatis ſꝫ di-
gnitatis obumbrari ꝛ impregnari virtu-
te altiſſimi. Sed merito condigni nō po-
tuit mereri concipere filium dei. Pro eo
ꝙ hoc excedit om̄e meritum: et etiā quia
erat ipſius meriti glorioſe virginis fun-
damentum. Siue etiam dicamus deū
fieri hominē: ſiue dicamus mulierē fieri
matrem dei. vtrūqꝫ eſt ſupra ſtatū qui
debetur creature: ꝛ ideo tam hoc q̄ꝫ illō
fuit benignitatis et gratie. Et propter
ſicut dixi ꝙ gratiam primā poteſt mere-
ri iuſtus precedēte merito dignitatꝭ: nō
tm̄ merito congrui: ne ergo perderet ra-
tionem gratie. Sic poteſt concedi ꝙ be-
ata virgo nō merito congrui: ſed merito
dignitatis meruit conceptionem illam:
quia per copioſam gratiam ſpirituſſan-
cti ad cōceptionē illam fuit: nō ſolum cō-
grua: ſed ꝛ digna. ¶ Ad illud quod obij-
citur ꝙ maius eſt meritū totius eccleſie
q̄ꝫ virginis marie. Dici poteſt ꝙ q̄ꝫuis ē
maius meritum patrum q̄ꝫ virginis ex-
tenſiue: nec tamē oportet ꝙ intenſiue: qꝛ
beata virgo poſtq̄ꝫ annunciatione audi-
ta ab angelo: ſanctificata fuit a ſpūſan-
cto: munere gratie tanto eſt impleta: vt
aliquid poſſet mereri digne: quod non
poſſent ſi oēs alij ſancti eſſent congrega-
gati ſimul. ¶ Nota ꝙ aliqua dicunt̄ ma-
xime diſtantia dupliciter. Primo pro-
pter diuerſitatem: qꝛ in nullo vel in pau-
cis conueniunt: et ſic diſtant deus ꝛ crea-
tura ſic etiam quantitas ꝛ albedo. Alia
ſunt diſtantia propter repugnantiā: qꝛ
in vno ſunt impoſſibilia: et tamē nō ſunt
diuerſa: quia in multis conueniūt: vt al-
bedo et nigredo: calor ꝛ frigus: que ſunt
eiuſdem rationis ꝛ generis. Sic autem
deus et creatura non diſtant: et ſic ꝯ pri-
mis non eſt verum quod dicitur que di-
ſtant minime ſunt vnibilia: quia deus ꝛ
creatura q̄ꝫuis maxime diſtent propter
diuerſitatem non tamen ſunt incompoſ-
ſibiles ſiue repugnantes: immo maxime
conuenientes. ¶ Nota multitudo natu-
rarū nō repugnat ꝑſone: vt ptꝫ ī xp̄o: nec
mltitudo ꝑſonaꝝ obuiat vnitati nature:
vt ptꝫ ī diuinis. Ideo errat q̄ dicit ꝙ ſim-
plicitas ſiue vnitas opponit̄ mltitudini
ſꝫ ſimplicitas opponit̄ cōpoſitioni.

Quarto querit. vtrum beata maria ſit genitrix dei appellãda. Neſtorius hereticꝰ dicebat ꝙ virgo maria genuerat purũ hominẽ: ſcꝫ xp̃m: ideo dicebat eam matrẽ xp̃i: ſed nõ dei intelligendo per xp̃m purũ hoiem qđ tamẽ eſt falſum: qꝛ xp̃s ſignat idẽ qđ deꝰ incarnatus. Propt̃ea dicit Damaſce. dei genitricem neq̃ ꝗ̃ appellamꝰ chriſtotocon. i. xp̃i genitricẽ: ſed vocamꝰ theotocon. i. dei genitricẽ. Rñdeo ad q̃ſtionẽ ꝙ ſ̃m̃ba fidem xp̃ianã exp̃mẽtia debẽt eſſe ab errore lõginq̃ ⁊ deuotiõi approximãda: marie illa in quibꝫ eſt ſermo de virgine maria. Ip̃a enĩ cunctas hereſes interemit in vniuerſo mũdo. veritatẽ in ſcip̃a cõcipiẽdo ⁊ pariẽdo. Ip̃a aũt toto hũano generi recõciliationẽ ꝓmeruit merito ꝯgrui. Et ideo erga eã debet oĩs xp̃ianoꝝ deuotio ardere ⁊ ꝓpterea qꝛ illũ ꝯcepit q̃ nõ tm̃ dicendus ẽ xp̃s ꝓpt vnionẽ: ſꝫ etiã deꝰ verus: ꝓpter eternã generationẽ. Ideo dei genitrix debet dici vt ex ip̃o vocabulo honoretur et impietatis error extinguatur q̃ dicit mariã cõcepiſſe purũ hominẽ.

c Circa diſtinctionẽ quintã querit. Utrũ aſſumere ſit actus cõueniens diuine nature. Per aſſumptionẽ ⁊ vnionẽ hypoſtaticã idem intelligo: tñ vltra aſſumptio tria iportat. Primo actionẽ: ſcđo termiationẽ: tertio relationẽ. Actionẽ q̃dẽ iportat: qꝛ aſſumere eſt ad ſe ſumere ſiue trahere: ⁊ rõne huiꝰ ꝑncipalr̃ ꝯuenit diuine nature: qꝛ poſſumus dicere h̃ mõ ꝙ pr̃ aſſumpſit naturã humanã effectiue: ⁊ etiã ſpũſſctũs effectiue ſicut filiꝰ. Inq̃ꝫtuꝫ aũt aſſumptio importat terminationẽ hoc ſolũ cõpetit filio: ſcꝫ ſcđe ꝑſone: et tunc eſt falſa iſta: pr̃ aſſumpſit naturã humanã. Inquantuꝫ autẽ importat relationẽ cõpetit tam perſone diuine q̃ꝫ humane nature: qꝛ ꝯcedit ꝙ ꝑſona diuia aſſumpſit hũanã naturaꝫ ⁊ etiã ꝙ natura hũana vnit diuie nature.

Reſolutio ſtat in ſeptẽ dictis: quorum primũ eſt iſtud verbum vnire ⁊ aſſumere impoꝛtãt principaliter vnionem diuine nature ad humanã naturam differunt tñ ſ̃m modũ ſignificandi: vt patet. ¶ Secundum dictum eſt: ꝙ verbum vniendi dicit ab vnione que magis importat relationẽ q̃ꝫ actionẽ: ſ̃buꝫ aũt aſſumẽdi dicit ab aſſumptione que magis importat actionẽ q̃ꝫ importat relationẽ. ¶ Tertium q̃ꝫuis cõcedatur ꝙ diuina natura vniat ſibi naturã humanam et eidem vniatur. Nullo mõ tñ cõceditur ꝙ diuina natura aſſumat. Non enĩ alia vnione vnitur diuina natura humane: q̃ꝫ humana natura diuine nature et idcirco vnitur diuina natura humane nõ vnione propria: ſꝫ vnione qua humana ſibi vnit. Illa vero nõ conceditur ꝙ diuina natura non aſſumat: qꝛ aſſumi dicit paſſionẽ: ſed diuina natura non habet paſſionẽ nec põt pati: ẽ nõ põt aſſumi. ¶ Quartum dictũ dr̃ ꝙ vnire et aſſumere adinuicẽ qꝛ vnire nõ dicit terminum intrinſecũ relatiõis vel actiõis determinate: ſed aſſumere importat terminũ intrinſecũ tam actionis q̃ꝫ relationis Terminꝰ qui aſſumit in iſta vniõe ẽ natura hũana: terminꝰ q̃ aſſumit ẽ natura diuia. ¶ Quintũ cũ iſtud vocabulũ aſſumere iportat relationẽ ⁊ actionẽ: tamẽ terminꝰ ille interiꝰ intellectꝰ põt referri ad vtrũq̃ꝫ vel ad alterũ tm̃: iportat autẽ actionẽ que facta eſt a tota trinitate: relationẽ vero: qꝛ hec aſſumptio nõ eſt niſi vnio. Ille dr̃ interius intelligere q̃ clarius ⁊ ꝓfundiꝰ intelligit. ¶ Sextũ ſi ſ̃bũ aſſumẽdi iportat ſil actioneꝫ ⁊ relationẽ tũc natura diuia nõ dr̃ aſſumere naturã hũanã: qꝛ qñ aſſumere importat vtrũq̃ꝫ tũc qñ dr̃ de aliq̃ nõ importat illud ſolũ eſſe vnitũ: ſꝫ iportat eſſe vnitũ tali vniõe naturali. Natura diuina nãq̃ꝫ nunq̃ꝫ aſſumit naturã humanã in vnione nature

¶ Septimū ſi iſte terminꝰ aſſumere importat relationē ſolum et vnionem: tūc poteſt concedi ꝙ diuina natura: naturaꝫ humanā aſſumpſit ⁊ ſibi vniuit. ¶ Nota ꝙ ydea eſt ratio eterna ī mēte diuina ſm quaꝫ aliquid eſt formabile ad extra. Et capit ydea dupliciter. Uno mō ꝓ forma denoiāte: ⁊ tūc nō eſt aliud niſi cognitio diuina. Alio mō capit ꝓ denoiato: ⁊ tūc ydea nō eſt niſi res cognita in mēte diuina. ydee in mente diuina ſunt vnū ī ſubſtantia capiēdo ꝓ forma denōiāte ſiue ꝓ ſimplici cognitiōe diuina: tñ ꝓ cōnotatis diſtiguūt: qꝛ alia ydea lapidis: alia hoīs ⁊c̃. ydea lapidis eſt lapis cognitꝰ a deo. ydea equi eſt equus cognitꝰ a deo.

Secundo querit. vtrū

aſſumere ꝯueniat diuīe pſone. ¶ Reſolutio eſt ꝙ aſſumptio importat actionē et relationē ⁊ terminū vtriuſqꝫ ſcꝫ actionis ⁊ relatiōis. Hoc eſt perſonā aſſumētem ⁊ naturā que aſſumit. Et rōne iſtorum triū actionis relatiōis ⁊ termini aſſumptio cōpetit perſone diuine nō cuilibet ſed filio. Nā diuine pſone ꝯuenit eſſe pncipiū actiuum ⁊ rōnabilis nature ſuppoſitum. Utrūqꝫ ſpectat ad eius dignitatem ⁊ nobilitatē. Et ideo diuia perſona pōt humanā fabricare tanqꝫ pncipiū effectiuū: ⁊ ſtabilire tanqꝫ ꝓpriū ſuppoſitum. Ita ꝙ eiuſdē cauſe erit cauſale pncipium ⁊ ſuppoſitū perſonale: ⁊ ita p hoc ſe habet in ratione principij ⁊ in ratione termini. Ratiōe principij cōpetit actio. Ratione medij relatio. Ratione vtriuſqꝫ termini terminatio. Diuina enim perſona fecit vt plures nature vnirentur in ſe. Ideo cōcedenduꝫ eſt ꝙ hec aſſumptio competit diuine pſone ſcꝫ filio.

Tertio queritur. vtrum

aſſumere pſone cōueniat rōne nature an ecōuerſo. Pro declaratiōe aduertēdū ꝙ queſtio includit duas cauſales. Pria eſt vtꝝ hec ſit ꝟa: qꝛ pſona diuia aſſumit naturā hūanā: ideo natura diuia aſſumit naturā hūanā. Uel hec qꝛ natura diuia aſſumit hūanā. Ideo pſona diuia aſſumit naturā hūanā. ¶ Reſolutio ſtat in q̄ttuor dictꝭ. Primū ē: qꝛ tria ſūt d̄ itellectu huius vocabuli qđ ē tā aſſumere. ſ. actio: relatio t̃miatio. Scđm aſſumptio inqꝫtū actio cōpetit pſone rōne nature: Tertiū dictū ē ꝙ aſſūptio inqꝫtū ē t̃miatio cōpetit nature rōe pſone. Quartū ē ꝙ aſſūptio inqꝫtū relatio ꝯuēit tā nature qꝫ pſoe diuine ⁊ ñ rōe pſone nec rōe nature. ptꝫ: qꝛ ſicut pſona diuina vnit nature humane: Ita ⁊ diuina natura vnit nature humane.

Quarto querit. Utruz

hec ſit ꝯcedenda. Diuina natura eſt caro facta. ¶ Reſolutio tota ſtat in duabꝫ ꝓpoſitionibꝫ. Prima eſt ꝙ iſta dꝫ admitti ⁊ ꝯcedi ⁊ ſic intelligi dina natura eſt icarnata qꝛ ſcripta legit a doctore autentico Damaſceno Aymus oēm ⁊ pfectā naturam in vnā ypoſtaſim incarnatā eſſe: nec ſimplr iꝓpria: duplicē tñ facit intellectum quoꝝ vnꝰ eſt verꝰ ⁊ catholicꝰ licet aliꝰ ſit ambiguꝰ pꝫ h̄ ꝓpria rōe ſic. Ois ꝓpō eſt admittēda q̄ eſt catholica vera ⁊ ꝓpria: ſꝫ p̄dicta ē hmōi ⁊c̃. minor pꝫ: qꝛ illa ꝓpō hꝫ duplicē ſenſum vt dictū ē. Primus eſt dina natura ē incarnata. i. carni vnita: ⁊ in iſto ſenſu eſt vera ⁊ ꝓpria. Aliꝰ ſenſus eſt dina natura eſt incarnata. i. caro facta ⁊ iſte ſenſus eſt iꝓpriꝰ ⁊ dubiꝰ. Scđa hec ꝓpō natura dina eſt caro fctā nō admittitur a ſchola theologorum ſm Scotū ſed ſolū eſt ꝟa p ydēptitatē vt ſit ſenſus. eſſentia dina eſt ille q̄ eſt hō: ⁊ qꝛ eſt iꝓpria ⁊ reducit ad vnā q̄ eſt ꝓpria imediate. ſ. ad iſtā. Deꝰ eſt hō eſt ꝯcedenda: ſꝫ ſcđa. ſ. iſta eēntia dina ē caro nō eſt aliq̄ mō admittēda qꝛ reducit imediate ad iſtā eēntia dina ē hō qꝛ eſt etiā iꝓpria ⁊ ē ſenſus dina natura ſm qđlibet ſui ſiue ſm ſe totā eſt incarnata qđ eſt ꝯ q̄ſdā hereticos dicētes ꝙ dina natura ſm vnā ptē ſui eſt incarnata ⁊ nō ſm aliam.

Quinta queſtio. vtrum

ſit cōcedendū ꝙ hūana natura ſit aſſumpta a deo. ¶ Reſolutio ē ꝙ vere ⁊ ꝓprie loq̄ndo ꝯcedi pōt ⁊ debet: hūanā naturā a deo aſſumptā eſſe. Pro eo ꝙ phs dicit: ꝙ natura accipit̄ ꝓ vera forma ⁊ ꝓ vera materia ⁊c̄. Alioq̄n perit fides noſtra cuius ſeptē articl'i reſpiciūt diuinitatē ⁊ ſeptē hūanitatē. Sȝ ꝯ̄ arguit̄. Om̄e qḋ aſſumit̄ ab aliq̄ i vnionē acq̄rit aliquā ꝓprietatē ei⁹ cui vnit̄: ſȝ natura hūana nō acq̄rit aliā ꝓprietatē ꝟbi diuini cū cōicatio ydiomatū nō fiat i abſtractꝭ: igit̄ ⁊c̄. Reſpōdet̄ ad minorē ꝙ hūana natura rōne ſuppoſiti. ħ eſt i cōcreto bn̄ acq̄rit ꝓprietates dei lȝ nō rōne forme. i. i abſtracto. Licet eni ꝯcedam⁹ iſtā: hō eſt de⁹: nō tn̄ ꝯcedimus iſtam: natura humana eſt deus: licet hō et natura hūana idē ſint: ⁊ ħ ꝓpt̄ diuerſos modos ſignificādi. Natura ergo humana in abſtracto nō aquirit proprietates diuinas ⁊ hoc intellige ī recto: q: in obliquo bn̄ acquirit: vt licet nō dicamus natura hūana eſt deus: bn̄ tm̄ dicimus ꝙ natura hūana eſt in deo.

Queſtio ſexta. vtrū de⁹

aſſumpſerit hūanā ꝑſonā. De⁹ hic ſupponit ꝓ ꝑſona filij dei ſcȝ xp̄i. ¶ Reſolutio ſtat in vno dicto in q̄ oēs cōueniūt. Et ē tale. Hec ꝓpō ꝙ ꝑſona diuina aſſumpſit ꝑſonā humanā eſt falſa q̄cunq; mō intelligatur. Et hoc intelligit̄ trib⁹ modis: vt pȝ in textu. ¶ Nota ꝙ ſunt duo articuli ꝑncipales in fide nr̄a. Prim⁹ eſt de trinitate: determinat em̄ fides catholica ꝙ ſūt tres ꝑſone i vna eſſentia: q̄ eſt oino imultiplicabil' ⁊ indiuiſibil' ⁊ ſingulariſſima q̄ tota eſt in q̄libet. Scd̄s articulus ꝑncipalis eſt de incarnatione ꝟbi vbi ponim⁹ multitudinē naturarū ⁊ vnā ꝑſonā q: in xp̄o ſūt plures nature. ſ. natura humana creata: ⁊ natura diuina increata. Natura humana hūilis ꝑ tp̄alē creationē. Et diuina natura ꝑ eternā generationē.

Querit̄ ſeptimo. Utrū

ſit ponere intentionē ꝑſonalitatis in aīa ſeꝑata: ol' vnione circūſcpta. Rn̄deo licȝ mgr̄ ſniaꝝ ⁊ hugo de ſcto victo. Dixerūt ꝙ aīa ſeꝑata a corpore ē ꝑſona: tn̄ cōiter mgr̄i ⁊ doctores pariſieſes tenēt oppoſitū In ħ errauit mgr̄ ⁊ eſt ꝑm⁹ error illi⁹ tertij. Ipſe em̄ tenuit octo errores in libro ſniaꝝ. Duos i q̄libȝ libro. In ꝑmo libro diſt. xvij. dicit ꝙ charitas q̄ ē amor dei ⁊ ꝓximi n̄ ē q̄d creatū ſȝ ē ſpūſſctūſ. Scd̄s diſt. xxiiij. ponit̄ vbi dicī ꝙ hec noīa trin⁹ ⁊ trinitas n̄ ponūt q̄d poſitiuū i deo. In ſcd̄o libro diſ. v. dicit ꝙ i angel' htis premiū ꝑceſſit meritū. Scd̄s ē ibidē: dicit ꝙ nihil de alimento trāſit in virtutē humane nature. In tertio lib. diſtin. v. dicit ꝙ aīa ſeparata eſt ꝑſona. ſcd̄s ibidē dicit ꝙ xp̄s in triduo fuit hō. In. iiij. lib. di. j. dicit ꝙ baptiſm⁹ iohānis cum impoſitiōe manuū equipollebat baptiſmo xp̄i. ſecūdus ibidem dicit ꝙ deus pōt cōicare potentiā creandi creature. Un̄ licet ſeminauerit multa que nūc reputant̄ errores tm̄ iſti prepoſiti apud oēs veros doctores et ab omni ſchola repudiant̄ ⁊ cōdēnantur Dico ḡ ꝙ aīa ſeparata a corpore non eſt perſona. patet in textu.

pingit̄ ſub ſpē ignis vel flatꝰ ꝛc. ¶ Item
om̄e qđ eſt ꝓuocatiuū ad idolatriā ē de-
ſtruendū ꝛ abolendū: ſꝫ hm̄ōi imagines
ſunt ꝓuocatiue ad idolatriā:ḡ ꝛc̄. maioꝛ
ē nota: minoꝛ ꝓbat̄:qꝛ clarū ē ꝙ hec ima-
gines q̄ in eccl̄ia depingunt̄ fiunt ꝓpter
laicos ſimplices tātūmō:ſꝫ vidētes ſim-
plices hm̄ōi imagines p̄dictas iudicant
ꝛ credūt patrē ꝛ ſpm̄ſctm̄ eſſe tales in ſe.
ḡ ꝛc̄. ¶ Tertiū coꝛrelariū. Uirgo gloꝛi-
oſa mater dei nō eſt adorāda adoratiōe
latrie. pꝫ:qꝛ ſolꝰ deꝰ ē tali adoratiōe ad
orandus:ḡ ꝛc̄. ¶ Quartū. Crux chꝛiſti
in qua paſſus eſt chꝛiſtꝰ nō eſt venerāda
adoratiōe latrie. pꝫ:qꝛ nec inq̄ꝫtū ē res ī
ſe nec inq̄ꝫtū rep̄ntat xp̄m: nec inq̄ꝫtū te-
tigit ſacratiſſima xp̄i mēbꝛa: nec inq̄ꝫtū ī
ea xp̄s exercuit myſteriū nr̄e redēptiōis:
ḡ ꝛc. Pꝛio mō nō:qꝛ ſic ē pura creatura ꝛ
lignuꝫ. Nec ſcđo mō:qꝛ illa relatio ſigni
ad ſignatū ē ſola creatura. nec tertio mō
qꝛ cōſtat ꝙ multe res alie vt fuerūt ma-
nus crucifigētiū ꝛ ſepeliētiū ip̄m ꝛ maria
magdalena tetigerūt eū: ꝛ ſuꝑ om̄es ſua
mr̄ digniſſima veriꝰ ip̄m ꝛ ꝑfectiꝰ ꝛ diuti-
us tetigit poꝛtauit ꝛ freq̄nter oſculata ē
ſctiſſimis eū labijs. Et tn̄ h̄ nō obſtante
ipſa nō debet adorari latria:ḡ ꝛc̄. Item
nunq̄d ipſe demon poꝛtauit eū ſuꝑ mōtē
excelſuꝫ. Nec q̄rto mō:cōſtat ḡ ꝙ non ſo
lū exercuit redēptionē hūani generis in
cruce. verūetiā ꝛ p̄ncipaliꝰ in ſui ſangui-
nis bn̄dicti effuſione q̄ tn̄ ſeparatus a coꝛ-
poꝛe ꝛ diuinitate nō fuit nec eſt adoran-
dus adoratōe latrie:ḡ nec crux: ergo ꝛc̄.
¶ Itē planū ē ꝙ p̄ncipaliſſime redēptio
ne humani generis ī ſua bn̄dicta hūani-
tate exercuit: ꝛ tn̄ ꝯſtat ꝙ ſi a diuinitate
eſſet ſeparata nō eſſet adorāda latria: vt di
cit Augꝰ. ꝛ habet̄ in lr̄a. Et dicūt cōiter
oēs doctoꝛes: ḡ multo minus ipſa crux.
¶ Nota ꝙ cū crucem adoramus ipſum
xp̄m adoramus: ita ꝙ loco crucis intelli-
git̄ eſſe xp̄s quaſi cōcretū ꝫ loco abſtracti
vbi ibi. O crux aue ſpes vnica ꝛc̄. ſenſus
eſt. O xp̄e crucifixe. ¶ Nota ꝙ ſanguis
chꝛiſti verus ꝛ nō tm̄ miraculoſus qui re
manſit ſuper terrā poſt reſurrectionē nō
eſt adorādus adoratioe latrie. Ille dicit̄
ſanguis xp̄i verus qui aliquando fuit in
coꝛpoꝛe chꝛiſti ꝛ vnitus diuinitati. Q-
aūt nō ſit adorādus. patet:qꝛ talis ſan-
guis non eſt vnitus diuinitati: ergo ꝛc̄.
Sanguis auteꝫ xp̄i qui eſt in altari poſt
cōſecrationē eſt adorandus latria: eo ꝙ
eſt vnitꝰ diuinitati ſicut coꝛpus chꝛiſti.
Sanguis autem xp̄i miraculoſus q̄ ſci-
licet nunq̄ꝫ fuit vnitus xp̄o: ſed de nouo
a deo eſt creatus: vt Pariſius dicitur eſſe

q̄ effuſus ab vna boſtia gladio ꝑ quendā iudeū vulnerata: talis in ꝗ̄ ſanguis non eſt adorandus nec venerandus tanta veneratione qua ita ſanguis qui ſemel vnitus ē xp̄o. ¶ Adorare ſm Rabanū: Eſt eū qui eſt adorandus tota mentis intentione querere. Vn̄ iſta differūt ſcʒ orare: adorare: colere. Orare ſiue oratio ē q̄dā eleuatio mentis in deū ꝑ cognitionem et amorē. Adorare autē vltra hoc addit ꝙ queramus deū tota intentione. Querere credendo ⁊ firmiſſime ſentiendo ipſuʒ habere ſūmā bonitatē: ⁊ ab ipſo om̄e bonuʒ emanare: ⁊ ſine ipſo nihil boni poſſe haberi. Colere dicit omnia p̄dicta addēdo cerimonias exteriores: vt ſunt genuflexiones ſacrificia ⁊c̄. ¶ Et nota ꝙ large capiendo cultus: honor et reuerentia ſunt idē. Damaſcenus. Non nudam carnem adoramus ſed vt vnitam diuinitati in vnam hypoſtaſim dei verbi. ¶ Reſpōdeo ad queſtionē dicendū ꝙ caro chriſti dicit̄ multipliciter. Uno modo pro toto homine xp̄o: vt Iohis. j. Uerbū caro factum eſt. Et hoc modo: quia ille homo ē deus rōne ꝑſone verus adorandus eſt latria. Alio modo caro xp̄i capitur vt dicit corpus tm̄: vt dicitur contra animam: et hoc modo dupliciter. Uno modo per ſe ⁊ abſolute nō inquantū eſt vnitū diuinitati: ⁊ ſic nō debetur ei cult⁹ latrie: quia vt ſic eſt pura creatura. Alio modo vt eſt vnitū verbo diuino: ⁊ hoc modo dubium eſt an debeat adorari latria: ſimiliter de anima chriſti. ¶ Et de hoc eſt duplex opinio. Prima dicit ꝙ caro chriſti neq̧ ſm ſe neq̧ vt vnita verbo diuino eſt adorāda adoratione latrie: quia ſiue conſideretur ſic ſiue ſic ſemꝑ eſt infra limites nature: quia nec natura humana: nec illa vnio eſt deus ſed pura creatura: nec in iſtis fit cōmunicatio idiomatū ꝑpter repugnantiam intellectuū. Unde ſicut non dicendum eſt humanā naturā in xp̄o eſſe eternam: quia eſt vnita eterno: ſic hoc modo dixerunt: ꝙ nō ſit adoranda latria. Alia opinio dicit ꝙ licet humanitas ſm ſe cōſiderata nō ſit adoranda latria: tamē vt conſiderat̄ vnita diuine nature ſiue verbo diuino eſt adorāda adoratione latrie ꝑro eo ꝙ ſecus eſt de exhibitione honoris ⁊ proprietatibus alijs. Honor em̄ nō reſpicit hanc vel illam ſed reſpicit ipſam perſonam. Unde ꝗ̄uis purpura ⁊ veſtimentū nō participet proprietates regis abſolute: cōmunicat tamen in honore et reuerentia ſicut dicit Auguſtinus ⁊ recitat magiſter in littera. Et ideo quia eſt vna perſona in chriſto cui debetur reuerentia ſumma vna adoratiōe eſt adoranda: ſcʒ latria ꝗ̄tū ad vtrāq̧ naturā ſicut vna ⁊ eadē adoratione adorat̄ in vno homine caput ⁊ pes. vn̄ Damaſcen⁹. Xp̄us eſt perfectus deus ⁊ ꝑfectus homo quem adoramus vna adoratione cū patre ⁊ ſpirituſancto ⁊ incontaminata carne eius. ¶ Ad hanc aūt auctoritatē dicerent illi de p̄ma opinione ꝙ cum capit̄ dupliciter Uno modo copulatiue: ⁊ ſic nō capit̄ hic Alio modo aſſociatiue ⁊ ſic capit̄ hic: qꝛ ipſa natura non debet ſecludi ab adoratione latrie. Humanitas em̄ vnita verbo dīno eſt incluſa in termino totali adorationis: tn̄ excluditur in ratione adorationis: quia ille homo ſolum in ꝗ̄tuʒ de⁹ eſt adorandus adoratiōe latrie. ¶ Notādum ꝙ dictio excluſiua quotienſcūq̧ additur alicui ſubiecto reſpectu alteri⁹ predicati excludit oē illud a quo vere negat̄ illud ſubiectum: vt ſolus petrus eſt int⁹ ⁊ nihil aliud ab eo eſt intus. Si enim dictio excluſiua addat̄ alicui ſubiecto ſupponit pro toto intellectuali vel eſſentiali reſpectu alicuius predicati qđ nō poteſt competere toti niſi competat parti. Illa propoſitio in qua dictio excluſiua addit̄ toto eſſentiali de eſt ſecūdo adiacente eſt falſa ⁊ impoſſibilis vt tm̄ homo eſt ergo homo eſt: ab excluſiua ad ſuam preiacentem. vltra homo eſt ergo aīa ei⁹ rationalis eſt. vltra Anima rationalis eſt: ergo aliquid aliud ab homine eſt et vlterius:

ergo aliquid aliud ab homine eſt: ḡ non tm̄ homo eſt. Similiter de dictiōe excluſiua addita termino relatiuo in ꝓpoſitione de eſt ſcḋo adiacēte. Et hoc ideo: qꝛ alr̄s duo cōtradictoria eſſent ſimul vera ſcꝫ tm̄ pater eſt: et nō tm̄ pater ē. ¶ Soli deo ſeruies ſeruitute latrie. Hec ꝓpoſitio ſic exponitur. Deo ſeruies et nulli alij rei a deo ſeruies. Sꝫ humanitas xp̄i ſiue ſm̄ ſe conſiderata ſiue vt diuinitati vnita eſt alia res a deo: ergo ei non eſt ſeruiendū ſeruitute latrie. Et ſic poſſet replicari contra ſolutionem primi articuli in textu. ¶ Sciendū ꝙ licet chriſtus ſm̄ ꝙ homo deum orauerit ꝛ adorauerit: qꝛ iſto modo eſt eo maior: ſicut dicunt euāgeliſte ꝙ orauerit in hortulo: non tamen concedendum eſt ꝙ chriſtus orauerit vl̄ adorauerit ſimpliciť: id eſt ſine iſta determinatione inq̄ntum homo vel ſm̄ naturam humanā. Et ſi arguatur: chriſtus ſm̄ ꝙ homo orauit: ergo chriſtus orauit: ꝯſequētia nō valet: imo eſt falſa ſm̄ quid ad ſimpl'r. Et ratio eſt: qꝛ xp̄s eſt nomē ſuppoſiti diuini qḋ eſt filꝰ dei cui nullo modo orare competit. Etiam ad vitandum errorē Neſtorij qui poſuit i xp̄o duas perſonas vnam orantē ꝛ aliam exaudientem. Et errorem Arrij q̄ ponebat filium minorē patre ꝛ ei ſubiectum: ꝛ ita ꝙ ip̄e debebat patrem adorare ꝛ orare: Idcirco ad cauendum huiuſmodi errores eccleſia non dicit xp̄e ora pro nobis: ſed xp̄e exaudi nos et miſerere nobis. In hoc ergo eſt ſumma ſententie ſm̄ omnes ꝙ quando adoramus xp̄m nō ſecludimꝰ humanitatem nec ad eam reſpicimus ſꝫ ad perſone dignitatem.

Secūda queſtio. Utrū cultꝰ latrie exhiberi debeat imagini xp̄i

Imago pōt capi tripl'r. Primo mō dicitur imago ad cuius exemplum aliud fit Geñ. j. Faciamꝰ hoīem ad imaginē ꝛ ſimilitudinē noſtrā. Secūdo modo capiť ꝓ aliquo ꝓducto per modū nature: qḋ ꝑ oīa eſt equale ſuo ꝓducenti: ꝛ ſic ſolus filius dei in diuinis dr̄ imago patris. ꝛ ſic dr̄ imago per adequationē. Tertio mō capitur pro quodaꝫ repñtatiuo alicuius imaginati ſm̄ quādam imitationē in q̄dam ꝓpinquitate. Et ſic imago beatiſſime virginis marie dr̄ imago eius ſcꝫ virginis ꝛc. Sic crux dr̄ imago crucifixi: et ſic de alijs. Tria aūt requirūtur ad hoc ꝙ aliqḋ dicať imago alterius ſm̄ Scotū in. iij. lib. Primo opꝫ ꝙ ſit ſimilitudo repreſentans totū ꝛ nō ſolum partem et ſic imago differt a veſtigio: qꝛ veſtigiū repreſentat ſolū partem vt pedū partē: vtpote cū hōs tranſiens imp̄mit ſimilitudinē pedum in terrā. Secūdo oportet ꝙ imitetur illud qḋ repñtat. ꝛ ideo ſi duo oua ſint ꝑ oīa ſīa ſibyuicē vnū nō ē imago alteriꝰ: qꝛ vnū nō imitať aliud: ſed bñ eſt ſibi ſimile. Tertio oportet ꝙ referať ad imaginatū tal' imago. Eſt em̄ ſolū imago formal'r ꝑ illā relationē q̄ tal' res refertur ad rem quā ſignificat: ꝛ ſic talis relatio dr̄ imago formal'r. Notandū ꝙ cultꝰ latrie pōt alicui exhibere dupl'r. Uno mō ꝑ ſe qñ ſcꝫ in eo cui exhibeť eſt cauſa tal' honoris. Et hoc mō adorať deꝰ: qꝛ in deo ē ſumma maieſtas vel bonitas cui ꝑ ſe debeť honor latrie. Alio mō ꝑ accidēs qñ in eo cui exhibeť nō eſt cauſa talis honoris: ſed ſolū fit ꝓpter aliquā habitudinē quā habet ad talē cauſam honoris: et ſic ſm̄ vnā opinionē exhibetur cultus latrie humanitati xp̄i vniti verbo diuino ꝑ accidēs rōne ſcꝫ vnionis ad v̄bū diuinū: vt dr̄ de veſtimēto regis. Aliqḋ autē pōt habere dupliciter habitudinē ad cauſaꝫ honoris. Uno modo tāq̄ ad idē ſuppoſitum: ꝛ ſic humanitas xp̄i vnita ꝛc. Alio modo habet habitudinē extrinſecā ad id in quo eſt cauſa honoris latrie: vt eſt de cruce ꝛ matre dñi. Soli aūt deo ꝑ ſe debeť cultꝰ latrie: qꝛ in eo ſolo ē cauſa vl' rō latrie. Humanitati aūt vnite deo nō ſm̄ ſe ꝛ abſolute ſed ſolū ꝑ accidens: vtpote inq̄ntum eſt vnita deo quando aliqḋ ſup

poſitum per ſe adoratur latria: adorat etiam ꝑ accidẽs quicquid ẽ in eo: ſed humanitas xp̄i ẽ in ſuppoſito diuio: ḡ ⁊c̃.

Reſpõſio ad queſtionẽ

Dicẽdum ꝙ imaginum introductio nõ fuit ſine cauſa rõnabili. Hoc em̄ fuit ꝓpter tres cauſas. Primo ꝓpt̃ ſimplicium ruditatẽ. Scd̃o affectuũ tarditatẽ. Tertio memorie labilitatẽ. ¶ Primo inuẽte ſunt vt ſimplices qui nõ pñt ſcripturas legere in hmõi ſculpturis ⁊ picturis tanꝗ̃ in ſcripturis aptius poſſint ſacramẽta noſtre fidei legere. Scd̃o vt excitẽtur ad deuotionẽ dum cernũt oculis corporeis q̃ xp̄s ꝓ nobis geſſit. Tertio vt beneficia nobis p̄ſtita dei ad memoriã reducant. Et nota ſm̃ modernos ⁊ Aug. in lib. de doctrina xp̄iana. Qui veneratur tale ſignũ diuinitus inſtitutũ eiꝰ vim ſignificationẽq; intellige: non hoc veneratur qḋ videtur ⁊ tranſit: ſed illud potius ad qḋ talia cuncta ſunt referenda.

Tertia queſtio. Utrum cultus latrie matri xp̄i debeat exhiberi.

¶ R̃nſio eſt ꝙ beatiſſima virgo Maria eſt pura creatura: ⁊ idõ ad honorẽ ⁊ cultũ latrie nõ aſcẽdit. ptʒ ꝑ tria argumenta q̃ ſunt in oppoſitũ vltima. Sʒ qm̄ excellentiſſimũ nomẽ habet: ita ꝙ excellẽtius pure creature cõuenire nõ põt. idõ nõ tm̄ debet ei honor dulie ſʒ yperdulie. Hoc aũt nomẽ eſt ꝙ ꝟgo exiſtẽs dei mater eſt: qḋ quidem tante dignitatis eſt ꝙ nõ ſolum viatores: ſʒ etiã cõprehenſores nõ ſolum hoies verũetiã angeli reuereantur q̄dã ꝓrogatiua ſpẽali. Et q̊ mr̃ dei ẽ: eſt p̄lata ceteris creaturis idõ p̄ ceteris decẽs eſt honorare ⁊ venerari. Hic aũt honor cõſueuit a mgr̃is yperdulia vocari. Et accipitur ꝟbum illud de glo. j. Regũ. viij. vbi dicitur dulia maior et dulia minor. ¶ Nota ꝙ dulia ꝓpriiſſime capta: vt ſcʒ diſtinguitur cõtra latriam ⁊ yperduliam. Eſt honor debitus ſoli creature rõnali in teſtimoniũ virtutis. Honor ponitur loco generis. ¶ Sunt enim tres honores ſupremus: ſcilicet latria: infimus ſcʒ dulia: medius ſcilicʒ yperdulia. Primus ratione ſumme maieſtatis. Secundus ratiõe virtutis. Tertius ratione cuiuſdam excellẽtis prerogatiue. Et eſt honor excellentiſſimis creaturis intellectualibꝰ debitus ratione aliquarũ ſpecialium prerogatiuarum in quibus excellũt ceteras creaturas. Capiendo proprie duliam: deus non eſt adorandus ipſa. Item nulla res inaĩmata vt imago chriſti: vł crux adorãda eſt dulia: patet per ſcd̃am particulam. Tertia particula ĩ teſtimoniũ. Ex quo ſequitur ꝙ demones ⁊ damnati nõ ſunt adorandi adoratione dulie: quia non ſunt virtuoſi. Nulli etiam peccatori inquantũ eſt peccator debetur honor dulie. ¶ yperdulia habet tres gradus ſm̃ antiquos. Primus ⁊ ſupremus debetur humanitati xp̄i abſolute conſiderate. Secundus gradus debetur beatiſſime matri dei ratiõe ſue virginee puritatis: et fecunde virginitatis que concepit ⁊ peperit vnicum dei filium. Tertiꝰ gradus ſm̃ antiquos debetur cruci chriſti ĩ qua pependit: quod tamen nõ videtur verum nec placet cum non ſit creatura rationalis. Q; ſi omni mõ ternariũ yperdulie adorationis compleri oportet videtur probabiliter ⁊ ſine aſſertione temeraria: dicendũ ꝙ papa in terris adorandus ſit tali adoratione attento ſpecialiter et explicite ꝙ ſit vicarius chriſti: hec tamen addita ſunt non de mente magiſtri Stephani: ſed vice alterius cuiuſdã fatuitatis al's hoc in loco impſſe duduʒ: ſaluo honore decẽti ſancti pr̃is qui mendacijs nr̃is nõ ĩdiget: ſʒ exhorreſcit vt ſãctus. ¶ Notãdũ ꝙ ẽ duplex dominiũ: ſcʒ preſidẽtie qḋ cõicat deꝰ btiſſime mr̃i ſue ideo dr̃ dñã angelorũ ⁊ oĩm creaturarũ. Maieſtatis dñij ⁊ oĩpotẽtie nõ põt alteri adeo cõicari cũ ſit dñium indepẽdẽs. ¶ Notãdũ ꝙ hec ꝓpoſitio eſt ↄcedẽda

Nota triplicem maternitatem btē marie

Mater dei eſt mater omniũ creaturaꝝ. In virgine glorioſa eſt eñ triplex mr̃ni/tas. Prima dr̃ pſidētie ⁊ eminētie platī/onis: ⁊ hec eſt generalis reſpectu omniũ. Scḋa eſt cure ⁊ ſpecialis cõmiſſiõis: hec eſt ſpecialis reſpectu hoim. ſ. electoꝛum. Tertia eſt nature et ineffabilis gñatiõis ⁊ eſt ſpecialiſſima q̃ eſt ſolum reſpectu fi lij dei. Et hoc eñ ꝙ mater dei ē plata ce teris creaturis ⁊ hãc habuit in inſtãti cõ ceptionis filij dei: ⁊ dicit̄ omniũ mr̄ quē-admodũ pꝛelatus dicit̄ pr̄ oim ſuoꝝ ſub ditoꝝ. Habuit etiã tũc tantã grãm quã/tam diſpoſuerat ſibi dare de⁹. Sic enim de⁹ dederat pmo hoi in ſtatu innocentie dominiũ pſidērie reſpectu oim creatura/rũ iſti⁹ mũdi ſenſibilis: ſcꝫ creaturaꝝ ſen ſibiliũ irrõnaliũ. Sic dedit beate matri ſue in aduentu ſuo dominiũ pſidentie re ſpectu oim creaturaruꝫ. Ideo dr̄ regina ⁊c̄. Maternitas aũt cure ⁊ ſpēalis cõmiſ ſiõis: hec ē reſpectu ſolũ hoim: ⁊ hãc ma-ternitatē dedit xp̄s mr̄i ſue cũ pēderet in cruce dicēs: Mulier ecce fili⁹ tu⁹. In il-lis eñ pbis xp̄s cõmiſit mr̄i ſue Johãnē diſcipulũ ſuũ: ⁊ in ipo oēs electos q̄ſi di. O mr̄ iã moꝛioꝛ: tibi q̄ cõmendo oēs ele-ctos. pꝛo quibꝫ moꝛioꝛ p quoꝝ ſalute cu-rã ſpecialeꝫ habeas. Et de iſta mr̃nitate dicim⁹ in hymno. Mõſtra te eſſe matreꝫ mũdo. Tũc eñ ſolũ fuerũt ei recõmēda ti hoies viatoꝛes electi non repꝛobi nec boni angeli. Sic q̄ habem⁹ prēꝫ in celis. ſcꝫ miſericoꝛdiaꝝ. ita habem⁹ matrē i ce lis miſericoꝛdie et pietatis. Maternitas tertia ē ſolũ reſpectu filij ſui naturalis.

Quarta queſtio. vtruꝫ

cultus latrie ſit exhibendus cruci xp̄i: ſcꝫ vere ¶ Notãdũ ꝙ ē duplex crux xp̄i que-dã eſt in qua pepēdit xp̄s q̄ tetigit coꝛp⁹ ei⁹ ⁊ de iſta q̄ſtio eſt. Et ē ſenſus. Utruꝫ illud lignũ in q̄ fuit cõfixũ ſacratiſſimuꝫ coꝛp⁹ ſaluatoꝛis ſit adoꝛãdũ ⁊c̄. Alia ē crux in qua nõ pependit xp̄s ſꝫ eſt ſolum imago crucifixi: vt eſt crux q̄ in eccl'ia po/nit: ⁊ hec nõ eſt tm̄ venerãda ſic vel q̄ſtĩ pma. ¶ Rñdeo ad q̄ſtionē. Dicēduꝫ ꝙ ē duplex opinio. Prima dic ꝙ crux xp̄i de/bet adoꝛari yperdulia: eo ꝙ fuit inſtru-mentũ redēptiõis humane. Sꝫ qm̄ ado/ratio illo modo videt̄ eſſe ſolum ad res q̄ ſunt rationis capaces: ideo videt̄ nõ eſſe vera opinio. ¶ Adoꝛatio eſt quedã oꝛa-tio ad aliquid oꝛdinata. Unde adoꝛare eſt aliquid oꝛare: crux aũt chꝛiſti omino careat ratione. ¶ Secũda opinio dicit eã eſſe adoꝛandam ſoluꝫ inquantũ in ea pe/pēdit chꝛiſtus: nec ei aliquã honoꝛis re-uerentiã exhibendã niſi ratiõe crucifixi: ſicut nec imagini niſi ratione imaginati. Ideo dicunt ꝙ cruci cultus eſt latrie ex/hibendus et nullius alius nec dulie nec yperdulie. Rem enim inſenſibilem ſtul/tum eſt honoꝛare cũ pꝛo indifferenti ha-beat honoꝛem et vituperium: et cõfirma-tur p Damaſcenũ c. iij. de ſanctis imagi-nibus vbi dicit ꝙ nõ crucem adoꝛamus ſed typum: id eſt figurationem. ¶ Opi-nio ſancti Bonauenture eſt ꝙ crux chꝛi/ſti in qua pependit inq̄tum etiaꝫ res eſt creata eſt honoꝛanda honoꝛe veneratio-nis queadmodũ deferimus reuerentiam vel venerationē ſacramētis eccleſie. In-quantũ autē eſt ſignum crucifixi debet adoꝛari adoꝛatione latrie: ſed totus ille honoꝛ debet referri ad crucifixum dei fi/lium. Unde Damaſcen⁹ in capitulo de cruce dicit. Ipſum quidem pꝛecioſum li gnum crucis venerabile in quo ſeipſum pꝛo nobis chꝛiſt⁹ ſe obtulit: vt ſanctifica-tum tactu coꝛpoꝛis et ſanguinis decēter eſt adoꝛandũ. ¶ Nota ꝙ duplex ē laus. Pꝛima pꝛopter nature excellentiã. vl'ꝙ eſt res pulchꝛa ⁊ bona ⁊ ſaluti neceſſaria Scḋa pꝛpter virtutis ſtrennuitatē. Sic duplex eſt honoꝛ. Quidã exhibet̄ in te-ſtimoniũ vtutis: ⁊ iſte nõ debet̄ cruci xp̄i niſi rõne crucifixi cui⁹ dcē virtus ⁊ excel lētia eſt ſup oĩa. Alius honoꝛ exhibet̄ in ſignum alicuius nobilitatis et excellētie et hoc modo honoꝛ nõ exigit merita: nec

membrū xpi { verū / misticū

requirit virtutē in honorificato vł cognitionē ſed aliquā dignitatis rōnē ob quā debeat ſibi reuerentia exhiberi ⁊ hoc modo quadā nobilitatione deus lignū crucis nobilitauit dū in ea pependit ⁊ genꝰ humanū redemit: ⁊ ideo crucē laudamꝰ ⁊ veneramur: Et iſtā nobilitatē et multiplices eius laudes decantat eccleſia et ꝑ preſentiā iſtiuſ ſacratiſſimi ligni multa impenſa ſunt fidelib̄ bn̄ficia ⁊ miracula vt intelligas ꝙ oia hec dicta ſunt de xpo crucifixo cuius laudes decantat eccleſia vt in exaltatione crucis ⁊c̄.

Quinto queritur. Utrum latria exhibenda ſit mēbris xpi. ¶ Sciendum ꝙ membrū chriſti eſt duplex. q̄ddā verū: aliud myſticū. Primū membrū xpi verū eſt aliqua pars integralis vera ipſiꝰ veri corporis xpi cōſtituens veraciter et integraliter ipm corpus xpi vna cū ceteris membris vt eſt manus pes ⁊c̄. Iſtud membrū pōt capi dupliciter. Uno modo large. Alio modo ſtricte. Primo mō large eſt q̄libet pars integralꝰ ⁊ realis ⁊c̄. vt s. ⁊ ſic caput nō diſtinguit̄ contra alia mēbra. Stricte capitū diſtinguit̄ contra caput ⁊ hoc modo caput nō eſt membrū. Sed eſt radix ſenſus et motus quos caput influit in alia mēbra et de iſtis nō eſt ad ꝑpoſitū. Membrū xpi myſticum eſt quelibet creatura rōnalis pura exiſtens in charitate ⁊ grā vel q̄libet hō iuſtꝰ hābens fidem ⁊ charitatē. Prima diffinitio cōpetit bene angelis bonis ⁊ hominibus Scđa ſolū cōpetit hoib̄ bonis. Ex his diffinitionib̄ eliciunt̄ multa correlaria. Primū eſt ꝙ nullus demon eſt membrū xpi. Secundū nullus infidelis eſt membrum xpi. Tertiū ꝙ infideles viatores poſſunt eſſe membra xpi q̄uis demones nō pñt de potentia dei ordinata. Quartum xpiani ⁊ fideles exiſtētes in peccato mortali nō ſunt mēbra q̄ diu ſunt in illo pctō: q2 nō habēt gratiā. Ex quo ſequit̄ ꝙ oēs tales exiſtentes in mortali peccato ſunt mēbra luciferi et diaboli. patet ꝑ Gregoriū in omel. An nō mēbrū diaboli iudas: pilatus. herodes ⁊c̄. Uñ in euangelio. Pater veſter diabolus eſt ⁊ ꝑ conſequens caput. Ecōtrario ſequit̄ ꝙ xps ē caput angeloꝝ bonoꝝ ꝑ influentiā beatitudinis accidētalis nō eſſentialꝰ inq̄tum hō nec ſm cōformitatē nature: q2 nec ſm naturā diuinā nec humanā eſt eis cōformis: q2 nec influit eſſentialē beatitudinē effectiue inq̄tū hō: q2 eā nō efficit: nec meritorie: q2 ⁊ meruit eis p̄mā gratiā vt fecit hoibus. Tū influit eis beatitudinē accidentalē q2 purgat illuminat ⁊ ꝑficit que ad beatitudinē accidentalē ꝑtinent. Uñ Eph. j. Propoſuit deꝰ reſtaurare in xpo oia ⁊ q̄ in celis ⁊ q̄ in terris ſunt. gloſa ordinaria. Inſtaurauit celeſtia dū numerū angeloꝝ diminutū compleuit. Itē ibidē Ipſe dedit caput ſup oēm eccleſiā ⁊ cōſtituit eū ſupra angelos ꝑncipatꝰ ⁊c̄. Sed patres veteris teſtamēti fuerūt membra xpi ante incarnationē filij dei cū habuerunt fidē ⁊ gratiā ac ꝑ ꝯñs influxit xpus eis ſenſū ⁊ motū. q̄ ⁊c̄. Nullus eni vnq̄ a tpe caſus adā ſaluatꝰ eſt niſi merito xpi paſſi vel ꝑuiſi vel exhibiti. Eccleſia veteris teſtamēti nūq̄ fuit acephala: ⁊ dicit̄ ab a qđ ē ſine: ⁊ cephalū qđ ē caput quia ſemꝑ habuit xpm ꝓ capite cū eſſent eius mēbra. Ad hoc em̄ ꝙ xps dicat̄ caput eccleſie myſticū veteris teſtamēti nō requiritur ꝙ habeat actualr naturā humanā. ſibi vnitā vt patet ex ꝑcedentib̄ etiā ſm naturam humanā ⁊ in hoc differt caput myſticū a capite vero corporali. Ad hoc em̄ ꝙ xps eſſet caput myſticū veteris eccleſie nō oportebat ꝙ ſm humanā naturam eſſet ſed ſuffecit ꝙ eſſet p̄uiſus ſm illam: ⁊ ꝙ merito paſſionis eiꝰ p̄uiſe infunderet deus hoib̄ fidem ⁊ gratiā. Et hoc ſic fuit de xpo. Caput reſpectu alioꝝ membroꝝ habet excellētiā in ſitus altitudine ⁊ ſic xps ſm diuinitatē eſt oim caput in potentiarū cōphenſione vł capacitate et ſic ſm humanitatē eſt bene caput omniū.

non

Nota

quia eius gr̃a aīe eſt maior oīb⁹ alijs ⁊ ſic de alijs ꝯditib⁹. Excedit etiā caput mēbra qꝛ influit ſenſuȝ a parte ante ⁊ motū a parte poſt ꝑ nuchā colli vl' vicariū cerebri. Ita xp̄s ſm hāc cōditionē ē caput hoim ⁊ angeloꝝ qꝛ influit omnib⁹ angel' inq̃ꝫtū de⁹ eſt: ⁊ hoib⁹ inq̃ꝫtū hō: inq̃ꝫtum deus effectiue: inq̃ꝫtū hō meritorie. Caput etiā dirigit mēbra eſt ergo caput dignitate ſicut leo dr̄ caput animaliū irrationaliū. Principatione ſicut fons ꝑnciplat fluxū aque riuuloꝝ. Directione ſic paſtor dirigit gregē: ⁊ p̄latus ſubditū: et ſm hanc triplicē cōditionē xp̄s eſt caput hoim ⁊ angeloꝝ ſed ſm conformitatē nature ſolū eſt caput hoim. Ad hoc autē ꝙ aliquis ſit mēbrū xp̄i nō requirit' neceſſario ꝙ habeat fidem ſed ſufficit ꝙ habeat charitatē vt patet de cōprehenſorib⁹ qui fide carent ⁊ ſpe ſed nō charitate.

Reſpondeo ad q̄ſtionē

Dicendū ꝙ mēbris xp̄i nō debet exhiberi cult⁹ latrie cū ſint pure creature. Nos em̄ sum⁹ mēbra xp̄i ſm humanā naturā ⁊ ſic ſum⁹ mēbra xp̄i qđ nō tollit rōnē ſeruituris nec ponit equalitatē dignitatis. ¶ Nota ꝙ p̄latus aliq̃s pōt eē pctōr duplici pctō. Uno mō pōt eſſe malus pctō qđ de directo non impedit nec repugnat executioni ſui officij: ⁊ ꝓpter hoc p̄latus nō eſt ſuſpēſus ⁊ debeo ei obedire in licitis: ⁊ de iſto dicit petrus apl'us: Non tm̄ bonis ſed etiā diſcolis. Si aūt eſſet malus pctō qđ repugnat directe executioni ſui officij: ipſo facto nō ē ampli⁹ p̄lat⁹ ſed deponit' vt patet de papa cui⁹ officiū proprie eſt manutenere fidē catholicā ꝯ hereticos ⁊ extirpare hereſes. Et ideo papa ſi ſit heretic⁹ ipſo facto depoſit⁹ eſt. Silr eſt dicendū de p̄latis cordigeroꝝ q̄ cogūt trāſgredi ordinē vel religionē ⁊ regulam ſuā ſuos ſ̄bditos vt patet de pecunia ⁊c̄. ¶ Nota ꝙ differt hoiem eſſe ad imaginē ⁊ ſilitudinē: qꝛ imago ꝯſiſtit ī naturalib⁹ ſilitudo in g̃tuitis. ¶ Nota ꝙ corp⁹ xp̄i verū in ſacro altaris ſignificat corp⁹ xp̄i myſticū vt vult ⁊ declarat Aug⁹. dicēs. Manducatio em̄ ſacri altaris ſignificat vnionē mēbroꝝ adinuicē ⁊ cū capite.

Sexto queritur. vtrum

cult⁹ latrie poſſit exhiberi xp̄i aduerſario ſine pctō. i. in aliquo caſu dabili. Ita ꝙ excuſet ignorantia. Et eſt alia q̄ſtio in fine argumētoꝝ. ¶ Utrū ſacerdos fingēs ſe cōſecrare ⁊ nō ꝯſecrans faciat vel poſſit facere idolatras fideles illā hoſtiā nō cōſecratā adorante: ⁊ ſit q̄ſtio illa occaſione cuiuſdā decretalis dicētis ꝙ plus peccat malus ſacerdos qui nō cōſecrat vl' nō cōficit ⁊ ſimulat ſe conficere ⁊c̄.


Reſponſio ad primam

queſtionem. Dicendū ꝙ honor latrie poteſt exhiberi diabolo dupliciť. Uno modo ſimpliciter aut ſub cōditione. Si ſimpliciter ⁊ talis adoratio non poteſt fieri ſine idolatria. Offertur em̄ tunc cultus latrie alteri a deo nec excuſat' rōne ignorantie. Quia nunq̃ꝫ ignorantia excuſat aliquē de malo quando habet remedium ſufficiēs ad vincendū talē ignorātiā vincibilē. Circa ea q̄ ſunt ꝑtinētia ad fidei neceſſitatē ⁊ ſalutē nūq̃ꝫ eſt ignorātia inuincibil' qꝛ facienti qđ in ſe eſt deus nūq̃ꝫ deficit. Talis aūt q̄ adorat diabolū ſibi in figura xp̄i apparentē habet triplex adiutoriū per qđ poteſt errorē euitare. Primum eſt remediū p̄monitionis ſacre ſcripture q̄ multotiens dicit ꝙ multi in noīe xp̄i venturi ſunt mendacitet. Scđm eſt orationis interne qua ad deū debet hō recurrere vt cor eius illuminet'. Tertiū eſt ſuſpenſio credulitatis ſue nō em̄ debꝫ hō omni ſpiritui credere ſed ꝓbare q̄ ex deo ſint. Qui em̄ cito credit in talib⁹ leuis eſt corde ⁊ fortaſſis inflatus corde dū ad tales viſiones ⁊ reuelatiōes idoneū ſe eē eſtimat. Uñ tales viſiones vl' apparitōes poti⁹ ſūt formidāde q̄ꝫ deſiderāde. Narrat' de q̄dā patre ſanctiſſimo cui cū dia-

bolus in ſpecie xp̄i appareret. Ille clauſis oculis dixit ſe in hac vita nolle xp̄m videre ⁊ diabolus eius humilitate confuſus ſtatim euanuit. Econtra de plib9 narrat̄ q̄ ſe ad viſiones idoneas reputauerunt ⁊ deſiderauerunt: ꝙ ad multas inſanias ⁊ errores p̄cipitati ſūt. Alio modo poteſt quis adorare diabolum ſub conditione h̄ eſt dupliciter. Aut quia conditio illa eſt habitualiter ⁊ actualiter conſiderata ſiue appoſita. Si eſt actualit̄ appoſita: ſic non adorat luciferum ſed magis xp̄m: qꝛ non ſtat adoratio niſi ſtante conditione ⁊ ad eum refertur ad quē refertur adorationis implicatio. Si autem conditio illa ſit ſub conditione habitualiter appoſita: hoc modo non ſufficit ad vitandum peccatum idolatrie reſpectu huius apparitionis ſiue transfigurationis ſufficit tamen reſpectu ſacramēti altaris. Nam talis transfiguratio eſt inſolita ⁊ ideo non debet ad eam precipitanter ſequi adoratio ſed cum maturitate ⁊ preuia oratiōe Sed conſecratio hoſtie eſt cōſueta: ideo ſufficit ꝙ adorans in habitu hoc habeat vel hanc conditionem videlicet ſi conſecratio debito modo facta eſt. Unde pauci ſunt fideles vel nulli qui in hac adoratione peccant. Omnes enim accedūt cū conditione iſta. Qꝫ autē obijcitur ꝙ ſacerdos facit eos idolatrare hoc intelligitur ꝯtrūm eſt ex ſe ſm̄ Bonauenturam ¶ Sciendum eſt ꝙ duplex eſt ignorantia ſcilicet facti ⁊ iuris. Ignorantia iuris eſt qua quis vel aliquis ignorat aliqua principia alicuius iuris ⁊ concluſiones ſequentes ex talibus primis principijs talis legis vel iuris. Triplex eſt ius ſcꝫ diuinū naturale ⁊ humanū vel poſitiuū: qđ eſt duplex ſcilicet eccleſiaſticū ⁊ ciuile. Uel triplex eſt lex ſcilicet diuina humana: ⁊ ciuilis. Et ſicut triplex eſt lex ita ſm̄ hoc eſt triplex ignorantia iuris diuini poſitiui ſiue canonici ⁊ ciuilis. In iure diuino eſt tale principium: omnis trāſgreſſio diuini p̄cepti facta ab aliquo libere eſt peccatum mortale ex quo ſequitur iſta concluſio fornicatio eſt peccatū mortale ⁊ ignorantia talis dicitur ignorātia iuris diuini. Aliquādo tamen poteſt q̄s habere ſcientiam principiorum iuris et ignorare concluſionem ex illis conſequētem et talis ignorantia adhuc eſt iuris: vt ſi quis ſciat ꝙ transgreſſio diuine legis eſt peccatum mortale ſed ignorat an fornicatio ſit peccatum mortale. In iure canonico ſiue poſitiuo p̄ncipiū eſt ꝙ ieiunādum eſt in quadrageſima. Ignorantia facti eſt qua quis ignorat an aliquod factum particulare ſit bonū vel malum vel de aliquo facto an ſit faciendū vel nō faciendum vel verum vel falſum. Sicut ſi lucifer appareret in ſimilitudine crucifixi neſcitur ſi ſit xp̄s vel nō: quo ad veritatem vel facultatem dꝛ ignorātia facti reſpectu ſcꝫ adorationis. An debeat adoratio illi exhiberi tanq̄ bonū dꝛ ignorātia facti quo ad bonū vel malum. Ita ꝙ ignorantia iuris eſt de vniuerſali: ignorātia facti eſt reſpectu particularis alicui9 vt patet de iacob ⁊ lya cum qua ꝯcubuit fuit ignorātia iuris. Ignorantia autem opponitur ſcientie qualitercūq̄ capta ſiue priuatiue ſiue contrarie ſiue cōtradictorie. Scientia aūt ꝓut nunc ſufficit eſt triplex quedā eſt impertinentiū ad ſalutem vt geometrie ſciētia. Alia eſt vtiliſ ad ſalutem vt ſcire euangelia ⁊ ſacrā ſcripturam ⁊ etiā grāmaticam ⁊ logicā que valent ad noticiā ſacre ſcripture: grammatica: qꝛ ſcriptura data nobis eſt in latino. Logica ad diſcernendū verū a falſo. Ad diſcurrendū de vno paſſu ad aliū ad diſtinguēdū ad diuidendū ⁊ ad repellendū ⁊ exponēdū. Alia ē ſcīa neceſſaria ad ſalutē vt ē ſcīa articloꝝ fidei ⁊ p̄ceptorū decalogi. Dꝫ cū iſta diſtinctio itelligi reſpectu diuerſoꝝ ſtatuū ⁊ cōditionū diuerſarū pſonarū qꝛ hoī maritato nō ēvtile ſcire ſcripturam ſacraꝫ. Sed prelatis eccleſie ⁊ epiſcopis et doctoribus eſt neceſſarium vt poſſint reddere rōnē de fide:


Ignorantia
- Juris
  - diuini
  - nālis
  - poſitiui
- factj

z ſpe z ſacramentis eccleſie. Neceſſe eſt etiā alicui ſcire explicite qđ ſolū eſt alteri ſcire implicite vt articuli de trinitate debent ſciri explicite a prelatis ſed ſufficit ſimplicibus laicis ſcire implicite vel credere credēdo qđ eccl'ia credit. Et tot modis dr vnū oppoſitoꝝ quot modis dr reliquū. Ideo triplex eſt ignorantia oppoſita triplici ſcientie pdicte. Prima eſt ignorantia impertinentiū ad ſalutē z illa nō eſt culpa ſiue ſit volūtaria ſiue ſit inuolūtaria. Ignorātia aūt vtiliū ad ſalutem ſiue ſit voluntaria ſiue nō qūtū eſt de ſe nō eſt pctm̄ ſed ɔtempt⁹ talis ſcientie eſt pctm̄ mortale. Prima ps pz qz ſi de ſe eſſet pctm̄ eſſet cuilibet pctm̄ qđ eſt falſum qz nō eſt pctm̄ ſimplicib⁹. Nō em̄ obligamur ad faciendū ſp id qđ ſemp eſt melius z vtilius: qz via ſalutis eēt nimis difficilis. Scđa pars pz qz ɔtempt⁹ oīm vtilium ad ſalutē eſt pctm̄ mortale qz p ɔñs videt̄ ɔtēnere ſuā ſalutē. Ignorātia neceſſarioꝝ ad ſalutē eſt duplex: qdā ē penit⁹ inuolūtaria: alia volūtaria. Tertia ē partim voluntaria partim inuoluntaria. Prima eſt inuolūtaria ſcʒ ignorantia neceſſarioꝝ ad ſalutem que eſt in paruulis. Ignorantia oīno voluntaria eſt in illis qui poſſunt ſcire z tamen nolunt: z eſt duplex quedam eſt in illis qui poſſunt ſcire z volunt neſcire: z dicitur affectata ſimpliciter. Alia eſt in illis qui poſſunt ſcire z nō volūt z eſt affectata ꝑm quid. Ignorantia neceſſarioꝝ ad ſalutē voluntaria que dicitur affectata: vel ſimpliciter vel ꝑm qđ eſt peccatum mortale. Quilibet enim vtens ratione tenetur ſub pena peccati mortalis ſcire neceſſaria ad ſalutem quia tenetur facere neceſſaria ad ſaluteʒ z non poteſt facere niſi ſciat: ergo zc. ps. Noluit itelligere vt bñ ageret zc. Ignorantia partim voluntaria partim inuoluntaria eſt in illis qui poſſunt ſcire z bene vellent ſed negligunt ſcire ꝑm illud. Oēs volūt ſcire ſed non omnes penam volūt apponere z dicitur ignorātia craſſa z ſupina z talis ignorantia neceſſariorum ad ſaluteʒ eſt pctm̄ mortale licet nō ita graue ſicut precedens. Quia qui negligit qđ eſt neceſſariū ad ſalutem negligit ſuam ſalutem z per ɔſequens peccat mortaliter. Duplex eſt ignorātia quedā excuſat a toto alia a tanto. ¶ Prima tollit oīno culpam vt in paruulis z carentibus ratione. ¶ Secūda non tollit totaliter peccatū ſed diminuit grauitatē peti. Ita ꝙ pctm̄ factum ex tali ignorātia nō eſt ita graue ſicut ſi fuerit cum ſcientia ꝙ tale opus eſt peccatū mortale: z hec ignorantia eſt quodā modo cauſa peccati ad min⁹ ſine qua nō fieret. Et eſt exemplū in lamech qui occidit cayn. Et de multꝭ iuuenibus qui faciūt multa petā ex ignorantia. Iterum duplex eſt ignorantia ꝗdam eſt inuincibilis alia vincibilis. Vincibilis eſt illa quā viator poteſt vincere z auferre apponendo debitam diligentiā. Ignorantia inuincibilis eſt illa quā viator ignorans non poteſt vincere vel remouere adhibita etiam quacūꝗ diligentia. Ignorantia inuincibilis eſt duplex quedam eſt innata: alia incidens. Prima eſt que ineſt a natura vt in paruulis qui carent ratione z fatuis a natiuitate. Alia ē incidens que aduenit alicui poſt habitū vſum rationis: z eſt duplex quedam euenit ex culpa precedente vt in ebrio: quedā euenit non ex culpa: vt quādo quis dat operā rei licite ne incurrat talem ignorātiam vtpote ſtudio zc. Ignorātia inuincibilis z īnata excuſat a toto vt pz in infantib⁹. Illa autem ꝗ eſt incidens non ex culpa pcedente ſed ex eo ꝙ talis ignorās dedit operam rei licite excuſat a toto ſi efficiatur ex toto ignorans ita ꝙ nihil habeat de vſu rationis. De ignorantia ꝗ eſt incidens ex culpa precedente. An excuſat eſt diuerſitas opinionū et ꝑm aliquos non excuſat a toto licet bene a tanto: ex eo enim ꝙ incidit et culpa propria non totaliť excuſatur niſi forte diceretur de loth ꝗ dormiuit cū filiab⁹. Nā ꝑm ariſt.



Ebrij merent̄ duplices increpatiões: ſm alios excuſat a toto ignorātia inuincibil̄ nūꝗ̄ excuſat a toto licet a tanto pene.

Septimo querit̄. Utrū latria ſit in genere virtutis. Sciendū ꝙ virtus capit̄ dupliciter. Uno modo generaliter. Alio modo ſpecialiter. Specialiter capta eſt duplex quedā eſt moralis. Alia eſt theologica. Uirtus moralis eſt habitus qui habentē ꝑficit ꝛ ei⁹ opus bonū reddit: ꝛ dicit̄ habit⁹ loco generis. Qui habentē perficit: id eſt ornat decorat pulchrificat ꝛ ponitur ad differentiā viciorꝫ mentem deturpanciū ꝛ fedanciū. Et eius opus bonū reddit quia ſemꝑ inclinat virtus ad bonū opus. Alia eſt diffinitio. ij. ethico. Uirtus eſt habitus electiuus in medio cōſiſtens q̄ ad nos ꝓut ſapiens determinabit. In hac diffinitione ſunt quattuor particule. Primo ē habitus loco generis: electiuus qꝛ ille habitus generat̄ ab electionibꝫ ꝛ inclinat ad electionem ꝛ ponitur ad differentiā habituum non electiuorū qualis eſt prudentia que eſt intelligentia vbi nō eſt electio ꝓprie ſed ſolū eſt in volūtate ꝛ qꝛ prudētia nō eſt in volūtate ideo nō generat electionē nec generat̄ ab electionibꝫ ſed eſt potius regula ꝛ auriga virtutū moraliū et ideo ꝓpriiſſime nō eſt virtus moralis tñ large capiendo ꝟtutē moralē ipſa prudencia pōt dici moralis. Tertia particula ī medio ꝯſiſtēs ad differētiā extremorū viciorꝫ. Ois em̄ ꝟtus ē int̄ duo extrema q̄ ſunt vicioſa vt patꝫ de liberalitate. Quarta particula q̄ ad nos ꝓut ꝛc̄. Ubi tangit̄ directiuū ꝟtutis. Non em̄ ꝯſiſtit ꝟtus in medio ex natura rei vl̄ medio indiuiſibili ſed ſm rectā rōnē qꝛ mediū hꝫ quandā latitudinē vt ſapiens. i. prudens iudicabit. Bonitas em̄ ꝟtutis moral̄ eſt ꝯformitas ad prudentiā. ¶ Uirt⁹ theologica ſm Aug⁹: eſt bona q̄litas mentis q̄ recte viuit̄: ꝛ qua nullus male vtitur quā operat̄ de⁹ in nobis ſine nobis. Et ponit̄ q̄litas loco gñis: bona ad differētiā malarū q̄litatū. mentis ad differentiā q̄litatū corporaliū: ꝛ capit̄ mens vt dꝛ ab eminēdo nēs. ꝛ includit intellectū ꝛ volūtatē q̄ eminent alijs potētijs. dī q̄ recte ꝛc̄. ad differentiā ſcientie ſpeculatiue q̄ licet ſit bona q̄litas mentis tñ nō neceſſario ꝑ eā recte viuit̄ ſed magis recte intelligit̄ vt patet de multꝫ magnis clericis q̄ peſſime viuūt. Et dī ꝛ q̄ nullus male vtit̄ ad differentiā potentiarū naturaliū vt eſt voluntas ꝛ liberū arbitriū ꝯcupiſcibilis et iraſcibilis q̄bꝫ poſſum⁹ male vti ꝛ etiā bñ vti. Et debet intelligi ꝙ ꝟtutibꝫ nullus male vtitur vt habitu inclinatiuo ꝗuis poſſet q̄s male vti vt obiecto circa qd̄ voluntas male afficit̄ vt pote ſuꝑbiēdo: de illis tñ ꝗtū eſt i ſe ꝛ de ſe nullus pōt male vti: qꝛ ex ſe ſemꝑ ad bonū inclināt. Et dī vltimo quā de⁹ operat̄ in nobis ſine nobis ad differentiā ꝟtutū moraliū q̄ generant̄ ex actibꝫ frequētatis ſicut ex pluribus actibꝫ humilitatis requirit̄ humilitas: ſic etiā dicas de ceteris. ¶ Uirtutes autē theologice a deo vt cauſa totali producunt̄ ſine nobis effectiue oꝑantibꝫ tñ non ſine nobis recipientibꝫ ꝛ ſunt tres: fides: ſpes: ꝛ charitas. Sunt autē q̄ttuor cardinales et ad iſtas q̄ttuor cardinales ꝑncipales reducuntur oēs alie morales. Queſtio pōt eē de vtraqꝫ ꝟtute ſcꝫ theologica ꝛ morali. Uirt⁹ aūt gñalit̄ capta eſt quoddā ſuꝑius ad ꝟtutē theologicā ꝛ moralē. Et pōt ſic deſcribi. Uirtus generaliter capta eſt amor ſe habēdi ad oia vt debet̄. Uñ Aug⁹. de moribꝫ eccl̄ie dicit ꝙ ꝟtutes: nō ſunt niſi amores q̄dā ordinati: ꝛ ideo in diffinitiōe cuiuſlibet virtutis ponitur loco generis amor: ꝛ loco differentiarū ponit̄ act⁹ aliq̄s particularū ꝟtutū. Et pōt ſufficiencia ſeptē ꝟtutum ſumi ſic. Nā ois ꝟtus eſt amor ſe habendi vt debet̄: aut ergo ſe hꝫ ad creatorem vel creaturā. Si ꝑmū hoc eſt duplr vel vt ipſe creator agnoſcat̄ ꝛ ſic eſt fides vel vt poſſideat̄ ꝛ habeat̄: ꝛ hoc eſt duplr.



vel vt habeatur in futuro ꝛ ſic eſt ſpes vł vt iam eſt habitus in p̄ſenti vita: ꝛ ſic eſt charitas ꝑ quā deū habem⁹ q̄uis imp̄fecte ꝛ enigmatice. Unde Gregori⁹. Qui eī̄m deū amat iam habet quē amat. Uel talis amoꝛ habendus eſt ad creaturam. Et hoc tripliciter vel ad illā creaturā q̄ subt⁹ nos eſt: ꝛ ſic eſt caro noſtra: ꝛ ſic eſt tēperantia vel eſt circa eā: q̄ eſt iuxta nos vt eſt ꝓxim⁹: ꝛ ſic eſt iuſticia: aut eſt circa aliquā creaturā q̄ eſt ꝯ nos. Et hoc ē dupliciter vel tal' inſidiaꝛ nobis: ſic eſt prudentia q̄ facit cauere deceptiones inſidiatoꝛis. vel tal' creatura eſt nos moleſtans ꝛ ꝑſequēs ꝛ circa talē ē fortitudo. Aliq̄ autē dicunꝛ theologice q̄ ſunt de deo vt obiecto immediato ꝛ ꝓpinquo. Et diciꝛ a theos qđ ē de⁹ ꝛ logos qđ ē rō vł ſermo quaſi ſermo de deo. Uirtutes autē moꝛales habent pꝛo obiecto aliud creatum. Non autē differunt per finē q2 oīs v̄tus habet deū pꝛo fine et ad deū finaliter ducunt habentem ſe: ducunt ergo virtutes oēs ad deū mediate vel immediate. Dicuntur autē quattuoꝛ moꝛales cardinales ꝑ ſimilitudinē ad cardinē oſtīj q̄ cardo eſt pars oſtīj mediāte qua parte oſtiū claudiꝛ et aperiꝛ. Aliqn̄ autē etiā capiꝛ pꝛo foꝛamine in quo talis pars vertit totum oſtiū per illā. Sic metaphoꝛice in q̄ttuoꝛ virtutib⁹ moꝛalib⁹ debet verti tota vita hoīs rōnaliter viuentis. Dicunꝛ p̄ncipales quia ad eas reducunꝛ omnes alie et dicunꝛ politice quia ſm eas debēt ciuitates ꝛ cōmunitates regi. vel dicunꝛ cardinales q̄ſi coꝛdiales qui ponunꝛ in mente ꝛ nō in coꝛpoꝛe et tunc dicuntur a coꝛdian grece quod eſt coꝛ latine.

Ad queſtionē dicendū ꝙ latria capiꝛ tripliciter. Pꝛimo mō pꝛo actu interioꝛi ſeu ꝓ reuerentia interioꝛi deo exhibita rōne ſumme maieſtatis ꝛ ꝑ ꝯñs ſummi dominīj. Scđo mō pꝛo actu exterioꝛi vt eſt ſacrificiū altaris vł actus exterioꝛes vt genuflexiones q̄bus p̄ſtamur ꝑmū actū interioꝛē. Tertio mō pꝛo habitu aggenerato ex illis actib⁹ tam interioꝛib⁹ q̄z exterioꝛib⁹ ita ꝙ eſt latria virtus ꝛ latria actus. Scđm aūt ꝙ ſtat pꝛo habitu ipſius aīe habilitante ipſam ad cultū dei: ſic eſt habit⁹ virtutis inq̄ꝫtū eſt circa bonū ꝛ difficile ꝛ meritoꝛiū ꝛ ad ſalutē neceſſariū ꝛ circa hmōi opa p̄cipue cōſiſtit virtus. Et ſi arguas ꝙ latria nō eſt v̄tus: ſic nulla v̄tus eſt ſeruit⁹: ſed latria eſt ſeruit⁹ q̄dā vt patet ꝑ Augꝫ. x. de ciui. dei: Et eſt ſeruit⁹ q̄ deo debem⁹ ſeruire ſed latria. ꝯ ꝛc̄. maioꝛ patet q2 v̄tus vt v̄tus ē in libera volūtate ꝛc̄. ¶ Rn̄deo ꝙ eſt duplex ſeruit⁹ q̄dā eſt q̄ ſeruiꝛ homini: et eſt ſeruit⁹ q̄ ſeruiꝛ deo. Et iterū eſt ſeruit⁹ neceſſitatis ꝛ eſt ſeruit⁹ que eſt ex mera voluntate ergo ꝛc̄. Dicendū ergo ꝙ ſeruit⁹ illa q̄ fit homini ex neceſſitate aliquo modo derogat hominis libertati ꝛ ideo nō habet in ſe excellentiā virtutis Seruit⁹ autē qua ſeruiꝛ deo ex mera voluntate ponit hominē in ſtatu altioꝛi: et tanto magis facit hominē liberꝫ q̄ꝫto magis elongat ſe hō a peccato ꝛ tal' eſt ſeruitus latrie. Et nota ꝙ latria virtus diciꝛ cultus cauſaliter quia cauſaꝛ ab actu ſicut quelibet virtus acquiſita: cultus autem eſt actus nō habitus. ¶ Notandum pꝛo alio articulo ꝙ pietas dicitur triplr ſm Aug⁹. x. de ciuitate dei. Uno modo pietas idē eſt qđ theoſebia ꝛ ſic idē eſt qđ cultus dei. Alio mō dī pietas officiū parentib⁹ exhibitum. Tertio modo dicitur pietas miſericoꝛdia que pꝛoximis in operibus exhibetur: de his autē diciꝛ ſm prius et poſterius ſm quandā analogiā vt dicitur ibidem. ¶ Nota ꝙ aliter reueremur deum per timoꝛē: aliter per latriā In timoꝛe eī̄m reſilimus in ꝓpriā paruitatem conſiderando noſtram nihileitatem reſpectu diuine maieſtatꝫ. In latria autem ſiue in honoꝛe eſt teſtificatio ꝛ pꝛoteſtatio diuine maieſtatis tāq̄ ſupꝛeme rationis cuius eſt in deo ſummum dominium reſpectu creature: et ſic latria eſt

potius in actione: timor in paſſione.

Queritur octauo. vtrū latria ſit virtus generalis vel ſpecialis. ¶ Notandū q̄ aliqua virtus pōt dici generalis ꝛ cōmunis tripliciter. Uno modo predicatiue. Alio modo regulatiue. Tertio modo formatiue. Uirtus cōmunis per predicationē eſt que predicatur de omnibus alijs virtutibus ꝛ ſic iuſticia cōmuniter capta eſt virtus cōmunis. Nō aūt ſi capiatur ſtricte ꝛ ſic eſt vna ḋ quatuor cardinalibus. Juſticia cōiter capta eſt quecū rectitudo anime ſiue ſit in declinando a malo ſiue in faciendo bonū et ſic capitur ab ambroſio ſuper lucā iuſticia cōmunis eſt virtus. ¶ Uirtus cōis relatiue eſt prudentia que eſt regula oium virtutum ad medium dirigēs ꝛ ab extremis declinare docens. Bonitas eīm moralis non eſt niſi cōformitas virtutis moralis ad ſuam prudentiam. Uirtus generalis formatiue dicitur eo q̄ eſt forma omniū virtutum: ꝛ ſic gratia et charitas dicitur virtus cōmunis formatiue: quia producit actus virtutum ad finem vltimū qui eſt beatitudo eterna et ipſe deus qui eſt beatitudo obiectiua. Quelibet enim virtus moralis habet ſuū finem ꝓpinquū qui non eſt deus ſed per charitatem omnes fines proprij virtutum ad deū reducuntur ꝛ ordinantur.

Ad queſtionem dicendum q̄ latria nominat habitū ꝛ eſt virt⁹ vt ſupra. Capit̄ etiam ꝓ ipſa veneratione actuali ad quā habitus ordinat̄ et ḋ cultus dei. Cultus autem dei pōt capi tripliciter. Uno modo generalr alio modo ꝓprie. Tertio modo magis proprie. Primo modo cultus dei dicitur act⁹ directus in deum ſub ratione finis et ſic eſt omnis virtutis. Secūdo modo dicitur eſſe actus in deū directus nō ſolū ratione finis ſed etiam obiecti ꝛ ſic eſt virtutum theologicaꝝ vt credere in deum ꝛc. Et ſic capitur ab auguſtino in enchiridion dicente: Si queritur quō colitur deus reſpondeo q̄ fide ſpe et charitate. ¶ Tertio modo cult⁹ dei ḋ act⁹ in deū directus nō ſolū rōne finis obiecti ſꝫ etiā ſub rōne honorabilis ꝛ eſt actus adorationis et ſic eſt virtus ſpālis ꝛ hoc mō eſt ipſius latrie. Sicut eīm idolatria non ḋ qḋcun pctm̄. Sic latria nō ḋ q̄cun habitus ſed ille ſm quē cultus adorationis exhibet̄. Et intellige q̄ latria ē reſpectu dei nō ſolū vt finis ſꝫ etiā obiecti ſuple mediati vel remoti nō ꝓpinq̄ vel immediati q̄ ſic ē honorabilis vel adorationis. ¶ Nota q̄ eſt triplex ſacrificiū ſcꝫ bone operationis: deuote orationis: honeſte immolationis. Primū eſt oim virtutū. Ps. l. Sacrificium deo ſpūs ꝯtribulat⁹. Et ſic capit̄ ab augu. x. de ciui. dei. vi. c. Uerū ſacrificium eſt oē opus qḋ agit̄ vt ſctā ſocietate inhereamus deo Scḋm eſt virtutū theologicaꝝ q̄ oīo maxime dꝫ inniti virtutib⁹ theologicis. Tertiū eſt pertinens ad latriam vt eſt ſacrificium miſſe. Ipſius etiā latrie eſt tale ſacrificiū deo ꝛ hoc ſacrificium ſoli deo debetur vt dicit Auguſtinus.

Nono queritur. vtrum latria ſit virtus cardinalis an theologica. ¶ Notandū q̄ tres ꝯditōes requiruntur ad virtutē theologicalē. Primo q̄ habeat deum ꝓ obiecto imediato. Scḋa q̄ innitat̄ pme veritati tanq̄ regule infallibili actuū hūanoꝝ. Duplex eſt regla actuū hūanoꝝ: pma interna ꝛ eſt ipſa prudentia q̄ ḋ auriga ꝟtutū: alia ē externa ſcꝫ volūtas diua vel pma veritas. Tertia eſt q̄ infundat̄ imediate a deo.

Reſpōſio ad queſtionē Sciendū q̄ licet latria notificetur p cultū latrie ſiue ꝑ ſeruitutem vt dicatur latria eſſe ſeruitus ſiue cultus deo debit⁹. Et iſta duo quaſi ꝓ eodem accipiuntur Differunt tamen ſm ꝓpriam acceptionē.

Cultus eñi dei reſpicit actũ interiorem ⁊ exteriorem ⁊ magis interiorẽ ꝙ̃ exteriorem. Et ideo cum latria de rõne ſui vocabuli idez ſit qđ ſeruit⁹ ſm ꝙ exponit Auguſtin⁹ in libro de trinitate. Latria proprie reſpicit actum exteriorẽ. Theoſebia vero vel euſebia idem eſt qđ cultus diuinus ſiue bonus cult⁹: ⁊ ideo ꝓprie reſpicit actũ interiorem. Et qm̃ virtus q̃ reſpicit actum exteriorem verſatur quodãmodo circa actionem exteriorẽ ⁊ eſt in genere virtutis cardinalis: hinc eſt ꝙ latria ẽ virtus cardinalis. Et quia conſiderat actum exteriorẽ ſub rõne debiti ⁊ in comparatione ad alterũ et hoc ipſius iuſticie q̃ redditur vnicuiqꝫ qđ ſuũ eſt. Rurſus qꝛ ſpecies iuſticie ſm ꝙ ordinatur ad venerandum naturã ſuperiorem eſt ipſa relatio ſicut dicit Tullius: hinc eſt ꝙ latria nõ ſolum eſt in genere virtutis cardinalis tanq̃ꝫ in genere ſubalterno. In genere vero iuſticie ſicut in genere ꝓpinquo. In genere vero relationis ſicut in genere ꝓximo. ⁊ hoc eſt qđ dicit Auguſtin⁹ li. x. de ciui. dei. c. i. ꝙ idem eſt apud grecos latria qđ apud latinos religio excepto ꝙ nomen religionis eſt in plus. Unde ibidem dicit ꝙ cultus deo debitus quattuor noibus nũcupatur duob⁹ apud grecos ⁊ duobus apud latinos. Apud grecos dꝛ latria: ⁊ theoſebia dicit cultuz interiorem ſiue euſebia. Apud nos vero dꝛ pietas ⁊ religio. Differũt autem latria ⁊ theoſebia ſm ꝓpriam acceptionem licet aliqñ accipiꝉ ꝑ eodem qꝛ theoſebia dicit cultũ interiorẽ qui ꝓprie ſpectat ad virtutes theologicas ſed latria exteriorẽ ſeruitutẽ q̃ ſpectat ad iuſticiã ſcꝫ virtutem cardinalem. ¶ Hec aũt dicta ſunt de latria ſm ꝙ ꝓprie accipiꝉ pro habitu dirigente ad cultum exteriorem qui ꝓprie dꝛ ſeruitus dei ⁊ adoratio. Et hoc mõ non eſt idem latria ⁊ theoſebia vt dictum eſt. Si aũt latria dicatur cultus interior cũ ille ꝯſiſtat in credendo ⁊ ſperando ⁊ diligendo deũ ſicꝰ dicit Auguſtin⁹ in enchi. ſic nõ ponitur eſſe virtus cardinalis ſed theologica nõ tñ̃ ab aliis diſtincta ſed ꝯñs ad oẽs illas et hoc modo nõ accipiꝉ ita proprie ſicut modo ꝑdicto: cũ latria ꝓprie loquendo ſit ſpecies religiõis ſicut dulia ⁊ nomen eius impoſitum fuit a ſeruitute vt dictum eſt. vtroqꝫ tamen modo cõuenit reperiri eam dici ⁊ ſm hoc doctorum poſitiones diuerſificari vt quidam ponũt eam ſpeciem virtutis cardinalis: ſcꝫ iuſticie quidã vero tres iſte theologicas circũplecti. ¶ Notandum ꝙ ſm preceptum includit duo. Primuz eſt ꝙ ois reuerentia potencialis deo eſt exhibẽda. Secũdum ꝙ nulla irreuerentia fiat deo ꝙ̃tum ergo ad actum exteriorẽ eſt virt⁹ cardinalis ꝙ̃tum ad actum interiorem amplectitur virtute theologica que quidem eſt fides ⁊c̃. Idem dicendũ de ꝓmo precepto ⁊ quia latria impletur ꝑ actum exteriorem: ideo nõ eſt neceſſe eam eẽ virtutem theologicam.

Decima queſtio. Utrũ latria ſit virtus diſtincta a dulia.

Dulia capitur tribus modis ſcilicet. Communiter. Proprie. Appropriate. Dulia communiter capta eſt virtus ſm quã exhibetur reuerentia cuicunqꝫ ſiue creatori ſiue creature ratione cuiuſcunqꝫ excellentie exiſtentis in eo. In hac diffinitiõe ponitur virtus loco generis ſm quã exhibetur ⁊c̃. et in hac particula continetur latria quia latria eſt quedã dulia videlꝫ cõmuniter capta: rõne etiã qꝛ ſi nulla ſit excellẽtia in aliquo nõ debet honorari. Et hec debetur deo rõne ſue excellentie. Dulia ꝓprie capta eſt virtus ſm quã ſeruus exhibet reuerentiã dñõ ſuo: et poniꝉ loco generis ſm quã ſeruus ⁊c̃. Et ponitur ad differentiam honoris quo domin⁹ honorat ſeruũ ſuum: et iſtis duobus dulia cõtinet ſub ſe latriam. Inquãtum enim deus eſt dominus omnipotens debemus ei duliam qui ſum⁹ ſerui eius. Dulia appropriate capta ẽ virt⁹ ſm quã honorãt

dños ſuos tpales ⁊ mortales: ⁊ dicit dulia appropriare: q̄ꝛ q̄uis ſit cōmunis ꝟ ſe ad latriā ⁊ illum honorē qui debetur tēporalibus dñis: q̄ꝛ tñ impoſitū eſt ꝓpriū nomē illi honori qui debet deo. ſ. latria: Ideo dulia appropriat illi honori qui debetur domino temporali.

Reſpondendum eſt ad

q̄ſtionē. Etſi nomē latrie ſm Aug. x. de ciuitate dei importat cultū diuinū debitum maieſtati diuine. nomen tamē dulie tripl̄r dicit. Uno modo ſm quandā analogiam: et tunc importat cultū debitum nature ſuperiori ſiue creature ſiue creatori ſm aliquā rationē ſm quam creator cōicat creature: vtpote ſm rōnē dominij. Tres ponunt ꝑticule. Prima cult⁹ loco generis. Scḋa debitū ⁊c̄. ꝑ h̄ includit latriam. Et nota ꝙ aliq̄ natura dicit ſuperior altera dupl̄r. Uno mō ꝙ ſit ſupior i puris naturalibus: et ſic nō capitur hic: q̄ꝛ ſic nō deberē honorē homini ꝟtuoſo: q̄ꝛ natura mea eſt ita ꝑfecta ſic̄ ſua. Secūdo mō quantū ad aliquā excellentiā exiſtentē in eo: vt prelatus ē ſupior ſubdito ratione ꝑlationis: ſil̄r pater filio ⁊c̄. Tertia particula ſm aliquā equitatem q̄ꝛ ſicut de⁹ premiat bonos et punit malos ⁊ iniuſtos: Sic dñi tēporales debēt facere. Cōueniūt etiā in bonitate: q̄ꝛ ꝑticipant cū deo in bonitate etiā in paternitate ⁊ magiſterio: et hoc ꝑticipatiue: et h̄ modo accipitur in gloſa ſuꝑ illud pſ̄. In eccleſijs bñdicite deo dño: gloria deo cui debet latria: dño cui debetur dulia. Secūdo mō accipit ſm anthonomaſiā: et ſic eſt debita reuerētia creature vnite vel aſſumpte ꝑ quē modū accipitur ſuꝑ illud pſ̄. Adorate ſcab. pe. eius. Ubi dī ꝙ yperdulia maior debet ſoluꝫ humanitati xp̄i. Tertio modo dulia accepta ſm ſignificationē ꝓpriā dī honor vl̄ reuerētia debita rōnali creature exhibita. Et iſto modo cōſueuit accipi ſm cōem vſuꝫ. Honor loco generis ponit. Debita ad differentiam latrie: q̄ꝛ diſtinguūt ſpē iſti duo honores. Rationali creature dicit ad differentiā rerū inſenſataꝝ ⁊ brutorū aīalium. ¶ Ex quo ſequit ꝙ nulla imago eſt honoranda adoratione dulia: neq̄ vt talis res vel vt tale ſignum: q̄ꝛ quōcū q̄ accipiatur nō eſt creatura rōnalis: idē etiam dicēdum eſt de cruce chriſti ⁊ alijs crucibus. Ultra poteſt queri.

Undecimo querit. vtꝝ

debeat cuilibet creature rationali. ¶ Reſpōdeo ſm vnam opinionē ꝙ nō tātū debetur beatis exiſtentib̄ in patria: ſꝫ etiaꝫ viatorib̄ q̄diu ſunt in grā gratumfacientē. Nulli tamē viatori q̄ eſt ꝑſona priuata que nō habet excellentiā aliquam q̄diu eſt malus ⁊ in pctō ⁊ caret actu virtuoſo debet dulia: quia caret excellentia virtutis. ¶ Notandū tamen ꝙ oēs prelati magiſtri principes ⁊ patres q̄uis ſint mali debent honorari honore dulie: pꝫ ꝑ btm̄ Petrum qui dicit nō tantū bonis ⁊ modeſtis: ⁊ phs. ix. ethicoꝝ. Dijs magris ⁊ parentib̄ nō poſſum⁹ equalens reddere. Demones tñ ⁊ damnati nullo honore ſunt honorandi: q̄ꝛ non ſunt capaces virtutis. Dicūt tñ aliq̄ ꝙ oēs viatores etiā mali differūt a dānatis: q̄ꝛ q̄diu homies viatores ſunt: apti ſunt ad bonū virtutis ⁊ grē: ideo ⁊c̄. Quarta particula et ſibi exhibita: ibi tangit cōpletiuū dulie. Et hoc modo eſt ad propoſitum.

Duodecimo queritur.

Utrū latria ⁊ dulia ſint diuerſe ſpēs virtutis. ¶ Ad hoc cōuenienter reſpondet ꝙ ſic. Et rō hui⁹ eſt: q̄ꝛ latria ⁊ dulia conſiderant exteriores cultus qui formalem habent dr̄iam ſcꝫ q̄ꝛ creatori et creature exhibet. Alius eñ eſt modus adorandi creatorē: ⁊ alius adorandi creaturam: et alia rō motiua: ⁊ alia ratio virtutis directiue in hac ⁊ in illa: et concedendum eſt ꝙ latria et dulia ſunt diuerſe virtutes. ¶ Notādū ꝙ charitas eſt quidā habit⁹

quo deus habet char⁹ et dilect⁹ ab aliq̄
nō tanq̄ bonū ꝓuatū ⁊ ꝑticlare: ſ3 bonū
modo dicitur potentia peccandi ipſa po
tencia qua peccatur. Et ſic potentia pec
candi nominat ipſum liberũ arbitrium
creatũ quod quidem poteſt in bonũ ad-
iutum gratia: z qz per ſuam naturam eſt
defectiuuz benefaciendi. Hinc eſt ꝙ illa
potentia ſiue facultas dici poteſt poten-
tia benefaciendi z potentia peccandi nul
lus eñ peccat niſi per illam. ¶ Correla-
riũ illo modo ratio peccandi fuit in xp̃o
patet quia habuit liberũ arbitriũ. vnde
Damaſcenus. Omnia que in natura no
ſtra plantauit deus aſſumpſit dei verbũ.
Si ergo potentiam qua peccamus z be-
nefacimus deꝰ ab illo initio in nobis plã-
tauit videtur ꝙ eam ex tempore dei ver-
bum aſſumpſit. Item Damaſcenꝰ. To-
tum me aſſumpſit vt me totum redime-
ret. Alio modo dr̃ potentia peccandi: po
tentia ordinata ad peccandum vt poten
tia nominet aliqð mediũ inter ſubſtãtiã
z peccandi actũ per qð ſubſtãtia illa po-
tuit exire in peccati perpetrationem. Si
ergo pmo mõ potencia predicãdi capia-
tur: ſic abſq̃ dubio fuit in xp̃o. vt pbat z
dicit Damaſ. ſuperiꝰ. ¶ Si vero potẽtia
peccãdi dicatur potentia vt ordinata ad
pctm̃ perpetrandũ: ſic nõ eſt ↄcedenduz
ꝙ xp̃s habuit potẽtiã peccãdi ꝑ eo ꝙ pec
care non potuit: z talis ordinatio immo
deordinatio diminuit de plenitudine li-
bertatis. ¶ Et nota ꝙ idẽ dicit Scotus
ſub alijs tñ verbis. Dicit eñ ꝙ duplex ẽ
potentia ſcz remota z ppinqua: xp̃s ḡ po
tuit peccare potẽtia remota: ſed non po-
tuit peccare potentia ppinqua. Sic etiã
dicendũ eſt de beatis z dãnatis reſpectu
eius qð eſt mereri: pñt eñ mereri potẽtia
remota q̃ eſt volũtas nõ tamen potentia
ppinqua: eo ꝙ ſunt ꝑpetuo ipediti ꝑ ob
ſtinationẽ ſicut beati ꝑ grãm ↄfirmati.

Quarto querit̃. Utruz

decuerit deum aſſumere muliebrẽ ſexuz
ad reparanduz genus humanũ. Sexus
dicit̃ a ſenſu vnde per ſexum fit diſcretio
Unde ſexus nõ facit diſtinctionẽ forma-
lem licet bñ materialez. Mulier dicitur
quaſi mollis aer. ¶ Reſpondeo dicendũ
ꝙ abſq̃ dubio non ita decuit deum aſſu-
mere ſexũ femineũ ſicut virilẽ in vnitate.

perſone. Et ratio huiꝰ eſt: q2 muliebris
ſexus nō eſt tante dignitatis ſicut virilis
Excellit enim ſexus virilis mulcebrem z
q̄ꝫtum ad dignitatem in principiando et
q̄ꝫtum ad virtutem in agendo: z q̄ꝫtū ad
auctoritatē in preſidendo. Quātum ad
dignitatem in p̄ncipiando q2 omnes taz
viri q̄ꝫ mulieres ex vno viro fuerunt in
quo eſt expreſſa repreſentatio egreſſus re
rum ab illo vnico p̄ncipio p̄mo z ſummo
ſcꝫ deo. Quātum ad virtutē in agendo ſi
militer precellit quoniā viri eſt agere et
mulieris eſt pati vnde plus habet ſexus
virilis de virtute actiua ꝑpter qđ z robu
ſtior eſt z re z noīatione. Quātum ad au
ctoritatem in preſidendo etiā preexcellit
Nam ſm ordinem rectū non mulier viro
ſed vir p̄ficitur mulieri tanq̄ꝫ caput cor/
poris ſicut dicit apl's. Quoniam ergo in
verbo aſſumente naturam humanaꝫ eſt
precipua dignitas in principiando z vir
tus in agendo et dominiū in preſidendo.
Hinc eſt ꝙ magis decuit ſexum virilem
q̄ꝫ mulicbrem aſſumi a verbo increato.
Unde philoſophus in libro de animali/
bus dicit ꝙ femina eſt vir occaſionatus
hoc eſt imperfectus: ergo ſi homo aſſum/
ptus debuit eſſe pfectiſſimꝰ nō ergo de/
buit mulier eſſe ſed tantū maſculus. Itē
apl's p̄me ad Cor. xi. dicit ꝙ caput mu/
lieris eſt vir non ↄ̄couerſo zc̄.

Querit̄ quīto. Utrum

magis decuit carnem aſſumere de viro
ſimul z muliere q̄ꝫ de muliere tm̄. ¶ Re
ſpondeo dicendū ꝙ xp̄s abſq̄ꝫ dubio po/
tuit carnem aſſumere ſi voluiſſet de viro
et muliere vel etiam de viro tm̄ ſicut aſ/
ſumpſit de muliere tm̄: ſicut eñi purifica
uit operatione ſpūſſancti vterum virgina/
lem (intellige ſi erat aliq̄d purificabile)
ſic z purificare z ſanctificare potuiſſet ſi
voluiſſet generatiuam in viro pariter et
muliere vt et eis ſanctus et imaculatus
naſceret̄ abſq̄ꝫ aliqua macula z feditate.
Potuit itaq̄ꝫ ſine incōuenientia ſi voluiſ
ſet carnem aſſumere ſm legem nature in
ſtitute de viro et muliere ſed tamen non
fuiſſet congruum ſicut nunc: et hoc mul/
tiplici ratione congruentie ob quam ma
gis decebat vt carnem aſſumeret de ſola
muliere. Prima eſt ad ſeruandam digni/
tatem matris que ob conceptionem filij
dei non amiſit priuilegium virginitatis.
Secūda propter ſeruandam honorificē/
tiam patris: xp̄s enim ſm generationem
eternam habebat patrem z cum iſte ple/
ne ſibi ſufficeret in celis. non venit in ter/
ris patrem querere: ſed ſolum matrem
ne duobus patribus filius exiſtens neu/
trius eſſet dei filius plene: et ſic iniuria
prima patri quodammodo fieret. Ter/
tia eſt propter complendam perfectionē
vniuerſitatis in modis educendi homi/
nem in eſſe. Quia cum eſſet quadruplex
modus educendi hominem in eſſe ſcꝫ de
viro et muliere: nec de viro nec de mulie/
re: de viro ſine muliere: de muliere ſine vi
ro. Tres primi modi precefferāt et ideo
nō reſtabat niſi quartus modus vt eum
deus adderet: qđ nō feciſſet ſi alio modo
ↄceptus eſſet. Quarta ratio eſt propter
correſpondentiā cōgruitatis lapſus z re
parationis vt ſicut lapſus ē in vtroq̄ꝫ ſexu
ſed primo in muliere eſt inchoatus et in
viro conſummatus: ſic eſſet in reparatio/
ne vt mulier credendo z concipiendo in/
ciperet diabolum ſupare in abſcondito:
et poſtea filius in manifeſto eum vince/
ret in duello. ¶ Sed ↄtra arguitur chri
ſtus humanam aſſumpſit naturā vt nos
curaret a morbo originalis peccati. Si
ergo originale peccatum traducitur per
viam generationis de maſculo et femina
videt̄ ꝙ ſic debuit naſci vt ſicut ſua mor/
te nos a morte damnatiōis liberauit: ſic
ſua origine noſtre originis vicioſitatem
ſanaret. ¶ Dicendū ꝙ deus venit ſic cu/
rare z ſic diſpoſuit vt curaret pſonā non
vt curaret ipſam naturā id eſt paſſiones
naturales. Unde medicina xp̄i non ha/
bet in nobis efficatiā in actu generatio-

nis ſed in actu regenerationis q̄ inq̄ꝫ re-
generatio nō ē ex carne ꝛ ſanguine ſed ex
aq̄ ꝛ ſpūſancto:ꝛ idō nō oportuit nec de-
cuit eū ſic naſci ſicut nos naſcimur cum
illū modū naſcendi nō diſpoſuerit imu-
tare ꝑ ſuū aduentū: vt fides h̄ret meritū:
alioquin deperderet̄ fides ꝑ humanū ex-
perimentū. ¶ Ad illud apl̄i Heb. ij. De-
buit ꝑ oia fratribꝰ aſſimilari:ſed ſimilitu
do ꝑmaxime ꝯſiſtit in generatione:ꝙ vi-
detur ꝙ ſicut alij generant̄ ex patre ꝛ ma
tre:ſic ꝛ xp̄m decebat. ¶ Dicendū ad au-
ctoritatē ꝙ verū eſt de his q̄ ad noſtrā ſa
lutē ꝛ eruditionē ſunt ordinata:ſed talis
modus naſcendi nec nr̄e ſaluti nec noſtre
eruditioni adeo cōpetit:ſicut ille quē xp̄s
elegit:ꝛ ideo quantū ad naſcendi modū
nō debuit aſſimilari. ¶ Preterea alia rō
eſt q: nos ꝑ talē modū naſcendi cōtrahi-
mus morbū ſed xp̄s bonꝰ medicꝰ immu-
nis a morbo debuit eſſe. Hinc eſt ꝙ in ta
li modo naſcendi nō debuit nobis aſſimi
lari nec nobiſcū conuenire.

Irca diſtinctio-
c nem decimātertiā queritur
Utrū in xp̄o gr̄a ſingularꝭ
ꝑſone ſit gr̄a creata vel in-
creata. ¶ Sciendū ꝙ triplex eſt gratia.
Quedā q̄ dicit̄ vnionis. Alia ſingularis
ꝑſone:alia capitis. Prima pōt capi duo-
bus modis. Uno mō effectiue que nihil
aliud eſt q̄ꝫ bonitas ipſa ſeu benignitas
dei q̄ gratuite voluit aſſumere ſeu vnire
ſibi naturā humanā vnione hypoſtatica
ꝛ voluit eſſe homo. Et de iſta dr̄ ab Au-
guſtino. In rebꝰ ꝑ tempus ortis ſumma
gr̄a eſt. i. ſūma dei cōdeſcēſio:q̄ humana
natura vnit̄ verbo diuino in vnitate pſo
ne abſq̄ꝫ vllis meritis ꝑcedentibꝰ ſed ex
ſola dei gratuita volūtate. Et dr̄ gratia
vnionis intranſitiue. i. gratia q̄ eſt vnio.
Alia ē gratia ſingularis ꝑſone:ꝛ dr̄ eſſe
in xp̄o tribꝰ modis. Uno mō q̄ſtū ad ha
bitū: quia in ipſo ſunt oēs habitꝰ ſtuctū
et in nullo alio ſunt oēs habitus (vel ad

minus i tanta plenitudine) ſicut habuit
anima xp̄i: q: deꝰ dedit ſibi tantā gratiā
quantū potuit capere:ꝛ quicq̄d ponit in
xp̄o in ſummo ponit̄: licet dicant aliq̄ no
minales contrariū. Item habuit gratiā
ad vſum: quia oēs virtutes in xp̄o habue
runt vſus ſuos qui ſpectāt ad ꝑfectionē.
Et ꝑpterea dicuntur fuiſſe in eo oēs ſen
ſus q: vſum habuit cōpletū oim donorū
excellentiori mō q̄ꝫ vnq̄ꝫ ad hoc pertingi
poſſit ab aliquo. Quantū ad effectum
ſilicet improportionabilr̄ excedit gratia
xp̄i: quia ꝑpter hoc ꝙ ille hō erat filius
dei: meritū illiꝰ ꝑpenſat̄ ſm dignitatē illiꝰ
ꝑſone a qua exit opus: et propterea me-
ritum paſſionis ſue in infinitum excedit
merita paſſionum noſtrarū. Et ob hoc
ꝙ deꝰ erat: mors eius fuit penſata a deo
q̄ſtum erat ille qui moriebat̄. Et idō q̄ſ-
tum ad ſufficientiā ſi infinita milia hoim
eſſent reatu originalis aſtricta per illius
paſſionis effectū potuiſſent eſſe liberata.
¶ Tertia gr̄a eſt gratia capitis ꝛ eſt illa
qua eſt caput eccl̄ie militātis ꝛ triūphan
tis. Nota ꝙ caput naturale habet excel-
lentiā ſupra cetera mēbra. Et hoc tripli
citer. Primo in altitudine. Scđo in no-
bilitate potentiarū: q: oēs potentie ſunt
ibi nobiliores ſicut ſūt ſenſus interiores.
Tertio in cōprehenſione: q: cōprehendit
omnes potencias ꝛ ſenſus interiores ꝛ ex
teriores. Et dr̄ ſic caput a capio pis. q:
capit oēs ſenſus corporis: ita xp̄us excel
lit caput electorū. Primo in altitudine: q:
ſm diuinitatē eſt caput omniū ſm autē
naturā humanā non eſt caput omniū in
altitudine q̄ꝫuis ſm alias duas cōditio-
nes poſſit dici caput ſm humanā natu-
ram omniū electorū: eo ꝙ gr̄a xp̄i ſuperat
in ꝑfectione ꝛ nobilitate oēs gr̄as. Secū
da conditio capitis eſt influentia quia ca
put habet influere ſenſum ꝛ motū oibus
mēbris. Influit ſenſū a parte anteriori
vt pꝫ in ocul' ꝛc̄. A parte aūt poſteriori
influit motū per nucā vel vicariam colli.
Sic xp̄us influit in omnes electos hoīes

ſenſum fidei ⁊ motum charitatis ⁊ h̄ ſm vtrāq; naturam: ſm naturā diuinam in agendo: ſm naturam humanā in merendo. Tertia cōditio eſt directio: q̄ caput dirigit omnia alia mēbra ad opera ſua. Sic chriſtus dirigit nos ad oīa opa meritoria. Sic ḡ xp̄s eſt triplex caput. ſ. dignitate: origine: directiōe. ¶ Rn̄deo ad q̄ſtionē dicendū ꝙ abſq; dubio in xp̄o eſt ponere donū grē: q̄ quidē gr̄a dr̄ gr̄a ſingularis ꝑſone ⁊ hec q̄dē donū eſt creatū. Et rō hui⁹ ē q̄ tale donū gr̄e animā deo aſſimilat ⁊ ad bonas opatiōes ⁊ meritorias exercendas habilitat. Qm̄ ergo aīa xp̄i fuit deiformis ⁊ ad bene opanduz habilis alioqn nō fuiſſet idonea ad vnionem nec ad meriti ꝑfectionem: ideo neceſſe fuit in xp̄i aīa reperiri donuz talis gr̄e ⁊ ex eadem cauſa neceſſe fuit ipm eē creatuz: vt aīam poſſit informare tanq̄ ꝑfectiuū ſuū ꝑfectibile: ⁊ vt potentias poſſit habilitare ſicut qualitas ſuū ſubiectū qualificare.

Secūda queſtio. Vtruz in xp̄o ſit gr̄a infinita vel imenſa.

¶ Notandū ꝙ aliq̄d dicit imenſum tripliciter negatiue: ꝓuatiue: ⁊ affirmatiue. Priuatiue eſt qd̄ nō habet menſurā eſt tn̄ aptū natū habere. Negatiue imenſuz ē qd̄ nō eſt menſuratū nec eſt aptū natū mēſurari nec pōt mēſurari: et ſic deus eſt imēſus ⁊ etiā infinitus negando actū potentiā ⁊ aptitudinē: tn̄ nō eſt imenſus priuatiue nec infinitus. Poſitiue imenſū eſt qd̄ habet ſūmā plenitudinē ꝑfectionis ⁊ entitatis ſine termino ⁊ ſine fine. Et ſic deus ē immēſus ſolus. Immenſū autē negatiue bn̄ dī de ente ꝓhibito puta chymera. Queſtio intelligitur de imenſo poſitiue capto. ¶ Rn̄deo ad q̄ſtionē dicenduz ꝙ aliq̄d menſura carere ſiue imenſū eſſe dupliciter eſt. vl' abſolute in ſe vl' etiā cōparatiue. Si ḡ loq̄mur de gratia xp̄o collata ſm ꝙ ē ſingularis ꝑſona in ſe ſic cū dicit donū creatū neceſſario finitū ē ⁊ mēſuratum. Finitas eīn ⁊ mēſuratio circa creaturā potius dicit cōplementū q̄ impꝑfectionē. Unde Sap. xi. Omne creatum habet numerū: ſpeciem: ⁊ pulchritudinē menſurā. i. limitationē: ⁊ pondus. i. ordinem ad operationez ad quam vnaqueq; res inclinat naturaliter. Si autē loquamur de cōparatione ad gratias alioꝝ hominū: ſic improportionabilr excedit rōe vnionis ad ꝑſonam v̄bi. Ad quā vnionē gratia illa diſpoſuit animaz xp̄i. Gratia eīn illa propter coniunctionē ſummā cū verbo eterno habet excedere in infinitū ⁊ incōmenſurabiliter gratias alioꝝ hominum tripliciter: ſcz quantū ad virtutum habitus. ⁊ quantū ad vſus ⁊ quantum ad effectus. quantū ad habitus virtutū nunq̄ enim aliqua creatura poteſt tm̄ proficere ꝙ tam nobilis ⁊ perfecti habitus ſit capax ſicut anima chriſti cōiuncta deo in vnitate perſone: quantum ad vſus virtutum. Require ante in declaratione terminorum queſtionis huius. ¶ Nota ꝙ q̄uis ſanct⁹ bonauē. in textu dicat ꝙ deus non poſſet anime chriſti dare maiorem gratiā: nec addere illi gratie ꝑmanente in ſubiecto aliquē gradū. Tn̄ videtur dicere ꝙ poſſet illi gratie ſine ſubiecto exiſtēdi addere aliquē gradum. vt patet in ſolutione vnius argumēti. Tamen Scotus dicit ꝙ illi gratie addi aliquis non poſſet gradus: nec in ſubiecto. nec extra: eo ꝙ illa gratia eſt ſūma. ¶ Et ſi arguas vt arguūt nominales ꝙ cuilibet gratie gradus eſt alteri vnibilis cū ſint eiuſdem rationis: ergo gratie chriſti poteſt aliquis addi gradus ſaltem ſi ſit ſine ſubiecto. ¶ Reſpondendum ꝙ antecedens eſt verum ſi gratia non ſit ſumma: ⁊ quia gratia xp̄i eſt ſumma: ideo nō poteſt augeri: in cōmendando eīn chriſtū (dicit Scotus.) meli⁹ eſt excedere q̄ deficere ſi propter ignorantiam oportet in vnū illorum incidere.

Tertia queſtio. Utrum

gr̄a ſingularis ꝑſone in xp̄o fuerit gratia

plena atq; perfecta. ¶ Nota q̄ inuenit̄ i ſacra ſcriptura quadruplex plenitudo gratie. Rn̄deo dicendu; q̄ abſq; dubio in chriſto ſm humanā naturam ab ipſius conceptionis primordio fuit gratia pfecta ⁊ cōſummata plenitudo. Nō eñ decebat verbum increatum vniri anime pfectiſſima vnione qualis eſt vnio in vnitate perſone quin aīa eſſet deiformis ſm q̄ erat poſſibile ⁊ iō nō tm̄ deiformitate; habuit gr̄e ⁊ glorie: ſ; etiā ſup omnē graciam ⁊ gloriā. Nec tm̄ fuit in eo plenitudo ſufficientie ſicut in ſanctis de q̄ plenitudine dr̄ Act. vj. Stephan⁹ plen⁹ gr̄a. Et oīs iuſtus habet hanc plenitudinem ſufficientie. Alia eſt plenitudo ꝓrogatiue ⁊ eſt in beata virgine maria. De qua Luce. i. Aue gratia plena: q; fuit maria prerogatiua q̄ concepit filium dei. Alia eſt plenitudo numeroſitatis ⁊ copioſitatis de qua Eph. iiij. Aſcendit ſup celos vt adimpleret omnia que eſt in toto corpore eccleſie ⁊ hec fuit in chriſto: q; omia dona q̄ quaſi mēbris eccl'ie ſunt diſperſa in xp̄o aggregata ſunt. Alia ē plenitudo ſupabūdātie. De qua Joh. i. Vidim⁹ gloriam eius ⁊c̄. Et de iſtis pōt intelligi queſtio. ¶ Nota etiā q̄ eſt plenitudo gr̄e extenſiua q̄ ſc; extendit ſe ad multas gratias. Et etiam plenitudo intenſiua qua gr̄a eſt tam intēſa q̄ nihil poteſt ſibi addi: ⁊ ea nulla alia pōt eē maior: Et queſtio etiā intelligit̄ de iſta diſtinctione de vtroq; mēbro. Et ſic patet reſponſio.

Quarta queſtio. queritur.

Quid ſit gratia capitis ſm eſſentiā Vtrū videlicet ſit quid creatū vl' increatū. Et nota q̄ gr̄a capitis in xp̄o eſt ſm quā xp̄s ē caput eccl'ie. ¶ Rn̄deo dicendum ad predictorū intelligentiā eſt notandū q̄ caput in ſpiritualib; tranſſumptiue dicit̄ a capite in corporalib;. Oēs autē transferentes ſm aliquā ſimilitudinem transferunt. Et ideo caput in ſpiritualibus dicitur ſm cōcomitantiam ad aliquam proprietatem capitis naturalis. In capite autem naturali hec tria reperiunt̄: ſc; q̄ eſt membris conforme in natura: eſt membrorū ꝑncipium: ſc; in ſitu eſt etia; influxiuū ſenſus ⁊ motus i alijs membris: Et ꝓpterea in xp̄o reperiunt̄ omnes ſenſus ꝑfectiori modo q̄; in alijs membris. Omnēs has ꝓprietates eſt in xp̄o reperire reſpectu bonoꝝ: ⁊ ideo valde rōnabilit̄ ſcā ſcriptura dicit xp̄m eſſe caput eccl'ie. S; prima ꝓprietas ſc; cōformitas cōpetit ei rōne hūane nature. Unde Aug⁹. ſuper Johem. Unius nature ſunt vitis et palmites. ꝓpterea ⁊c̄. Cetera vide in textu qui clarus eſt.

Utru; gratia capitis ſit

alia q̄; ſingularis perſone ⁊ gratia vnionis. Vide reſolutionem in textu. Juxta hoc queritur.

Quinta queſtio. vtrum

mediante illa gr̄a ſc; capitis q̄ eſt in xp̄o deus. i. trinitas influat ſenſum in omne; aliā creaturā hn̄te; graciā ſiue angelicā ſiue hūanā. ¶ Rn̄. ad ꝑdictoꝝ intelligēciā eſt notādū q̄ ſenſus in ſpūalib; attendit̄ quantū ad cognitionē: mot⁹ quātū ad affectionē ⁊ dilectionē q̄ eſt pōdus inclinās vnūquēq; ſpm̄. i. vnāquāq; naturam ſpūalē ⁊ trahēs ad locū ſibi debitū. Influere ergo motū ⁊ ſenſu; eſt cauſare in nobis fidē ⁊ dilectionē: ſiue fidē opantem per dilectionem ſiue cognitionem et amorē ¶ Attendendum autē q̄ cognitio ⁊ dilectio eſt in triplici differentia. Quedam que reſpicit ſtatum meriti: ⁊ hec dicitur gratuita. Quedā vero in qua conſiſtit ſuba ꝑmij: ⁊ hec dr̄ glorioſa. Quedā eſt vtriq; annexa q̄ nec ē de eēntia meriti nec ꝑmij: ſ; ꝺ bn̄ eē vt ſūt reuelatiōes illuſiōes. Scōm hāc triplicē dr̄iam cognitiōis ⁊ dilectiōis ē dicere q̄ gr̄a capitis influat i mēbra: gr̄a icreata effectiue ſ; creata meritorie ⁊ diſpoſitiue. nā ꝓpt meritū paſſiōis xp̄i ꝓmiſſu; patribus ꝑceden

tibus dedit deus grãm recõciliationis:
et ꝓpter exhibitũ dat nobis gratiam re/
cõciliationis habũdanti⁹ in qua quidē
grã eſt ſenſus cognitionis ⁊ motus affe/
ctionis. Et rurſus ꝓpter illã paſſionem
aperta eſt ianua vt omibꝫ membris chri
ſti deƚ dilectio ⁊ cognitio glorioſa in qui
bus cõſiſtit ꝑfectio mot⁹ et ſenſus. Et h
eodē angelis myſteria multa reuelãtur:
⁊ gaudia multa referunt de reſtauratio/
ne ſua que inuenit facta per xp̄m. Et iō
etiã ⁊ ipſi accipiũt motũ et ſenſum nō in/
quã illũ qui eſt de eſſencia grẽ ⁊ glorie: ſ;
qui eſt de bene eſſe ⁊ ꝑfectione. ¶ Conce
dendũ eſt ꝗ ꝙ grã capitis redũdat ĩ om/
nes ciues ſupne hieruſalē: licet ſm plus
⁊ minus. Nam magꝭ in hoīes q̄ redimũ/
tur q̃ꝫ in angelos q̄ reintegrant magiſq;
in eos qui ſequunt aduentum eius q̃ꝫ in
eos qui preceſſerunt: quia clarius vidēt
⁊ credũt ⁊ charisſmatũ donis amplius ꝑ/
fundunt. Propter hoc ſi paſſio promiſſa
tm̄ illis valuit vt illos per viam ſalutis
perduceret: amplius paſſio exhibita ⁊ ſo
luta hoc debuit facere.

Jrca diſtinctio/
nem decimãquartã querit
primo: Utrum aia xp̄i co/
gnoſcat verbum cognitiōe
alia q̃ꝫ illa que eſt ip̄m verbũ. ¶ Notan/
dum ꝙ verbũ interius eſt noticia actual'
ꝑfecta ⁊ diffinitiua alicuius rei ad diffe/
rentiã noticie cõfuſe: ꝓducta a memoria
fecunda: q̄ eſt ip̄e intellectus habēs obie/
ctũ ſibi pn̄s vel in ſe vel in ſua ſpecie ob/
iectũ repreſentãte. ¶ Nota ꝙ verbũ ca/
pitur tripl'r. Uno mō pro deceptione: vt
verba dat omnis amans. Scdo mō put
eſt vox ſignificatiua ꝑ modum fluxus vt
fieri: ⁊ ſic eſt vna pars orationis. Tertio
modo pro loquela que eſt duplex: quedã
interior alia exterior que dr̄ verbũ voca
le ⁊ exteri⁹. Interior loquela eſt verbum
interius quod eſt noticia. Uide in textu
Rñſionem. nam textus eſt clauis.

Secũdo querit. Utrũ
anima xp̄i in cõtemplando deũ cõprehē/
dat ip̄m verbũ ſibi vnitũ. ¶ Notandū
ꝙ cõprehenſio capitur tripliciter. Uno
modo vt idē eſt qꝺ charitatis adheſio: et
ſic capitur a Bernardo ad Eugenium.
Si ſanctus es cõprehendiſti. Secundo
modo idem eſt qꝺ clare videre et ꝑfecte
amare. ad Phil. iij. Si quomō apprehē/
diſtis in quo cõprehēſus ſum ⁊ ſic diſtin/
guitur comprehenſor a viatore. Tertio
mō idē ē qꝺ clauſio int̄ terminos vl' fines
vt vinũ cõprehēdit a dolio: ⁊ h mō dici/
mus ꝙ de⁹ eſt incõprehenſibil': et hoc vl/
timo modo capitur in queſtionis titulo.
¶ Nota ꝙ apprehenſio et cõprehenſio ſe
habent ſicut ſuperius ⁊ inferi⁹: qr omnis
cõprehēſio eſt apprehenſio ⁊ nō ecõuerſo.
¶ Et nota ꝙ ſm Scotũ due cõdictiões
requirunt ad hoc ꝙ aliq̇d ab aliquo cōp/
hendat. Prĩa eſt ꝙ intelligat ip̄m obie/
ctũ quantũ eſt intelligibile: id eſt ſm oēꝫ
ſuã intelligibilitatē: et intelligēdo q̄cq̇d
ē in obiecto intelligibile ſc; omē p̄dicatũ
dicibile de illo obiecto. Scd̄a ꝯditio eſt
ꝙ intellectus ſit tãte intelligibilitatis in
cõtēplando actiue quãte intelligibilita/
tis eſt ip̄m obiectũ: ⁊ ſic de⁹ ē incõprehen
ſibilis a creatura: ſed ſoli diuino intelle/
ctui ē diuĩa eēntia cõprehenſibil': ⁊ ſic dr̄
ad queſtionē ꝙ aĩa xp̄i nō cõprehendit
ipſum verbum diuinum quod eſt deus.
Reſponſionem quere in textu.

Tertio queritur. vtrum
aĩa xp̄i in cõtemplando deum defigat
aſpectum in ip̄m lumen eternũ ⁊c̄. ¶ No
tandum ꝙ eſt duplex lumen: ſc; corꝑale
qꝺ eſt aliqua qualitas effectiue ꝓducta
ab ipſa luce recepta ſubiectiue in corpo/
re perſpicuo illuminato: ⁊ iſtud eſt inten
tio ⁊ ſpecies luciſ. Aliud eſt ſpirituale qꝺ
eſt duplex: ſcilicet creatum ⁊ increatum.
Creatum eſt triplex. Quoddam eſt po
tentiale et eſt ipſa potentia intellectus

vt illō pā. Signatū ē ſup nos lu. Secū/
dū eſt accidētale et eſt actualˀ cognitio q̄
res cognoſcitur. Tertiū eſt habituale ꝛ
eſt quidā habitus glorie diſponēs intel/
lectū beati ad lumen accidentale q̄ vide
tur diuina eſſentia: ita ꝙ intellectus cre/
atus nō poſſet aſſurgere ad cognitionez
intuitiuaz diuinitatis ſine eo. Et hoc lu
men ponūt communiter doctores: ꝗuis
doctor Subtilis dicat hoc lumen nō eſ/
ſe neceſſariū. Aliud ē ergo lumen increa
tum ſiue eternum quod poteſt capi du/
pliciter. Uno modo eſſentialr: ꝛ ſic ē di/
uina eſſentia: ꝛ ſic pater et filiꝰ ꝛ ſpiritus/
ſanctus ſunt vnum lumen. Secūdo mo/
do capitur perſonaliter: et ſic poſſumus
dicere ꝙ ſunt tria lumia i diuinis: ꝛ iſto
modo dicimus deum de deo lumē de lu
mine. Et de iſto lumine eſt queſtio nr̄a:
et eſt ſenſus. Utrum anima chriſti in cō/
templādo deū defigat aſpectū: id eſt in/
tellectū in ipſum lumen quod eſt ipſe de/
us. Reſponſio patet in textu.

Quarta queſtio. vtruz

anima chriſti eadem cognitione habitu/
ali qua cognoſcit verbum agnoſcat ali/
as res in verbo. ¶ Notandum ꝙ habitꝰ
poteſt capi ſex modis. Primo modo trā/
ſcendenter a quo dicitur habere denoia/
tiue: vt eſt vnum poſt predicamentū re/
ponibile in pluribus predicamentis ſm
diuerſos modos dicendi: Alio modo ꝓ
quodam reſpectu derelicto ex his q̄ cir/
ca corpꝰ ſunt in ipō corpore: ꝛ ſic eſt vnū
predicamentum. Tertio modo: vt eſt q̄
dam forma perfecte habita ab aliq̄ ſub/
iecto oppoſita ipſi priuationi: et ſic eſt
vnum extremum priuationi oppoſitum:
vt eſt viſus auditus lumen et quecunq̧
forma ſiue ſubſtantialis ſiue accidētalis
que habet priuationē oppoſitā. Quar/
to pro qualitate perfecta habita ab aliq̄
et de difficili mobili ab eodem inclināte
ipſum ad perfecte operādum. Et ſic eſt
de prima ſpecie qualitatis vt eſt ſcientia
et celaz calor ꝛ frigus que diſponūt ignē
ad operandum: ꝗuis etiam calor ꝛ frigi
ditas ponantur in tertia ſpecie qualita/
tis: quia ſpecies qualitatis non ſunt pro
prie ſpecies: ſed ſolum modi qualitatis.
Quinto modo ꝓ qualitate aggenerata
ex frequentatis actibus: vt eſt ſcientia et
caſtitas: et talis qualitas eſt in pma ſpe
cie qualitatis. Sexto mō capitur ꝓ quo
cunq̧ principio mouente ad exeundū in
aliquā operationē ſiue illud principium
ſit ſubſtantiale ſiue accidentale. Et hoc
modo omnis forma ſubſtantialis et oīs
forma accidētalis q̄ eſt pncipium agendi
poteſt dici habitꝰ. Illo mō etiā q̄libet rō
cognoſcēdi obiectū eſt habitꝰ cū ſit ratio
operandi. Similr ſic ſpēs intelligibilis
ꝛ oīs ſimilitudo rei ducens nos in cogni
tionez ipſiꝰ rei cuiꝰ eſt. ꝛ ſic etiā deus eſt
habitꝰ cū dicaƭ rō intelligēdi oīa ꝛ exem
plar oīm. Uerbū eñ diuinū eſt quaſi ſpe
culum oīa repreſentans volūtarie tamē.
¶ Nota ꝙ triplex eſt cognitio ſcz actua/
lis: habitualis: ꝛ virtualis. Actualis eſt
illa qua aliq̄d cognoſciƭ actualiƭ. Uir/
tualis eſt in qua aliquid intelligiƭ tanq̧
aliq̄d ꝑ ſe incluſum in pmo intellectu: vt
cognoſcēdo hoiem cognoſciƭ virtualiter
aial. Habitualis cognitio eſt q̄ obiectuz
ē pn̄s ipi intellectui ad h̄ vt intellectꝰ pro/
pte ꝛ expedite intelligat ipm obiectū ceſ
ſante oī impedimento: ꝛ ſic ſpēs intelligi
bilis ē cognitio habitualr: q2 ꝑ eā intelle/
ctus ē pmptus ad intelligēdū obiectum
cuiꝰ eſt ſpēs ceſſante oī impedimēto. Et
talis cognitio habitualis eſt gn̄atiua ac
tualis cognitiōis. ¶ Uide reſolutionem
textꝰ. Nota ꝙ ſm phm ſcdo et tertio de
aīa. Aīa nr̄a ē quodā mō oīa .ſ. ꝑ ſimilitu
dinē q2 aīa hn̄s ſpēm vl actū intelligendi
de re aliq̄ eſt rei illi ſimilis ꝑ ſuā ſpēm vl
actū intelligēdi: iō dr̄ q̄dāmō illa res .ſ. ſi/
militudinarie ꝛ intentionalr. Ex hac au
ctoritate ſumiƭ cōiter a doctoribꝰ ꝙ ad h̄
ꝙ intellectꝰ aliquid intelligat neceſſe eſt
ipm aſſimilari rei cognite ꝛc.

Quinto queritur. Utrum anima xpi cognoſcat in verbo actu omia que cognoſcit habitu. Cognitio actualʼ eſt qua intellectᵒ actualiter ferẽ in rẽ cognitã. Cognitio habitualʼ ẽ qñ obiectuз ſic eſt pñs intellectui in rõne intelligẽdi. ꝗ intellectᵒ põt ſtatim exire in actũ elicitũ ceſſante oĩ impedimento: illo mõ ſpẽs intelligibilʼ dr̃ cognitio habitualʼ. et hoc mõ vbũ diuinũ ẽ cognitio habitualʼ i intellectu beati cuiuſlibet: qꝛ intellectᵒ beatus hñs vbũ ſibi pñs in rõne actu intelligibilis põt ſtatim exire in actũ elicituз cognoſcẽdi verbum ipm̃ ⁊ etiã alia obiecta. Nota ꝙ cognoſcere habitualʼr ꝑ mo do eſt idem qδ eẽ in potẽtia ꝓpinqua cognoſcendi Uide textum.

Queſtio ſexta. Utrum anima xpi cognoſcat omia in verbo que cognoſcit verbũ. ¶ Notandũ ꝙ triplex eſt noticia ſcз glorioſa quã aĩa xpi habet de diuia eẽntia i vbo. Alia ẽ infuſa q̃ eſt ꝑ ſpẽs intelligibiles i intellectu ſue aĩe i pmo inſtãti ſue creatiõis a vbo impſſas: ſic dr̃ de angelʼ ⁊ Adam. Tertia noticia aĩe xpi eſt expimẽtalis quã hз de rebᵒ in ꝓprio genere. Scδm pmã noticiã nõ ꝓfecit: qꝛ hec noticia glorioſa nũꝙ̃ creuit: nec etiam ſcδa noticia: ſcз infuſa vel ſim plicis intelligentie creuit: quia ꝑ ſpẽs infuſas ſibi in principio creationis ſue aĩe cognoſcebat omia que poſtea cognouit. Ille dr̃ ꝓficere in noticia qui aliqd diſcit qδ prius neſciebat. Scδm autẽ tertiam noticiã que dr̃ experientie bene aĩa xpi ꝓfecit: qꝛ didicit ex his q̃ paſſus eſt obediẽtiam. Heb. v. Cognitio autẽ ſimplicis noticie cõſiſtebat in habitibus ⁊ ſpeciebꝫ ipſi anime xpi a primordio inditis ex beneficio cõditoris. Cognitio ꝟo expientie cõſiſtebat in vſibus ſenſuum exteriorum Quoniam ergo habitus ⁊ ſpẽs impreſſe fuerũt ipſi anime xpi in omnimoda pleni tudine. Hinc ẽ ꝙ xps ꝓficere nõ potuit in cognitiõe ſimplicis noticie. Quia ꝟo ſenſus exterior ad aliquid cõuertebatur de nouo ad qδ prius cõuerſus nõ fuerat Hinc eſt ꝙ in cognitione experientie ꝓficiebat. Iuxta ꝙ glo. dicit ſup illud Luce. ij. Proficiebat ieſus etate ⁊c. Sicut carnis eſt etate proficere: ſic anime gratia ⁊ ſapientia. Et ſic anima xpi q̃uis nõ profecerit ſm cognitionẽ ſimplicis noticie (qδ idem eſt qδ ſciẽtia abſtractiua) ꝓficiebat tamẽ ſm cognitionẽ experimentalem: nec non ⁊ etiam ſm cognitionẽ intuitiuã. Ille autẽ profectus ſcientie experimentalis in xpo in duobus differt a profectu noſtre cognitionis. Primo xps non proficiebat veniendo in noticiam rei ꝑus incognite ſed proficiebat alio modo veniendo ſcз per experientiã. In alio differebat qꝛ erat ſolũ ſm apparentiã qꝛ ſcз apparebat acqrere noticiã dei ꝑus ignote: nõ tamen ſic proficiebat: quin omnia que ſcit ſciebat noticia abſtractiua. Nos aũt proficimus ſm veram exiſtentiam: qꝛ ſicut apparemᵒ cognoſcere rem ꝑus ignotam ita eſt de facto qꝛ acquirimus de nouo ſpẽm intelligibilem alicuius rei quã ſpeciem prius nõ habuimᵒ: non ſic eſt de aĩa xpi vt prius patet.

Septimo querĩ. vtruз deus cõicauerit aĩe xpi omnipotentiã ſicut cõmunicauit ei oĩſciam. ¶ Omnipotentia eſt potentia actiua: cauſatiua. vel creatiua reſpectu cuiuſcunꝙ̃ cauſabilis ſiue creabilis. Et dr̃ potentia loco generis. Actiua ad differentiã paſſiue: cauſatiua vel creatiua ad dr̃iam potentie qua prĩ generat filiũ ⁊ qua prĩ ⁊ filius ꝓducũt ſpiritũſanctũ. Et dr̃ reſpectu cuiuſcũꝙ̃ cauſabilis ſiue creabilis ad maiorẽ expſſionẽ. ¶ Ex quo ſequiẽ ꝙ ipoſſibile nõ cadit ſub oĩpotentia nec etiã oĩe poſſibile vt diſtinguiẽ poſſibile cõtra impoſſibile qꝛ filius ⁊ ſpũſſanctus ſunt poſſibiles ꝑ. modo ⁊ tamẽ nõ ſunt obiecta diuĩe omnipotẽtie ſed ſolũ poſſibile cauſabile et di-

ſtinctum realiter a deo. ¶ Notanduʒ ꝙ omnipotentia capitur duplꝛr. Uno modo ſtricte ꝙ̄ua ſcʒ pōt imediate cauſare omne cauſabile ſine cauſa media. Et h̄ modo oīpotentia eſt ſolū̄ credita a fidelibus nec ph̄i hanc concederent. Alio modo large q̄ ſcʒ pōt mediate vel imediate omne cauſabile: ꝛ ſic cōcederēt ph̄i ꝙ deus eſt omnipotens: qꝛ pōt omnia poſſibilia cauſabilia mediate ꝯcurſu cauſarum ſecundarū. Omīſcia ē noticia cuiuſlibet ſcibilis: ita ꝙ omīſcia reſpicit oīne ſcibile. Ex q̄ ſequit̄ ꝙ omīſcia ad pl̄a ſe extendit ꝗ̄ oīpotētia: qꝛ plura ſunt ſcibilia ꝗ̄ ſint cauſabilia: qꝛ deꝰ eſt ſcibilis: ꝛ tñ nō cauſabilis ꝛ oīne cauſabile ē ſcibile ꝛ nō ecōuerſo. Omīſciētia eſt duplex: quedā̄ habitualis: alia actualis. Actualis eſt q̄ actu iudicat de omī ſcibili ꝛ actualꝛr cognoſcat oīne ſcibile. Alia omīſciētia ē habitualis q̄ eſt ꝑ ſpēs intelligibiles innatas vel inditas a primordio alicui intellectui: ꝛ hoc modo aīa xp̄i habet bñ omīſcientiaʒ habitualē: quia habet ſpēs ſibi inditas a primordio ſue creationis oīm intelligibiliū̄: ꝛ in illis cognoſcit oīa habitualiter. ¶ Reſponſio in textu. Nulli creature pōt deꝰ cōicare omnipotētiaʒ ꝑ naturā: quia ſicut excellētia diuinitatis: id eſt ipſa diuinitas: nulli pōt cōmunicari ſicut forma vel proprietas accidētalis vel eēntialis: ſic nec oīpotētia: qꝛ oīpotētia dei nō eſt niſi voluntas dei q̄ non pōt cōmunicari creature tanꝗ̄ forma: iō aīe xp̄i nō pōt oīpotētia cōicari: ſꝫ licʒ aūt per naturā omnipotētia nō ſit cōicabilis creature: cōicat̄ tñ ipī hūanitati xp̄i ꝑ cōicationē ydiomatū q̄ ortū habet ex ꝑſonali vnione. Sicut em̄ poſſumꝰ dicere ꝙ hō eſt deꝰ: ita poſſumꝰ dicere ꝙ hō ē omīpotēs: vide textum ꝛ rationē quare ꝛc̄.

Circa diſtinctionem quīntādecimā querit̄.

Utrum congruū .l. conueniens fuerit tales defectus reperiri. ¶ Duplices ſunt defectꝰ. Quidam generales: ꝛ ſunt illi qui dicūtur de omnibus hominibus: vt fames et ſitis et mori ꝛc̄. Defectus ſpeciales ſunt illi qui non cōueniunt omnibus: vt eſſe gibbum cecum ꝛc̄. Et ſic chriſtus nō aſſumpſit hos defectus. Iteruʒ duplices ſunt defectus humane nature. Quidaʒ ſunt culpabiles: vt ſuperbia: nec de iſtis eſt q̄ſtio. Alij ſunt qui de ſe non ſunt culpabiles: ſed ſunt ordinantes ad culpam: vt ſunt motus carnis et dicuntur primi motus: nec etiam chriſtus iſtos aſſumpſit: et de iſtis eſt ignorantia: quia multi faciunt ex ignorantia que non facerēt ſi non ignorarent. Alij ſunt qui nō ſunt culpabiles nec trahentes ad culpam: vt eſurire ſitiri et mori: et iſtos chriſtus aſſumpſit. ¶ Si omnes paſſiones noſtre eſſent de vno latere ꝛ paſſiones chriſti de alio. paſſiones chriſti preponderarent: quia martyres habuerunt refrigerium: vt patet de Laurentio: chriſtus autem non: quia ſummum dolorem habuit. ¶ Reſponſio abſq̄ dubio cōgruum fuit chriſtum aſſumere naturam noſtram cum defectibus et paſſibilitatibus. Et hoc ex triplici cauſa principaliter videlicet. Propter preciū noſtre ſalutis: propter exemplum virtutis: et propter fulcimentum noſtre fragilitatis. Primo ꝑpter precium noſtre ſalutis: quia propoſuerat nos redimere non corruptibilibꝰ auro ꝛ argento ſed precioſiſſimo ſanguine ſuo: et animam ſuam ponere pro animabus noſtris. Ad hoc autem nō eſſet idoneus niſi naturam deficientem et paſſibilem aſſumpſiſſet: ꝛ propterea defectꝰ noſtros ꝛ penalitates debuit in ſeipo habere. Alia etiam ex cauſa contrarium fuit hoc ipm̄ videlicet ꝑpter exempluʒ virtutis: ſpecialꝛr autē humilitatis patientie ꝛ pietatis: quibus mediantibus peruenit̄ ad celum: ꝛ in quibꝰ chriſtus voluit nos imitari ipm̄. ſm̄ illud Matth. xj. Diſcite a me ꝛc̄. Tertia ratio eſt propter ful-

cimentū noſtre fragilitatis: ob quā natu
tura rationalis habet in ſe difficultatem
ad credendū vera ꝛ iraſcibil' ad ſperādū
ardua ꝛ concupiſcibilis ad amandū bo-
na. Et ideo voluit chriſtus nō tm̄ nobis
ſimilari in natura: ſed etiam in defectib9
ꝛ penalitatibus: vt manifeſtādo in ſe ve-
ritatem humane nature pberet in ſe ful-
cimentum noſtre rationali ad credendū
Oſtendēdo nihilomin9 immenſitatem
ſue miſericordie per ſuſceptionē noſtre
miſerie preberet iraſcibili fulcimentum
ad ſperandum. Oſtendēdo magnitudi-
nem ſue beniuolentie preberet cōcupiſci
bili incitamentū ad ſe amandū. Et ideo
licet incongruū videatur huiuſmodi de-
fectus reperiri in xp̄o ſi per ſe conſiderē-
tur: tamē ſi ad finē referant' magna repe-
ritur congruitatis ꝯdecentia. Ad h̄ eni
chriſtus aſſumpſit naturam humanam:
vt nobis in illa eternā vitā mereret' quā
primus parens nobis abſtulit: ſed meri-
tum precipuū conſiſtit in tolerātia paſ-
ſionum ꝛ defectuum humanarum: quia
ergo decuit chriſtū precipue merito me-
reri: et per conſequens defectus ꝛ paſſio-
nes in ipſo reperiri: ergo ꝛc̄. ¶ Nota ꝙ
ſancta trinitas decreuit nullum bonum
dare humane nature niſi propter meri-
tum paſſionis chriſti: non ꝙ chriſtus aſ-
ſumpſerit defectus culpabiles: ſed ſolū
penales: quia talis infirmitas poteſt eſſe
materia exercende virtutis. Virtus eīm
fortitudinis exercet' potiſſime in ꝑpeſſio-
ne terribiliū eoꝝ maxime que mortē in-
ducunt: ꝛ hec ſpēs fortitudinis eſt nobili
or: qꝛ dr̄ patientia ē nobile vincēdi gen9
Vincit eīm qui patitur. Alia eſt ſpecies
fortitudinis ꝑ quā repelluntur repellen-
da ſm̄ rectū dictamen rationis: ꝛ poteſt
ſm̄ Scotum in tertio dici bellicoſitas: q̄
nō eſt ita nobilis ſicut patiētia. In paſ-
ſione autem ſua chriſtus abſcondit for-
titudinē poteſtatis ꝛ bellicoſitatis qua
poteſtate proſtrauit hoſtes ſuos in or-
to expulit demones a corporibus obſeſ-
ſis: qua etiam expulit vendentes et emē-
tes de templo et alia huiuſmodi multa
perfecit in vita ſua. Hec fortitudo ſcili-
cet potētie in cruce abſcondita fuit forti
tudo aūt iuſticie (id eſt patientie et hu-
militatis) non fuit abſcondita: ſed tunc
maxime enituit per quā hoſtes ſpiritua-
les qui ſunt peccata: ꝛ demones vno cru-
cis ſue verbere proſtrauit: portas inferni
fregit et ianuā celeſtis patrie electꝫ ape
ruit et hoc per penam crucis que non eſt
inflicta neceſſitate que eſt inordinata (ni
ſi culpa preceſſerit in eo qui punit'.) ſed
per penam voluntarie aſſumptam: que
nō requirit culpam ꝑceſſiſſe in eo q̄ puni-
tur: ſed ſolum in eo pro quo ille punitur.
Et ſic medicus noſter xp̄us curauit vul
nera peccatoꝝ noſtrorum per contraria.
Iuxta illud contraria contrarijs curant'
quia principiū noſtre corruptionis fuit
delectatio inordinata in eſu ligni vetiti:
ſic xp̄s paſſus eſt i ligno ſummū dolorē:
in guſtu fellis ꝛ aceti amariſſimi: ꝛ ſic de-
fect9 ꝛ penalitates noſtre egritudini cō-
trariant' ꝛ aduerſant' penſata ei9 cauſa ꝛ
origine. Vel ſm̄ ſctm̄ Bonauen. illa au-
ctoritas: cōtraria cōtrarijs curantur ꝛc̄.
Intelligit' q̄ꝫtū ad prima curātia ſicut ē
gr̄a q̄ curat culpā: q̄ꝫtū vero ad prima
veritatē nō ſemper habet: qꝛ dolor ē me-
dicina doloris ſicut dolor xp̄i fuit medi-
cina dolorū noſtrorū quos per pctā me-
ruim9. ¶ Nota ꝙ duplex ē virt9: ſcꝫ na-
turalis ꝛ moralis. Et ſm̄ hoc duplex eſt
pugna ꝛ duplex victoria. Vna q̄ virtutē
naturalē reſpicit: alia que reſpicit virtu-
tē moralem. Pugna ergo ꝛ victoria con-
tra peccatū ſpectat ad virtutē moralē.
Xp̄s autē cum venit ad vincendū aduer
ſariū venit ad expugnādū ꝛ deuincendū
pctm̄: ꝛ idō virt9 moralis cōpetebat ei: vt
poſſet fugare: ꝛ de pctō ſuperauit inimi-
cos in aere eleuatus: Et de iſta ꝟtute di
citur Eſaie. v. Cōſurge conſurge indu-
ere fortitudinem brachij ꝛc̄. ¶ Virtus
autem naturalis in nullo conferebat ad

hanc victoriam quin potius eius oppoſitū. Mag; eñ vincit ꝛ diabolus ꝛ pctm̄ in humilitate ꝛ paciētia. ij. Corinth. xij. Virtus in infirmitate ꝑficit. Pōt etiam auctoritas p̄dicta intelligi de fortitudine potētie ꝛ hoc in reſurrectiōe ſua. Ois humiliatio virtuoſa ꝛ laudabil' ortuꝫ hꝫ ex diſcretione rōnis nō ergo ꝓcedere debet ex impetu ſed ex cauſa rōnabili.

Secundo querit. Utrū

xp̄s aſſumpſit omnes defectus noſtros. ¶ Rñdeo xp̄s nō accepit defectus culpabiles: vt ſupbire: furari: mechari: q2 peccatū nō fecit ꝛc̄. Nec etiā defect⁹ deſcēdētes a culpa vt ſunt ignorantia ꝛ ꝓmi motus ꝛ rebellio carnis ad ſpiritū: quia fuit miniſter iuſticie omnino ſegregat⁹ a peccato. Alios autē defectus naturales ſeu generales ꝛ penales qui ſequunt totam naturam humanā: vt fames ſitis decuit xp̄m accipere: quia tales faciunt ad veritatis nature humane oſtentationē: et ad operis ꝓpter qd̄ venerat cōſummationē. Defectus aūt ꝑſonales vt ſunt cecitas et hmōi nō aſſumpſit. Nota ſolutionē tertij argumēti. Dicēdū q miſc̄dia dñi ſemper ſe oſtendit ſalua rectitudine iuſticie et ordine ſapientie ideo nullos defectus debuit xp̄s aſſumere q̄ nō eſſent ordinati ad noſtrū ꝑfectū ꝛ expeditionē nr̄e ſalutis. Multi eñ ſunt q̄ potius impediuiſſent q̄ iuuiſſent. Sicut defectus mēbrorum vel ſenſuū ꝛ alioꝝ ſimiliū.

Tertio querit. Utrum

in chriſto fuerint a natura an a voluntate. i. ſi volūtarie aſſumpſit. ¶ Rñdeo dicendum q ſicut dicit magiſter in littera. Et alia ꝛ alia cā ſunt iſti defect⁹ in xp̄o et nob: In nobis eñ ſunt ex neceſſitate contracti: ſed in xp̄o ſunt ex volūtate aſſūpti Et hoc patet ſic. Nos eñ iſtos defectus trahim⁹ a parentib ꝓpter legem ꝓpagatiōis ꝛ ꝓpter legē ꝯcupiſcētie ex cui⁹ ꝯcupiſcentie reatu inſunt proli: dico propter legem concupiſcentie que militat in filijs membris. Nam paſſibilis generat paſſibilem ꝛ habēs legē cōcupiſcentie in membris generat filiū ſubiectū cōcupiſcentie ex cuius cōcupiſcētie reatu inſunt proli oēs penalitates. Et ꝓpterea dicunt iſte penalitates in nobis contracte quaſi ex cōcurſu duoꝝ tracte videlicet ꝓpagationis nature ꝛ corruptionis cōcupiſcentie In xp̄o autē ſecus eſt: ipſe eñ neutro modo fuit ꝓpagatus nec ſm ꝓpagationē legis naturalis: nec ſm corruptionē libidinis. Sed ſpūſſanct⁹ adueniēs in ipſam fecundans carnē eius ab omni feditate corruptionis purificauit: paſſibilitatem tamen reliquit. Ex illa autē carne ſapiētia patris ſcꝫ ipē fili⁹ dei edificauit ſibi corpus imaculatū. Et illud corpus vniuit ſibi cū aīa rōnali: que quidē immunitatē habuit a culpa ꝛ in ſe: ꝛ in carne ꝯiuncta Et ſicut immunitatē habuit a reatu culpe: ſic ſm ordinē diuine iuſticie imunitatem habere debuiſſet a paſſibilitate miſerie. Q2 ergo in carne illa remanſit penalitas hoc fuit ex diſpēſatiōe ipſi⁹ aſſumentis ꝯcurrēte ſimul acceptatione illi⁹ anime rationalis que in inſtanti ſue creationis habuit vſum cognitiōis ꝛ placuit ſibi tali corpori vniri ꝓpter ſalutē generis humani. Et ſic patet q tales defect⁹ fuerunt in chriſto nō neceſſitate generationis ſed volūtate diſpēſationis: voluntate in q̄ diuina ꝓueniente: ſed voluntate creata concomitante. Dico autē ipſos fuiſſe a voluntate diuina nō tanq̄ infligente de nouo ſed tanq̄ a relinquente et acceptante cum in eius poteſtate ꝛ arbitrio eſſet defect⁹ illos excludere. ¶ Quicunq̄ implent preceptum domini et ad intentionem ſuam et in charitate merentur vitam eternam.

Quarto querit. vtrum

chriſtus habuit ignorantiam in rationali id eſt in intellectu. ¶ Notandū q habemus tres potentias vl' vires in anima,

noſtra ſcꝫ concupiſcibilem:iraſcibilem: ꝛ rationalem. Uis naturalis nõ eſt niſi intellectus. Uis cõcupiſcibilis ꝛ iraſcibilis ſunt duplices quedã ſenſitiue ꝛ organice. Alie intellectuales ꝛ non organice. Organice ſunt q̃ habẽt organa ſua iuxta cor. Unde cõcupiſcibilis habet quandam pelliculã iuxta cor q̃ dilatatur qñ hõ gaudet ſiue qñ habet delectationẽ q̃ etiã reſtringitur qñ triſtatur ꝛ anguſtiatur. Alia vis ſcꝫ iraſcibilis hꝫ vnã aliã burſam ſcꝫ pelliculam etiã iuxta cor. Duplicia autem ſunt obiecta illarũ viriũ quedã ſunt que ſunt ꝓmo appetibilia ꝛ quedã q̃ ſunt primo fugibilia: vt cibus eſt obiectũ primo cõueniẽs animali quia ſine cibo non põt viuere:abſentia autẽ cibi eſt obiectũ primo diſcõueniẽs. Alia ſunt obiecta ſecundo appetibilia ꝛ ſecũdo fugibilia: vt amouens cibũ animali eſt obiectũ ſecundario diſcõueniẽs vindicabile vero ſecundario appetibile ꝛc̃. ¶ Uis autẽ cõcupiſcibilis ꝛ iraſcibilis inq̃tũ ſunt in parte intellectiua (ꝛ dicuntur intellectuales ꝛ nõ organice) ſunt idẽ cũ voluntate ꝛ differunt ſolum ex parte obiectoꝝ ſcꝫ amatoꝝ vel odibiliũ. Notãdũ q̧ ignorãtia capitur tripliciter ſcꝫ ꝓuatiue ꝛ ſic ignorantia nõ eſt niſi carentia ſciẽtie in ſubiecto apto nato. Negatiue vt lapis dr̃ cecus ꝑ negationem. Contrarie vt illi q̃ nolunt venire ꝑ argumenta ꝛ rationẽ ad cognitionẽ veritatis vt ſi hõ negaret q̧ hõ eſt animal rõnale ꝛ de ſimilibus. ¶ Reſpondeo q̧ ſicut non aſſumpſit peccatũ ſic nõ aſſumpſit defectum ignorantiẽ ex parte intellect⁹. Et ratio hui⁹ eſt: quia nec ipſuꝫ decebat nec nobis expediebat. Ipſum non decebat: quia anima eius debuit eſſe deiformis et ꝑ ꝯſequens repleta luce ſapientie ꝛ rectitudine iuſticie: ignorantia autẽ eſt priuatio ſcientie: ꝛ poteſt eſſe via in errorẽ ꝛ obliquationẽ a rectitudine iuſticie ac ꝑ hoc chriſto nõ competebat. Nobis etiã non expediebat ſi quos venerat redimere neſciuiſſet dirigere. Si enĩ ipſe defectum ignorantie habuiſſet nos redimere neſciuiſſet: dirigere etiã neſciuiſſet quia ſi cec⁹ ceco ducatũ prebeat ambo in foueam cadunt. Et ideo nec ipſum decebat nec nobis expediebat q̧ talem defectũ aſſumeret concedendũ eſt ergo ipſum defectum ignorantie nequaq̃ in ſe habuiſſe. ¶ Cõtra hanc reſolutionẽ videtur dicere apoſtolus vbi ait. Sciẽtia inflat ſed chriſt⁹ ſumme ſe humiliauit. ergo ꝛc̃. ¶ Dicendum q̧ eſt loqui de ſcientia ꝓut eſt abſq̧ charitate et a charitate diuiſa vel prout charitati cõiuncta. Prout eſt a charitate diuiſa id eſt contraria ſic dicit apoſtolus q̧ inflat: prout vero eſt charitate coniuncta: ſic non eſt via ad inflationem: ſed potius ad rectitudinem ꝛ edificationem et humilitatem. Ex cognitione enĩ ſui ꝛ dei conſurgit perfectio humilitatis: ꝛ hoc ſecundo modo fuit in chriſto. Uel alia ſolutio poteſt dari ſcꝫ q̧ debet capi abſtractum pro concreto. Sciẽtia id eſt ſciens occaſione accepta: nõ data: inflatur. Arguitur. Xp̃s in ſua infantia habuit defectuꝫ eloquentie. ergo ꝛc̃. Uide textũ.

Quinto queritur. vtrum

in xp̃o fuerit paſſio triſticie. i. paſſio que eſt triſticia ꝛ eſt cõſtructio intranſitiua. ¶ Nota q̧ hoiem nõ cõtriſtari de q̃bꝫ hõ debet illud nõ ẽ ſapie ſed duritie. Paſſio triſticia: ꝛ dolor diſtinguuntur q2 ſic dolor eſt carnis ita triſticia ẽ ipſi⁹ animi offenſio. Quia dolor ꝓprie eſt in parte ſenſitiua: ideo nõ ẽ dolor in aiabꝫ ꝛ demonibꝫ. Triſticia aũt eſt in aĩa vel in ꝑte intellectiua ꝛ hoc loquendo ꝓprie ꝛ non large. Uñ ſm Aug. xiiij. de ciuitate dei. ca. xv. Dolor eſt offenſio aie ex carne: ꝛ quedaꝫ ab ei⁹ paſſione diſſenſio. Triſticia ꝟo eſt diſſenſio ab his rebus q̃ nobis nolentibꝫ accidũt. ¶ Rñdeo abſq̧ dubio ſic̃ text⁹ euangelicus dicit in xp̃o fuit vera triſticia ꝛ ſumma nõ tamẽ omnino quomodo in nobis eſt. Eſt enĩ q̃dã triſticia que eſt preter rationis imperiũ et iſta conſurgit

ex quadã neceſſitate et ſurreptione ſicut motus ꝓmi ꝛ hec cõis eſt ſapientib ꝛ inſipientib bonis ꝛ malis: ꝛ hec non fuit in xp̃o: qꝛ diſponit ad pctm̃. Alia eſt contra rõnis iudiciũ rectuꝫ in qua ratio ſubijcit ſenſualitati vt qñ aliquis ex triſticia vel let malũ ꝓximo. Alia eſt triſticia q̃ ẽ ſub iecta rõnis imperio et iudicio ꝛ eſt qñ q̃s triſtatur rõne dictante ꝛ ſuadente ipſuꝫ tantũ ꝛ taliter ſup aliquo debere triſtari ꝛ iſta fuit in xp̃o tm̃: quia de nullo triſtatus fuit: niſi ſm ꝙ dictabat ei ratio et ħ inuitur. Iohã. xj. vbi dicitur ieſus infremuit ſe ſpiritu in quo oſtẽditur ꝙ turbatio ꝛ triſticia rationi nõ preſidebat ſꝫ ſubiacebat. Nunq̃ꝫ tamen fuit perturbatus id eſt perfecte turbatus.

Sexto queritur. Utrum in xp̃o fuit paſſio vel affectio ire: ꝛ eſt conſtructio intrãſitiua. ¶ Capit paſſio ꝓ q̃dã qualitate ↄſequente actũ intellectus. Ira põt eſſe in parte ſenſitiua ꝛ in parte intellectiua. Ira in parte ſenſitiua vocatur dolor. In pte intellectiua vocat triſticia. ¶ Duplex eſt ira ſcꝫ ꝑ zelũ de qua dr. Iraſcimini et nolite peccare. Ira em̃ nõ ſemper ſonat in viciũ ſꝫ in virtutem. Scd̃o eſt ira per vicium: ꝛ eſt illa que abſorbet equitatẽ: vt qñ aliquis parat eſt facere alteri qđ non vellet ſibi fieri ex deordinatione voluntatis. Illo modo ſm Ariſtote. ij. rethorice. Iraſci eſt appetere vindictam ꝓpter apparentẽ rationẽ: ideꝫ ꝓpter apparentẽ vituperationem. ¶ Reſponſio ad queſtionẽ. Notandũ ꝙ quadruplex eſt ira quedã deteſtatiõis. Alia inquietationis. Alia turbationis partis ſenſitiualis tm̃. Quarta eſt ira comotionis ꝛ obnubilationis partis intellectualis. Prima eſt illa qua aliquis peccatum deteſtatur ps̃. Iraſcimini ꝛc̃. Et iſta fuit in xp̃o immo tota trinitas fuit illo modo irata in tranſgreſſione ade. ¶ Arguit ſic In quocunq̃ꝫ eſt ponere zelum vindicte eſt ponere motum ire ſed in xp̃o fuit zel vindicte ſicut pꝫ cũ eiecit ementes ꝛ vendentes de templo: ergo ꝛc̃. ¶ Reſpõdẽt doctores antiqui ꝛ dicunt ꝙ deus iraſcit figuratiue tm̃: ſed Scotus dicit ꝙ vere ꝛ formaliter. ¶ De ſecunda ponitur tale dictũ xp̃s habuit illam in parte ſenſitiua vt pꝫ ex textu euãgelij. Habuit em̃ dolorem acerbiſſimũ quia tenerrimũ habuit corpus in quo fuit paſſus ꝛ maxime i manibus ꝛ pedibus in quib maxime viget ſenſus vnde legit ꝙ a planta pedis vſq̃ꝫ ad verticem capitis nõ fuit in eo ſanitas ¶ Ira cõmotionis fuit etiã in xp̃o in parte intellectiua ſm illud cepit tedere ꝛ pauere. Licet nõ perturbationis ꝛ etiaꝫ qñ eiecit vendẽtes ꝛ ementes de tẽplo. ¶ Differentia eſt inter ſpiritum ꝛ aĩam: qꝛ ſpiritus capitur pro anima ĩtellectiua. Aĩa autem capitur aliquãdo pro aĩa ſenſitiua vt pꝫ in lib. de ſpũ ꝛ anima. ¶ Iſta cõmotio ſiue turbatio que dicit deflectionẽ rõnis ab equitate non preſidebat rationi ſed ſubiacebat. ¶ Illa eſt ira obnubilationis que excecat ꝛ obnubilat intellectum. Et iſta nunq̃ꝫ fuit in xp̃o: ꝛ ꝑ iſtam diſtinctionẽ ſoluũtur argumẽta. Prima argumẽta ꝓbant ꝙ habuit tres primos modos. Sed nota lꝫ xp̃s non habuit irã deteſtationis reſpectu mali pene: quia voluntarie aſſumpſit: tñ habuit reſpectu mali culpe: vt probant argumenta ante oppoſitũ imo tota trinitas. ¶ Iram turbationis vel inquietationis partis ſenſualis patiebat inq̃ꝫtum poterat. vñ Iohã. xi. Ieſus autẽ infremuit ſpũ ꝛ turbauit ſeipſum in parte ſenſitiua. ¶ Cõmotionis ira etiam fuit in xp̃o ſcꝫ partis intellectualis ſm illud. Repleta ẽ malis aĩa mea licet haberet etiã ſummũ gaudium. Et lꝫ ↄtraria nõ poſſint in eodẽ eẽ naturaliter pñt tñ eſſe per diuinã potentiam. Põt etiã dici ꝙ habuit ſummã leticiaꝫ ꝛ ſũmã triſticiã reſpectũ diuerſoꝝ obiectorũ qꝛ ſũmã leticiã hũit ſm ptẽ ĩtellectiuã ſummã triſticiã de peccatis noſtris et ingratitudine iudeoꝝ: habuit nihilominꝰ

ſummū gaudium de deo ſm ſcꝫ partem
intellectiuā: ſed ſm partem ſenſitiuaꝫ re
pletus erat malis pene a planta pedis
ꝛc̄. Ira obnubilatiōis nunq̄ fuit in xp̄o
que vocatur vicium.

Queritur incidētaliter.

Utrum xp̄us habuerit timorem. Et ar-
guitur ꝙ nō. Scribit em̄ ꝑme Ioh.iiij.
Perfecta charitas foras mittit timorem
ſed xp̄s habuit perfectiſſimā charitatem
ergo nullus videtur in eo timor fuiſſe.
Item aug.lib.lxxx.triū q̄ōnū. Signum
ꝑfectiōis eſt nullus timor ſed in xp̄o fuit
ſumma ꝑfectio ergo nullus oīno fuit in
eo timor. Item nullus timet qd̓ pōt ef-
fugere: ſed xp̄s certus erat oēm penam ſe
poſſe effugere: ergo videtur ꝙ nihil time
bat. ¶ Rn̄deo dicendum ꝙ timor eſt in
triplici differentia. Quidam em̄ eſt gra
tuitus: quidam libidinoſus: ꝛ quidā na-
turalis: inter vtrūq̄ medius. ¶ Timor
gratuitus eſt in triplici differētia. Qui-
dam eſt timor pene: ꝛ vocatur timor ſer-
uilis q2 habet vnū oculū tm̄: Quidā eſt
timor offenſi: ꝛ iſte ab aliquib' vocatur ti
mor inicialis ꝛ habet duos oculos: q2 re-
ſpicit penā ꝛ offenſam. Alius ē timor re-
uerētie: ꝛ iſte vocat' timor filialis. Prima
ꝛ ſecūda differentia timoris non fuit in
xp̄o ꝓ eo ꝙ ꝑfecta charitas foras mittit
timorem vtrūq̄. Sed ſm tertiā differen
tiā fuit in xp̄o: q2 ſic a perfecta charitate
nō expellitur ſed potius ꝯſummat' ſm il
lud Eſa.xj. Replebit eum ſp̄ūs timoris
dn̄i. ꝛ ſm illud pſ. Timor dn̄i ſanct' per
manet in ſeculū ſeculi. Et per hoc pꝫ re-
ſponſio ad primū obiectuꝫ. ¶ Eſt etiam
alius timor libidinoſus ꝛ iſte ſimiliter ē
in multiplici differētia: q2 quidā ē timor
mundanus ꝛ alius timor humanus. Et
nullus iſtorum fuit in xp̄o nec etiā eſt in
viro perfecto. Et ſic intelligitur verbū
Augu. ꝙ ſignū ꝑfectiōis eſt null' timor
Et ꝑ hoc pꝫ ad ſcd̓m. ¶ Eſt iterū tertio
timor naturalis: ꝛ iſte ē in triplici dr̄ia.
Quidam eſt ſenſualitatis preuenientis
rationē: quidā ſenſualitatis ſubiacentis
rationi. Quidam vero ipſius partis ra-
tionalis. Prim' timor eſt nature corru-
pte: ꝛ quodāmodo inordinate ſimiliter ꝛ
tertius. Secundus vero eſt nature cor-
rupte ſed tamen ordinate. Quāuis er-
go fuerit in chriſto defectus paſſibilita-
tis tamen non fuit defectus inordinatio
nis ꝛ vicioſitat̄. Et hinc ē ꝙ fuit in chri
ſto timor medio modo non primo vel ter
tio modo. Et per hoc patet tertiū obie-
ctum. Nota ꝙ timor naturalis non eſt a
ſpirituſancto per moduꝫ gratie: q2 eſt a
natura: tamen poteſt ſtare cum gratia et
charitate. Et ſic patet ꝙ ſunt ſeptem ti-
mores. Primus naturalis: ſecūdus mun-
danus: tertius humanus: quartus hor-
ribilis: quintus ſeruilis: ſextus initialis:
ſeptim' filialis. ¶ Timor naturalis ē il-
le qui oritur a natura: quo quilibet natu
raliter timet incōmoda nociua ꝛ contra-
ria ſibi: in iſta diffinitione ſunt due parti
cule. Prima ꝙ iſte timor oritur a natura
quo quilibet ꝛc̄. ¶ Primum correlarium
Iſte timor fuit in xp̄o ſicut et vera triſti-
tia: q2 timuit nociua ꝛ cōtraria carni ſue
que ſcꝫ paſſurus erat a iudeis ideo dice-
bat: triſtis eſt anima mea vſq̄ ad mortē.
Et niſi de' ꝛ diuinitas preſeruaſſet eum
fuiſſet mortuus. ¶ Scd̓m correlariū iſte
timor nō eſt vicioſus q2 nō fuiſſet in xp̄o
ſi fuiſſet vicioſus. ¶ Tertium correlari-
um. Iſte timor non eſt meritorius de ſe
vite eterne: quia nullus poteſt mereri ex
puris naturalibus quia meritum ortum
habet a charitate ꝛ nō a natura ſicut iſte
timor oritur a natura. ¶ Scd̓us timor ē
mūdanus q̄ naſcitur a ꝯcupiſcentia inor
dinata bonoꝝ temporalium ꝛ dicitur ti-
mor mūdanus ſcꝫ quo aliquis mallet of-
fendere deū mortaliter q̄ ꝑdere bona tē-
poralia. In iſta deſcriptione etiam due
particule ſunt: prima quo aliquis ꝛc̄. ſecū
da bona tēporalia q2 iſte timor reſpicit
bona tēporalia. ¶ Timor hūan' eſt ille

quo intantuȝ ſe diligit aliquis: vt vellet
deum offendere mortaliter: q̃ꝫ pati mor
tem vel aliquã grauem infirmitateȝ. In
iſta deſcriptione ſunt due particule. Pri
ma eſt quo ſe diligit aliquis inordinate.
¶ Correlariũ ꝑmũ. Ille timor naſcit a
cõcupiſcẽtia inordinata ſui. Dis eñ ti/
mor ꝓcedit ex amore. Quattuor eñ ſũt
diligẽda ex charitate poſt deum: primo
anima ꝓpria. ſecundo anima ꝓximi. ter/
tio corpus ꝓpriũ ꝛ quarto corp⁹ ꝓximi.
Quare eſt ꝙ ego timeo infirmitates cor
poris ꝛ mortẽ: quia diligo corpus meũ.
Scda particula quo aliqs vellet offen/
dere deum mortaliter q̃ꝫ pati mortẽ vel
aliã grauẽ infirmitatẽ. patet quia omne
nolle ꝑſupponit velle ꝛ amor cõcupiſcẽtie
ꝑſupponit amorẽ amicitie. Exemplũ de
iſto timore: vt qs minaret alicui: niſi for/
nicaret occideret eũ. Si ille eligeret for/
nicari q̃ꝫ euadere mortẽ peccaret morta/
deiformis intellect⁹ ꝑ glie cōplementuꝫ.
Et ſic ſm iſtā opinionē ſciētia q̄dāmodo
ſaluať ꝛ q̄dāmō mutať:ꝛ q̄dāmō deſtrui
tur ꝛ euacuať. Hic autē tertius modus
diuidendi magis conſonat ipſi glo.ꝑme
Coꝛ.xiij. ꝛ auctoritati magiſtri: magis
etiā conſonat recte rationi. Ideo magis
debet poni ꝛ pōt rōnabilr⁹ ſuſtineri.

Quinto querit. vtrum
cōtingat charitatis habitū i patria eua/
cuari. ¶ Rñſio abſq̄ dubio. Charitas
in patria nō euacuať:ſed ꝯſumať ſm qδ
dicit aplŝ.i. Coꝛ.xiij. Charitas nunq̄
excidit.glo.ibi. Nec in hoc ſeculo nec in
futuro:ꝛ ſi opa eius ceſſent. ¶ Ad cuius
intelligentiā notandū ꝙ quedā ē diſpo-
ſitio que reſpectu ei⁹ ad qδ diſponit ha-
bet oppoſitionē. Quedā ꝟo eſt que ſim-
pliciter diſponit. Et prima quideꝫ ꝑ ad-
uentū ei⁹ ad qδ diſponit euacuať. Secū
da vero ꝑficiť ꝛ ꝯſummať. Et hmōi ē cui
dās exemplū. Nā pmo mō diſponit me-
di⁹ coloꝛ ad extremos ꝛ tepiditas ad fri-
giditatē. Et ſuꝑueniente extremo medi/
us coloꝛ tolliť ꝓpter h̄ ꝙ mediuꝫ nō tm̄
ad extremū diſponebat:ſꝫ etiā repugna/
bat. Scdo mō diſponit tranſparētia ad
lumen. Nam ſuꝑueniente lumine tranſ/
parentia ꝛ paruitas nō tollitur:ſed ma
gis ꝑficiť ꝛ decoꝛať:per hunc etiā moduꝫ
intelligendū eſt in ipſaꝝ virtutū habiti/
bus q̄ diſponūt ad glie cōplementū. Nā
quedā diſponūt ſic ꝙ habet aliq̄ mō op-
poſitionē ei ad qδ diſponūt: ſicut fides ꝛ
ſpes que dicunt ipſius crediti et ſperati
abſentiā ꝛ carentiā quoꝝ oppoſita ſunt
in gloꝛia.ſ.viſio apta ꝛ tēſio firma. Ideo
neceſſe eſt hos habitus tolli ꝛ euacuari ꝑ
aduentū glie. Et eſt alia diſpoſitio q̄ nō
habet rōnem oppoſitiōis:ſed tm̄ diſpoſi
tionis:ꝛ talis diſpoſitio eſt charitas que
ad gloꝛiā diſponit ſicut imꝑfectū ad ꝑfe
ctum nō tñ habet repugnantiam ad ipm
imo cōfoꝛmitatē expſſam: et ideo q̄ntum
ad habitū nō euacuatur:ſed dum tolliť
imꝑfectio ipe habitus ꝑficiť ꝛ ꝯſummať:
Si autem querať rō huius quare chari/
tas mag͛ cōſummať cōplemento glie q̄
alius habitus virtutis theologice. Hu-
ius pōt tripler rō aſſignari: Prima attē-
ditur penes qualitatē ipſoꝝ habituum.
Altera vero penes dignitatē potentiaꝝ.
Tertia penes largitatē diuinoꝝ numeꝝ.
Quātū ad differētē q̄litatē habituū rō
ſumiť talis:qꝛ dilectio ē reſpectu abſen-
tis ꝛ pñtis. Uiſio vero ꝛ tenſio nō eſt niſi
reſpectu habiti ꝛ pñtis:expectatio ꝟo et
credulitas ē tm̄modo reſpectu nō habiti
ꝛ abſentis: ꝛ iō tam actus q̄ habit⁹ ipſi⁹
charitatis ſtatui pñe ꝛ vie eſt cōis. ꝛ per
hoc magis ꝯfoꝛmis eſt charitas vie cha-
ritati patrie q̄ habitus credendi: habi-
tui videndi vel q̄ expectatio tentioni pe
nes dignitatē potentiarū ipſarū. Atten-
ditur ratio ſic: qꝛ ſicut vult Bernardus
de amoꝛe dei: vbi deficit intellect⁹ ibi ꝓ-
ficit affectus. ꝛ Dionyſius de diui.no.c.
vij. De ſapia dicit ꝙ multo alti⁹ aſcēdit
affect⁹ noſter ꝛ vis affectiua q̄ vis agni/
tiua. Ait em̄ ſic. Opoꝛtet cognoſcere no
ſtrū intellectū quēdam hr̄e potentiā ad
intelligendum ꝑ quā videt intelligibilia
vnitionē vero excedentē intellect⁹ natu/
ram per quā cōiungitur ad ea q̄ ſunt vl-
tra ſe:ꝛ qm̄ altius eleuatur ipſa vis vniti
ua in hoie. Ideo habet quādā ꝓcipuam
excellentiā dignitatis:ꝛ habit⁹ ipſam ꝑfi
ciens eſt aliis habitib⁹ maioꝛ ꝛ excellenti
oꝛ:ac per hoc ſtatui glie confoꝛmioꝛ. Pe/
nes largitatem etiā diuinoꝝ munerū rō
ſumitur qꝛ viris ſanctis dñs largitatem
ſue benignitatis quodam modo cōicat ꝛ
pregustare facit dulcedinem eterne refe-
ctionis vt in tribulationibus nō ſuccum
bant ꝛ in vaſtitate heremi pre ariditate
ꝛ inopia refectionis non deficiant. Cum
ergo ſapere celeſtia nō poſſit niſi guſtus

diſpoſit⁹ ſm diſpoſitionē illi ſtatui con uenientē: diuine largitatꝭ mun⁹ ħ requi ſiuit vt guſtui nr̄o daret habit⁹ ⁊ diſpo ſitio ſm quā ſtatui gl̄ie eſſet conformis. Hec autē diſpoſitio eſt habit⁹ charita tis ꝑ quā diſpoſiti ſumus ad ſpūalia de guſtanda ſm ꝙ vult mgr̄ Hugo. Ideo charitatis habitus nō euacuat̄: ſ ꝫ magis cōſummat̄ in patria.

Sexto queritur. vtrum

Charitas habeat in patria dilatari.

¶ Nota illud dr̄ dilatari qđ acq̄rit ma iorem latitudinē. ¶ Rn̄ſio ꝙ longitudo charitatis dupl̄r pōt attendi: viꝫ in ma gnitudine libertatis ⁊ iſta pōt vocari in tenſiua. Et diligendorū multitudine: ⁊ iſta pōt vocari extenſiua. Prima latitu do eſt charitati eſſential̄: ſꝫ ſcđa eſt eideꝫ accidentalis. Quantū ad primā latitu dinē cōcedēdū eſt charitatē in patria di latari: q̄ crēſcit eius bonitas ⁊ cōicatio nis liberalitas: ⁊ virtuoſitatis laudabi litas: ⁊ ꝓ iſta ſunt rōnes ante oppoſitum vltima ſic habet. Affectio ſeq̄t̄ cognitio nē: ſed in patria cognitio dilatabit̄ ⁊ am pliabit̄. ḡ neceſſe ē charitatis affectionē ſil̄r dilatari. Quātū aūt ad ſecundā la titudinē charitas in patria nō dilatabit̄ quin potius reſtringet̄ nō rōne ip̄i⁹ cha ritatis ſm ſe ſed ex ꝑte diligibilium. pau ciora em̄ erūt diligibilia. Nūc autem ex charitate diligendi ſunt qui ſunt in ſtatu p̄rie ſiue qui ſunt in ſtatu vie q̄ ordinati ſunt vt poſſint ad illum ſtatū peruenire. Sꝫ poſt ꝯſummationē numeri electoꝝ ſolū illi ex charitate diligēdi erūt q̄ erūt in ſtatu patrie: q̄ alij nō erunt potentes ꝑuenire ad illi⁹ ſummi boni ꝑticipationē Concedendū eſt ergo ꝙ charitas in pa tria dilatabit̄ intenſiue. Ampliori enim affectu diliget̄ de⁹ in ſe ⁊ ī creaturis ſuis adeo vt ille qui modo videt̄ eſſe remotus in patria ſit amantiſſimus ⁊ amplius in uiſcerabit ſibi tunc charitas omnes bea tos q̄ȝ modo poſſit homo vnū amiciſſimū ſibi affectuoſe diligere. ¶ Nota ꝙ dic̄ in oppoſitum: quāto virtus magis eſt vnita tanto magis eſt infinita: id eſt tanto ma gis poteſt in multa.

Septimo querit̄. Utrū

ordo charitatis in p̄ria habeat īmutari. An is ſit ordo patrie q̄ eſt ordo vie vt pri mo noſipſos ⁊ deinde ꝓximos diligam⁹. ¶ Rn̄. Circa hāc q̄ſtionē eſt duplex mo dus dicendi. Unus ē ꝙ in p̄ria ſaluat̄ or do charitatis q̄ eſt in via nō tm̄ ꝑ cōpara tionē noſtri ad deū ſꝫ etiā ꝑ cōparationē noſtri ad ꝓximū. Unde in omni ſtatu ſi ue gl̄ie ſiue vie plus hō diligit ſeipm̄ q̄ȝ ꝓximū: ⁊ plus circa ſeipm̄ afficit̄: deinde plus circa illos q̄ ei cōiuncti ſunt q̄ȝ cir ca illos q̄ ſunt min⁹ cōiuncti. ¶ Ali⁹ aūt modus dicendi eſt ꝙ duplex eſt ordo cha ritatis. Quidā cōueniēs charitati ſm ſe qui quidē attendit̄ ſm gradū ⁊ differen tias boni videlicet aſſignat⁹ ab Auguſti no ante. Ali⁹ eſt q̄ attendit̄ rōne nature ſubſtrate: vtpote ille q̄ eſt ſm differentias ꝓprij ⁊ alieni ꝓpinqui ⁊ remoti: ⁊ iſte or do aſſignat̄ ab Ambroſio ſupius. Unus iſtorū modoꝝ ſcꝫ ille q̄ eſt charitatis ſm ſe manet in patria: ille enim eſt charitati eſſentialis. Unde magis diligit hō in pa tria deū q̄ȝ ſpm̄ creatuꝫ: ⁊ ſpm̄ magis q̄ȝ corpus. Alius ꝟo qui attendit̄ rōne na ture ſubſtrate nō manebit ꝓ eo ꝙ nō cō petit illi ſtatui. In ſtatu nāq̄ȝ beatitudi nis ꝑfecta erit obediētia nature reſpectu glorie: ꝑfecta cōformitas voluntatis nr̄e reſpectu diuine: ꝑfecta etiā redundantia leticie cōmunis: vide ad longū in textu. ¶ Nota dicit beat⁹ Anſhelm⁹ in proſol capi. vltimo. In illa ꝑfecta charitate in numerabiliū angeloꝝ et hominū beatoꝝ vbi nullus minus aliū q̄ȝ ſeipſum diligit non aliter gaudebit quiſq̄ȝ pro ſingulis alijs q̄ȝ pro ſeipſo. Prim⁹ ordo eſt cōmu nior. Secūdus eſt ſubtilior vterq̄ȝ tamē probabilis. Uide warlion in ſecūda par te prime queſtionis huius diſtinctionis

Circa triceſimā ſecūdā diſtinctionē querit̄. Utrū deus dilexerit creaturas eternalit̄.i. ab eterno. ¶ Rñ. Uerba q̄ dicunt̄ de deo ſunt in triplici dr̄ia. Quedam dicunt̄ de deo reſpectu creature ꝛ ad extra. Et ſunt illa q̄ cōnotant effectum in actu ſicut verbum creandi. Un̄ cōnotare ē aliq̄d p̄ter p̄ncipale ſignificatū importare. Quedā que cōnotant effectū in h̄itu.i.in potētia: ſic̄ vocabulū p̄deſtinādi. Quedā q̄ indifferēter dicunt̄ vtroq; mō ſic̄ vocabulū diligēdi. Deus eñ dr̄ aliquē diligere vel q2 actu cōicat ei bonū: vl̄ q2 p̄ponit cōicare Et qm̄ cōicatio ē effect⁹ in tp̄e: p̄poſitu3 ꝟo cōicandi eſt ab eterno. Hinc ē ꝙ diligere de deo aliqñ dr̄ eternalr̄ aliqñ tēporaliter dr̄. ¶ Un̄ duplex eſt dilectio.ſ.electionis ꝛ approbatiōis. Prima ē ab eterno: q2 ab eterno intellexit Petrū ꝛ om̄es electos: itellexit etiā Judam ab eterno ꝛ oēs reprobos ꝛ iſtos nō elegit: q2 nō obligabat̄ alicui. Ideo p̄mos elegit ex mera gratia: alios aūt nō: nec voluit eis aliq̄d bonū. Alia eſt dilectio approbatiōis: ꝛ iſta eſt in actu. Ideo deus in hac dilectione nō diligit eos q̄ actu ſūt mali: nec approbat: ſed reprobat inq̄ntum mali. ¶ Nota ꝙ de⁹ diligit creaturas effectu non affectu: q2 affectio eſt vinculum amicicie quo aliqui colligunt̄: et pōt eſſe ī bonis ꝛ malis: q2 paſſio eſt: ideo nō eſt ī deo Dilectio eñ debet eſſe efficax. Frui ē alicui adherere amore p̄pt̄ ſe. vti aūt eſt alicui amore adherere p̄pter aliud.

Secundo querit̄. vtrū

oēs creaturas deus diligat generaliter. ¶ Nota duplices ſūt creature q̄dam racionales vt angeli ꝛ hoīes q̄dā irrōnales vt oīa irrōnalia et inſenſitiua. ¶ Rñſio notādū ad intelligentiā q̄ſtionis ꝙ deus nō dr̄ creaturā diligere ratiōe affectiōis ſed rōne cōicatiōis alicui⁹ boni.i.ratiōe dilectiōis affectiue: ita ꝙ dilectio dei potius dr̄ eſſe dilectio effectus q̄ȝ affectus. Cōicatio aūt diuīe bonitat̄ʒ attendit̄ in duplici genere effect⁹: vicȝ in effectib⁹ nature ꝛ i effectib⁹ gr̄e. Effect⁹ nature oīb⁹ eſt cōis: effect⁹ gr̄e ꝟo nō. Hinc ē ꝙ dilectio dei q̄ȝtū ad effectū nature ē oīb⁹ cōis ꝛ gn̄alis: ꝛ ſm̄ hāc dr̄ diligere omnē creaturā. Quātū ad effectū gr̄e ē ſpecialis ꝛ eſt illa q̄ de⁹ ordinat aliquē ad bona gr̄e ꝛ gl̄ie: ꝛ q̄ȝtum ad iſtū quoſdā diligit: q̄ſdam odit: q2 quidā habēt in ſe effectum gr̄e: quidā defectū culpe et pene. vñ ex h̄ ſequit̄ ꝙ bñ ſtat dilectio dei gn̄alis alicuius cū odio ſpeciali. Ratiōes g̃ oēs q̄ inducunt̄ ad p̄mā p̄tem p̄bāt deū diligere oēm creaturā: q2 p̄bāt de dilectiōe cōi q̄ attendit̄ q̄ȝtum ad cōicationē boni generalis vtpote naturalis bonitatis. Unde Sap̄ xj. Diligis omia dñe ꝛ nihil odiſti eoꝝ q̄ feciſti. Itē Gen̄.1. Uidit de⁹ cuncta q̄ fecerat et erāt valde bona: ſ3 ſūmū bonū nō poteſt nō diligere bona: g̃ deus diligit oēm creaturā. ¶ Ad illud qđ obijcitur a Hugo. de ſctō victo. ꝙ amor trāſformat amantē in amatū. Dicendū ꝙ illud verū eſt de amore affectiōis q̄ fac̄ in alterū tendere: ſed amor diuinus non eſt amor affectiōis inclināſ ad alterum: ſed alia inclināſ ꝛ trahens ad ſeip̄m.

Tertio queritur. vtrum

deus diligat oēs creaturas equalr̄.i. ita diligat creaturas irrōnales ſic̄ rōnales. Rñ. ꝙ đ dilectiōe dei eſt loq̄ duplr̄: vicȝ ſm̄ eēntiā ſiue ſm̄ naturā ꝛ ſm̄ efficaciā3 ſiue ſm̄ actū eēntialē ꝛ ſm̄ effectū ꝯſeq̄ntē. Si aūt loq̄mur de dilectione q̄ȝtū ad eēntiā ſiue q̄ȝtū ad actum eēntialē ſic nō tm̄ eq̄li dilectiōe diligit oīa: imo tm̄ vno ꝛ eodem actu ſimplici ꝛ indiuiſibili nullo variato q̄ q̄dē eſt diuina vſia diligit ſe ꝛ oīa alia. vſia tm̄ valet ſic̄ eēntia ꝛ q̄cq̄d ē in đo ē ſua vſia.i. đ eēntia ſua: iō diligit ſe ꝛ oīa dilectiōe īfinita ꝛ īmutabili. Si aūt loquamur de dilectiōe q̄ȝtum ad ef-

ficaciā ſiue ꝙtū ad effectū ꝯſequentē: ſic cū effectus ab ip̄a dilectiōe dei procedentes ſint ordinati ⁊ ſeſe excedētes. Deus magis diligit nos in patria ꝙ̄ ibi: nō tñ magis intenſiue: ſed ꝙ̄tum ad efficaciaꝫ qꝛ cauſabit ī nob̄ fruitionē ſui ip̄iꝰ: modo aūt ſolū cauſat in nob̄ fidē. ¶ Scotꝰ reſpōdet ad iſtā queſtionē et dicit ſub alijs verbis tñ in idē redit qḋ ē loqui de dilectiōe duob̄ modis vel ꝑ ſe vel de cōnotato. Ponit etiā vnū aliū moduꝫ rñdēdi ſb̄ alijs verbis clarioꝛib̄ qui in idē redit.

Quarto querit̄. vtrum

deus magis diligat hoīem ꝙ̄ angelū an econuerſo. ¶ Rñ. dicēdū ꝙ cū deꝰ dicat̄ diligere creaturas effectu ſm ꝙ duplex eſt effectꝰ ꝑncipal̄ dei: reſpectu creature rōnalis ſm h̄ pōt dilectio dei maioꝛ ⁊ minoꝛ dupl̄r ꝯſiderari. Eſt em̄ effectꝰ cōditionis ⁊ effectus reꝑatiōis. Et in effectu ꝯditiōis. i. creationis p̄cipue manifeſtat̄ dei potētia: ſed in effectu reꝑatiōis precipue māifeſtat̄ dei miſcd̄ia. Et in vtroqꝫ māifeſtat̄ dei ſapientia. Si ḡ loq̄mur de dilectiōe dei ꝙ̄tū ad effectū creatiōis: ſic magis dilexit angelos qꝛ melioꝛa ꝯtulit eis naturalia qꝛ incoꝛruptibilia ⁊ magꝫ potentes eos fecit: ⁊ in eis magis manifeſtat̄ diuina potencia. Si autē loq̄mur ꝙ̄tū ad effectū reꝑatiōis ſic magis hoīes diligit ꝙ̄ angelos qm̄ angelos deſeruit: hoīes āt releuauit. Et ſic pꝫ ꝙ ſm diuerſos effectꝰ hō ⁊ angelus ī dilectiōe dei ſe mutuo excedūt. ¶ Si aūt q̄ras q̄ iſtaruꝫ dilectionū magis excedat reliquā. Tūc rñdēdū ē ꝙ ē loq̄ de dilectiōis exceſſu: vt nūc vel ſimpl̄r ſiue ſm ſtatū p̄ñtē vel ſm ſtatū finalē. Si loq̄mur de exceſſu dilectiōis ſm ſtatū p̄ñtē ſic ꝯcedēdū ē ꝙ magis diligat angelos ꝙ̄ hoīes. Si ṽo loq̄mur ſm ſtatū final̄ gl̄ie in q̄ reꝑatio fiet ⁊ erit ꝯſūmata. ſic videt̄ ſatis rōnabiliter poſſe dici ꝙ magis diligat homīes. De pl̄ib̄ em̄ bēbit hō in ꝑadiſo vñ ḡtus ⁊ deuotus exiſtat deo ꝙ̄ angelicus oꝛdo

tū ꝓpt̄ bñficiū incarnatiōis: tū ꝓpt̄ bñficiū redēptiōis: tū ꝓpt̄ bñficiū eminentis gloꝛificatiōis q̄ nō tm̄ manifeſtant erga nos diuine charitatis magnitudinē: ſed etiā eiꝰ nimietatꝫe: ſm illud qḋ dr̄ Eph̄. ij. Deꝰ q̄ diues ē in miſcd̄ia ꝓpt̄ nimiam charitatē q̄ dilexit nos cū eſſemꝰ moꝛtui pctō: conuiuificauit nos xp̄o: ⁊ ꝓ iſta ꝑteſunt rōnes in oppoſitū. Vide ibi.

Quinto querit̄. vtrum

deus magis dilexerit genus humanū ꝙ̄ xp̄m. ¶ Rñ. dicendū ꝙ xp̄s noīat ꝑſonā in duab̄ naturis: quaꝝ vna ē nobilitatꝫ ⁊ dignitatꝫ infinite. ſ. natura diuina. Et ip̄a ꝑſona in ſe ⁊ in natura vnita rōne ꝑſone (nō in ſe) habet quādā nobilitatem ⁊ dignitatē ſingularē ⁊ ineſtimabilem: ḡ abſqꝫ omī calūnia pōt ꝯcedi ⁊ dici ꝙ deꝰ magis dilexerit ⁊ diligat xp̄m ꝙ̄ totū genus hūanū ⁊ h̄ ſatis exp̄ſſe colligitur ex ṽbis Anſhel̄. vbi oñdit ꝙ vita illiꝰ hoīs p̄ponderabat toti mūdo: imo etiaꝫ mille mūdis. ¶ Sꝫ ꝯ̄ habet̄ Joh̄. iij. Sic dilexit mūdū vt filiū ſuū vnigenitū daret: ſꝫ q̄ dat aliq̄d ꝓ aliq̄ magis diligit illud ꝓ quo dat ꝙ̄ id qḋ cōmutat. Si ḡ deꝰ filium ſuū dedit ꝓ ſalute generꝫ hūani. videt̄ ꝙ magis genꝰ hūanū ꝙ̄ xp̄m dilexerit. ¶ Dicēdū ꝙ illud ē verū qñ p̄ciū ab emēte oīno alienat̄ ⁊ trāſfert̄ in dominiū alienū. ſic aūt nō eſt in ꝓpoſito: qꝛ pr̄ nō tradebat xp̄m ſine ſpe rehabēdi eū: imo ſic tradidit eū ad moꝛtem tꝑaleꝫ vt ſine moꝛtꝫ diſpēdio ſuſciꝑet eū ad vitā imoꝛtalē. vñ xp̄s ꝙ̄uis vitā ſuā ꝓ nob̄ poſuerit nō tñ illā amiſit: qꝛ eadē ṽtute q̄ aīaꝫ poſuit volēdo pati: ip̄am reſumpſit volēdo reſurgere. Solutio argumēti ¶ Qñ dr̄ ꝙ ſtultꝰ ē mercatoꝛ q̄ emit rē cariꝰ ꝙ̄ valeat. Dicendū ꝙ illud nō hꝫ veritatē niſi in eo mercatoꝛe q̄ hꝫ indigentiaꝫ p̄cij ⁊ potius intēdit in mercādo ſeip̄m ditare ꝙ̄ alienā inopiā releuare. Nō ſic autē eſt in deo q̄ eſt diues in miſcd̄ia ⁊ bonoꝝ noſtroꝝ nō indiget: q̄ nō mercat̄ propter

ſuam vtilitatē augendā ſed ꝓpter noſtrā
inopiā releuādā: q̄ etiā nō mercaꝛ ad ſui
vtilitatis ꝓmotionē ſed poti⁹ ad liberali
tatis oſtēſionē. Et p̄terea maiori p̄cio vo
luit nos redimere q̄ȝ nos valerem⁹: vt ei⁹
liberalitatē circa nos cognoſcētes: ex to/
tis p̄cordijs eidē adhererem⁹ vt eū dilige
rem⁹ ꝛ etiā p̄cioſitatē noſtrā ex tanti p̄cij
imēſitate meli⁹ cognoſcerem⁹. ¶ Alia ſo
lutio. Preterea de⁹ nō redimebat ab alio
ſcȝ diabolo vl̄ hoīe aliq̄ ſed a ſeipſo. Ma
nus eīm miſcdie redimebat a manu iuſti/
cie in q̄ redēptiōe nō tm̄ ꝯſiderabaꝛ p̄cio
ſitas rei empte ſed etiam dignitas ipſius
iuſticie cui illatuȝ fuerat dānū ꝛ offenſa.
Et q꞉ offenſio diuine iuſticie imēſe q̄ndā
hēbat imēſitatē. Jō q̄ȝuis hō redēpt⁹ nō
eēt valoris infiniti neceſſariū tn̄ fuit ip̄m
redimi p̄cio multo maioris ꝛ imēſioris va
loris q̄ȝ ſit valor generis humani.

Sexta queſtio. Utrum

magis deus dilexerit Johānē q̄ȝ Petrū.
¶ Rn̄ſio. Notādū ꝙ iohānes dilexit dul
cius ꝛ petrus feruenti⁹: q꞉ iohes accepit
ſpecialē gr̄iā ad amādū deū in ſe p̄ contē
plationis ſaporē. Petr⁹ v̄o p̄cipue ad di
ligendū deū in ꝓximo p̄ actionis laborē
Et hinc ē ꝙ petr⁹ diligebaꝛ a xp̄o: forti⁹
q̄ȝtū ad effectū īterioris. Johes familia/
rius q̄ȝtū ad ſigna exterioris ꝯuerſatōis:
nec ē incōueniēs iohannē petro p̄poni: vt
dicit Chryſ. Diligebat eīm dn̄s iohānē
magis familiariꝛ ꝓpꝛ ingenitā māſuetu
dinē: ꝛ ꝓpꝛ v̄ginalē puritatē: ꝛ etiā ꝓpter
iuuētutē q̄ etiā ceteris parib⁹ facit hoīeȝ
diligi magis teneri ꝛc̄.

Circa diſtinctio-

nem tricefimātertiā queriꝛ
Utrum oportunū ſit. i. ne
ceſſe vl̄ vtile ſit preter vir-
tutes theologicas cardinales ponere.
Quid ſit virtus cardinalis ꝛ theologi-
ca. vide in diſtinctione. ix. vts̄. in fine. q.
vij. Duplex eſt oportunitas neceſſitatis:
ſcȝ ꝛ vtilitatis. Illud dr̄ oportunū opor
tunitate neceſſitatꝭ qđ ē neceſſariū. Illđ
dr̄ oportunū oportunitate vtilitatis qđ
eſt vtile. ¶ Nota q̄ttuor ſunt v̄tutes car
dinales q̄ reſpiciūt ꝓximū: tres autē ſūt
theologice que reſpiciūt deū. De vtraq̄ȝ
etiā oportunitate ē q̄ſtio p̄ns. Duplex ē
tn̄ neceſſitas. Quedā abſoluta: ꝛ de iſta
nō intelligiꝛ. Alia ꝯditionata ē ꝛ de ea ē
q̄ſtio p̄ns. ¶ Rn̄ſio. Notādū ꝙ generaꝛ
neceſſitas oīm v̄tutū theologicaꝝ ꝛ car/
dinaliū ē ad rectificandū potentias aīe ꝯ̄
obliquitatē ꝛ ad vigorandū ꝯ̄ difficulta
tem. Oīs potentia q̄ pōt recte ꝛ nō recte
agere in operibus ſuis indiget aliquo re
gulante ꝛ directore ad hoc ꝙ recte agaꝛ.
Oīs potentia q̄ difficulter agit indiget
aliquo habitu vel aliqua virtute ipſam
habilitantē facilitantē ꝛ vigorantē: et ſic
eſt de volūtate noſtra q̄ eſt defectibilis: ꝛ
iō indiget virtutib⁹ ipſam regulantibus
Et qm̄ cōuenit hoīem ordinari ad deum
cōuenit nihilomin⁹ hoīem ordinari ad ꝓ
ximū et ad ſeip̄m: ꝛ in his pōt obliquari
ꝛ impediri ſiue retardari. Hinc eſt ꝙ nō
ſolum indiget habitib⁹ ip̄m vigorantib⁹
prout ordinaꝛ ad ſeipſum: ꝛ rectificanti/
bus ꝓut directe tendit in deum cui⁹ ſunt
habitus virtutū theologicarū: ſed etiam
indiget habitib⁹ ip̄m regulātib⁹ ꝛ rectifi
cantib⁹ ꝓut ordinaꝛ ad ſeip̄ȝ ꝛ ad ꝓximū
ꝛ tales ſunt habit⁹ virtutū cardinalium
ſiue moraliū. Un̄ ſicut p̄ter p̄cepta p̄me
tabule q̄ directe ordinanꝛ in deū: oportu
nū fuit p̄cepta ſcđe tabule ponere q̄ ordi
nant ad ꝓximū ſic etiā in habitib⁹ ē intel
ligendū: et ꝓpterea ꝓpter habit⁹ v̄tutū
theologicaꝝ neceſſariū eſt ad ſalutē pone
re habit⁹ virtutū cardinaliū. ¶ Queriꝛ
ſcđo de virtutibus cardinalib⁹ q̄ȝtum ad
ipſarum diuerſitatem.

Secūdo queriꝛ. Utruȝ

oēs virtutes cardinales ſint vna virtus
an diuerſe. ¶ Rn̄ſio dicendū ꝙ eſt loqui
de virtutib⁹ cardinalib⁹ tripl̄r: vel q̄ȝtum

ad formā per quā ſunt gratuite: ꝛ ꝗ̄tum
ad formā per quā ſunt meritorie: ꝛ ꝗ̄tuȝ
ad formā per quā ſūt ad ſpeciales actuū
differētias ordinate. Si loq̄mur de for-
ma per quā ſunt gratuite: ſic in illa poti-
us vniūt̃ ꝗ̄ diſtinguunt̃: qꝛ illa forma ē
gr̃a gratūfaciens: q̄ licet ſit vna tñ gratā
reddit deo aiaȝ cū vniuerſis potētijs ei⁹
ꝛ habitibꝫ ꝟtuoſis. Si loq̄mur de ipſis
virtutibꝫ ꝗ̄tū ad formā ꝑ quā meritorie
ſunt ꝛ habēt rōnē merendi ꝑfecte: ſic ma-
gis ꝯnectunt̃ ꝛ vniunt̃ ꝗ̄ diſtiguant̃: qꝛ
illa forma ē charitas ꝑ quā ꝟtutes cete-
re tāꝗ̄ pōdere vnico ad vnū finē vltimū
inclinant̃ q̄ſi ad locū ꝓpriū. Si ꝟo loq̄-
mur de ipſis ꝟtutibꝫ ſm formā ꝑ quā ad
ſpāles actuū dr̃ias ſunt ordinate. ſic di-
co ꝙ ꝟtutes cardinales eſſentialr̃ et for-
malr̃ diſtinguūt̃. Et earꝫ diuerſitas col-
ligit̃ ex dictꝭ cōparatōibꝫ ſic̄ i oppoſito patꝫ
¶ Nota opa moralia dicunt̃ illa q̄ elici-
unt̃ vel imꝑant̃ ab ipā volūtate ſm eē cō-
pletū dictamē recte rōnis. ¶ Opa meri-
toria dicunt̃ illa que eliciunt̃ a volūtate
ſm iclinationē charitatꝫ vl̃ gr̃e. Propō.
Omē op⁹ meritoriū eſt op⁹ morale ꝛ nō
ecōtra. ¶ Virtutes cardinales vno mō
dicunt̃ ꝟtutes q̄ habilitāt ad opa mora-
lia. Alio mō dicūt̃ ꝟtutes nō q̄ ſolū habi
litāt ad hmōi opa: ſed etiam qꝛ eleuāt ad
opa meritoria. ¶ Scda ꝓpō. Virtutes
morales inꝗ̄tū inclināt vel habilitāt ad
opa meritoria moralia: radicalr̃ ſūt a na
tura ſꝫ cōpletiue vl̃ ab operꝫ freq̄ntia: vl̃
a gr̃e influētia ꝛ ꝓſidentia vel ex vtraqꝫ.
A natura inquā ſunt radicalr̃: qꝛ plāta-
ta habem⁹ in nr̃a natura rectitudineȝ ꝑ
quā apti ſumus licet imperfecte ad ope-
ra virtutis ꝛ honeſtatis: ſed dū aſſueſci-
mus paulatim efficit̃ nobis facile quod
prius erat difficile ſm ꝙ dicit Bernar-
dus ad Eugeniū ꝙ nihil eſt adeo diffi-
cile qđ ꝯſuetudo non reddit facile.

Tertio queritur de vir-
tutibꝫ cardinalibꝫ ꝗ̄tum ad durationeȝ.

Vtruȝ in patria maneant an euacuent̃.
¶ Rñ. dicendū ꝙ act⁹ nr̃i omēs glorioſi
erūt fortes ꝛ iuſti: prudētes ꝛ caſti: ita ꝙ
iuſticia excludat oēm obliquitatē. Pru-
dentia oēm errorē: fortitudo omnē mole
ſtiā: tꝑantia oēm libidinū repugnantiaȝ
ſm ꝙ dicit Aug⁹. et mgr̃ tāgit in littera.
Et ſic patꝫ ꝙ ꝟtutes cardinales excellen-
tiori mō manebūt in patria ꝗ̄ ſūt i via.
Vnde rationes concedēde ſunt ꝛc̄.

Circa diſtinctio-

nem triceſimāquartā que-
ritur ꝑmo. Vtrum dona ꝛ
ꝟtutes abinuicē differant.
¶ Notandū ſex ſūt gñā donorū ſpūalium
per q̄ dñs decorat aiam ſuā tāꝗ̄ ſponſus
ꝛ pulchrificat. Primū donorꝫ gen⁹ ſūt vir
tutes. ſcdm ſunt dona. tertiū ſunt btitu
dines. q̄rtū ſūt fruct⁹. q̄ntū ſūt ſenſus ſpi
rituales. ſextū gen⁹ ſūt ſacr̃a. ¶ Primuȝ
gen⁹ ſūt ꝟtutes tres theologice ſcȝ fides
ſpes: ꝛ charitas: ꝛ q̄tuor cardinales. ſ. iu-
ſticia: prudentia: fortitudo: ꝛ tēperantia
Secūdum genus ſunt ſeptē dona ſpūſ-
ſancti ſcȝ ſapia: intellellectus: ſcia: ꝯſiliū
fortitudo: pietas: ꝛ timor dñi. Eſa. xi. Re
quieſcet ſuꝑ eū ſpūs dñi: ſpūs ſapie ꝛ in-
tellectus: ſpūs ꝯſilij: ꝛ fortitudinis: ſpūs
ſcientie: ꝛ pietatis. Item Grego. ſuper
Iob. Nati ſunt ei ſeptē filij dicit. q. ſeptē
dona ſpūſſancti. ¶ Tertium genus ſunt
beatitudines ꝛ ſunt octo: pauꝑtas: luct⁹
mīa: mititas: cordis mūdicia: pax: patien
tia: ꝑſecutio ꝓ xp̄o. ¶ Quartū gen⁹ ſūt
duodecim fruct⁹. Gal. v. Charitas gau-
diū: pax: patientia: benignitas: bonitas:
longanimitas: manſuetudo: fides: mode
ſtia: ꝯtinentia: caſtitas. Quintū ſūt ſen-
ſus ſpūales ꝛ ſunt duo ꝑ modum intelle-
ctus ſcȝ viſus et auditus: viſus a ſe: audi
tus ab alio: tres vero ꝑ moduȝ affectus:
ſcȝ odoratus a longinquo: ſapor a proxi
mo: ſed tactus de coniuncto. ¶ Sextum
genus donorꝫ ſpūalium ſunt ſeptē ſacra-
menta ꝓut in q̄rto dicet̃. ¶ Nota ꝙ aīa

p ꝟtutes recte agit p dona ſpüſſancti ex pedite: z p btitudines pfecte. Ideo p habitus virtutum potētie aie rectificant: p dona expediunt: z p habit⁹ beatitudinū ad agēdum ſiue paciendū perficiuntur. ¶ Nota ſm Scotum in pſenti diſtinctione φ virtutes dona z beatitudines fructus et ſenſus ſpūales poſſunt reduci ad virtutes. Vide ibi. Sunt idem eſſentialiter licet diuerſis nominibꝫ nomiuentur ¶ Notandū virtus ſm Aug. eſt bona q̄litas mentis qua recte viuit: qua nemo male vtit quā de⁹ in nobis ſine nobꝭ operatur. Sed vtraqꝫ iſtaꝝ diffinitionū cōuenit cuilibet dono z cuilibet virtuti: q̄rū aūt diffinitiōes ſunt eedem z ipa ſunt eadem: ergo videt φ virtutes z dona habeāt idēptitatē omnimodam.

Circa ſcdam huius diſtinctionis partē querit primo. Utrum timor ſeruilis ſit donū ſpüſſancti diuinitus datū. ¶ Notandū timor eſt triplex: ſcꝫ paſſionalis: actualis: et habitualis. Prout eſt cōmunis iſtis tribus poteſt ſic deſcribi. Eſt quedam reſilitio ab obiecto arduo ſiue excellenti ſiue illud ſit bonum ſiue malū: z poteſt hec diffinitio cōuenire iſtis tribus: ſcꝫ timori paſſionali actuali et habituali. Q̄cunqꝫ obiectū qđ ē arduum z magnū ſiue ſit bonū ſiue malum ē obiectum timoris. Ibi tangit actus timoris quādo dicit reſilitio. Et dicitur malū vl bonū ꝯtra Damaſcenū ¶ Ubi nota φ duplex ē reſilitio. Quedam eſt ab obiecto malo: et ſic reſilitio ē euꝫ fuga reſpectu mali. Alia eſt reſilitio ab obiecto bono: z iſta eſt cum reuerētia et iſto mō reſiliunt bti z boni. ¶ Ulteri⁹ notādū φ timor paſſionalꝭ ideꝫ ē qđ ipa paſſio: z ē q̄dā affectio aie ſm quā dī expectare futuꝝ malū. Et capit ibi affect⁹ p paſſiōe. Oēs doctores ponūt q̄tuor paſſiōes q̄ ſunt q̄tuor affectiōes ſcꝫ gaudiū z ſpes: z iſte ſūt de obiecto cōuenienti qꝛ gaudiū ē ſp de bono pñti: z dolor ē de oppoſito ſcꝫ de malo pñti. Spes aūt eſt de bono futuro: z timor eſt de malo futuro. Affectio aūt ponit loco generis. Fm quā: ad dñaꝫ ſpei. Alit deſcribit ſic. Timor eſt expectatio obiecti diſcōuenientis diſtātis. Et iſta dat ab Aug. z ponitur expectatio loco generis z ponit diſtās p futuro. Iſte timor nō erit i patria: qꝛ ſp ē circa malū. Jō nō eſt deſcriptio gñalis ipi⁹ timoris. ¶ Notādū φ timor paſſionalis diuiditur in ſex ſm Damaſcenum Q̄uidā q̄ dī ſegnicies: et ē timor future ipatiōis. Scđs eſt verecūdia: z ē timor turpi actu ſic faciens aliqđ nephariū timet ne videat. Terti⁹ timor ē erubeſcentia z ē timor i expectatiōe ꝯuitij. Quartus ē admiratio: z ē timor ex magna imaginatiōe vel fantaſia. Quint⁹ eſt ſtupor et ē timor ex inſolita admiratiōe. Sext⁹ eſt agonia: z eſt timor qui aliqñ vocat naturalis a Damaſceno: z eſt timor cuiuſcūqꝫ aduerſitatis offendētiꝫ affectiōis noſtre. ¶ Correlariū. Null⁹ tior paſſionalis ē vitioſus z culpabil: nec ꝟtuoſus vl laudabil moralit: qꝛ in his qui ſunt nobis a natura nec laudamur nec vitperamur: z iſte timor paſſionalis ē naturalis Iſte fuit q̄nqꝫ in xp̄o qñ ſcꝫ orauit i horto. ¶ Sciendū inſup φ z timor actualis diuidit in ſex. Prim⁹ eſt naturalis: et eſt ille q̄ qs timet aliqđ horribile ſiue mortem z eſt ante rōnis deliberationē: et iſte multū cōcordat cū agonia xp̄i. ¶ Scđs human⁹ quo quis mauult peccare mortalit q̄ ſuſtinere aliquā leſioneꝫ in corpe vel morte. ¶ Terti⁹ mundanus quo qs preelegit peccare mortaliter q̄ perdere bona tpalia vel poſſeſſiones ſuas: et iſti duo timores ſunt vitioſi et prohibentur a chriſto ibi. Nolite timere eos qui occidunt corpus. ¶ Quartus eſt timor ſeruilis: et ſic deſcribit ab Augu. Eſt quo quis timet penā gehenne: z quo qs continet ſe a peccatis. Ex hac pticula habet z ſequit φ demones nō hñt iſtū timorem ſeruilem q̄ etiā preſentiā iudicis metuūt

et penā ꝓ pctis ab ipo infligēda metuūt: z iō magis timet iudex ꝙ̄ pena. Jſte ē ꝑmus timoꝛ virtuoſus vtil' z bon⁹ z ꝑ quē paulatim fit ꝯſuetudo iuſticie. ¶ Quintus ē timoꝛ initial' q̄ qs timet peccare ꝑtim ꝓpt' penā: z ꝑtim ꝓpt' amoꝛē dei. Et iō hꝫ duos oculos: vnū ad penā z in h̄ cōuenit cū tioꝛe ſuili. Aliū ad amoꝛē: z i h̄ ꝯuenit cū tioꝛe caſto: z iō doctoꝛes capiunt aliqñ ꝓ vtroqꝫ vñ hō hꝫ iſtū timoꝛez qñ incipit hr̄e charitatē z iſti duo tioꝛes euacuabūt' i patria. ¶ Sext⁹ ē tioꝛ caſt⁹ reuerētial' vl' tioꝛ filial' q̄ qs ſolo intuitu amoꝛis tīet offēdere deū vl' ſeꝑari ab eo: z iſtū tioꝛē hñt boni z etiā bti. Et ſic pꝫ ꝙ ſūt triplices tioꝛes v̄tuoſi gradatim ſe hñtes: ꝑm⁹ bon⁹. ſ. ſuilis. ſcd̄s melioꝛ. ſ. ſcꝫ initialis. tertius optimus ſcꝫ caſtus z reuerentialis. ¶ Timoꝛ hoꝛribilis eſt ille q̄ qs timet cū maria ꝯfuſiōe z turbatiōe iudicē ne ſibi infligat penā ꝓ offenſa a q̄ tñ nō vult recedere: ſꝫ in ea ꝑmanere obſtinat⁹: vl' ſi habeat aliquā penā timet ne habeat maioꝛē cū timoꝛe z turbatiōe. Et iſte ē in dānatis z demonib⁹ et aliqñ i viatoꝛib⁹ hoīb⁹ peſſimis: vt pꝫ de Cain ¶ Et nota ꝙ dupl'r d̄r timoꝛ ḡtuit⁹. q̄dā d̄r gratuit⁹ a gr̄a gratiſdata: z ē tioꝛ ſuilis. Ali⁹ ē timoꝛ gratuit⁹ a gr̄a ḡtū faciente z iſte vocat' timoꝛ filialis. ¶ Et nota ꝙ q̄t ſūt timoꝛes actuales tot ſunt timoꝛes habituales excepto naturali cui rñdet inclinatio natural'. ¶ Scd̄s terminus ē donū ſpūſcti. Donū capit' q̄ttuoꝛ modis. ꝑmo cōmuniſſime. Scd̄o cōmunius. Tertio cōiter. z Quarto ꝓpꝛie. Cōmuniſſime capit' ꝓ oī eo qd̄ ē alicui liberal'r cōicatū ſiue i ꝓpꝛia ꝑſona ſiue in alijs donis. ¶ Primū dictū. Ois entitas ſiue ſit creata ſiue increata: iſto mō ē donū. Nā pr̄ liberal'r cōicat eſſentiā ſuā filio z pr̄ z fili⁹ ſpūiſctō: z iſtud ē ꝑmū donū. Oē etiā eē creature libere z liberalit' dat' a deo. ſm illud. Quid habes qd̄ nō accepiſti. Pr̄ etiā pōt dici donū ſm illud Joh. xv. Ego z pr̄ ad euꝫ veniemus zc.

Donū cōius captū capit' ꝓ oī illo qd̄ liberalit' ꝓductū ab aliq̄ z datuꝫ liberal'r alicui: z hoc mō ois creatura ē donū: ſpiritusſctūs etiā ē donū h̄ mō vt pꝫ z etiā fili⁹ put dr̄ Eſa. ix. Fili⁹ dat⁹ ē nob. iſto mō pr̄ in diuis nō pōt dici donuꝫ qꝛ nō ē dat⁹ ſed dat: ꝑmo mō tñ ē donū. Et dr̄ia eſt int' ꝓductū liberal'r z ꝓductuꝫ libere fili⁹ ꝓducit' liberal'r nō libere: ſolus ſpūs ſanct⁹ ꝓducit' a pr̄e z filio libere: qꝛ pr̄ ꝓducēs filiū ꝓducit ipm natural'r nec recipit aliqd ab eo. Donū cōiter captū capit' ꝓ aliq̄ bono libere collato alicui q̄ſi i poſſeſſionē ei⁹ trāſlatū z dñiū: z iſto mō accipiunt donū dñi iuriſte. Donū ꝓpꝛie capit' ꝓ dono qd̄ ē oīe donū: ꝑ qd̄ omia alia hñt rōnē doni: z ſine q̄ nihil hꝫ rōnez doni. Et iſto mō amoꝛ eſt donū: z h̄ vult ſctūs Bonauē. in ꝑmo diſtinctiōe decia. ¶ Scd̄a diſtinctio de dono z capit' q̄drupliciť: ſcꝫ cōiter: ſtricte: ſtricti⁹: z ſtrictiſſime. Cōiter eſt donū: bonū oīe qd̄ libere liberal'r volūtarie z gratuite cōicatuꝫ eſt creature: z ſic oīa naturalia z gratuita nr̄a dicunt' donuꝫ: ſm illud Jacobi. j. Oīe donū optimū. i. dona naturalia: et oē donū ꝑfectū. i. ḡtuita dona vt vult glo. ꝯſeruatio etiā ſanitatꝫ dr̄ donū hoc mō z breuit' oīa: z ſic nō capit' hic. Donū alio mō capit' ſtricte: z ſic ē oē bonū a deo collatū lib̄e: ſuꝑadditū ipi creature ꝑ liberalē z beniuolā ſui cooꝑationē ipi⁹ dei cooꝑantꝫ nature nr̄e: z ſic iuſtificatio impij ē donū dei. Caſtitas z ſcia z oēs v̄tutes ſūt dona dei. Stricti⁹ donū eſt oīe bonū collatū a deo lib̄aliter ſuꝑadditū naturalib⁹ ꝑ imediatā infuſionē a deo ſine nob̄ cooꝑantib⁹ vt fides: ſpes: z timoꝛ ſeruil': z alij etiā duo tioꝛes. Quarto capit' donū ſtrictiſſime ꝓ oī bono collato a deo ſic ꝙ ē eēntial'r gratuitū a gr̄a gratūfaciente: z ſic ſeptē dona ſpūſſancti dicunt' dona hoc modo: qꝛ ſm iſtū doctoꝛē ſemper ſunt gratuita. queſtio p̄ſens non eſt de primo dono nec de ſcd̄o ſꝫ d̄ tertio. Jdeo dicit diuinitus datum. i. infuſum

Donuz eſt datio irredibilis ſimplr ⁊ eſt cōis deſcriptio. ¶ Reſponſio ad q̄ſtionē Abſq̧ dubio timoꝛ ſeruilis eſt donū ſpiritusſancti. Et ratio huius eſt quoniam ſicut donum dei eſt noſſe ſiue credere penas futuras pꝛo eo ꝙ ibi eſt quedā cordis illuminatio ⁊ directio: ſic donum dei eſt illas penas eternas refugere ⁊ timere pꝛo eo ꝙ ex tali dono eſt quedam cordis emollitio: ⁊ fluxus concupiſcentialis reſtrictio: et in hoc quedam rectificatio. Q₇ eñ ibi ſit emollitio ſatis innuit Jeremias pꝛopheta cum dicit: Induraſti coꝛ noſtrū vt non timeremus te. Q₇ ibi ſit fluxus concupiſcentialis reſtrictio: innuit ꝓpheta in ps̄. Confige timoꝛe tuo carnes meas: qḋ quidē non ſolū fit timore caſto: ſed etiam ſeruili quo timentur eterna ſupplicia ⁊ timentur diuina iudicia. Et pꝛopter illoꝛum timoꝛem ceſſat homo a peccatoꝛum perpetratione: licet nō omnino ceſſet a voluntate: ſicut dicit gloſ: quod eſt totum ex diuino munere Unde Pꝛouerb. xv. In timoꝛe domini declinat omnis a malo. Et Eſaie. xxvj. A timoꝛe tuo domine concepim⁹ ⁊ parturiuimus ſpiritū ſalutis ¶ Illud quod dicit iſte doctoꝛ ibi pꝛopter illoꝝ timoꝛē ceſſat homo a peccatoꝛum perpetratione. Licet non omnino intelligatur ꝙ non peccet actualiter quia totaliter ceſſat voluntate ⁊ opere licet habitualiter nō ceſſat quia libenter peccaret niſi timeret penam inferni ⁊ diuinū iudiciū. ¶ Quando dicitur ꝙ timoꝛ ſeruilis pꝛincipaliter reſpicit penam intelligendū ē ſm altiſiodoꝛeñ. id eſt deum infligentem penam et punientem et ſumitur ab euangelio ibi. Eum timere qui poteſt coꝛpus ⁊ animā perdere in iehennam. Non dicit timere penam ſed dominum.

Tertio queritur. De timoꝛe gratuito q̄ꝫtum ad diuiſionez qua diuiditur in initialem et filialem. Utrū iſte ſint diuerſe timoꝛis ſpēs.

¶ Notandam duplex eſt timoꝛ gratuitus. Quidam a gratia gratiſdata et eſt timoꝛ ſeruilis qui vtroq̧ oculo reſpicit deum vt punientem: et de iſto non eſt ad pꝛopoſitum hic. Quidaz eſt gratuitus a gratia gratumfaciente. Et iſte eſt duplex quidam eſt qui dicitur initialis. Alius qui dicitur filialis. Et iſtis duobus modis eſt hic ad pꝛopoſitū. Et eſt queſtio vtrū diſtinguantur in genere moꝛis: ſicut homo ⁊ aſinus in genere animalis. ¶ Reſponſio eſt triplex modus dicendi in iſta queſtione. Pꝛimi duo modi ſunt inſufficientes et parum valentes. Ideo doctoꝛ iſte eligit mediam viam ſcilicet ꝙ timoꝛ initialis ⁊ filialis nō tm̄ differūt ſicut differūt ſpēs foꝛmaliter differētes: cū vnus quodāmodo ſit materialis reſpectu alterius ⁊ quodāmodo claudatur in altero. Timoꝛ eñ initialis timet penam ⁊ offenſam. Timoꝛ vero filialis offenſam quidem timet: ⁊ attendit ſummi patris reuerentiam: ⁊ ſic vnus quodāmodo ſe habet ex additione ad alterū: ⁊ ideo nō differūt ſicut due ſpēs diuerſe vnū genus diuidētes. Et tñ eſt ibi differētia ſolū q̄ꝫtum ad ſtatū quia eo ꝙ timoꝛ initialis pꝛincipaliter reſpicit offenſaz. Timoꝛ vero filial ⁊ ſi vnū oculū habet ad offenſam: ꝓncipaliter tñ habet aliū ad dei reuerentiā. Et qꝛ diuerſa habēt ꝓncipia motiua. Hinc eſt ꝙ ſunt diuerſi modi timēdi. Quia ꝓo vnus claudit in altero ⁊ alteri ſubſternitur. Hinc eſt ꝙ ꝓpꝛie loquendo nō ſunt alterius ⁊ alterius ſpeciei: poſſunt tamē dici diuerſi timoꝛes: tum rōne ſtatuum: tum rōne modoꝝ timendi: tum etiam ratione pꝛincipalium motiuoꝛum.

Quarto querit. De timoꝛe gratuito q̄ꝫtū ad eius diminutionē Utrum creſcente charitate timoꝛ decreſcat.

¶ Reſponſio obmiſſis opinionib⁹ q̄ parū valent dicendū ſm iſtū doctoꝛem. Q₇ duplex eſt vſus ipſius timoꝛis gratuiti. Unus inq̧ quo coꝛ hominis ſolli

citatur ex ꝯſideratione ſue fragilitatis.
Alius vero quo humiliat̃ ex ꝯſideratione
ſue puitatis ꝛ diuine magnitudinis. Et
ſm᷒ vſus innuit̃ cũ charitas ꝑficit̃: qꝛ cõ
fidentia ꝯſurgit ex ꝑfectione charitatꝭ vt
iã hõ dicat illud apl'i Roma. viij. Quis
nos ſepabit a charitate xp̃i ꝛc̃. Alius vero
vſus creſcit charitate creſcẽte: ſicut timo
ris habit᷒. Vñ q̃ꝫto aliqs plus hꝫ de ſpi
ritu amoris. tanto plus hꝫ de ſpũ timo-
ris: qꝛ tanto magis elongat̃ a ſpũ ſupbie
ſiue tumoris ſm ꝙ dicit Auguſtin᷒.

Quinto querit̃. De ti-
more gratuito q̃ꝫtum ad euacuationem.
Vtrũ in patria maneat an euacuet̃. Di
cendũ ꝙ ſicut tactũ fuit in p̄cedentibus:
timoris eſt intueri tria: videlicet penam
vt fugiat ſupple peccatũ: offenſionẽ vt illaꝫ
caueat. maieſtatem ſummã vt illi ſubia-
ceat exhibendo reuerentiam. Et ſm hoc
triplex eſt differentia doni timoris. Vn᷒
qui principaliter reſpicit penã id eſt iudi
cem penam infligenteꝫ et iſte eſt ſeruilis.
Alius vero qui vnũ oculũ habet ad pe-
nam ſed tamen principaliorem habet ad
offenſam vitandã: ꝛ hic eſt initialis: Ter
tius autẽ qui vnũ oculũ. i. reſpectũ habꝫ
reſpectu offenſe vitande aliũ vero reſpe-
ctu reuerentie exhibende ꝛ ſic eſt filialis
caſtus amicabilis. Et ſi vnus vſus ſit in
refugiendo ne ſeparet̃ a deo: alter tñ ex-
cellentior ꝛ magis p̄cipuus eſt reuerẽdo
ſummã maieſtateꝫ dñi reſiliendo in pro-
priam paruitatẽ. Et hic quidẽ vſus fuit
in xp̃o: ꝛ eſt in ſanctis angelis ꝛ erit in om
nibus ſanctis ꝛ beatis. Et q̃ꝫtũ ad iſtum
oculum ꝛ vſum manet donuꝫ timoris in
patria: ſm illud pſ̃. Timor dñi ſanctus
permanet in ſeculum ſeculi. Et Eccl̃. j.
Nihil melius q̃ꝫ timere deum. Quantũ
vero ad alios inferiores tollit̃: quia iſti
competunt ei ſm ſtatum imperfectionis
quia vero remanet ei vſus principalis:
hinc eſt ꝙ nõ dicitur euacuari ſed magis
perfici ꝛ ſaluari ꝛc̃.

Circa diſtinctio-
nem triceſimãquintã q̃rit̃.
De actu et obiectu ipſius
doni ſapiẽtie. Vtrũ actus
ipſius doni ſapientie attendat̃ penes co-
gnitionẽ veri an penes affectioneꝫ boni.
Hoc eſt querere vtrũ actus ſapientie ſit
ꝑfectio intellectus vel voluntatis: id eſt
vtrũ ſit in volũtate vel intellectu. ¶ Re
ſpondeo ꝙ ſapientia quadrupliciter con
ſueuit accipi tam a ph̃is q̃ꝫ a ſanctis: vi-
delicet. Cõmuniter ꝛ min᷒ cõmuniter et
ꝓprie ꝛ magis ꝓprie. Cõmuniter accipi
endo ſapientiã: ſic ſapiẽtia dicit cognitio
nẽ generalẽ rerũ ſm ꝙ diffinit eã Aug᷒.
Et ph̃s ſapientia eſt cognitio rerũ diui-
narũ ꝛ humanarũ. Et ph̃s dicit: ſapiens
eſt qui oĩa nouit ſm ꝙ cõuenit. Alio mõ
dicit̃ ſapientia min᷒ cõmuniter ꝛ ſic ſapi
entia dicit cognitionem nõ quãcunqꝫ ſed
cognitionẽ ſublimẽ videlicet cognitionẽ
rerũ diuinarũ eternarũ. Et ſic accipit eã
apoſtolus p̄me Corinth. xij. Alij datur
per ſpiritũ ſermo ſapiẽtie: alij ſermo ſcĩe-
tie ſm qđ exponit Auguſtin᷒ dicẽs: ꝙ ſa
pientia eſt cognitio eternoꝝ: ſcientia vero
eſt cognitio creatoꝝ. Et ſic etiã dicit phi
loſophus ꝙ ſapientia eſt cognitio cauſa-
rum altiſſimarum. Tertio modo accipit̃
ſapientia proprie: ꝛ ſic nominat cognitio
nem dei ſm pietatẽ: ꝛ hec quedã cognitio
eſt que attenditur in cultu latrie quẽ ex-
hibemus deo per fidẽ: ſpem ꝛ charitateꝫ
ſm quẽ modũ accipit Aug᷒. xiiij. de ciui
tate dei exponẽs illud Iob. Ecce pietas
Et ſapiẽtia idẽ eſt qđ theoſebia ꝛ theoſe
bia idem eſt qđ cultus diuinus qui con-
ſiſtit in tribus virtutibus ſm ꝙ ipſe dicit
in principio encheridion ad laurentium.
Quarto mõ dr̃ ſapientia magis proprie
Et ſic ẽ cognitio dei expimẽtalis: cũ dul
cedine ꝛ ſuauitate dei ꝛ hoc eſt vnum de
ſeptẽ donis ſpũſſancti: cuius actus conſi
ſtit in guſtando diuinã ſapientiã ſuaui-
tatẽ: ꝛ multotiens ſapientiores ſm alios

modos ſunt minꝰ ſapiētes iſto modo qꝛ
ibi cognitio ad oſtiū ſtat: affectio ⁊ amor
intus intrāt. Et qm̄ ad guſtum interio-
rem in quo eſt delectatio neceſſario reqri
tur actus affectionis ad cōiungendum ⁊
actus cognitionis ad apprehendendum
ſm illud phi quo dicit ꝙ delectatio eſt cō
iunctio cōuenientis cū cōuenienti cū ſen
ſu eiuſdē. Hinc eſt ꝙ actus doni ſapiētie
partim eſt cognitiuꝰ et partim affectiuꝰ.
Ita ꝙ in cognitione inchoat̄ ⁊ in affectio
ne ꝯſummat̄ ſm ꝙ ipſe guſtus: vel ſapo
ratio vel experimētalis boni ⁊ dulcis co-
gnitio ⁊ iō actus p̄cipuus doni ſapie pro-
priiſſime dicte eſt ex parte affectiōis. Ra
tione cuiꝰ dꝛ Eccli. ꝙ ſapientia ſm ſuum
nomen eſt. et Gregoriꝰ dicit ꝙ actꝰ eius
eſt reficere. ⁊ Dionyſius dicit ꝙ iſtius ſa
pientie eſt amantem eſſe.

Secundo querit̄ Utrū

actus precipuus doni ſcientie cōſiſtat in
actione .i. in ope exteriori: vel in cōſidera
tione id eſt ꝯtemplatione. ¶ Rūſio. No
tandū ꝙ ſcie quadruplex eſt differentia.
Quedam eſt q̄ ꝯſiſtit in intellectu pure
ſpeculatiuo ⁊ hec eſt fundata ſupra p̄nci
pia rōnis: ⁊ hec eſt ſciētia acqſita de qua
cūqꝫ creatura: ſicut ſcientia hūane phie.
Quedā eſt aūt q̄ cōſiſtit in intellectu in
clinato ab affectu: et hec eſt fundata ſup̄
p̄ncipia fidei: q̄ quidē ſunt articuli: ⁊ ni-
hilominus acquiſita: ⁊ hec ſciētia eſt ſcri
pture ſacre quā nullꝰ habere pōt niſi ſal-
tem habeat fidem informē. Quedā aūt
eſt q̄ ꝯſiſtit in intellectu ſiue rōne inqꝫtū
inclinat affectū ad operationē: ⁊ hec fun
data eſt ſupra p̄ncipia iuris naturalis q̄
ordinatur ad rectitudinē ⁊ honeſtatē vi-
te ⁊ hmōi eſt ſcientia virtutis prudentie.
Quedam aūt eſt ſcia que ꝯſiſtit in intel-
lectu ſm ꝙ eſt inclinatus ⁊ inclināns. In-
clinatus inqꝫ a fide ⁊ inclinans ad bonā
operationē: ⁊ hec fundat̄ ſup p̄ncipia fi-
dei: ⁊ ortum habet a dono grē: et talis eſt
ſcientia que eſt donū ſpūſſancti. Et ex h̄
patet quis ſit actus ꝓprius huius doni.
Eſt eīm actus eiꝰ dirigere ad agenda: ſm
p̄exigentiā regule ipſius fidei: cuiꝰ eſt di-
rigere ad opera miſericordie vt non tm̄
bona pro bonis reddat ſm qđ dictat lex
nature: ſed etiam bona ꝓ malis ſm ꝙ di
ctat lex grē ad exēplar ipſius ieſu xp̄i in
quo fuit gratie habūdantia: ⁊ ideo ad ip
ſam ſciam nō ſolūmodo pertinet dirige-
re in agendis ſ3 ex ꝯſequēti ptinet ei noſ-
ſe ea q̄ ſunt fidei tanqꝫ fundamentu3 ſue
directionis: ⁊ vlterius noſſe humanitatē
xp̄i tanqꝫ exemplar ſui regimīs ita ꝙ hic
triplex actus cōueniat ſm triplicē reſpe-
ctum. Unus videl3 reſpectu obiecti mo
tiui: alter vero reſpectu ſui fundamēti: et
tertius reſpectu exēplaris excitatiui. Et
qꝛ p̄ncipalis actus accipit̄ ex parte obie-
cti. Hinc eſt ꝙ p̄cipuꝰ actus doni ſcie eſt
dirigere circa actionē ſm ꝙ dicit Augu-
ſtinus. Actus ꝯſiliandi ſm Tullium in
p̄mo rhetorice. Eſt rō excogitata .i. moro
ſa nō p̄cipitata q̄ſi extra cogitata: ſc3 ꝑ et
ꝯtra: vere .i. recte ⁊ in bonis. ideo capitur
abuſiue ꝯſiliū in euāgelio. vbi dꝛ: Colle-
gerunt ꝯſiliū aliquid faciendi vel nō fa-
ciendi. ¶ Nota conſiliū dare non eſt ma
gne vtilitatis nec etiam magne virtutis.
Cum multi ſciant aliis cōſulere qui ſeip-
ſos regunt miſerabiliter valde. Donum
eīm ꝯſilii eſt ordinatum ad ꝓpriam p̄mo
⁊ p̄ncipaliter vtilitatem. Conſulere ꝓut
reſpicit alterū accidit dono ꝯſilii. Donū
eīm conſilii ꝓprie reſpicit directionē actꝰ
proprii. Propter qđ dici pōt ꝙ actꝰ doni
conſilii eſt ſeipſum dirigere: ⁊ vlteriꝰ cum
habundat ſcire in conſimili alterum ad-
iuuare ⁊ dirigere.

Circa diſtinctio

nem triceſimāſextam que-
runtur ſex. Primū de con-
nexione virtutū gratuita-
rum. Et nota ibi ꝙ ſm omnē ſtatum ve-
rum ꝙ neceſſe eſt habentem gratiam ha-
bere omēs virtutes que ſunt perfecte vel

aliud eis correſpōdens. Rō aūt huiꝰ cō
nexionis ſumi pōt quadruplr ſm q̄druplex
genꝰ cauſe. Uide ibi ſatis pulchre.

Secūdo queritur. De

cōnexione donoꝝ. Uide litteram.

Tertio querit. Utrum

ſit ꝯnexio in ꝟtutib politicis ita ꝙ vna
habita neceſſe ſit hr̄e oēs (politicis).i.
moralib. ¶ Reſponſio. Eſt duplex opi
nio. Prima eſt ſtoicoꝝ q̄ modo nō tenet.
Alia fuit opinio de quib fuit Ariſto. et
tenet ꝛ dr ꝙ ſimplr loquēdo vicȝ q̄tum
ad oē tp̄us: ꝛ q̄tum ad ipſos habitus vir
tutū: pȝ qꝛ multi pollent ꝟtute pruden
tie q̄ tn̄ nō habēt largitatē aut ꝟtutē pa
tientie: multi etiam iuſticiā ad ꝓximū ſer
uant: q̄ tn̄ in ſeipſis nō hn̄t ꝯtinentiā.

Quarto queritur. vtrū

ſit ꝯnexio in viciis ꝛ pctīs. Et ꝙ ſic vide
tur. Ecc̄s. ix. Qui i vno peccauerit mul
ta pdet bona. item Iaco. ii. Qui in vno
peccauerit factꝰ eſt oīm reꝰ. ¶ Rn̄ſio di
cēdū eſt ꝙ cū ad pctm̄ duo cocurrāt vicȝ
auerſio ꝛ cōuerſio: duplr cōuenit cōpare
vicia ꝛ pctā adinuicē: vel inq̄tū auertūt
ab vno bono incōmutabili: vl' inq̄tū con
uertūt ad bona cōmutabilia. Si ergo lo
q̄mur de viciis ſm ꝙ auertūt ab vno bo
no incōmutabili ſic puāt hoīeȝ grā ꝛ cete
ris virtutib gratuitis. Dicunt eīm gra
tuite a grā gratūfaciēte iō ſine ipſa ſunt
informes: ꝛ faciūt ſcȝ oīa pctā hoīem di
gnū priuari glīa ꝛ premio corñdente oī
bus bonis meritis ꝛ h̄ q̄dē ita fit p vnuȝ
viciū: ſicut per cetera. Et q̄tū ad hoc vi
cia ꝛ pctā hn̄t cōnexionē id eſt cōuenien
tiā quādā: ꝓ eo ꝙ ab vno auertūt ꝛ oīb
viciis vnus et idem deus offenditur. Si
vero loquamur de viciis q̄tum ad con
uerſionem ſic p conuerſiones ad diuerſa
bona cōmutabilia diuerſe oriunt in nob
ꝓnitates in vicia: p q̄ obligamur ad di
uerſa penarum ſupplicia ꝛ hoc modo in
viciis nō eſt cōnexio qꝛ ꝓ quolibet punie
tur homo ſpeciali pena ſibi debita. Nec
etiam poſſunt eē conexa ꝓpter repugnā
tiam pronitatū: nec habent cauſam pro
pter quā cōnectant qꝛ ex diuerſis operi
bus oriūtur ꝛ ad diuerſos fines tendunt
Qm̄ ergo vicia ex pte ꝯuerſionis ſumūt
originē ꝛ diſtinctionē: ex hac pte cōnexio
nem nō hn̄t licet aliquo mō in auerſione
ꝯueniant. ¶ Ad illud aūt eccl̄i. ꝛ Iacobi
Dicendū ꝙ nō dicit ꝙ ꝓpter vnū viciuȝ
incurrat aliquis alioꝝ vicioꝝ ꝓnitates ꝛ
defectibilitates neceſſario ꝛ imediate ſed
hoc dr quia qui peccat in vno pctō chari
tatem perdit: in qua eſt plenitudo meri
toꝝ ꝛ impletio mandatoꝝ xp̄i. Aut cer
te dr ꝙ perdit multa bona et fit reus q̄
tum ad omnia pro eo ꝙ priuatur omni
bus virtutibꝰ gratuitis. Uel tertio mo
do qꝛ perdit oīa merita q̄ prius habebat
Efficiuntur eīm ex vno peccato mortali
oīa inutilia ad glīam aſſequēdam. Uel
quarto modo dr multa bona perdere et
oīm reus eſſe: qꝛ merito vniꝰ pcti perdit
eterna p̄mia q̄ oībus virtutib ꝛ meritis
erāt reddenda. Hoc aūt nō eſt ꝓpter cō
nexionē ꝟtutū ꝛ docū ſiue p̄mioꝝ eis cor
reſpondentiū ob quā connexionē ſi quis
vno ipſorum bonorum priuatur neceſ
ſe eſt vt priuetur ꝛ ceteris.

Quinto querit. Utrum

ſit ponere equalitatē in habitib gratui
tis. Dicunt habitus virtutes ꝛ dona cuȝ
grā gratūfaciēte de quib querit. Utrū
ſint equales in habēte. ¶ Rn̄ſio vide tex
tum pulchrū. Et primꝰ modus dicēdi ē
melior ſecurior ꝛ ſubtilior: iō tene ipſum
¶ Ad illā auctoritatem p̄me Coꝛ. xiii.
Nūc manēt fides ſpes ꝛ charitas tria hec
maior aūt hoꝝ eſt charitas. Hoc itelligi
tur rōne exercitii in actu ſuo in quo plus
haurit de grā: ꝛ minor ē occaſio piclitādi
Affectus eīm amorꝭ diuini dū abſtrahit
a terrenis: facit recedere ab occaſiōe pec
cati. Dum vero vnitur celeſtibus facit
inde haurire humoreȝ gratie ſpūſſancti

Sexto queritur. vtrum charitas ſit forma virtutū. ¶ Reſponſio habitus cuiuſlibet virtutis pōt triplicit̄ cōſiderari. Uno modo ꝑ comparationē ad ſuū obiectū. Secundo mō ad ſubiectum. Tertio mō ad finem vltimū. Uirtutes cōparate ad ſua ꝓpria obiecta hñt ꝓprias formas qbꝫ diſtinguunt̄: qꝛ habēt proprias formas in ſeipſis ꝛ ſic non ſunt formales nec ꝑfectibiles ab aliquo vno cū ipſe ſint forme et ꝑfectiones diſtincte. Si autē loquamur de virtutibꝫ in cōparatione ad ſubiectū ſic forme ſūt ꝛ tamē nihilominus formabiles. Forme quidē ſunt informantes ſubiectū q̄tū ad bonitatē moralē ꝑ ſeipſas: tamē nō ſufficiunt q̄tū ad bonitatē gratuitā per quā aīa efficit̄ deo placita ꝛ accepta. Et ideo perfici poſſunt ꝛ formari per gratiā que ſimul gratificat animā ꝛ habitus exiſtentes i illa. Poſtremo ſi loquamur de ipſis habitibꝰ virtutū in cōparatione ad finē vltimū ſic forme ſunt: ꝛ formabiles etiā. Forme ſunt qdē: qꝛ diſpoſitiones ipſius anime ordinantes ad ꝑueniendū in finē formabiles tñ ſunt: quia et ſi oēs diſponāt ad tendendū ad finē vltimū: ꝑfectio tamē antecedētis venit ex ipſa charitate Sicut corpora grauia inclinant̄ ad centrum ꝑ pondus molis. Sic ſpūs tendit ad ſummū per pondus dilectionis. Iſte tñ doctor ſemꝑ ponit differentiā int̄ charitatem ꝛ gratiā. per charitatē ſm ipſum ſemꝑ meremur: per gratiā ſumꝰ accepti deo: tamē ſcotus nō ponit differentiā.

Jrca diſtinctionem triceſimāſeptimā q̄rit̄ Utrū deꝰ debuerit homini imponere mādata obligatoria ¶ Nota debitū duplex eſt: q̄ddā obligatiōis quoddā cōgruitatis. Iſtud nomē deus cū iſto verbo debeo. bes. ſemper importat venenū: q̄ſtio nō eſt de debito obligationis: ſed ꝯgruitatꝫ. Mādatū dicit̄ quaſi manu datū. Mādatū: p̄ceptū ꝓhibitio differūt. Mandatū ē cōmune ad p̄ceptū ꝛ prohibitionē. Preceptū eñ eſt tm̄ de mandato affirmatiuo: ꝓhibitio de mādato negatiuo: mandatū autē reſpicit affirmatiuū ꝛ negatiuū. ¶ Decalogi dicit̄ a decas grece qđ eſt decē: ꝛ logos qđ eſt verbum: quaſi ſermo decē verboꝝ. Unde dei mandata dicunt̄ decalogus. ¶ Reſponſio dicendū abſq̄ dubio verba decalogi debuerunt dari ꝑ modū precepti. Intelligo de debito congruitatis nō obligationis: quia deus nulli obligat̄ Ita ꝙ nō ſolū in eis hō inſtrueret̄: verūetiā obligaret̄. Et rō huiꝰ eſt: tum quia deū decebat: tum quia nobis expediebat deū vtriq̄ decebat: quia in his verbis decalogi ꝯſiſtit regula iuſticie ſm ꝙ dictat lumen recte rōnis. Et qm̄ deus tanq̄ iuſtus debet eſſe emulator rectitudinis et iuſticie ꝛ in ſubditis ꝛ in ſeipſo. Hinc eſt ꝙ homini leges impoſuit iuſticie: ad q̄s ipſū obligauit vt nullo modo liceret ipſum impune p̄tergredi. Uerba igit̄ decalogi per modū obligationis debuerunt dari: quia ſic decebat diuinā iuſticiam et equitatē: nec tm̄ decebat equitatē immo etiā eius maieſtatē. Sicut eñ decet ſummā maieſtatē a creatura rationali omī reuerentia coli: ſic etiā decet ꝙ rational̄ creatura ad manifeſtationē illius ſumme maieſtatis per obedientiā famuletur Et ꝓpterea decuit ipm̄ imponere homini leges ꝛ mandata obligatoria. Non ſolum autē decebat deū: ſed etiā nobis expediebat tū ꝓpter gloriā noſtrā augmētandā: tum ꝓpter pacem conſeruandam ꝓpter gloriā vtriq̄ augmentandā: quia glorioſius eſt homini obtinere beatitudinem per merita q̄ ſine meritis. Et qm̄ cū aliud redditur ex meritis: quodāmodo hō qui meret̄ obligat ſibi retributionem: ꝛ magis decet hominē obligari deo q̄ deū homini. Hinc eſt ꝙ ad opa ꝑ que cōtingebat mereri debuit hō per p̄cepta obligari: vt dū obligatꝰ obediret in me-

rito ꝓficeret ⁊ ad maiorē cumulū gl'ie
ꝑueniret. Alia eſt ratio ꝓpter pacē con/
ſeruādā que tm̄ bonū eſt (ſicut dicit Au
guſtin⁹) vt cuncta pacem appetant. Pax
autē ſeruari nō poteſt vbi bonio vſurpat
ſibi quod eſt alienū. Ideo vt pax ſerua/
retur inter hoies: debuit deus mandata
homini tradere in q̇bus obligaretur ne
quod eſt alienū vſurparet: ſed redderet
deo ⁊ proximo quod eis deberet: ne alte
ri iniuriā faciendo pacē frangeret ⁊ fran
gendo pacem ipſe in ſe pacem amitteret:
ſic ergo decuit verba decalogi tradi per
dictū obligationis ⁊ p̄cepti: tum quia de
cens erat ex parte dei: tum q: expediens
erat ex parte noſtri. ¶ Ad auctoritatem
apoſtoli qua vult ꝙ mandatū incendit
cōcupiſcentiā. Roma. vij. Dicendum ꝙ
illud veritatē habet: ſed valde ꝑ accidēs
et occaſionalit̃. Ex hoc em̄ ꝙ ꝑ legē erat
peccati cognitio: cum per ipſam nō erat
gratie collatio: cōcupiſcentia intendebat̃
in vetitum ⁊ hominē ſcienter fecit perpe/
trare peccatū: ex hoc occaſionaliter fie/
bat ⁊ ipſius cōcupiſcentie intenſio ⁊ pec/
cati aggrauatio. Sed hoc nō erat de p̄n
cipali intentione ferentis mandata: nec
de ipſorū obligatione mandatoꝝ. Nam
dn̄s ſic tribuit mandata obligatoria ꝙ
ſemꝑ fuit paratus et promptus tribuere
gratiā adiutricē ad illa implenda. Vñ
ꝙ per mandatoꝝ obligationem augeret̃
cōcupiſcentia: hoc nō erat ex ipſis māda
tis: ſed potius ex negligētia ⁊ culpa hoīs
¶ Ad tertiū argumentū vero dicit̃ ꝙ ob
ligatio repugnat libertati peccādi: poſſe
aūt peccare non eſt libertas nec ꝑs liber
tatis. Et ideo dū obligatio mandati re/
pugnat libertati malefaciendi libertatē
nō minuebat: ſed poti⁹ augebat. ¶ Con
tra arguit̃ ſic liberalius dat aliqđ donū
qui dat ſine onere ꝙ̄ qui cū oneris impo
ſitione. Si ergo obligatio p̄ceptorū ma/
gnum onus eſt ⁊ deus liberaliſſimus vi/
detur: gratiā ⁊ gloriam debuit dare ho
mini: ita ꝙ ipſum nō obligaret ad aliqđ
mandatum. ¶ Dicendū ꝙ et ſi maioris
libertatis ſit ex parte dantis: non tamen
eſt tante glorie ⁊ excellentie ex parte ſu/
ſcipientis. Et quoniā deus in cōferendo
premiū nō tantū intendit ſue libertatis
manifeſtationem: immo etiam glorie no
ſtre promotionē. Hinc eſt ꝙ maluit no/
bis dare eternam beatitudinē per imple
tionem mandatoꝝ ⁊ meritū obedientie:
ꝙ̄ nullo merito precedente.

Secūdo querit̃. Utrū

precepta decalogi obligent ad opera for
mata id eſt meritoria. i. Utrū homo ob/
ligetur ad implendū mādata ſm̄ inclina
tionē charitatis. ¶ Rn̄ſio in iſta q̄ōne eſt
triplex modus dicendi. Prim⁹ nimis au/
ſterus. Scd̄s nimis remiſſus. Ideo Bo
nauentura ponit aliū modū qui eſt tenē/
dus. Et reſpondet ſic ꝙ opera formata
poſſunt dici dupliciter. Uno modo per
excluſionem deformitatis peccati. Alio
modo per impoſitionē dignitatis meriti
Si primo modo accipiant̃ opera forma
ta ſic vtiq; ad oꝑa formata obligāt. Ob
ligant em̄ ad vitandū om̄ia peccata mor
talia. Si autē dicant̃ alio modo oꝑa for
mata ſic accipiantur ꝓprie: ⁊ tunc diſtin
guendum eſt in ipſa obligatione. Eſt em̄
obligatio abſoluta ⁊ obligatio conditio
nalis. Obligatio abſoluta eſt qua quis
ſimpl'r ad aliq̇d faciendū obligat̃: ita ꝙ
ſi illud nō facit incurrit omiſſionis reatū
Obligatio vero cōditionalis eſt qua q̇s
verbi in ſacr̄o eucbariſtie. Et primo de forma ꝟbi ſuꝑ panē q̄ eſt. Hoc ē corp⁹ meū:q̄d ſcȝ iſtō ꝓnomē h̄ demōſtratiuū demōſtret an demōſtret corp⁹ xp̄i an panē. ¶ Notādū ꝙ iſta dictio en̄ nō ē de neceſſitate ꝯſecrationis:q: xp̄s nō ꝓtulit eā qn̄ dedit corp⁹ ſuū diſcipul' ſuis:tn̄ ſi q̄s ſacerdos ſcienter omitteret peccaret mortaliter ꝓ eo ꝙ eccleſia inſtituit illā dictionē addi:ſed ꝯſecraret. ¶ Pro reſolutione q̄onis ſūt multe opiniones:ſic̄ p;ȝ i textu. Tn̄ mgr̄ ſtephan⁹ brulefer tenet p̄mā q̄ dicit ꝙ ſacerdos dicit illa ꝟba nō vt ſua: ſed vt xp̄i. Un̄ materialr̄ tenet̄ nec tūc ē q̄rere q̄d ibi demonſtret̄ ꝑ ꝓnomē vel q̄d copulet̄ ꝑ verbū q: nec eſt ibi ſubiectum nec p̄dicatū nec copulatuȝ nec verbū:tn̄: iſta nō eſt opinio Bonauenture.

Nono querit̄ de forma

verbi ſuꝑ vinū. Hic ē calix ⁊c̄. Utrū hec forma ſit recta. ¶ Notādū ꝙ calix capit̄ multis modis. Primo mō ꝓ paſſione ſiue morte. vn̄ p̄r ſi poſſibile eſt ⁊c̄. ps̄. Calicem ⁊c̄. Sc̄do mō capit̄ pro quodā genere poculoꝝ q̄d fiebat ex quodaȝ ligno aromatico. Tertio mō ꝓ quodā vaſe aureo vl' argēteo vel ſtāneo in q̄ ꝯſecrat̄ corpus xp̄i. Quarto mō ꝓ q̄libet vaſe ſiue lapideo ſiue vitreo facto ad modū calicis:⁊ iſto mō dr̄ de iohāne euangeliſta ꝙ dederūt ei venenū in calice. Quinto mō capit̄ pro quocū q̄ȝ potu cōtento in vaſe ⁊ iſto mō vinū dr̄ calix. Sexto mō capit̄

calix pro precioſo ſanguine xp̄i: ⁊ iſto mō
ſolū capit̄ hic: ⁊ ſignat ꝓprie ſanguinis
xp̄i effuſionē in cruce. Et qn̄ dr̄. hic eſt ca
lix ⁊c̄. idē eſt: hic eſt potus meus q̄ eſt ſan
guis meus. ¶ R̄nſio qōnis ſtat in duabꝫ
ꝓpoſitionibꝫ. ¶ Prima ꝓpoſitio ſeu con/
cluſio. Hec forma. Hic eſt calix ſangui/
nis mei: eſt recta ⁊ cōgrua. ¶ Scd̄a con/
cluſio. Hec forma an ſit ſufficiens ⁊ tota
dubitat̄: tn̄ Bonauētura credit ꝙ ē tota
et ſufficiens ad ꝯſecrationē ſanguinis tn̄
qđ ſequit̄ ſcꝫ noui ⁊ eterni teſtamēti my/
ſteriū fidei q̄ ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effundet̄
in remiſſionē pctōꝝ non ponit̄ fruſtra qꝛ
ibi ponit̄ effect⁹ ipſius ſacr̄i: tn̄ iſta verba
non ſunt de eſſentia ⁊ nececeſſitate ſacr̄i:
dimittens tn̄ ſcienter formā ordinatā ab
eccleſia peccat mortal̄r: tn̄ vere cōſecrat
dicēdo q̄ttuor p̄ma verba. ¶ Notanduꝫ
ꝙ in iſtis verbis ſcꝫ noui ⁊ eterni ⁊c̄. po/
nunt̄ tres effectus. Prim⁹ eſt innouatio
teſtamēti ⁊ ei⁹ cōfirmatio cum dr̄ noui ⁊
eterni teſtamēti eterni a parte poſt qꝛ in
morte xp̄i ꝯfirmat̄ teſtamētū ⁊ nouū effi/
citur: qꝛ vetus fuit in ſanguine aīaliū et
thauroꝝ: qđ ibi eſt euacuatū. Scd̄s effe/
ctus ē fidei manifeſtatio: qꝛ in lege antiq̄
fides erat obſcura: ſꝫ in effuſione ſangui/
nis xp̄i fuit manifeſtata fides: qꝛ oīa ſa/
crificia q̄ fiebāt in antiq̄ lege: erāt ſignū
⁊ vmbra iſti⁹ ſacr̄i: ⁊ h̄ notat̄ cū dr̄ myſte/
riū fidei. Terti⁹ effect⁹ ē amoris dei erga
nos oſtenſio: cū dr̄ qui ꝓ vobis ⁊ ꝓ mul/
tis ⁊c̄. Et ſic exponit̄. Qui pro vobis iu
deis effundet̄ ⁊ ꝓ multis ſcꝫ gentilibꝫ vel
ſic ꝓ vobis ſacerdotibꝫ: ⁊ ꝓ multis laicis
Ideo ſi q̄s ſacerdos vellet excludere ſe a
merito miſſe ſue: et dare alicui peccaret
mortal̄r: etiā vellet aliq̄s de eccl̄ia exclu/
dere: qꝛ debet general̄r ꝓ oībus orare.

Decimo queritur. de ſa

cramēto eucharíſtie q̄ſtū ad ſignationē:
videlicet q̄d ſit res ibi ⁊ q̄d ſacr̄m. ¶ Re
ſponſio. In h̄ ſacr̄o ſunt tria. Primo eſt
aliq̄d qđ eſt ſacr̄m tm̄: ⁊ ſunt ille ſpēs vi-
ſibiles q̄ remanēt poſt cōſecrationē q̄ ſūt
albedo rotūditas ſapor ⁊ rubedo ī vino.
Scd̄o ibi eſt aliq̄d qđ eſt res ſacr̄i tm̄ et
p̄ciſe: ⁊ eſt corpus xp̄i myſticū vn̄ corpus
xp̄i myſticū eſt vnio oīm fideliū exiſtētiū
in charitate militātium ſub xp̄o. Tertio
ibi eſt aliq̄d qđ eſt ſacr̄m ⁊ res ſacr̄i: ⁊ eſt
ip̄m corpus xp̄i verū. Ideo Bonauentu
ra dicit (ſicut dicūt mgr̄i) tria ſūt in hoc
ſacr̄o: ſpēs viſibiles corpus xp̄i verum: ⁊
corpus xp̄i myſticum. ¶ Correlariū. Fi/
deles exiſtētes in peccato mortali nō ſūt
ꝓprie de corpore xp̄i myſtico: qꝛ eſt purū
⁊ nitidū: ſicut corpus xp̄i ē ex puriſſimis
ſanguinibꝫ ꝟginis ꝯceptū ſic corpus xp̄i
myſticū eſt ex puris fidelibus.

Undecimo queritur de

vnitate hui⁹ ſacramēti. Utrū ſit vnum.
¶ Pro q̄ſtionis clarioris elucidatiōe po
nunt̄ tres ꝓpōnes. ¶ Prima. Sacr̄m eu
chariſtie nō ē vnū vnitate indiuiſibilita/
tis: qꝛ ſpēs vini diſtinguūt̄ a ſpēbꝫ panis
⁊ etiā ex ꝑbis differētibꝫ vt pꝫ in cōſecra/
tionibꝫ. ¶ Scd̄a ꝓpō. Sacr̄m euchari/
ſtie nō ē vnū vnitate integritatis abſolu
te: qꝛ illud dr̄ vnū vnitate integritatꝭ ab
ſolute: qđ cōſtituit̄ ex pluribꝫ ꝑtibꝫ inte/
grantibꝫ ip̄m ſꝫ iſtud nō ꝯſtituit̄ ex pl̄ibꝫ
ꝑtibꝫ integrātibꝫ ip̄m. g̃. ¶ Tertia ꝓpō.
Sacr̄m euchariſtie dr̄ vnū vnitate inte/
gritatꝭ relatiue ⁊ qꝛ cōparatiue: illud dr̄
vnū vnitate integritatꝭ cōꝑatiue qđ ordi
nat̄ ad vnū: ſꝫ ſacr̄m euchariſtie inſtituit̄
ad ſignificādū vnū ſcꝫ corp⁹ xp̄i. g̃ ⁊c̄. tal̄
integritas ordinationis vni⁹ diſpoſit iue
venit a natura: qꝛ nec panis eſt ꝑ ſe plene
reficiēs nec vinū: ſed vtrūq̧ vna plena re
fectio. Ideo Gregori⁹ dicit: qꝛ ſacr̄m vna
ordinatiōe ordinat̄: idō ſtatim dicit. Et
preſta vt hoc tuū ſacramentū ⁊c̄.

Irca diſtinctio/

c
nē nonā q̄rit̄ p̄mo quot ſint
modi mādicādi iſtud ſcī
ſimū ſacr̄m. ¶ Notādū ꝙ

grãmatice loq̃ndo iſta tria dñt: edo:es:
comedo:z mãduco as. Nã edo es:eſſe:eſt
comedere totaľr vľ vorare vľ turpiť cõe-
dere cibũ ſine maſticatõe. Comedo autẽ
ſignat cũ alijs cõedere turpiť vľ cũ alijs
vorare:z nõ differt ab edo: niſi q2 ſignat
cũ h̄ ſocietatẽ hře. Mãduco ꝓ̃o eſt idẽ qđ
honeſte comedere. ¶ Notãdũ ꝙ in man-
ducatiõe corꝑali tria ſũt. Priº ẽ cibi ma
ſticatio. Vñ ſi q̃s poneret cibũ in ſtoma
cho ſine maſticatiõe ꝓprie nõ eẽt mandu
catio. ¶ Scđo eſt cibi maſticati in ſtoma
chũ traiectio. Tertio eſt cibi traiecti cuʒ
corꝑe incorꝑatio. Silř in iſto ſacr̄o ſpũa
liter loquẽdo iſta tria debẽt eẽ. Priº ma
ſticatio ꝑ fidẽ. Scđo dʒ eẽ maſticati i ſto
machũ traiectio ꝑ ſpem. Tertio dʒ eẽ ꝑ
charitatẽ incorꝑatio. Tamẽ differt a ci-
bo corꝑali: q2 icorꝑamus cibũ corporalẽ
in nos ſʒ in cibo ſpũali ſcʒ in iſto ſacr̄o cõ
uertimur in ip̄m cibũ:q̃ eſt xp̄s. Vñ xp̄s
dixit Auguſtino cibꝰ ſum grandiũ:crede
z mãducaſti: non cõuertes me in te:ſʒ tu
cõuerteris in me. Notãdũ p̄terea ꝙ qua-
druplex eſt modꝰ mãducãdi (ſm doctorẽ
ſubtilẽ) iſtud ſctiſſimũ ſacr̄m. Aliq̃s eñ
põt mãducare ſacr̄m euchariſtie tm̄:z nõ
ſacr̄aľr nec ſpũaľr vt ſi q̃s ſumeret ſacr̄m
iſtud ſicͭ aliũ cibũ nec credẽs ibi eẽ corpꝰ
xp̄i:nõ dijudicãs corpꝰ dñi:talis mandu
cat ſacr̄m ſʒ nõ ſacr̄aľr:nec ſpũaľr. Scđo
aliq̃s põt ſumere ſeu mãducare ſacr̄aľr:
ſed nõ ſpũaľr vt ſi q̃s exñs in pctõ morta
li recipiat ſacr̄m:tñ cũ fide iformi credẽs
ibi eẽ corpꝰ xp̄i. Tertio aliquis põt man
ducare ſacr̄aliter z ſpũaliter: ſicut ille q̃
cũ fide ſe p̄pat ꝑ purã cõfeſſionẽ z cõtri
tionẽ de pctis. Quarto aliq̃s manducat
nõ ſacr̄aľr ſʒ ſpũ aliter tm̄: ſicut ſunt illi
qui ſunt in grã q̃ ꝓpter reuerentiã aliqñ
abſtinẽt a receptiõe iſtius ſacr̄i: etiã oẽs
qui ſunt in grã ꝑ fidẽ: ſpem z charitatem
mãducãt ſpũaliter. vñ Auguſtinꝰ. Cre-
de z mãducaſti. ¶ Ad qõnez rñdeť ꝙ du
plex eſt modus mãducandi: ſcʒ ſacr̄aľr et
ſpiritualiter: z iſti ſunt duo modi princi
pales:z alij reducũtur ad iſta duo.

Secũdo queritur quid

ſit manducare ſpũaliter. ¶ Rñſio. Mã
ducare ſpũaliter ẽ cũ fide z ſpe z charita-
te xp̄o adherere. Vñ ſicut in mãducatio
ne corꝑali tria ſunt principaľr ita etiã in
mãducatiõe ſpũali. Maſticatio ſpũalis
eſt recogitatio cibi ſcʒ carnis xp̄i ꝓ nobiſ
expoſite in p̄ciũ ad redimendũ:z in cibuʒ
ad reficiẽdũ. Incorꝑatio vero attendiť
dũ recogitãs charitatis amore ei qđ cogi
tatur iũgiť z ſic incorꝑať z dũ icorꝑať re
ficiť z magis aſſimilať. Ad h̄ ergo ꝙ q̃s
ſpũaliter manducet req̃iiť recogitatio fi
dei: z affectio charitatis z ſic patet quid
ſit manducare ſpũaliter.

Tertio quenť quid ſit

mãducare ſacr̄aľr. ¶ Rñſio. Manduca
re ſacr̄aľr eſt manducare ſacr̄m ita ꝙ re-
quiriť intẽtio z intẽtiõis regulatio: vľ ſm
fidẽ q̃ eſt in ip̄o vel ſm fidẽ q̃ eſt in altero
Intentio inquã neceſſaria eſt. Si eñ q̃s
iret ad mẽſam z intẽderet corpꝰ reficere
z aliq̃s ꝓ pane cõi ſacr̄m ſibi ſicut paneʒ
offerret:z intẽderet oino cibũ corꝑalẽ aſ-
ſumere nemo diceret eũ ſacr̄aľr mãducaſ
ſe. ¶ Correlariũ. Mus vľ canis z cetera
aĩalia brutalia p̃ñt mãducare ſacr̄m ſed
nõ ſacr̄aliter. Neceſſe ẽ ergo ꝙ illa inten-
tio dirigať vel ſm fidẽ q̃ eſt in ipſo vel in
altero: q2 vel opʒ ꝙ credat ꝙ ſub illa ſpẽ
aliquid ſpũale lateat qđ ſumere intendit
vel opʒ ꝙ ſaltẽ intẽdat ſumere qđ alios
credere eſtimat q̃uis ipſe nõ credat.

Quarto queritur. vtrũ

xp̄s mãducauerit ſacr̄ʒ q̃libʒ p̄dictoꝝ mo
doꝝ. Hoc ẽ vtrũ manducauerit ſeip̄m ſa
cramẽtaľr z ſpũaľr. ¶ Rñſio ꝑ duas hẽť
ꝓpõnes. ¶ Priª. Xp̄s mãducauit ſeip̄m
ſacr̄aľr. Vñ gloſa ſuꝑ illud Leuiti. viij.
Cũq3 de ſanguine arietis zc̄. Gloſa Eſt
cũ. ꝑmo ſacerdos: deinde filij ſanguie in-
tingebanť: quia xp̄s in cena prius ſanguĩ
nẽ accepit: deide diſcipulis dedit. Et ruꝛ

ſus ibidem dicit gloſa: bibit ⁊ alĳs bibe-
re dedit. Item eſicius dicit ꝙ xp̄us ꝑmo
dedit ſibi ne alĳ potū ſanguinis abhorre
rent. ¶ Secūda ꝓpō. Licet xp̄us mādu
cauerit ſeipm̄ ſacramentalr̄ nō tn̄ ſpūalr̄
q2 viator (ꝗtumcūꝗ ꝑfectus) qn̄ mādu
cat ſpūalr̄ iſtud ſacramentū motu vel ha
bitu augmentatur in charitate: ſ3 in xp̄o
nō potuit augmentari charitas cū ab in
ſtanti ſue ꝯceptionis fuerit ꝯſummatus
in grā ⁊ charitate: ergo ⁊c̄.

Quinto querit̄. Utrum

mali id eſt pctōres ſumāt corpus xp̄i ve-
raciter. ¶ Rn̄ſio. Mali recipiunt ſacr̄m
qđ eſt corp⁹ xp̄i verū: qđ natū eſt de ma-
ria virgine: qđ pepēdit in cruce qđ a mor
tuis reſurrexit ⁊ ē in celis: tn̄ nō recipiūt
rē ſacr̄i q̄ eſt vnio i corpore myſtico ꝑ cha
ritatē ſed recipiūt ſacr̄m ad dānū ſuum.
Nā q̄ mādu cat indigne iudiciū ⁊c̄.

Sexto queritur. vtrum

pctōr q̄ eſt in pctō ex certa ſcia māducet
corpus xp̄i dānabiliter. ¶ Notandū ꝙ
hō pōt eſſe in pctō dupl̄r. Uno modo ſcīe
ter qn̄ bene ſcit ſe eē in pctō mortali: ⁊ nō
vult penitere nec ꝯfiteri: ⁊ iſto mō capit̄
in qōne. Alio mō pōt eē in pctō ignoran-
ter: qn̄ ſ3 eſt in pctō mortali tn̄ ignorat ⁊
nō h3 memoriā de pctō. Et de iſto mō di
cetur in qōne ſequenti. ¶ Ad qōnem di-
cendum ꝙ pctōr qui eſt in peccato ex cer
ta ſcia ſumit ſibi corpus xp̄i ad dānatio-
nē non q2 ipm̄ corpus xp̄i aliquā maculā
det aīe: ſed quia peccator ipſum contēnit
Unde talis cōmittit duo peccata. Prio
cōmittit pctm̄ omiſſionis in hoc ꝙ ſe nō
preparat debite: non dĳudicans corpus
xp̄i. Secundo cōmittit peccatum cōmiſ-
ſionis: quia contēnit deum.

Septimo querit̄ Utrū

videre vel tāgere corpus xp̄i in pctō mor
tali ſit pctm̄ mortale. ¶ Rn̄ſio ē in quat
tuor ꝓpōnibus. ¶ Prima. Quicūꝗ reci
pit corpus xp̄i in pctō mortali ſciēter pec
cat mortalit̄. ¶ Scđa ꝓpō. Uidere cor-
pus xp̄i in pctō mortali nō eſt pctm̄ mor-
tale: niſi fiat cū mala intentōe. ¶ Tertia
Tāgere corp⁹ xp̄i i mortali pctō (neceſſi
tate vrgēte) nō ē pctm̄ mortale. ¶ Quar
ta. Tangere corpus xp̄i in pctō mortal[i]
(neceſſitate nō vrgēte) eſt pctm̄ mortale.

Octauo querit̄. Utrū

peccator ſumēdo corpus xp̄i mortalr̄ pec
cet. ¶ Notandū ꝙ queſtio intelligit̄ de
pctōre exiſtente in pctō mortali ꝑ ignora
tiam vel ignoranter. ¶ Ad queſtionē re-
ſpondetur (ad predictoꝝ intelligentiā)
ꝙ in hoc ſacramēto tenet̄ ꝑcipiens ſe pre
parare: q2 deus venit ad habitandum in
hoīe. Preparatio aūt ſemꝑ eſt ſufficiens:
qn̄ inimicus dei expellitur de hoſpicio ꝑ
veram examinationē ⁊ contritionem ſiue
iudiciū pnie in quo pctōr eſt reus ⁊ accu-
ſator ⁊ eſt ibi ꝯſcia ſ3 deus ⁊ eſt ibi arbi
ter ſ3 ipſe ſacerdos. Rurſus q2 diuina
maieſtas ſumma ſe dignatione humiliat
et diuina bonitas offert gratiā debet hō
vltra predicta cu3 metu reuerētie ⁊ cum
omni dilectione accedere ad hoc ꝙ digne
māducet. Digne aūt manducare eſt ſuf-
ficiēter ſe preparare ſ3 cū oīs pctī expul
ſione cū reuerentia ⁊ dilectiōe. Quidam
igitur ſunt qui ſe ſufficiēter preparāt ſm̄
veritatē ſicut ſunt illi qui fecerūt bonā ⁊
longā examinationē. vn̄ dicit Scotus ꝙ
qui accedit ad iſtud ſacramētū d3 ſe pre
parare: ac ſi vellet ad aliqđ opus arduiſ-
ſimu3 accedere: vt eſt ꝓ morte euitanda:
hĳ habent diſplicentiā de peccatis ⁊ vo-
luntatē cauendi. Quidā ſunt q̄ nō ſuffi-
cienter ſe preparāt ſm̄ veritatē tn̄ ſufficiē
ter ſe preparant ſm̄ ꝓbabilitatē ⁊ ſunt il
li q̄ examinant ꝯſciam ſuā ſufficiēter ſm̄
coꝝ iudiciū: tn̄ in eis remanet aliqđ pec-
catū mortale de quo nō habēt memoriā.
Et iſti (ſm̄ Bonauen. nō māducant di-
gne: q2 nō ſe preparauerūt ſufficiēter: nec
indigne: q2 ſe preparauerunt ꝓbabiliter
Tales ꝗuis nō recipiāt gratiam: tn̄ nō

incurrūt offenſam. Sꝫ iſta opinio videt̃ eſſe nimis dura. Jō Sco. dicit ꝙ pctm̄ ta le delet̃ ꝟtute ſacramēti: ꝛ recipie gr̄aꝫ in h caſu. Durādus aūt dicit ꝙ tale peccatū remittit̃ ꝟtute ſacramenti: vel reducit̃ ad mēoriā pctm̄ vt cōfiteat̃: ꝛ hec opinio multū placet. Ad illud qd̄ obȷ̄icit̃ de digne ꝛ indigne ſumēte: q2 eſt ibi mediū: ꝙuis nō ſit mediū inter dignū ꝛ indignuꝫ: ſm tn̄ Sco. ꝛ Durādū nullū eſt mediū: q2 q̄ ſe p̄pat ſm ꝓbabilitatē: recipit gr̄aꝫ: ſi coterat̃ de oib⁹. Jtē nullus tenet̃ ſufficiēter ſe p̄parare: ꝑ ꝯſequēs null⁹ pōt ſcire vtruꝫ accedat digne ꝛ in gr̄a. Jō ſufficit p̄paratio ſm ꝓbabilitatē: h eſt ſm dictamē ꝯſciētie: ꝛ in h debet hō eſſe ꝯtēt⁹: ꝗ ſm Sco. talis gr̄am recipit. Jtē indeuot⁹ capit̃ dupliciter: Uno mō ꝯtrarie vt ē ille q̄ accedit cū ꝓpoſito peccādi. Alio mō ꝑuatiue vel negatiue: ꝛ dicit̃ ille q̄ caret deuotiōe: ꝛ talis ideuotio nō impedit q2 habere deuotionē nō eſt in ptāte nr̄a. Ad vltimū ꝙ iuſt⁹ ex tali ꝯſciētia ſe reddit magis inhabilē: nō ꝓpter culpā ſꝫ ꝓpter ꝯſcientiā erroneā: q quidē ꝙdiu ꝑſiſtit obligat vt nō recipiat gratiā ꝓpter h ꝙ nō pōt cū hac cōſciētia reperire q̄n cōtēnat. Quidā autē neutro modo ſe p̄parāt: imo cōtēnūt: ꝛ iſti ſine dubio indigne māducāt. Aplꝯ. j. Corꝫ. xi. Probet autē ſeipm̄ hō ꝛc̄. ſcꝫ per diligentē examinationē ꝛ diſcuſſionē ꝯſciētie ſue ꝑ attritioneꝫ ꝛ diſplicētiā de peccatis cōmiſſis per purā ꝛ verā cōfeſſionē vocalem per ꝓpoſitū abſtinēdi deecetero a peccato.

Nono querit̃. Utrum

peccet dānabiliter qui corpus dn̄i dat ei quē ſcit eſſe pctōrē: id eſt eſſe in pctō mortali. ¶ Notandū ꝙ ille peccat dānabilit̃ q̄ peccat mortaliter: q2 pctm̄ mortale eſt pctm̄ ad dānationē. Sciendū ꝙ differentia ē īter manifeſtabile māifeſtū ꝛ notoriū. Manifeſtabile eſt illud qd̄ pōt manifeſtari in publico ꝑ teſtimoniū duorū teſtiū. Manifeſtū ꝟo eſt illud qd̄ ſcit̃ ꝑ teſtimoniū duoꝝ teſtiuꝫ. Notoriū aūt pōt fieri tripliciter. Uno mō fit aliqd̄ opus notoriū ꝑ ſentētiā iudicis. Secūdo mō ꝑ ꝯfeſſionē factā in iudicio: vt ſi q̄s ꝯfiteret̃ peccatū ſuū in iudicio. Tertio modo ꝑ euidētiam rei q̄ nulla tergiuerſatiōe rei pōt occultari: vt ſi q̄s occiderit hominē ī publico corā hoīb ꝛ oibus. ¶ Rn̄. Sacerdos debet corp⁹ dn̄i dare illi queꝫ ſcit pctōrē ſi petat in apto: ſi ſit pctōr occultus: ꝛ ipſe ſol⁹ ſcit. Si notori⁹: nullo mō debet dare ſiue petat ſiue nō. Sicut dn̄s dicit: et Cyp̄an⁹. Nolite ſanctū dare canib: de hyſtriōe. Rō aūt q̄re dꝫ dari eſt m̄ltiplex. Prima ē: q2 neſcit an de⁹ occulte opet̃. Scd̄a ne ꝓdat crimē ei⁹. Tertia ē ne alios ſcādalizet. Quarta q2 ius habet in facie eccl̄ie: et tunc tenetur illi ius ſuum petenti reddere.

Jrca diſtinctionē decimā q̄rit̃ p̄mo. Utrū

c

corp⁹ x̄pi ſit in altari ſm veritatē. ¶ Notādū ꝙ altare pōt capi multis modis. Pr̄io capit̃ pro ip̄o deo ꝟo: trino ꝛ vno: ꝛ de iſto altari dicit Ps̄. Introibo ad altare dei ꝛc̄. i. ibo ad deū meū. Scd̄o mō capit̃ ꝓ ipſo dn̄o nr̄o ieſu x̄po. Apocal. vi. Uidi ſub altari dei aīas interfectoꝝ. i. vidi ſub protectiōe x̄pi aīas interfectorū. i. martyrum. Tertio mō capit̃ altare ꝓ gl̄ioſa ꝛ bn̄dicta cruce in q̄ pependit x̄pus. vn̄ canit̃ in hymno paſchali. Cui⁹ corp⁹ ſcīſſimū in ara crucis torridū. i. in altari. Quarto mō ꝓ aīa cuiuſlibet iuſti exiſtētis in gr̄a. Quinto mō pōt capi ꝓ aīa peccatrice et iſtud altare eſt ſacrilegū. Sexto pro ſtatu eccl̄ie militāꝫ. Septio ꝓ illo loco ī q̄ ī lege veteri offerebāt̃ victie. Octauo ꝓ ꝑadiſo vbi ſūt aīe btē: et oib iſtis modis nō capit̃ h. Nono capit̃ ꝓ illo loco in q̄ vt ſupꝰ quē ſacerdos ī noua lege offert corp⁹ Et iſtud ē duplex. qd̄daꝫ ē fixū: ſic ē cōit̃ in eccl̄ijs: tn̄ req̄rit̃ ꝙ ſit lapideū. Aliud eſt altare viaticū qd̄ pōt portari: ꝛ req̄rit̃ ꝙ

ſit lapideū: ꝛ ꝓprie iſto mō nō capit̃ hic.
Decimo capit̃ ꝓ ſpeciebꝫ panis ꝛ vini cō
ſecratis:q̄ ſpecies ꝯſecrate vere cōtinent
corp⁹ xp̄i:ꝛ iſto mō ꝓprie capit̃ h̄. ¶ R n̄.
In altari eſt corp⁹ xp̄i verū qḋ natū ē de
maria v̄gine qḋ circūciſū octauo die: qḋ
crucifixū eſt: qḋ fuit ſepultū: qḋ reſurre-
xit tertia die: qḋ aſcēdit ſuꝑ oēs celos: qḋ
eſt in gl̄ia patris: ꝛ veniet cū eadē iudica
re viuos ꝛ mortuos. ¶ Notādū ꝙ diuia
potētia ꝛ bonitas relucet in hoc ſacramē
to alti⁹ ceteris ſacramētis. Vn̄ cetera ſa
cramēta excellit: ꝛ q̄ſi cōſūmatiuū eſt om
niū alioꝝ: ſicut charitas oim̄ v̄tutū. Pri-
mū igit̃ hic manifeſtat̃ dei potētia in ope
ris ſingularitate. Cū eīm panis in chriſti
corp⁹ verū ꝛ integrū in multis altaribus
cōuertit̃: ꝛ ſubito oſtēdit ſe deus poſſe ſu
per omnē potentiā operatiuā in cōuerſio
ne: quia in cōuerſiōe naturali aliquid re-
manet cōe. ſ. materia p̄ma: vt qn̄ ex aqua
fit vinū. Suꝑ imaginatiuā potentiam
in hoc ꝙ idem eſt in plurib⁹ locis. Suꝑ
intellectiuā in hoc ꝙ tam magnū ꝛ inte-
grū in tā parua ſpecie facit exiſtere nō cō
fractū. Secūdo relucet ibi diuina ſapiē-
tia in operis cōgruitate. Chriſt⁹ eīm dn̄s
nr̄ ſatis magnū ꝑplm̄ dn̄o adq̄ſierat: ipos
in ſuo corꝑe myſtico vniēdo. In hoc aūt
corꝑe (qḋ ē eccl̄ia) multi ꝛ diuerſi ſūt via-
tores ꝛ infirmi: ſūt etiā peccatꝫ quotidia
nis circūdati: ꝛ qꝛ ſunt multi in vno cor-
pore: indigēt cōnexione: qꝛ viatores indi-
gent refectiōe: ꝛ q̄tidianis pctis iplicati
indigēt oblatiōe: ꝛ hec q̄dē nō tm̄ interi⁹
fienda erāt ꝑ grām v̄tutū: ſed exteri⁹ per
grām ſacroꝝ. Cōgruū ḡ fuit vt haberēt
exteri⁹ vnū cōnectens: ſicut hēbant vnuꝫ
interi⁹: ſed illud vnū debuit eē vbi mem-
bra: ꝛ ita (cū in multis ſint mēbra locis)
debuit eē: ꝙ cōgrueret eē in multis ſed h̄
nō eſt niſi deus vel deitati vnitū: ſic autē
eſt corp⁹ xp̄i: ḡ corpus xp̄i debuit dari in
ſacr̄o exteriori qḋ eſt vnū in q̄ oēs fideles
eius vniūtur in mādu cādo vnā ꝛ eandeꝫ
eſcam. Cōgruebat etiā vt haberent ex-
terius reficiens in ſacr̄o: ſed reficiēs aīam
nō eſt niſi deus: vel deo vnitū: ꝛ hoc eſt cor
pus xp̄i vnica oblatio. Et ita congruum
fuit: vt corpus xp̄i verū in ſacr̄o iſto eſſet.
Cōgruebat etiam vt haberēt oblationē
exteriorem: ſed dn̄s vnica oblatione offe-
rendo ſe oēs alias oblationes euacuaue-
rat: ergo ſi non debuit reficere qḋ deſtru
xerat: debuit nobis dare illaꝫ eandē quā
obtulit ꝛ nō aliam: qḋ eſt corp⁹ xp̄i obla
tum in cruce ita ſacrificat̃ in altari. Et
ex hoc pꝫ q̄ꝫtum valet ꝙ obicit ꝓpter cō
gruitatē ꝙ hō nō humiliat̃ in h̄ ſacramē-
to. Dicenduꝫ ꝙ imo: qꝛ in ſigno exteriori
viſibili eſt humiliatio. In h̄ eīm ſuꝑ oīa
humiliat̃ ꝛ captiuat̃ hoīs intellectus: qꝛ
credere cōpellit̃ qḋ nullaten⁹ pōt cōp̄hen
dere. Preter h̄ etiā in h̄ ſacr̄o eſt exēpluꝫ
toti⁹ humilitatis: qꝛ dn̄s maieſtatis tam
mēdico ꝛ paupere vallio adhuc in exem-
plum humilitatis ꝛ paupꝫtatis veſtitur.
Tertio apparet diuina bonitas ſiue cle-
mentia in vtilitate. Nā ex h̄ ꝙ xp̄s eſt ibi
corporalr̄ pn̄s fidei meritū auget̃ dū hoc
credit: qḋ nullaten⁹ rōne cognoſcit: chari
tatꝫ etiā deuotio inflāmat̃ qn̄ ſentit dn̄m
p̄ſentem in carne. Sicut eīm ad p̄ſentiam
ignis expellit̃ frigus: ſic ad preſentiā car-
nis xp̄i expellit̃ tepor. Vn̄ Damaſcenus
dicit ꝙ caro xp̄i eſt tāq̄ꝫ carbo ignit⁹. Itē
ſpei fiducia ſubleuat̃: dū eīm ipm̄ eundē
offert patri qui oblat⁹ eſt in cruce: quis
eſt qui nō confidit exaudiri.

Secūdo querit̃. Utrū

corpus xp̄i ſit in altari ſm̄ ſuā naturaleꝫ
q̄ꝫtitatem: an ſit ibi q̄ꝫtitate abſtractum
¶ Notādū ꝙ corp⁹ xp̄i capit̃ ibi ꝓ altera
ꝑte cōpoſiti: diſtincta realr̄ ab alia ꝑte. ſ.
ab aīa: ſicut dicim⁹ ꝙ corpus xp̄i fuit in
ſepulchro. Notandū ꝙ duplex ē q̄ꝫtitas
virtutis ſcꝫ et molis. Quantitas virtu-
tis eſt illa qua vnūquodq̄ꝫ ens eſt perfe-
ctum vel ꝑfectione totali ꝛ ſimpliciter et
ſic ſolus deus eſt perfectus vel perfecti-
one partiali et finita: et iſto mō ordo oīs

creatura eſt pfecta:tñ aliqua magis ha-
bet de perfectiõe ꝙ̃ alia:ꝛ de iſta quanti-
tate nõ eſt hic queſtio. Quãtitas autem
molis eſt illa ſm quã quanti vel quoti di
cimur. Et iſta quãtitas habet tres dimẽ
ſiones:que ſunt longitudo latitudo ꝛ ꝓ
funditas: ꝛ de iſta quãtitate eſt queſtio:
videlicet: Utruꝫ corpus chriſti in altari
habeat tantũ de longitudine ꝛ latitudi-
ne ꝛ profunditate quantũ habuit in cru
ce:ꝛ ſic nunc habet in celo. ¶ Reſponſio
Corpus chriſti eſt in altari ſm ſuã natu
ralem quantitatẽ:ꝛ nõ videt̃ ꝛ eſt pſens.

Tertio queritur. vtrum

corpus chriſti ſit ſub ſpeciebus diffiniti-
ue:id eſt accidẽtibus viſibilibus. ¶ No-
tandũ ꝙ ſpecies capit̃ multis mõis. Pri
mo modo capit̃ pro exteriori cõpoſitiõe:
ſm quã quis dicit̃ pulcher ꝛ ornat⁹. Ps.
Specie tua ꝛ pulchritudine tua ꝛc̃. Se
cũdo modo pro forma dante eſſe ſpeciuo
cũ formale :ꝛ iſto modo diſtinguit̃ cõtra
materiã. Tertio modo ꝓ quacũ ſimili
tudine repſentatiua aliquã rem que ẽ ra
tio cognitiua illi⁹ rei. Quarto modo ca
pitur ꝓ manerie rerũ:ſic dicit̃: In horto
meo eſt ſpecies talis herbe. Quinto pro
eterna btitudine q̃ eſt viſio dei:vt dicit̃ in
collecta epiphanie:vſ ad cõtemplãdã
ſpeciẽ tue celſitudinis pducamur. Sex-
to capit̃ ſpecies vt eſt vnũ de quin vni-
uerſalibus. Septimo capit̃ prout eſt q̃d
dã accidẽs ptiũ orationis:ꝛ ſic capiũt grã-
matici. Octauo capit̃ pro imagine figu-
rata vel artificiali facta ad ſimilitudineꝫ
alteri⁹. Et oibus iſtis mõis nõ capit̃ hic
ſpecies. Nono capit̃ ꝓ q̃cũ ſigno viſibi
ꝛ ſenſibili diſtincte repſentatiuo alicuius
rei viſibilis:ꝛ hoc eſt ex inſtitutiõe diuia:
ꝛ iſto mõ capit̃ h̃ vt in ſacramẽto altaris
ſpẽs ſũt albedo/rotũditas:illa impreſſio
imaginis alicui⁹ figure ꝛ ſapor panis et
vini. ¶ Notãdũ etiã ꝙ aliq̃d põt eſſe i lo
co q̃druplicit̃. Primo mõ circũſcptiue ſi-
ue dimenſiue:ꝛ eſt illud qđ ſic eſt in loco
ꝙ totũ locatũ eſt in toto loco:et ps locati
corrñdet pti loci:ꝛ iſto modo vinuꝫ eſt in
dolio tã in loco ſuo. ¶ Correlariũ. De
us nõ poteſt eſſe in loco circũſcriptiue:qꝛ
deus non habet partẽ ꝛ partẽ. ¶ Secun
dũ correlariũ. Angeli nõ poſſũt eſſe in lo
co circũſcriptiue:nec etiã anima: quia nõ
habẽt partẽ ꝛ partẽ. ¶ Tertiũ. Corpus
chriſti in ſacramẽto non eſt in loco circũ-
ſcriptiue:ſicut patebit in ſequẽti queſtio
ne. Secũdo modo aliq̃d poteſt eſſe in lo-
co diffinitiue:id eſt determinate :qđ.ſ.eſt
in loco ꝑ realẽ pſentiã ꝛ exiſtentiaꝫ :ſic tñ
ꝙ qñ eſt in loco illo: de potentia ſua natu
rali nõ põt eſſe in alio: ꝛ eſt in loco indiui
ſibilit̃:ꝛ iſto modo corpus xp̃i eſt in ſacra
mẽto diffinitiue: qꝛ d: ſua ꝓpria natura
nõ poteſt eſſe in pluribꝫ:ſꝫ ſolũ ꝑ potẽtiaꝫ
diuinã:tñ ꝓprie loquẽdo nõ ſic capit̃ dif-
finitiue in pſenti q̃ſtione. Tertio mõ ali-
q̃d dꝛ eſſe in loco imẽſiue:qđ ex ſua imen
ſitate ſeu illimitatiõe ad locũ neceſſario
ꝛ de ſua natura eſt in q̃libet loco. ¶ Cor
relariũ. Solus de⁹ eſt in loco immenſiue.
Quarto mõ aliq̃d dꝛ eẽ in loco ſacramẽ-
talit̃ qđ eſt in illo loco ꝑ realẽ pñtiã ꝛ exi-
ſtentiã tã ſub ſigno viſibili repſentãte
ip̃m ex iſtitutiõe diuia : ꝛ iſto mõ corpus
xp̃i ẽ in ſacro altarꝫ:hoc ẽ ſub illis ſpecie-
bus:ꝛ põt eſſe in pluribꝫ locꝫ ſacramẽta-
lit̃. ¶ Ad q̃ſtionẽ reſpondet̃ (ſicut dic̃ In
nocẽti⁹) Queẽadmodũ dei fili⁹ ſm diuini
tatẽ habet triplicẽ moduꝫ eſſendi: videli
cet in oibus ꝑ eſſentiã: in iuſtis ꝑ gratiaꝫ:
in chriſto ꝑ vnionẽ:ſic corpus chriſti loca
liter eſt in celo:pſonaliter in verbo:ſacra-
mẽtaliter in altari. Et hoc tertio mõ di-
cit ip̃m reperiri in pluribꝫ locꝫ:ꝛ põt eſſe:
quia plures ſunt ſpecies continẽtes. Sꝫ
ſm Scotũ ratio quare poteſt eſſe in plu
ribus locis eſt dei voluntas ſimpliciter
Et ſic patet reſpõſio ad queſtionẽ ꝙ cor
pus chriſti non eſt ſub ſpeciebus diffini-
tiue.i.determiate capiẽdo eſſe in loco dif
finitiue:ſtricte ꝓ illo qđ ẽ det̃miate i aliq̃
loco:ſic ꝙ nõ ẽ i alijs locꝫ:ſed notuꝫ eſt ꝙ

corp⁹ xp̄i ē in pluribꝫ locꝫ ſacramētalit̃.

Quarto querit̃. vtrum

corp⁹ xp̄i ſit dimēſiue. i. localit̃ extenſiue ſiue circūſcrip̄tiue ſb̄ illis ſpeciebꝫ. ¶ Sciendū ꝙ illud dr̄ eſſe dimēſiue alicubi qđ ita ē in illo ꝙ totū in toto ꝛ ps in pte ſm̄ cōmēſurationē: ꝛ hm̄ōi ñ debuit eē corp⁹ xp̄i ſub ſacramēto: qꝛ tūc neceſſariū eſſet illi eq̄ri ꝛ cōfigurari ſicut ꝓbāt rōnes: ſed h̄ nō ꝯgruebat ꝟitati ſacramēti: qꝛ ad veritatē ſacramēti req̄rit̃ ꝙ ſit ibi in q̄ntitate ſua: et ſi eq̄ret̃ hoſtie nō eſſet in q̄ntitate ſua ſꝫ formaret̃ nō in ſua figura: ꝛ iō h̄ nō debuit fieri ſꝫ debuit fieri vt corp⁹ habēs ſuā ꝑfectionē eſſet in illa hoſtia: nec corp⁹ excedit hoſtiam: nec excedit̃ ab ea. ¶ Notandū etiā ꝙ duplex eſt ꝯuerſio: q̄dā eſt ꝯuerſio ꝑtialis q̄ pōt fieri ab agente naturali: vt fit i trāſmutatiōibꝫ elemētorūꝫ: ꝛ ſp̄ aliq̄d cōe remanet: qꝛ ſp̄ materia remanet: vt aq̄ in vinū. Alia eſt ꝯuerſio totalis q̄ fit ab agēte ſupnaturali: vt ptꝫ in ſacramēto altarꝫ: qꝛ tota ſubſtātia panis ꝯuertit̃ in verū corp⁹ xp̄i. Itē motus trāſlatiōis fit ꝟtute diuina ſoluꝫ: qꝛ ſicut ꝟtute diuina corp⁹ xp̄i efficit̃: ita in h̄ ſacramēto ꝟtute diuiā mouet̃. Ad motionē hoſtie ſciēdū ꝙ motio illa non fit a ſacerdote: nec ab angelo ſed a ſola ꝟtute diuiā: qꝛ ſic determiauit. Et qꝛ nō ē ſub mō q̄ntitatiuo extēſibili ꝛ viſibili: iō non pōt tractari: videri vel moueri motu locali. Iō iſte ꝓpoſitiōes: comedi corp⁹ xp̄i tetigi et vidi corp⁹ xp̄i: ſūt intelligende đ ſpeciebꝫ panis ꝛ vini. i. vidi ſpecies et ſacramentū ſub q̄b⁹ ꝯtinet̃ corp⁹ xp̄i. Motu aūt giratiuo nō mouet̃: nec ꝑ ſe nec per accidēs: ſꝫ ad motū ꝑtiū niſi trāſferat̃ tota hoſtia. ¶ Rñ. ad q̄ſitū. Corp⁹ xp̄i nō eſt circūſcriptiue ſub illis ſpeciebꝫ: qꝛ corpus xp̄i hꝫ ibi tātū đ latitudine ꝛ lōgitudine q̄ntū hꝫ in celo ꝛ habuit in cruce: ſꝫ notū ē ꝙ nō tm̄ occupat de loco: igit̃ ꝛc̄. Qualit̃ aūt h̄ pōt fieri nō pōt hūana rōne intelligere: ſꝫ oportet ſuū intellectū ꝛ oēꝫ rōnē captiuare ꝛ ſubijcere: ꝛ credere ſumme veritati q̄ eſt xp̄s. Iō Innocēti⁹ diſtiguit eē localit̃ ꝯtra eē ſacramentaliter.

Quinto querit̃. vtrum

corp⁹ xp̄i ſit in q̄libet pte hoſtie. ¶ Notādū ꝙ hoſtia pōt capi mltꝫ mōis. Primo mō capit̃ hoſtia cōiter ꝓ oī ſacrificio qđ offerebat̃ deo in lege antiq̄: ſiue eſſet ꝓ expiatiōe pctōꝝ: ſiue ꝓ pace habēda. Secūdo mō capit̃ ꝓprie ꝓ ſacrificio qđ offerebāt pagani ꝛ idolatre idolis: ꝓ victoria habēda: ꝛ iſtꝫ duobꝫ mōis nō capit̃ h̄. Tertio mō capit̃ magꝫ ꝓprie: ꝛ idē eſt qđ ſacramētū eucharíſtie: ꝛ ſūt ille ſpecies. ſ. illa albedo ꝛ illa rotūditas ſub q̄bus ꝯtinet̃ corp⁹ xp̄i. Et debet hoſtia hm̄ōi hr̄e ſeptē ꝯditiōes q̄ ꝯtinent̃ in h̄ ꝟſu. Parua nitens: ſana: teres: azyma: mūdaq̄ ſcꝑta. Et ꝑ iſtas ꝯditiōes myſtice notat̃ fuga ſeptē pctōꝝ mortaliū. Primo dꝫ eſſe pua. ſ. pue q̄ntitatꝫ: ꝛ ꝑ h̄ notat̃ euitatio ſupbie eo ꝙ xp̄s tātū ſe hūiliauit ꝙ voluit cōtineri ſub illis puis ſpeciebꝫ. Scđo dꝫ eſſe nitens. i. ſplēdida: ita ꝙ nō ſit aliqua macula euidēs: ꝛ ꝑ h̄ notat̃ euitatio inuidie Tertio dꝫ eſſe ſana. i. integra: ꝛ ꝑ h̄ notatur euitatio ire. Quarto dꝫ eſſe teres: id eſt rotūda: ꝛ ꝑ h̄ notat̃ euitatio acidie: qꝛ cōiter corꝑa rotūda ſūt agilia: ita debemus eſſe ꝓmpti ꝛ agiles ad bona oꝑa excercēda. Quinto dꝫ eſſe azyma. i. ſine fermēto: ꝛ ꝑ h̄ notat̃ euitatio auaricie. Sexto dꝫ eſſe mūda: qꝛ ſi eſſet lutoſa nō eſſet decens: ꝛ ꝑ h̄ notat̃ euitatio luxurie. Septimo dꝫ eſſe ſcꝑta: h̄ ē debet in ea imprimi aliq̄ figura: ꝛ ꝑ h̄ notat̃ euitatio gule: qꝛ guloſus nullā hꝫ figurā tēperantie: et iſto mō capit̃ hoſtia i p̄nti q̄ōne. Quarto mō capit̃ hoſtia ꝓpriiſſime ꝓ re cōtēta in ipa hoſtia: ꝛ eſt ipe xp̄s. Vñ canit eccl̃ia ī hymno. O vere digna hoſtia: ꝛ iſto modo nō capit̃ hic. Quinto capit̃ hoſtia ꝓ quocūq̄ hoīe iuſto ꝛ ſancto: ſanctificāte ſe totalit̃ dñō: ꝛ h̄ mō etiā non capit̃ hic. ¶ Ad q̄ſtionē rñdet̃ ꝙ q̄ñ panis eſt cōſe-

cratus totū corp⁹ xp̄i ē in ſingulꝫ partibꝫ:
etiā anteꝗ̄ frangaꝫ hoſtia. Nec ꝑpterea
ſequiꝫ ꝙ xp̄s ſit infinities in hoſtia: quia
ꝗ̄uis aīa ſit in ꝗlibꝫ ꝑte corꝑis: tn̄ ſemel
eſt: qꝛ vnū eſt corp⁹. Silr in vna hoſtia
(ꝗ̄uis in oibꝫ ꝑtibꝫ) eſt ibi tn̄ ſemel: nec
hoſtia eſt diuiſibiꝫ in partes infinitas.

Sexto queriꝫ. Utrum equis ꝟtutis vel maioris ſit panē in corpus xp̄i ꝯuertere: quāte ē aliqd de nouo
creare. ¶ Notandū ꝙ panis ē duplex: increat⁹ z creat⁹. Panis increat⁹ capiꝫ dupliciter. Uno mō eſſentialr z eſt tota trinitas. Un̄ Lu. xiiij. Beat⁹ q̄ mādu-cabit
panē i regno dei. Alio mō capiꝫ ꝑſonalr
z eſt ip̄e fili⁹ dei. Joh. vi. Ego ſum panis
viuus q̄ de celo deſcēdi. Panis ꝟo creat⁹
pōt capi qn̄ꝗ̄ modis: ad q̄s pn̄t oēs alij
reduci. Prim⁹ panis ē ſacramētaꝫ z ē corpus xp̄i. Joh. vi. Panis quem ego dabo
caro mea eſt ꝓ mūdi vita. Scd̄s panis ē
ſpūalis: z ſunt virtutes exiſtētes in hoīe
iuſto: nā aīa reficiꝫ ꝑ ꝟtutes: ſine qbꝫ moritur aīa ſpūalr. Terti⁹ eſt panis ſciētiaꝫ
z eſt ipſa ſciētia ꝑ quā iuuenes docenꝫ a
doctoribꝫ. Un̄ apl's. ij. ad Timoth. iiij.
Erit eīn tp̄s in q̄ ſanā doctrinā non ſuſtinebūt zc̄. Quart⁹ eſt panis materiaꝫ: d̄
q̄ ꝗtidie veſcimur corporalr. Un̄ Eſaie
lviij. Frange eſurienti panē tuū: z de iſto
ſolo pane eſt hic ad ꝓpoſitū. Quint⁹ eſt
panis ꝑnialis qui deguſtaꝫ ꝑ ꝯtritionē:
maſticaꝫ ꝑ ꝯfeſſionē: z digeriꝫ ꝑ ſr̄e ſuſceptionē. Ps. Surgite poſtꝗ̄ ſederitis q̄
māducatis panē doloris. ¶ Notandū ꝙ
duplex ē cōuerſio. Quedā ē large capta
et capiꝫ ꝓ ꝗcunꝗ̄ mutatione vni⁹ rei in
aliā rem: ſiue illa ſit ſubſtātie in ſb̄am: ſiue accidētis in accidēs. Et hec adhuc eſt
duplex. Quedā eſt naturaꝫ z eſt illa q̄ fit
ꝟtute agentis creati. ſ. nature vt ex aqua
generaꝫ aer: ex aere ignis: ex hoīe ſano fit
hō eger z infirm⁹: ex aq̄ frigida mediāte
igne fit aq̄ calida. Alia eſt cōuerſio ſupernaturalis: z eſt illa q̄ fit ab agente ſupna-
turali: qui eſt deus: vt qn̄ ipſe conuertit
feminā Loth in ſtatuā ſalis: qn̄ etiā deus
ꝯuertit peccatorē ad penitentiā: ſicut de
paulo z magdalena. Et de iſtis conuerſionibus nō eſt ad ꝓpoſitū. Alia eſt conuerſio realis ſtricte capta: z idem eſt qd̄
tranſſubſtantiatio. Et diffiniꝫ a doctore
ſubtili. Conuerſio eſt tranſitio totalis
ſubſtantie in ſubſtantiā: ibi tranſitio ponitur loco generꝫ: totalis poniꝫ ad differentiā generationis naturalis: in qua nō
eſt totalis tranſitio: quia ſemꝑ remanet
materia cōmunis que prius erat ſub vna
forma: poſt ſub alia vt materia aeris ſub
forma aeris: z poſt ſub forma ignis: ſi ex
aere fiat ignis. Diciꝫ ſb̄e in ſb̄am: ad differentiā illius trāſitionis in qua mutaꝫ accidens in aliud accidēs: vt qn̄ ex aqua frigida fit aqua calida. ¶ Notandū inſuꝑ
ꝙ creatio pōt dici tripl'r. Prio mō capiꝫ
ꝓprie: z eſt ꝓductio alicui⁹ entis de non
ente ſimpl'r z oīmode: z iſtud creare ſolū
cōuenit deo: z iſto mō capiꝫ in qōne: vt de
nihilo creare aīaꝫ. Alio mō capitur creatio ꝓ ordinatiōe. vn̄ Eſa. xlv. Ego dn̄s
faciēs pacē z creās malū. Tertio mō capitur ꝓ recreatione: vt qn̄ deus recreat z
reformat aīam ꝑ grām. ¶ Rn̄ſio. Si loq̄mur de virtute creante z trāſſubſtantiante ꝗ̄tū ad ſe nō eſt dr̄ia: qꝛ deus eſt ipſa
virt⁹ creans z tranſſubſtācians: qꝛ eq̄ potens eſt creare celū z terrā de nihilo ſicut
mutare panē in corp⁹ xp̄i: z ecōuerſo. Si
aūt queraꝫ ꝗ̄tum ad effectū q̄s ſit maioris potentie. Dicendū ꝙ in qualibet harū oꝑationū eſt ꝯſiderare: ꝑncipiū initiale: terminū finalem: z diſtantiā mediam.
Quātū ad ꝑncipiū initiale maioris virtutis eſt creare de nouo celū z terram ꝗ̄
tranſſubſtantiare panē in corp⁹ xp̄i: qꝛ ex
nihilo fit aliquid. Sed ꝗ̄tū ad diſtantiā
mediā equalis ꝟtutis eſt: qꝛ vtraꝗ̄ potētia eſt infinita z ſoli deo reſeruaꝫ. Quātumvero ad terminū finalē: qꝛ in creatione fit vt qd̄ nō erat ſit: in tranſſubſtātiatione fit vt qd̄ erat alicubi ſine mutatiōe

ſit alibi. Jdeo q̄ꝛtū ad terminū finalē maius eſt creare: ſed videt̃ ꝙ trāſſubſtātiare ſit maius. ¶ Correlariū. Quia corpus chriſti eſt cū aīa ꝛ etiā eſt coniunctū diuinitati: ꝛ ibi in ſacramento eſt diuinitas. Jdeo iſta tranſſubſtantiatio q̄ꝛtū ad nobilitatē excellit oēm aliā creationē.

Septimo querit̃. Utrū

ꝟtus trāſſubſtāciandi ſit maioꝛ ꝛ nobilioꝛ ꝟtute concipiēdi corp⁹ xp̄i. ¶ Notandū ꝙ duplex fuit ꝟtus in conceptiōe corporis chriſti. Quedā fuit increata et ſupernaturalis: ꝛ eſt tota trinitas ip̄a diuina: de q̄ dr̄ Luc. j. Et ꝟtus altiſſimi obūbrabit tibi. Alia fuit ꝟtus naturalis: ꝛ fuit illa ꝟtus cōcipiēdi q̄ erat in beata virgine maria. ¶ Ad q̄ſtionē r̄ndet̃ ꝙ ip̄a poteſt eſſe de ꝟtute ſupnaturali: ꝛ de virtute naturali. Si loq̄mur de ꝟtute ſupnaturali: Dicendū ꝙ vna nō eſt maioꝛ alia: qꝛ oīa fiūt ꝑ ſolū velle dei. Si autē q̄rat̃ de manifeſtatiōe facta ꝑ effect⁹: Dicēdū ꝙ ſe habēt ſicͣ excedētia ꝛ exceſſa. Licz eñ vtrūq̄ ſit nobiliſſimū: ꝛ oñdat dei potentiā eſſe ſūmā in illo .ſ. in ꝯceptiōe filij dei ī btā ꝟgine magis laudat̃ maieſtas diuina: ſz in trāſſubſtātiatiōe magꝫ captiuat̃ ratio noſtra. Si aūt loq̄mur de virtute naturali ꝑut cōmunicat̃ creature ſm qd̄ dicit̃ ꝙ ꝟgini data eſt poteſtas ꝯcipiēdi: et ſacerdoti ꝑ verbū poteſtas ꝯficiēdi. Sic loquēdo ſimpliciter ꝟtus ꝯcipiēdi eſt dignioꝛ ꝛ nobilioꝛ ꝛ excellētioꝛ: qꝛ magꝫ nobilitat ſubiectū. Mai⁹ eñ eſt eſſe matrē dei q̄ꝫ eſſe ſacerdotē: mai⁹ eſt cōcipe q̄ꝫ cōficere: qꝛ termin⁹ actiōis pl⁹ accipit a ꝯcipiēte matre q̄ꝫ a ꝯficiēte ſacerdote. Accepit eñ a matre hūanitatē ꝛ eſſe nō tm̄ h̄ vel ibi. Jn ꝯſecratiōe ꝟbo (ſicut meli⁹ patebit) corp⁹ xp̄i nō icipit eē. Jn ꝯceptiōe aūt ſeptē fuerūt mirabilia ſeu oꝑatiōes. Primū fuit collectio ſubita ꝛ ſanctificatio puriſſimoꝝ ſanguinū: ꝛ deductio ī locū ꝯueniētē generatiōi ꝛ ꝯceptiōi: q̄ q̄dez gutte ſanguinis erāt an̄ diſpſe ꝑ totū coꝛpus btē ꝟginis. Scd̄a oꝑatio fuit ꝑfecta formatio ꝛ organiſatio corꝑis xp̄i i eodē inſtāti: q̄ ꝛ ꝑma facta eſt oꝑatio: q̄ꝫuis eſſet corp⁹ valde ꝑuū. Tertia oꝑatio fuit creatio aīe. Quarta: vnio aīe cū corpoꝛe Quinta fuit corꝑis ꝛ aīe: ſibi vnitaꝝ aſſūptio a ꝟbo diuio in vnitate ꝑſone. Sexta fuit ſūme collatio grē ꝛ oīm ꝟtutū ꝑfectio. Septima fuit ꝑfecta beatificatio et gloꝛificatio: qꝛ habuit aīa in illo inſtāti tantā gl'iam q̄ntā hꝫ nunc in celo. Hec ſeptem mirabilia opera facta fuerunt in eodem inſtanti: de quibus poteſt exponi illud Eſa. Jn die illa appꝛehendent ſeptem mulieres: id eſt ſeptem operatiōes mirabiles: virum vnū .ſ. chriſtum.

Octauo querit̃. Utruz

virtus trāſſubſtanciādi .i. cōuertendi ſit data ꝟbo ꝓlato: an ſolū ſit virt⁹ verbi increati .i. filij dei. ¶ Pro r̄nſione duplex eſt opio. Pria eſt ſcti thome q̄ mō dimittet̃. Scd̄a opio ē mḡri guillermi pariſieñ. et iſti⁹ doctoris ꝙ virt⁹ ꝟbi extenſo noīe dr̄ nō qꝛ aliqua q̄litas ſit data ꝟbo ꝑ quam operat̃: ſed ex diuina inſtitutiōe h̄ firmatū eſt: vt ꝟbo ꝓlato a ſacerdote ſuꝑ panē cū intentione ꝯficiendi panis trāſſubſtantiet̃. Uñ ad ꝓlationē illi⁹ verbi: verbum increatū facit illa: q̄ ordinatio verbi infallibilis ad talē effectū virtus dr̄: q̄ nō eſt aliqua qualitas data ꝟbo: nec aliquid de nouo creatum. Hec poſitio magiſtroꝝ eſt ꝛ bñ intelligentium.

Nono querit̃. Utrum

virtus verboꝝ poſſit cōuertere quantācūq̄ materiā. ¶ Pro reſolutōe ſunt tres opiniones. Prima opinio eſt nimis arta: qꝛ ſicut dicit Aug⁹. ꝛ habet̃ diſtinctione octaua. Forma verboꝝ in quibꝫ conſiſtit vis ꝯficienda valde modica eſt: ꝛ conſtat additā eſſe hmōi ad ſolennitatem. Alia opinio dicit ꝙ ſi aſſit intentio verbum et elementum eſt ſacramentū in quātacūq̄ materia. Unde ſi ſacerdos totū panem

de foro intēderet ꝯficere: cōfectū eſſet: et
ſimiliter totū vinū de cellario. Hec opi-
nio nō placet iſti doctori: q2 eſt nimis am
pla: dū nimis tribuat verbo ꝛ miniſtro ī-
fert cōtumeliā ſacramento. Nec creden-
dū eſt ꝙ chriſtus hoc daret: cum nec ſapi
ens hoc dictaret hoc eſſe dandū: ꝛ ipſe ſa
pientiſſime fecit oīa: ꝛ maxime ſapienter
hoc inſtituit ſacramentū. Opinio tertia
ꝛ ad queſtionē reſpōſiua que dicit ſine p̄-
iudicio ꝙ nō fit ỽtute verboꝝ conuerſio:
niſi aſſit intētio ꝛ intētio concors inſtitu
tioni eccl'ie: q2 ſicut dicit Hugo. Oē ſa-
cramentū irritū reputat̄ ſi ꝯtra inſtitu-
tionē celebrat̄. Intētio aūt eccl'ie ꝛ inſti-
tuētis eſt ꝯuertere ad vſū fideliū. Uñ cū
d2 ſm intentionē regulat̄ ad tantā mate-
riā ſe extēdit ad quātā pōt ſacerdos con-
uertere qd̄ debebat ꝛ ꝯgruit ſumi in vſū
fideliū. Per hoc ſequit̄ ꝙ ſacerdos nō po
teſt cōficere panē de foro: vel vinū de cel-
lario. Sciendū ꝙ elemētū poteſt accipi
dupliciter. Uno modo ꝓ elementato: et
ſic poteſt capi ſicut cauſa ꝓ cauſato: ꝛ ſic
panis eſſet elementū. Alio modo capit̄ ꝓ
omī illo cōcurrēte minus ꝑncipaliter ad
integralitatē ſacramētoꝝ: ꝛ ſic capit Au
guſtin⁹. Accedit verbū ad elemētū: et fit
ſacramentū: ꝛ ſic capit̄ hic: ꝛ in aliis ſacra
mentis: ꝛ in baptiſmo: ꝛ ꝯfirmatiōe: quia
claꝝ eſt ꝙ balſamū ꝛ oliue oleū nō eſt pro
prie elemētū: ſed ꝯcurrit min⁹ ꝑncipalit̄
ad integritatē illius ſacramenti.

Decimo querit̄: Utrū
talis exiſtentia ſit ſupra intellectū viato-
ris. Exiſtentia eſt illa q̄ aliqd dicit̄ exiſte
re in rerū natura actualiter. ¶ Propoſi-
tio. Aliter dicit̄ exiſtentia de deo (q2 ne-
ceſſario) ꝛ aliter de creaturis: quia cōtin
genter: poſſet eñ eas annihilare. ¶ No-
tandū etiā ꝙ intellect⁹ capit̄ q̄tuor mo-
dis. Uno modo ꝓ potentia intellectuali
q̄ intelligit̄: ꝛ ſic capit̄ in queſtione. Alio
modo ꝓ actu intelligēdi. Tertio mō pro
obiecto intellecto: vt aſin⁹ eſt aial: aial ē
de intellectu aſini. Quarto mō capit̄ ꝓ
ſententia. Itē illud ē ſupra intellectū qd̄
nō pōt intelligi ỽtute ꝓpria naturali in-
tellect⁹: ſic ꝙ ex puris naturalib⁹ nō pōt
attingere ad cognitionē illi⁹ rei. Uiator
eſt ille q̄ nō habet noticiā intuitiuā deita
tis (ꝛ ꝑ hoc ſecludunt̄ beati) poſſibilē ſibi
de potētia dei ordinata: ꝛ ꝑ hoc ſecludun
tur dānati. Ex hoc ſequit̄ ꝙ nos ſumus
viatores. Sequit̄ etiā ꝙ iſte doctor defe
cit in hac deſcriptōe. Uiator ergo ē ille q̄
cognoſcit ꝑ ſpeculū. i. ꝑ cognitionē fidei:
ꝛ eſt in ſtatu merēdi ꝛ demerēdi: ꝑ vltimā
particulā ſecludunt̄ illi q̄ ſunt in purga-
torio ꝯtra ꝑmā deſcriptionē. Iſta tñ eſt
adhuc inſufficiens. Huguilli⁹. Uiator ē
hō tranſiens in terminū eterne mãſionis:
potens agēdo hereditare ꝑ merita ad vi
tā eternā: vel ad mortē eternā ꝑ demeri-
ta. Iſta eſt melior duabꝫ primis: et tamē
adhuc eſt inſufficiens. Patet: q2 dicit ꝙ
viator eſt homo. Ex hoc ſequit̄ ꝙ angel⁹
nō eſt viator. Idō ſic deſcribit̄ veri⁹. Uia
tor eſt creatura rōnalis q̄ nō habet ꝑmiū
beatificū ſibi ſ̄ potētia dei ordinata poſ
ſibili: ꝛ eſt in ſtatu merēdi ꝛ demerendi:
aut eſſe pōt de lege cōi: ꝛ hoc ſ̄: ꝓpter ꝑ-
uulos ꝛ furioſos. ¶ R ñ. ꝙ duplex ē opi-
nio in textu. Prima reprobat̄ a doctore:
idō alit̄ rñdet ꝙ hoc eſt ſupra noſtrū intel
lectū. Utrū aūt ſit intelligibile. Dicēdū
ꝙ dupliciter eſt loq̄ de itellectu nr̄o. ſ. vt ē
hūan⁹ (ꝛ d2 hūan⁹ q̄tenꝫ intelligit ỽtute
ꝓpria ꝛ naturali) vel vt ē fidelis. Si vt
eſt hūan⁹: ſic itelligit cōuerſus ad imagi-
nationē ꝛ ſenſum: ꝛ iudicat ſm cauſas ī-
trinſecas ꝛ inferiores. Deficit aūt i aſſen
tiendo: q2 nō aſſentit niſi ꝑ manuductio-
nē que ortū habet ab imaginatiōe ꝛ ſen-
ſu. Itē quia iudicat ſm cauſas intrinſe-
cas ꝛ creatas: ꝛ ita cōparādo potentiā cō
tinēdi actiue ipi⁹ hoſtie ad potētiā conti
nendi paſſiue: ꝛ ipi⁹ corpis: ꝛ q2 inuenit re
pugnantiā ꝛ improportionabilitatē: idō
contradicit in ratiocinãdo. Et ita iſte ar
ticulus dicit̄ eſſe ſupra intellectū: ꝛ cōtra

intellectū: ſm q̄ eſt intellect⁹ hūan⁹. Si
aūt loq̄mur de intellectu ſm q̄ eſt fideł:
ſic dicēdū eſt q̄ aſſentit ſm dictamē fidei
z ſm regulā ꝟitatis eterne: iō ſufficit i aſ
ſentiendo: z ↄcordat in ratiocinādo. In-
tellect⁹ eñ fidē habens ſtatim credit: ex
q̄ h̄ ꝓpoſitū eſt ſibi. ſ. q̄ xp̄s eſt ſub ſpēb⁹
illis: z h̄ adiut⁹ lumie fidei. Silr cōcor-
dat i ratiocinādo: q̄ʒ aſpicit ad cauſas ſu
periores: ſic eñ dicit intellect⁹. De⁹ pōt
facere oē qd̄ eſt ↄgruū z decēs: z fides aſ-
ſumit: ↄgruū eſt q̄ caro xp̄i exponaſ in ci
bo: z iō ↄcludit q̄ de⁹ h̄ poſſit facere ibi.
Itē intellect⁹ dicit q̄ ꝟitas nō pōt dice-
re falſuʒ: z fides aſſumit: ꝟitas dicit: h̄ eſt
corp⁹ meū: z p̄cepit vt diceref: ḡ dixit ve-
rū. Cū ḡ ſit in nob̄ duplex intellect⁹. ſ. fi-
delis z hūan⁹. Iō ſentim⁹ in nob̄ aliquā-
do colluctatiōes. Fidelis tñ intellect⁹ p̄-
ualet ei q̄ eſt hūan⁹: q̄ʒ eleuat ip̄m extra
aīalitatē: attamē nō intātū eleuat q̄ cōp
hendat vt meritū fidei integrū maneat: z
h̄ patʒ: q̄ʒ intellect⁹ hūan⁹ dicit q̄ ipoſſibi
le eſt q̄ mai⁹ ↄtineaſ a minori: z fideł in-
tellect⁹ r̄ñdet q̄ verū eſt localiť: z corpus
xp̄i magnū nō eſt ibi localiter ſʒ ſacramē
taliter: z q̄uis illō ſit impoſſibile: tñ pōt
eſſe deo poſſibile. Et q̄ʒ neſcim⁹ q̄d deus
poſſit mutato mō eſſendi: iō intellect⁹ ſi-
bi p̄ualet: tñ nondū cōp̄hēdit. Et ſic pa-
tent ratiōes ad vtrāq̄ ptem: p̄me ꝓcedūt
de intellectu q̄ eſt humanus: z ſcdē d̄
intellectu ſm q̄ eſt fidelis.

Undecimo querif: Cū

alij articuli fidei ſint ſupra intellectū: ꝓ-
pter q̄d mag̃ d̄r de iſto q̄ȝ d̄ alijs. ¶ Di-
cendū q̄ in hoc q̄dāmō cōicat nr̄a imagi
natio: cū ip̄m ſit imaginabile. Et q̄m il-
ludiť ei: q̄ʒ vt eſt ſub ſacramēto ſubterfu-
git imaginationē: imo ſupra ip̄am eſt: vt
ꝑhabitū ſuſtcum accipiat modū eſſendi
quā habet ſpūs. Iō cuʒ repugnet imagi-
natio mag̃ eſt cōtra intellectū: ſed in ar-
ticulis alijs. ſ. diuinitatis oīno deficit: et
nō adeo repugnat. ¶ Arguif. Omne qd̄
eſt ſupra intellectuʒ eſt ſupra verbum et
ſermonē: quia ſermo ortū habet ab intel
lectu: ergo non videť q̄ aliquis poſſit de
hoc ſacramento loqui.

Duodecimo queritur.

iuxta hoc. Si totū eſt fidei qd̄ eſt in hoc
ſacramēto videť q̄ peccet q̄cūq̄ ſe intro
mittit diſputare de ip̄o. ¶ Rn̄ſio. Nō di
ſputaſ ad generādā fidē ſed ad nutrien-
dā: ne ꝓpter ignorantiā aliquis cōtēdat
repugnans fidei: vel neget ↄſequens ad
fidē: z hoc ꝑutiliſſimū z neceſſariū eſt: q̄a
multa ponunť in hoc ſacramēto ab icau
tis: in quibus eſt ꝑiculū in aſſerēdo. Un-
de diſputamus nō vt melius credam⁹: ſʒ
vt fidem illibatam ſeruemus dū ip̄ſa co
gnita errores cauemus: z cauendo in ve-
ritate perſiſtamus.

Tredecimo q̄ritur. vtꝝ

exiſtētia xp̄i ſub ſacramēto ſit ſupra ſen-
ſū cōp̄hēſoris. ¶ Sēſus capiť q̄nq̄ mo-
dis. Primo mō ꝑ aīa ſenſitiua q̄ ineſt oī
bus aīalibus. Secūdo mō ꝑ potētia ſen
ſitiua aīe. Sūt eñ decē potētie in aīa: ſcʒ
q̄nq̄ exteriores: z q̄nq̄ interiores: z ſic ca
piť in queſtiōe noſtra. Tertio mō capiť
ꝑ actu ſentiēdi: z ſic viſus z auditio dicū-
tur ſenſus. Quarto mō pro obiecto ſen
ſato: z ſic roſe z herbe odorifere dicuntur
bene ſentire. Quinto mō capiť ꝑ ſigna-
tiōe ꝑfecta z integra: vt oratio ꝑfecta ge-
nerat ꝑfectū ſenſū in aīo auditoris. Cō-
prehēſor dicif a cōp̄henſiōe. Cōprehēſio
aūt dicif multipliciter. Primo mō idē ē
qd̄ adheſio charitatꝫ: iſto mō peccōres nō
dicunť cōp̄hēſores: q̄ʒ ſm Bern̄. Si ſan
ctus es cōp̄hēdiſti (ad Eugeniū) per ad-
heſionē charitatis. Secūdo mō idē eſt
qd̄ clara viſio z cōp̄henſio dei: z ſic q̄cūq̄
vident deū clare dicunť cōp̄hēſores: z ſic
capiť in queſtione iſta. Tertio mō capiť
prout idē eſt qd̄ intercluſio: z ſic ſolem⁹
dicere q̄ de⁹ eſt incōp̄hēſibilis. Pōt aūt
ſecūdus modus cōp̄henſionis ſubdiuidi

Uno mõ rõne memorie:⁊ hoc per tenſionem. Scđo rõne viſionis ꝑ clarã viſionẽ Tertio mõ rõe amoris fruitiui ꝑ fruitionem. Itẽ cõprehenſio capit adhuc dupl'r ſm Scotũ. Uno mõ ꝓprie ⁊ eſt intellectio cõpletiua et ꝑfectiſſima q̃ intelligit aliqđ obiectũ intelligibile tantũ q̃tũ eſt intelligibile:⁊ intellectꝰ eſt tante intellectiuitatis quãte intelligibilitatis ẽ obiectum. ¶ Correlariũ. Nulla creatura poteſt cõphendere deũ:nec aia xp̃i:q2 nõ h3 tantã intellectiuitatẽ ſicut deus habet. ¶ Scđm correlariũ. Solus deꝰ ẽ cõprehenſor ſuiipſiꝰ. Scđo mõ cõphẽſio capit large.put eſt clara viſio dei ⁊ fruitio. Et de iſta dicit apl's. Si quo mõ cõphendã deũ:in quo cõphenſus ſum. ¶ Reſpõſio. Exiſtẽtia corporis xp̃i ſub ſacr͂o eſt ſublimata ſup oẽm modũ eſſendi oĩs ſpũal' rei ⁊ oĩs corpis:⁊ oĩs res corpalis ⁊ dimẽſiue cũ viſus nõ poſſit abſtrahere a q̃titate:q2 de rõne ſenſatoꝝ ẽ ꝑcipere:vt habeat corpꝰ ſm modũ exiſtendi corporalẽ qđ nll'o mõ viſus q̃tũcũq3 gl'ioſus ad h̃ attingit vt videat ibi ſicuti ẽ:etiã ſi pñs ſit. ¶ Prima ꝓpõ. Nullus oculus cuiuſcunq3 ſiue cõphenſoris ſiue viatoris v̄tute ꝓpria põt videre corpus xp̃i in ſacr͂o altaris:quia anteq̃3 aliq̃s oculus videat aliqđ viſibile viſione naturali: oportet ꝙ recipiat ſpẽm tal' intelligibil' ꝑ mediũ corporale. Sed corpꝰ xp̃i (vt eſt ibi) non põt cauſare ſimilitudinẽ vel ſpẽm ſui in oculo:q2 nõ h3 modũ q̃titatiuũ. chriſtꝰ etiã nõ põt videre ſeipm̃.p3 vtꝰ:nec etiã habere aliquã ſenſationez ⁊ corporalem opationẽ. Scđa ꝓpõ. Oculus glorificati nõ põt v̄tute gl'ie videre xp̃m. ¶ Tertia ꝓpõ. Deus nõ põt facere(etiã ꝑ miraculũ) ꝙ oculus beati videat corpus xp̃i vt eſt in ſacr͂o altaris:qđ ſic ꝑſuadet:q2 deus nõ põt facere ꝙ oculus corporalis glorificatꝰ vel nõ:videat angelũ.i.ſb̃am angelicã:q2 non eſt viſibilis tali viſione. Tamen melius dicit ꝙ deus põt facere vt videatur ibi corpus per miraculum.

Nota tamẽ ꝙ ſi alicui miraculoſe oſtenſum eſt:nunq̃3 tñ oſtenſum fuit in forma quã ibi habet (vt cõmuniter dicit) quia oſtenſum fuit in forma paruuli:⁊ ipſe eſt ibi ſm eandẽ quãtitatẽ quã habet in celo:⁊ ſic eſt in qualibet parte:⁊ iſte modus exiſtendi abſtrahit ab omni ſenſu.

Circa diſtinctionem vndecimã querit p̃mo Utrũ in hoc ſacramẽto ſit aliq̃ cõuerſio panis in corpus xp̃i. ¶ Notandũ ꝙ cõuerſio ⁊ tranſſubſtantiatio idẽ ſunt. Unde tranſſubſtantiari ⁊ ꝯuerti (vt eſt hic ad ꝓpoſitũ) eſt rem eſſentialiter ⁊ intrinſece mutari: tali mutatione ꝙ res totaliter deſinit eẽ ſm ſe ⁊ ſm q̊dlibet eſſe ſuũ eſſentiale ⁊ intrinſecũ:cuiꝰ terminus ad quẽ eſt aliqđ poſitiuũ qđ prefuit. In iſta diffinitione ponunt quedã particule. Uñ rem eſſentialiter ⁊ intrinſece mutari:ponit ad differentiã aliquarũ mutationũ deꝑditaꝝ ſiue accidentaliu3. Tali mutatione ⁊c̃. ponit ad differentiã corruptionis naturalis. Cuiꝰ terminꝰ ⁊c̃. ponit ad differentiam annihilationis q̃ eſt omnino nõ ens vt ſi deus annihilaret me. Eſt autẽ differentia inter ſubſtantiationẽ ⁊ trãſſubſtãtiationẽ vt patet in duab' ꝓpoſitionib' ſequentibus. ¶ Prima ꝓpõ. Aliquã ſubſtantiã exiſtentẽ trãſſubſtantiari in rem nõ exiſtentẽ eſt impoſſibile.patet ꝑ diffinitionẽ trãſſubſtãtiationis. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Res exiſtens põt ſubſtantialiter verti in aliquã rem non exiſtentẽ:vt patet de vxore Loth:que conuerſa eſt in ſtatuã ſalis que ſtatua nõ erat ante conuerſionẽ. Et ſic patet qualiter differant ſubſtantiatio ⁊ trãſſubſtantiatio. ¶ Reſponſio ad queſtionez. Uerbis prolatis fit cõuerſio panis in corpus xp̃i:ita ꝙ panis totaliter deſinit eſſe:⁊ eccleſia cõmuniter tenet hanc opinionẽ videlic3 ꝙ ẽ ibi conuerſio panis in corpus xp̃i:nõ inq̃3 in partem corporis:ſed in totũ. Et reprob a

tur opinio contraria. Sed ꝯtra Grego-
rius dicit: ꝛ habeꝫ in littera: Quis fide-
lium dubiū habere poſſit in hoꝛa imola-
tiōis celos apiri: ſūma ꝛ ima ſociari. Ui
deꝫ ſm Gregoriū ꝙ deſcēdat. ꝗ ibi nō eſt
cōuerſio. Dicendū ꝙ iſte ſermo ē tropic⁹
id eſt figuratiuus: ꝛ dicunꝫ celi apiri ſili-
tudinarie: ſcꝫ ꝙ diuina bonitas nob̄ tūc
tribuit panē celeſteꝫ. Sūma eē ꝛ ima dic̄
ſociari ꝓpter coꝛpis chꝛiſti pn̄tiam. Et
rurſus ꝑ manus angeloꝝ dicit deferri ꝗ̄
rum ad deuotionē offerentis q̄ mittit ſa
crificiū ꝛ oꝛationē i celū: quā ad angelos
ſpectat domino preſentare.

Secundo queriꝫ. Utrū

totus panis conuertaꝫ in coꝛpus xp̄i: an
aliquid remaneat preter accidentia.
¶ Notandum ꝙ totum pōt capi tripl'r.
Uno modo cathegoreumatice: ꝛ eſt ali-
quod ens cōſtitutū ex ptib᷒: ꝛ iſto mō ſo-
lēt theologi dicere. Totū qd̄ ē i mūdo ē
in oculo meo: qꝛ pupilla oculi mei eſt to-
tum: qꝛ cōpoſitū ex ptib᷒ ꝛ eſt in mundo:
ꝛ in oculo meo. ꝗ ꝛc̄. Scd̄o mō totuꝫ ca-
piꝫ ſyncathegoꝛeumatice: ꝛ ē q̄libet ps: et
iſto modo ſolent dicere logici: ꝙ tot⁹ ſoꝛ
tes eſt minoꝛ ſoꝛte: id eſt qualibet ps eſt
minoꝛ ſoꝛte. ꝛ iſtis duobus modis nō ca-
pitur in preſenti q̄ōne. Tertio modo ca
piꝫ totū pti cathegoꝛeumatice: ꝛ pti ſyn-
cathegoꝛeumatice: et eſt ens cōpoſitū ex
partibus et q̄libet ps: vt in ſacro altaris
totus panis ꝛ q̄libet ps eius cōuertiꝫ in
coꝛpus xp̄i. Notādū ꝙ accidēs (ꝓut nūc
ſuffic̄) capiꝫ dupl'r. Uno mō ꝓ ꝑ ſe ſigna
to: vt dicit inherētiā alicuius entis natu
ralis. ſic dicimus ꝙ albedo inheret pari-
eti. Iſta inherentia que diſtinguiꝫ ab al
bedine dicitur accidēs. Alio mō capitur
accidēs pro denominato: ꝛ eſt illa quali-
tas que inheret: vt eſt ipſamet albedo vꝫ
nigredo. ꝛ iſto modo capitur hic accidēs
¶ Ad queſtionem reſpondetur: ꝙ totus
panis cōuertitur in coꝛpus xp̄i: ſolis acci
dentib᷒ remanentib᷒. Si queras ſub quo
genere motus vel mutationis ꝯtinetur.
Dicendum ꝙ hec eſt mutatio ſingularis
que nullā ſimile plenum habet. Aſſimi-
latur tamen in aliquo: qꝛ eīm in hac mu-
tatione nihil cōmune manet: aſſimilatur
creationi: qꝛ ſ͡o principium initiale non
eſt nihil (ſcꝫ in pane) ſed ē aliq̄d: ideo diſſi
milis eſt creationi: et ſimilis generationi
qꝛ vero terminū finalem nō habet ſcꝫ ali
quid de nouo factū: qꝛ factū fuit in vtero
virginis: ſed prius exiſtens: ideo diſſimi-
milis generationi et ſimilis augmēto eſt
Cetera patent in textu.

Tertio queriꝫ. Utrum

iſta conuerſio ſit annihilatio. ¶ Notan-
dum ꝙ duplex eſt mutatio: ſcꝫ naturalis
ꝛ ſupernaturalis: ꝛ quelibet illarū eſt tri
plex. Mutationū itaqꝫ naturaliū prima
eſt de ſubiecto in ſubiectū: ꝛ eſt illa cuius
vterqꝫ terminus eſt ens poſitiuuꝫ: vt de
aqua frigida fit calida. Alia eſt mutatio
q̄ eſt de nō ſubiecto in ſubiectū: ꝛ eſt illa
cuius terminus a quo eſt nō ens: ꝛ termi
nus ad quē eſt ens: vt generatio ē ꝓgreſ-
ſio de nō eē ad eſſe. Tertia ē mutatio de
ſubiecto in non ſubiectū. vt coꝛruptio eſt
de eſſe ad nō eſſe: vt qn̄ hō moꝛiꝫ. Super
naturaliū aūt mutationū pꝛia eſt de non
ſubiecto in ſubiectū: vt eſt creatio. Secū
da eſt de ſubiecto in nō ſubiectū: vt ē an-
nihilatio. pōt aūt ſic definiri: annihilatio
eſt deſtructio alicuius eſſe ſimpl'r in pu-
rū nihil: vt ſi deus deſtrueret celū ꝛ terrā
in purū nihil. Tertia ē mutatio ſupnatu
ralis: que eſt de ſubiecto in ſubiectū: et
idē eſt ꝙ cōuerſio. ꝛ iſto mō panis mutaꝫ
in coꝛpus xp̄i: nec eſt dicēda annihilatio
ſed in melius cōuerſio. His dictis facili
ter ¶ R̄ndeꝫ ad q̄ōnē: ꝙ talis ꝯuerſio nō
eſt annihilatio. pꝫ ꝑ definitionē annihila
tionis. panis eīm non deſtruiꝫ in purum
nihil: ſꝫ ꝯuertiꝫ i ens pfecti⁹. ſ. i coꝛp⁹ xp̄i

Quarto queriꝫ. Utruꝫ

panis ꝯuertaꝫ in totū xp̄m: hoc eſt in q̄d

libet qđ eſt in xp̄o. Videlʒ vtrū panis cōuertat̄ in diuinitatē in aīam in corp⁹ ꝛ in ſanguinē. Xp̄s cū̄ valet ſicut de⁹ homo. ¶ R̄nſio. Panis p̄ciſe cōuertit̄ in corp⁹ xp̄i qđ eſt ps hūanitatꝫ q̄ iformat̄ ab aīa nec panis ↄuertit̄ in ſanguinē: nec ī aīaʒ nec in diuinitatē. ¶ Propō. Lʒ panis ſolū ↄuertat̄ in corp⁹ xp̄i: tū̄ ↄcomitāter ꝛ ꝑ inſeꝑabilē vnionē eſt ibi ſanguis et aīa xp̄i ꝛ diuinitas. Silr̄ dicēdum eſt de ſanguine: ſcʒ ꝙ vinū ſolūmō ↄuertit̄ in ſanguinē: tū̄ cōcomitanť eſt ibi corp⁹ aīa xp̄i ꝛ diuinitas. Et ſic pʒ ꝙ xp̄us eſt tot⁹ ſub vtraqꝫ ſpecie.

Quinto querit̄. Utrū

hec conuerſio ſit ſubita an ſucceſſiua. ¶ Notādū ꝙ illa ↄuerſio dr̄ ſubita q̄ fit in inſtāti ꝛ in pūcto indiuiſibili. Duratio aūt ſucceſſiua eſt illa q̄ fit in tp̄e et diuiſibilr̄: q̄rit̄ ḡ vtrū qn̄ ꝓfert̄ aliq ps verboꝝ: an aliq ps corꝑis xp̄i ↄuertat̄ et ſic fiat ſucceſſiue. ¶ R̄nſio. Hec ↄuerſio fit ſubito ꝛ in inſtāti: ꝛ nō ſucceſſiue: et fit in inſtāti ꝓlatiōe verboꝝ: ſcʒ prolatione vltime ſyllabe. Hoc fit ꝑ verbum increatū qđ operatur in inſtanti.

Sexto queritur quibus

verbis debeat exprimi iſta ↄuerſio. ¶ Notandū ꝙ vbū ibi capit̄ ꝓ loq̄la exteriori. ¶ Reſolutio q̄ōnis ſtat in q̄ncꝫ ꝓpōnibꝫ ꝛ vna ↄcluſiōe. ¶ Pria ꝓpō: qꝛ panis in iſta ↄuerſiōe trāſit in totū corp⁹ xp̄i (ꝛ h̄ virtute diuina ꝛ ſuꝑnaturali) iō iſta conuerſio eſt ſingularꝭ ꝛ miraculoſa. ¶ Secūda ꝓpō. Ipſi⁹ panis ad corp⁹ xp̄i nulla eſt idētitas: ſʒ adiuicē diſtāt. ¶ Tertia. Panis nullā hʒ cauſalitatē ad corp⁹ xp̄i nec efficiētem: nec materialē nec finalem ¶ Quarta. In corꝑe xp̄i nulla eſt inouatio ſm̄ idētitatē abſolutā: qꝛ idē ē in celo q̄ eſt in ſacro. ¶ Quīta ꝓpō. In pane nulla ē ſm̄ cauſas iferiores ordīatio ad iſtā ↄuerſionē: qꝛ nec ſol: nec aer: nec alia elemēta faciūt ad iſtā cōuerſionē. Pro q̄ notādū ꝙ duplices ſunt cāe. Quedā ſūt inferiores: ꝛ ſunt oēs creature alie a deo. Cā vero ſuꝑior eſt ipſe de⁹. Ex his ſuperius dictꝭ eliciunt̄ q̄ttuor regl'e. ¶ Pria ē ꝙ oīa vbā ſignificātia idētitatē panis ad corp⁹ xp̄i faciūt ſermonē falſum. Vñ oēs tales locutiōes iꝓprie ſunt ꝛ exponēde panis eſt corp⁹ xp̄i: vl' qđ fuit panis eſt corp⁹ xp̄i. Oēs tales ſimplr̄ ſunt falſe ꝛ nullo mō admittende ſeu recipiende. ¶ Scđa regula. Oīa verba ſignātia innouationē circa corpus xp̄i ſunt falſe dicta vt nō pōt vere dici corp⁹ xp̄i generat̄ ex pane: corp⁹ xp̄i fit ex pane: ꝛ ſic de alijs ꝓpōnibꝫ q̄ ſignāt innouationē circa corpus xp̄i. Que aūt ſignāt ↄuerſiōeʒ ꝛ trāſitū vere dicunt̄: vt panis cōuertit̄ in corpus xp̄i. ¶ Tertia regula: qꝛ nō eſt ordinatio panis ad corp⁹ xp̄i ſm̄ cauſas inferiores: iō vbā ſignātia (ſicut h̄ vbuʒ pōt abſolute dictū) faciūt locutionē falſam vt ſi dicat̄ panis pōt eſſe corpus xp̄i: ſʒ ſi dicatur ordinatio ſm̄ cauſas ſuperiores tunc eſt in locutione veritas: ſi verba ſignant conuerſionem ꝛ tranſitum: vt ſi dicat̄ panis poteſt ↄuerti a deo. ¶ Quarta regula: quia nulla eſt cauſalitas: ſed ſolum tranſitus panis in corpus chriſti. Omnes prepoſitiones cauſalitatem importantes reddunt locutionem impropriam: vt ſunt ex de ꝛc̄. vt de pane fit corpus xp̄i: ex pane fit corpus chriſti: oēs tales ſunt improprie. ¶ Concluſio reſponſalis. Illa propoſitio eſt vera et propria in qua verbum ſignificans non cauſalitatem: nec idētitatem: nec innouationem nec ordinationem naturalem: ſed ſolum conuerſionem cum prepoſitione importante trāſitum: vt hec eſt vera. Panis cōuertitur in corpus xp̄i. Et hic eſt verior ꝛ ſecurior modus loquendi.

Septimo querit̄ Utrū

hoc ſacramentum cōfici debeat in ſpecie panis ꝛ vini. ¶ Notandum ꝙ conficere capitur multꝭ modis. Uno mō idem eſt.

ꝙ ſimul facere: ⁊ dr a con: qđ eſt ſimul et facio quaſi ſimul facere. Alio modo idez eſt ꝙ pficere: vt iſte ꝯfecit iſtum librū.i. perfecit. Tertio modo idē eſt ꝙ deficere vel deſtruere. Quarto mō idem eſt ꝙ cōponere ⁊ commiſcere. Eccī.xxxviij. Unguentarius vnctiones cōficiet ſanitatis. Quito modo idē eſt ꝙ cōuincere vt iſte ꝯfecit hoſtes.i.cōuicit. Sexto mō idē eſt ꝙ tingere: ſic dicimus iſte pānus eſt cōfectus.i.tinctus. Et oībus iſtis modis nō capitur hic. Septimo cōficere.i.corpus xp̄i ꝯſecrare: ⁊ iſto mō capit̃ hic. Notandum ꝙ duplex eſt vinū. Quoddā materiale: et eſt ille liquor p̄ciosus q̄ naſcit̃ ex vinea: ⁊ ab ipſo vite diſtillatur ad vſum hoīs: ⁊ de iſto vino materiali eſt hic ad ꝓpoſitū. Aliud eſt vinū ſpūale: ⁊ iſtud eſt quadruplex. Quoddam eſt vinū ſpūale bonū ⁊ delectabile: vt ē vinū grē ſpūſſcti eſt etiā vinū ſcīe Canticoꝝ.v. Bibi vinū meū cū lacte meo: bibi vinū.i.grām dei: cum lacte.i.cum ſciētia. Scđm vinū eſt ſummū ⁊ delectabile: ⁊ eſt vinum eterne glorie: que eſt ipſemet deus ps̄. Inebriabuntur ab vbertate domus tue. Uinuz letificat cor hoīs. Tertiū eſt vinū vanuz ⁊ deteſtabile: ⁊ eſt vinū delectationis humane ⁊ luxurie: ad Ephe.v. Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria. Quartū vinum eſt durum ⁊ execrabile: ⁊ eſt pena eterna ps̄. Fex eius non eſt exinanita bibent omnes peccatores terre. ¶ Reſponſio ad queſtionē. Iſtius ſacr̄i duplex eſt res ſcilꝫ corpus xp̄i verum: ⁊ corpus xp̄i miſticum: ⁊ quia ſigna ſunt inſtituta propter ſignationē rei ſignate: ideo talia debuerūt eſſe ſigna: q̄ de ſui natura vtrūqꝫ exprimerent. Nam ſicut corpus miſticū eſt ꝯgregatio oīm fideliū in charitate exiſtentiū: ſic panis fit ex multis granis ſimul congregatis: ⁊ vinū cōfluit ex multis racemis ſimul preſſis. Etiaꝫ qꝛ corpꝰ xp̄i datur in verum cibum: ideo inſtitutū eſt iſtud ſacramentū vt cibus nō qualiſcūqꝫ ſed vt cibus cōueniens: cibꝰ efficax: cibus ſanās cibus in oībus cōis. debuit ꝓpterea inſtitui ſignū qđ quidē eſſet cibus habens iſtas ꝓprietates. Cibus aūt magis cōueniens eſt panis de frumēto: ⁊ vinū de vua: ⁊ huius ſignū eſt: qꝛ nature nō generat ex frequentatione faſtidiū: eſt etiā efficax in confirmando: qꝛ panis confortat: ⁊ vinū letificat: eſt etiam ſuauis. Ulterius eſt cibus cōis ⁊ vſitatus: maxime inter gentes rationabiliter viuentes. Cetera patent in textu.

Octauo querit̃. Utrū

vtraqꝫ harū ſpecierū ſit de integritate ſacramēti. ¶ R̄nſio. In hoc ſacr̄o ſūt duo ſcꝫ efficatia ⁊ ſignātia. ¶ Prima ꝓpoſitio in qualibet harū ſpecierū ꝑ ſe etiā remota alia eſt totū ſacrumētum q̄ꝫtum ad efficatiā: qꝛ ſb̄ ſpecie panis ꝯtinet̃ ſanguis cū corpore: ⁊ ſub ſpecie vini ꝯtinetur corpus cū ſanguine. ¶ Scđa ꝓpō. Utraqꝫ harū ſpecierū cōiunctim requirit̃ ad integritatē iſtius ſacr̄i q̄ꝫtum ad ſignificantiam: qꝛ in iſtis ſpēbus ſignat̃ ibi xp̄us vt eſt reficiens fideles ſuos ſacr̄aliter: ſed ꝑfecta refectio nō pōt eē in ſolo potu: nec in ſolo cibo: ſed requirit̃ vtrūqꝫ. ideo quātum ad ſignantiā requirit̃ vtraqꝫ iſtarū ſpecierū. Notanduꝫ ꝙ manducare iſtud ſacramētum ſpiritualiter eſt recognoſcere et affici circa eius paſſionem: que fuit in multiplici afflictione corꝑis: ⁊ effuſione ſanguinis: in quo manifeſtat̃ immenſa dei charitas: ⁊ in hoc anima perfecte reficitur ⁊ delectatur.

Nono queritur. Utruz

aqua ſit de integritate ſacramēti eucharíſtie. ¶ Notādum ꝙ q̄ttuor ſunt de integritate huiꝰ ſacr̄i ſcꝫ materia ⁊ ē duplex quedā eſt materia ex qua ꝯſecrat̃ corpus xp̄i: ⁊ eſt panis triticeus. Alia ē materia ex q̄ ꝯficit̃ ⁊ conſecratur ſanguis xp̄i: ⁊ eſt vinū de vite. Scđo req̄rit̃ forma. et ſunt ꝟba neceſſaria ad ꝯſecratōez: ſcꝫ h̄ eſt enī corpꝰ meū. Tertio req̄rit̃ ordo: qꝛ niſi cō

ſecrans eſſet ſacerdos: nõ poſſet ↄſecrare. Quarto reqrit̃ intẽtio: q̃ꝛ reqrit̃ ꝙ ſacerdos intendat ↄſecrare. Alia aũt nõ ſunt de neceſſitate ſacꝛi. ¶ Ex his pꝫ rñſio ꝙ aq̄ non eſt de integritate ſiue neceſſitate ſacr̃i: tñ q̃ ſciẽter omitteret ponere ex cõtẽptu: vl' credẽs ꝙ eẽt heref ponere aquã tunc peccaret mortal'r. Si aũt faciat ex negligẽtia diſtinguẽdũ ẽ: q̃ꝛ vel fac̃ ex negligẽtia plena qñ ſcꝫ nullã adhibet diligentiam: ꝛ ſic peccat mortal'r: q̃ꝛ oportet ire ad iſtud ſacr̃m ſanctiſſimũ cũ reuerẽtia ꝛ diligentia. Si aũt omittat ex negligencia ſemiplena: qñ ſcꝫ aliquã adhibet diligẽntiã: ſed nõ ſufficientẽ tunc peccat venialiter. Ratio autẽ quare ponit̃ aq̄ cũ vino eſt q̃ꝛ aqua ſignat pp̃lm: vinũ aũt ſignat xp̃m q̃ eſt caput: ꝛ illa commixtio ſignat vnionẽ cum capite.

Decimo queritur. vtrũ

hoc ſacr̃m poſſit cõfici in oĩ pane ꝛ vino. ¶ Rñdet̃ ꝙ ſolũ põt cõfici in pane triticeo: ħ eſt de frumẽto: ꝛ ſine fermẽto: ꝛ in vino de vite. Nec põt ↄfici in pane de ordeo: nec de ſiligine: ꝛ ſic de alijs ſpeciebꝫ diſtinctis a tritico. Nec etiã põt confici ſanguis in ſicera: vel ceruiſea: nec in alia ſpecie diſtincta a vino de vite.

Undecimo queritur de

mõ quo xp̃s ↄfecit quo ad ſignũ exteriꝰ. Utrũ ſcꝫ xp̃s ↄfecerit in pane azimo: an in fermẽtato. ¶ Notãdũ ꝙ panis dĩ fermẽtatꝰ: qñ in ipſo pane ponit̃ fermentũ. Unñ notãdũ ꝙ fermẽtũ ẽ duplex. Quoddam eſt corporale ꝛ materiale: ꝛ eſt illud qđ fac̃ leuare paſtã: ꝛ vocat̃ grece leuain ꝛ dĩ a ferueo ferues. Aliud eſt fermentũ ſpũale: ꝛ eſt pctm̃. Unñ p̃me Cor. v. Expurgate vetus fermentũ. i. pctm̃. Notandum etiã ꝙ panis dĩ azimꝰ qñ in ipſo pane nõ ponit̃ fermentũ. Et dĩ azimꝰ ab a qđ eſt ſine ꝛ zima qđ eſt fermentũ q̄ſi ſine fermẽto. Inuenit̃ autẽ azimꝰ in ſacra ſcriptura multis modis. Primo mõ cum lactuca. Exod. xij. Et edent carnes nocte illa aſſas igni: ꝛ azimos panes cũ lactucꝭ agreſtibꝫ. Et in hoc notat̃ ꝙ debemꝰ ſumere hoc ſacr̃m cuꝫ lactucis agreſtibꝫ. i. cũ pnia. Scđo mõ inuenit̃ azimus cũ polenta: ꝛ ibi capit̃ cũ polenta ꝓ quodã grano rotũdo. Joſue. v. Comederũt de fructibus terre: ꝛ azimos panes cũ polenta. Et in hoc notat̃ ꝙ debemꝰ ſumere iſtud ſacr̃m cũ polenta. i. cũ multitudine bonorum operũ. Tertio mõ inuenit̃ azimꝰ cũ oleo. Leuitici. vij. Offerẽt panes ſine fermento ↄſperſos oleo: ꝛ lagana azima vncta oleo. Et in hoc notat̃ ꝙ debemꝰ iſtud ſacr̃m ſumere cũ oleo. id eſt cũ charitate. Quarto modo inuenit̃ azimꝰ cũ cinere. Exo. xij. Coxerũt farinã ꝛ fecerũt ſubcinericios panes azimos. Et in hoc notat̃ ꝙ debemꝰ iſtud ſanctiſſimũ ſacr̃m ſumere cũ mortalitatis future ↄſiderata meſtitudine: ꝛ etiã cũ meditatione mortis xp̃i. Quinto mõ inuenit̃ azimꝰ cũ carne. Judicũ. vj. Ipſe appoſuit corã angelo azimos panes ꝛ carnes. ¶ Rñſio ꝙ xp̃s cõfecit in pane azimo: ꝛ nõ fermẽtato: ꝛ qui aliter faceret: licet ↄſecraret tñ peccaret: quia nõ cõformaret ſe eccleſie Romane: diſtinctione. xij. queſtione. xiiij.

Duodecimo querit̃ de

mõ quo xp̃s ↄfecit q̃ ad ↄtentũ interius. Et qrit̃ q̄le corpꝰ dedit diſcipul' in cena: an paſſibile vel imortale. ¶ Notandũ ꝙ corpa btõꝝ hñt q̄ttuor dotes. Pri̊o hñt claritatẽ. Fulgebũt iuſti ſicut ſol. Scđo hñt imortalitatẽ. Juſti aũt in ꝑpetuũ viuent. Tertio hñt agilitatẽ ita ꝙ in ꝑuo ſpacio tp̃is pñt de celo in terrã deſcẽdere ꝛ econtra. Quarto hñt ſubtilitatẽ: ita ꝙ ꝓpter coꝝ ſubtilitatẽ duo corpora pñt ſimul ꝛ ſemel eſſe in eodeꝫ loco: ſicut pꝫ de corꝑe xp̃i qđ trãſiuit ꝑ tumulũ clauſum ꝛ veniebat ad diſcipl'os ſuos ianuis clauſis. Xp̃o vſus eſt ſubtilitate in natiuitate ſua: qñ natꝰ ẽ: btã maria remanẽte ꝟgine. vſus ẽ agilitate ĩ mari claritate ĩ mõte. ꝛ ĩmortalitate ĩ reſurrectõe ſua. ¶ Rñdet̃.

ꝙ chriſtus in cena dedit tale corpus diſcipulis ſuis: quale habuit ſcilicet paſſibile ⁊ mortale: non tñ eſt intelligendum ꝙ corpus xp̄i ꝓut erat in ſacro potuiſſet ibi: ſcꝫ in ſacro pati. Notandū ꝙ ſi petrꝰ ꝯſecraſſet in triduo mortis xp̄i nō fuiſſet ibi aīa ꝯiuncta corpori: licꝫ fuiſſet ibi diuinitas ⁊ ꝓpterea adorandū adoratione latrie. Si aūt ꝯſecraſſet ſāguinē vere cō feciſſet: ſed diuinitas nō fuiſſet vnita ipſi ſanguini: qꝛ erat ſepatꝰ a corpe: ⁊ ꝓpterea nō erat tūc ſanguis (etiā ꝯſecratꝰ) adorandus adoratione latrie.

c

Irca diſtinctionem duodecimā q̄rit̃ ṗmo. Utrū ſit poſſibile accidentia eſſe ſine ſubiecto: etiam ꝑ miraculū. Notandū ꝙ miraculū eſt aliquid arduū ⁊ inſolitū: ſup̄ ſpem ⁊ facultatē admirātis: et inſolitū ibi nō capit̃ ꝓ illo qđ raro fit: qꝛ ſequeret̃ ꝙ eclypſis eēt miraculū: ſed capit̃ ꝓ illo qđ fit ꝯ cōmunē curſum nature. Uñ triplicia ſunt miracula. Quedā ſunt q̄ fiūt ꝑ publicā iuſticiā: ⁊ ſunt illa q̄ fiunt ꝑ dep̄cationes deuotoꝝ: in q̄bus eſt publica iuſticia ꝑ ḡtiā qꝛ deus (qui eſt ipſa iuſticia) habitat in eis. Alia ſunt q̄ fiunt ꝑ ſigna publice iuſticie: ⁊ ſic faciūt petōres: qui licet ſint in pctō tñ habēt illam gratiā gratiſdatā a deo ꝑ quā poſſunt facere miracula. Quedam vero ſunt q̄ fiunt ꝑ priuatos ꝯctus ⁊ iſta fiunt ꝑ inuocationē demonū q̄ demones ſciunt ṗuatos ꝯctus: ⁊ iſto modo antichriſtꝰ faciet miracula. Sed iſta vltima differūt ab alijs duobꝫ modis tripliciter. Primo qꝛ duo ṗma fiunt imediate a deo: iſta vero fiunt a demone. ¶ Scđo differūt: quia illa fiunt ꝓpter bonū cōmune: iſta vero fiunt ꝓpter vanā gloriā. Tertio qꝛ illa fiunt ꝓpter laudē dī: iſta vero propter deceptionē ⁊ fraudē. ¶ Notandū etiā ꝙ duplex ē ſubiectū. Quoddam ē vltimatū ⁊ ē illud quod vltimate ⁊ ṗncipalr̄ termīat depēdētiā accidētalr̄ ſibi inherētis: ſic paries dī ſubiectū albedis. Aliud ē ſbiectū ꝓximū: ⁊ ē illud qđ ꝓxime (nō tñ vltimate nec ṗncipalr̄) terminat dependētiā accidētis inherētis: vt ſupꝑficies dī ſubiectū ꝓximū albedinis: ⁊ iſtis duobꝫ modis pōt capi in p̄nti q̄ōne. Sciēdū ēt ꝙ accidēs pōt capi duobꝫ modis ſcꝫ ꝓ ꝑ ſe ſignificato ⁊ ꝓ cōnotato vt patuit diſtin. xi. q. ij. huiꝰ. Et iſtis duobꝫ modis poteſt capi accidēs in p̄nti q̄ōne. ¶ Reſolutio q̄ōnis per tres pꝫ ꝓpones. ¶ Prima implicat ꝯdictionē intelligere accñs ꝓ ꝑ ſe ſignato ſine ſubiecto. ¶ Secunda ꝓpō implicat ꝯdictionē accidētis ¶ Tertia ꝓpō ⁊ ad q̄ōnē rñſalis. Nō implicat ꝯdictionē accidētia eſſe ſine ſubiecto per miraculū: qꝛ hoc nō poſſet fieri ꝑ naturā. Cū em̄ accñtia ⁊ ſubiectū differant ꝑ eſſentiā ideo pōt deꝰ ſine omi incōuenientia ꝑ virtutē ſuā illa ſepare. Item baſiliꝰ in examcron. Cū em̄ deus poſſit plus facere ꝙ̄ intellectus intelligere: ⁊ intellectꝰ itelligat accidēs preter ſubiectū ergo deus poteſt hoc facere ꝙ accidens ſit ſine ſubiecto.

Secundo querit̃. vtrū ꝯgruat ꝙ i h̄ ſacro ſint ſpēs ſine ſubiecto ¶ Rñſio nō ē incōueniēs ĩno valde conueniēs ⁊ ꝯgruū. Cetera patēt in textu.

Tertio queritur. Utrū ſit verū accidentia ibi eſſe ſine ſubiecto. ¶ Rñdet̃ ꝙ cōiter tenēt magiſtri ꝙ accidentia ibi ſint ſine ſubiecto.

Quarto querit̃. de mutatione ⁊ actione illoꝝ accidentiū: ⁊ q̄rit̃ Utrū illa accidētia poſſint cōuerti ĩ alimētū. Notandū ꝙ alimentū eſt aliquid conceſſum a deo ⁊ natura aīalibꝫ ⁊ plantis ꝓpter reſtaurationē humoꝝ qui per actionē caloris in corpore cōtinue diſſoluuntur ⁊ deperdunt̃: ⁊ dicit̃ alimentū qꝛ alit ⁊ nutrit ¶ Rñſio. Illa accidētia p̄nt cōuerti in alimentū ⁊ ꝑcipiēs ſacramētū

alitur ⁊ nutrif. Et illud ſatis ꝓbari pōt ad ſenſum. Manifeſtū eſt em̄ ꝑcipiēti ꝙ ꝑ ſumptionē vini ſiue illius ſpēi ſitis ex tinguif: ꝙ ſi nō extingueref fides non haberet meritū: qꝛ ibi eſſet experimētum.

Quinto querif. Utrum

accidentia habeant poteſtatē conuertendi alia ſacramēta in ſacramento: vtpote ſi vino conſecrato: id eſt ſpeciebus vini cō ſecrati apponatur aqua. Utrū illa aqua (etiam ꝗ̄tumcūqꝫ modica) cōuertatur in ſacramētum. ¶ Reſpōſio. Accidētia nō habent virtutē cōuertendi aliā ſbam in ſacramentū: ⁊ rō hui⁹ eſt: qꝛ in h̄ factō eſt trāſſubſtantiatio. Trāſſubſtantiatio autem non fit ſine verbo. Ideo ꝗ̄tucūqꝫ apponatur aliud elementum niſi aſſit verbum non fit ſacramentum.

Sexto queritur. Utrū

accidentia habeant oꝑationes ſuas ꝑ naturā an ꝑ miraculū. ¶ Notandū ꝙ i iſtis accidentib⁹ ſunt tres oꝑationes. Prima operatio illoꝝ accidentiū ē mutatio ſenſus ſcʒ mutare guſtū vel tactuʒ: ⁊ de iſta mutatiōe eſt pñs qō. Unde mutatio ſenſus (prout eſt ad ꝓpoſitū) eſt aliqua operatio q̄ ipſuʒ ſenſibile cauſat obiectiue ⁊ partialiter actū ſentiendi in ſenſu: ſic ſapoꝛ īmutat in guſtu actū ſentiendi: coloꝛ īmutat in viſu actū ſentiendi. Scōa operatio illoꝝ accidentiū eſt trāſmutatio: vt eſt putrefactio. Uñ putrefactio eſt corruptio ꝓportionis elementoꝝ in mixto propter exalationē humidi a coꝛꝑe ꝯtinētis partes in mixto facta a calido coꝛꝑe circūſtantis. Jō ſi aliquis ſepeliref in niuibus perpetuis nūqꝫ coꝛrūpereſ ſm̄ Ariſtotelē qꝛ humiditas hʒ ꝯtinuare partes ſicut ſiccitas diſſoluere. Tertia oꝑatio ē nutritio. Item differētia eſt inter nutritionē ⁊ refectionē. Refectio em̄ eſt alimēti ſumptio ad replendū loca euacuata ꝑ digeſtionē. Nutritio inſequitur refectionem: quia eſt alimenti in alitum cōuerſio per virtutem digeſtinā. Et ſm̄ has tres operationes ſunt tres parue queſtiones. Prima. Utrum illa immutatio ſenſus ſit naturalis: an miraculoſa. Secunda. Utrum illa putrefactio ſit naturalis an miraculoſa. Tertia queſtio vtrū illa nutritio ſit naturalis an miraculoſa. Ad iſtas queſtiones reſpondetur ponendo vnam diſtinctionem ⁊ duo dicta. Diſtinctio. Omnes iſte operationes poſſunt cōparari vel ad virtutem a qua egrediunf vel ad obiectum circa qō operanf. ¶ Primū dictum. Si comparentur ad virtutē a qua egrediuntur tunc omnes ille operationes ſunt miraculoſe. quia iſte operationes nec ſunt ſubſtantiales: nec dependent a ſubſtātia. ¶ Secūdum dictum. Si cōparentur ad id circa qō operātur: tunc ſunt naturales: qꝛ quando illa accidentia īmutant ſenſum vel putrefiūt aut nutriūt nō eſt miraculum: ſed eſt miraculum ꝙ habent illam virtutem.

Septimo querif. Utrū

vera fractio ſit in coꝛpoꝛe chꝛiſti. ¶ Reſpondetur ꝙ coꝛpus chꝛiſti non frangitur immo in quotcūqꝫ partes diuidatur hoſtia eſt coꝛpus totum ⁊ integrum: nec dicitur mādūcari coꝛpoꝛaliter eo ꝙ coꝛpoꝛaliter maſticetur. Sicut em̄ nō frangitur ſic non maſticatur.

Octauo querif. vtrum

in ſpeciebus ſit vera fractio. ¶ Reſponſio. Diuiſio eſt ibi vera quantitas vera ſolida: ⁊ quia diuiſio conſequitur quantitatem per ſe: ideo ſicut eſt ibi vera quātitas: ita eſt vera fractio in iſtis ſpeciebus: non tamen ſequitur ꝙ coꝛpus chꝛiſti frangatur.

Nono queritur quid ſi-

gnificent partes. ¶ Notandum ꝙ communiter diuiditur hoſtia in tres partes ⁊ eaꝝ ſignificatio ꝯtinef i his ꝟſib⁹. Hoſtia diuidif in ꝑtes (ſcʒ tres) tincta beōs. Plena ſicca (ſcʒ magna) notat viuos: ſer-

uata ſepultos:ſcilꝫ in purgatorio. ¶ No
tādū ꝙ antiq̄tus vna ꝑs reſeruabaꝛ vſqꝫ
ad finē miſſe:ſꝫ mō nō reſeruaꝛ ꝓpter pi-
culū. ¶ Rñſio. Hoſtia ſignificat paſſio-
nem xp̄i ſꝫ tres ꝑtes fracte ſignant ꝑtes
corꝑis myſtici. Et qꝛ corꝑa myſtica ſūt i
triplici dr̄ia. Quidā eñ regnāt in ꝑadi
ſo:q̄dāꝫ ſecuri expectāt in ſepulchro.ſ.in
purgatorio q̄dam aūt pugnāt in merito:
ſicut ſunt viatores:idō tres ꝑtes fiunt in
hoc ſacr̄o. Nota tñ ꝙ mali ꝛ pctōres nō
ſignanꝛ in aliq̄ ꝑte hoſtie. ꝛ ſm̄ Auguſt.
ſacrificiū corꝑis xp̄i ſolū ꝓ his offerri dꝫ
qui ſunt de corꝑe xp̄i myſtico: nec valꝫ ꝙ
xp̄s ꝓ oīb9 eſt oblatus:qꝛ hic nō ſignanꝛ
oēs (vt dictū eſt) ꝓ q̄b9 eſt oblatus:ſꝫ tm̄
illi q̄ ſunt de corꝑe xp̄i myſtico.

Decimo queritur. vtrū

hoc ſacr̄m habeat efficaciā in quolibꝫ vi-
ro iuſto. ¶ Pro declaratōe notādū ꝙ du
plex eſt efficacia ſcꝫ actiua ꝛ paſſiua. Ef
ficacia actiua eſt duplex. Quedā eſt effi
cacia actiua pro actu p̄mo:ꝛ eſt rō effecti
ua ipſius agētis:ꝑ quā agēs efficit et cau
ſat: vt calor ē cā effectiua quare ignis ca/
lefacit. Alia eſt efficacia actiua ꝓ actu ſe
cūdo:ꝛ eſt ipſa actio ipſius agētis: ꝑ quā
agēs efficit ꝛ cauſat: vt calefactio in igne
¶ Correlariū. Iſta efficacia tā ꝓ actu p̄/
mo q̄ꝫ ꝓ actu ſcd̄o in ſacr̄o:eſt ſꝑ in deo:ꝛ
de iſta nō eſt hec q̄ō. Efficacia ꝟo paſſi/
ua nihil aliud eſt q̄ꝫ effectus ꝓductus et
cauſatus ab ipſo efficiēte: vt gr̄a pōt eſſe
efficacia in hoc ſacr̄o: ꝛ de iſta eſt hic q̄ō.
Notādū ꝙ vir dꝛ iuſtus qñ nō eſt in pec/
cato mortali: ſꝫ in gr̄a. ¶ Reſolutio q̄ō/
nis habeꝛ per tres ꝓpōnes. ¶ Pria ꝓpō.
Hoc ſacramētū nō hꝫ efficaciam in viro
ſiue iniuſto ſiue iuſto: niſi digne accedat
¶ Scd̄a. Digne accedit qñ ſe ꝑpat di/
gne:ꝛ ſicut digne dꝫ. Ideo dꝫ accedēs co/
gitare ꝙ ibi eſt xp̄s verus deus et verus
hō:ꝛ ꝑ ꝯñs tota trinitas: ac diuina maie
ſtas ꝛ ſic dꝫ accedere cum amore ꝛ hono-
re. Notādum ꝙ anteq̄ꝫ aliquis digne ſe
ꝑpararet ad iſtud ſanctiſſimū ſacr̄m reci
piendūꝫ tria requirunꝛ. Primo opꝫ ꝙ di
ſcernat iſtū cibū ſpūalēꝫ ab aliīs cibis: et
hoc ꝑ fidem:tm̄ eñ ſacr̄m recipe ſicut re-
cipiꝛ alius cibus nō eſt cōgruum nec fru
ctuoſum. Scd̄o opꝫ ſuū hoſpitiū ꝑpa/
re ꝑ verā examinationē.p̄me Cor.xi.pro
bet aūt ſeip̄m hō. Tertio opꝫ ꝙ ſuum ho
ſpitem ſcꝫ xp̄m cū honore ꝛ amore recipi/
at:ſicut fecit zacheus. Et quia multi re-
cipiūt h̄ ſacr̄m:q̄ ſe nō debite ꝑpant: idō
multi ībecilles ꝛ īfirmi ꝛ dormiūt multi.
¶ Tertia ꝓpō. Lꝫ h̄ ſacr̄m nō hēat effi-
caciā in viro iuſto eo ꝙ nō ſe digne ꝑpa
rat:tñ nō incurrit mortalē offenſionē ſed
venialem. Notādum ꝙ triplex eſt obex:
quare hoc ſacr̄m non habet efficaciaꝫ in
recipiente. Primus obex eſt pct̄m mor-
tale:in quo cōmittitur offenſa mortalis.
Scd̄s obex eſt omiſſio debite ꝑparatio-
nis. Tertius obex eſt ſollicitudo vel di/
ſtractio nimia circa exteriora. Idō vir iu-
ſtus nō ſꝑ manducat ſpiritualr̄ : vtputa
quando dormit: vel qñ diſtrahitur ꝑ co-
gitationes extrinſecas. Sed tūc ſpūali-
ter manducat quādo mouetur motu fi-
dei ꝛ charitatis:ꝛ tūc maſticat ꝛ incorꝑa
tur:ꝛ ideo ſi negligit nō reportat effectū
Notandū etiaꝫ ꝙ triplex eſt memoriale
paſſiōis ſcꝫ in ſcripto in verbo ꝛ in ſacra-
mento. In ſcripto: vt qñ paſſio deſcribiꝛ
vel narraꝛ ꝑ ſcripturaꝫ vel qñ imaginib9
exprimiꝛ:ꝛ hoc eſt memoriale quaſi mor/
tuū:ꝛ habet fieri ad viſum qui apprehen
dit magis de longinquo. In verbo vtpo
te quādo aliquis verbotenus narrat paſ
ſionem xp̄i ꝛ illud ꝑtim eſt viuum et par
tim eſt mortuū: viuū eſt in corde bonorū
predicatorum: ſed mortuū in corde tepi-
dorum et malorum: vel viuū in corde et
cogitatiōe: non viuū in voce: ꝛ hoc eſt ad
auditū. Auditus autem nō ita de lōgin
quo apprehēdit. In ſacr̄o vero eſt memo
riale cum ip̄m corpus xp̄i ſignatur ꝛ con
tinetur in ſpecie panis: ꝛ ſanguis in ſpe-
cie vini: ꝛ hoc eſt memoriale viuū: qꝛ ipſe

Ipſe xp̄s ſeipm̄ ibi p̄bet:offerens nob corpus qđ ꝓ nobis fuit occiſum:ꝛ ſanguinē q ꝓ nobis fuit effuſus:ꝛ hoc eſt ad guſtū q de proximo app̄hēdit:vt iā nō q̄ſi ſpeculatiue ſed quadaꝫ experiētia paſſiōis ei⁹ memores ſimus. Si ergo accēdit affectū noſtrū paſſio deſcripta:ꝛ amplius feruēter p̄dicata: multo magis inflāmare debet ꝛ afficere in hoc ſacramēto exp̄ſſa:ꝛ h̄ abſqꝫ dubio facit ſi quis ſenſum habet:ꝛ illum conuertit ad hoc ſacramentū:et ille efficaciam reportat. Jlle ṽo audit miſſam:nō qui tm̄ verba dicit vel audit ſine deuotiōe:ſed ad hoc memoriale totā mētis intentionē cōuertit.

Undecimo querit̄. vtrū

habeat efficaciā in aliquo pctōre:videlicet qui eſt in peccato mortali. ¶ Reſponſio. Scđm generalē inſtitutiōis ſacramēti rationē:iſtud ſacramentū datum eſt in cibum illis qui ſunt de corpore chriſti:et omnes tales habent charitatē:ideo effectum habet in ſolis iuſtis. Effectus aūt in iuſtis eſt liberandi a culpa veniali:ꝛ p̄ſeruādi a mortali:vt patebit.

Duodecimo queritur.

que ſit efficacia huius ſacramēti. ¶ Reſpondet̄ ꝙ huius ſacramenti plures ſūt effectus. Prim⁹ tamē ꝛ p̄ncipalis eſt magis vnire:quia digne accedētē reddit feruentiorē:vt carbo ignitus:ꝛ iterum reddit firmioreꝫ:vt bonus cibus. Et ex hoc ꝙ reddit charitatē magis ignitam adiuuat ad conſumandā peccati venialis rubiginē. Secūdus effectus ē remiſſio peccatoruꝫ venialiū. Non autem requirit̄ ꝙ ſemper peccata omnia dimittant̄:ſed parū aut multū ſm̄ ꝙ accedens ſe diſponit Tertius effectus eſt preſeruatio a culpa mortali. Quartus effectus eſt augmentatio virtutū. Quintus effectus elicitur a doctore ſubtili:ꝛ eſt remiſſio pcti mortalis obliti:facta tm̄ diligēti examinatiōe ꝯſciētie ſue. Et ſꝫ Durādū: vel tale peccatū mortale remittit̄ ṽtute huius ſacramēti:vel ad memoriā reducit̄ vt ꝯfiteat̄.

Tredecimo querit̄. vtꝝ

neceſſe ſit ꝛ teneamur ad hoc ſacramētuꝫ accedere. ¶ R̄nſio. Hoc ſacramentū nō eſt de neceſſitate ꝙtū eſt de ſua iſtitutione:qꝛ parui pueri bene ſaluant̄ abſqꝫ hoc ſacramēto:ſed tenet̄ quis ex aſſumpto officio:vt cū ſacerdos viuit đ altari:vt)parochianus)debet ſeruire altari. Si aūt nō viuat de altari ſed i libertate ſua maneat:nō tenet̄ magis ꝙ̄ alius homo ex debito:ſed magis de bono ꝛ equo: ex mandato ſupadditto:eo ꝙ inſtituit eccl̄ia vt fideles cōmunicarēt ſemel in anno ꝛ i morte. Unde ſi quis negligit non eſt ſine cōtemptu:ideo peccat mortaliter.

Decimoq̄rto queritur.

Quid ſit melius:an frequentare:an tarde accedere. ¶ R̄nſio. Si q̄s eſſet ſꝑ paratus:ſemꝑ vtile eſſet hoc ſacramentū recipere:vt ſcꝫ ſi haberet habitaculū mundū.ſ.ꝯſcientiā bonā ꝛ purā:ꝛ ſpūalit̄ comederet hūc cibū cū honore ꝛ deuotione Quia igit̄ tꝑe p̄mitiue eccl̄ie erāt mūdi ꝑ baptiſmū ꝛ innocētiā ꝛ charitatē ardētes:ꝑ donationem ſpūſſancti:ideo ꝯgruebat eis q̄tidie cōmunicare:qꝛ ṽo poſtmodū charitas refriguit ꝛ ꝑ peccata:mūdicia baptiſmalis (vt in pluribꝰ(perdita ē: relictum fuit iudicio et conſcientie vniuſcuiuſqꝫ vt reciperet quando diſpoſitum ſe videret:ne aliter manducaret ad ſuam damnationē. Et quia homines inceperunt fieri negligentes:oportuit vt iteruꝫ inſtitueretur a ſummo pontifice frequentatio. Sed quia frequentabant multi:et non bene ſe preparabant. Jdeo inſtituit Fabianus vt tribus anni ſolennitatib⁹ in quibus homines melius parantur:et quas deſiderabilius expectant communicarent:ſcilicet in natali paſchate ꝛ penthecoſte. Et quia homines proceſſu temporis in his tribus temporibꝰ negligent

ſe parabant. Ideo hoc ad extremum eſt ad paſcha reductum: qđ precedit temp⁹ preparationis ſcꝫ quadrageſima. Si ergo queritur vtrum expediat frequentare alicui. Dicēdum ꝙ ſi ſe videat eſſe in ſtatu eccleſie ꝑmitiue: laudandum eſt quotidie cōmunicare: ſi autem in ſtatu finalis eccleſie (vtpote frigidum ⁊ tardū) laudandum eſt ꝙ raro: ſi autem medio modo: medio modo ſe debꝫ habere. Aliquādo enim debet ceſſare vt addiſcat reuereri aliquando accedere: vt inflammetur amore: quia tali hoſpiti debetur honor: debetur ⁊ amor.

Quintodecimo querit̄

Utrū homo debeat ſe retrahere ab hoc ſacramento ꝑpter imundiciam corporalem. ¶ Reſpodet̄ ꝙ q̄druplex eſt imūdicia corporalis. Quedam eſt immūdicia corporalis que eſt ꝯiuncta ſpirituali ſm veritatem: vt pollucio veniens ex turpi cogitatione vel ex crapula: ⁊ iſta imundicia impedit: propter hoc ꝙ homo debet ſe reputare immūdum. Unde nō recipit ſacramentum cum reuerencia qui ſic immundus eſt niſi neceſſitas compellat. et propter hanc reuerenciam priuatur fructu ⁊ incurrit damnū. Secunda immūdicia corporalis que eſt coniuncta ſpirituali ſm conformitatem vt pollucio veniens ex diabolica illuſione: vel ex nature ſuperfluitate in qua ſentitur pruritus ⁊ delectatio inordinata: ⁊ iſta immūdicia arcere debet de congruo: tamen non neceſſitat: quia nō eſt certuꝫ ꝙ anima ſit ibi maculata cū probabiliter poteſt dubitari: ⁊ ideo qui ſe reputat indignuꝫ bene facit. vnde Iſidorus de conſecratiōe diſtinctione ſecūda. Quiſquis nocturna illuſione polluitur: ⁊ q̄uis extra memoriam turpiū cogitationū ſeſe preſenciat inquinatum: tamen hoc vt temperetur culpe ſue attribuat: ſuāq̄ immūdiciam ſtatim fletibus tergat. Tercia immūdicia eſt q̄ non eſt cōiuncta ſpirituali: tamen eſt generans horrorēꝫ immūdicie ⁊ pollutio veniens ex infirmitate: ⁊ iſta eſt indifferens quia tantū eſt pena. ⁊ ideo non arcet. Si tamen ratione horroris abſtineat: deuotio ⁊ reuerentia eſt laudanda. Unde nec mulier menſtruata artatur: nec etiā mulier poſt partum. Quarta vero immūdicia eſt pure corporalis nulluꝫ horrorem immūdicie generans: vt immūdicia in pedibus: vtpote qñ aliquis habet lutoſos ⁊ maculatos ⁊ iſta eſt indifferens ⁊ nullo modo impedit. Uñ ſi q̄s querat. Utruꝫ ſemper polluitur corporaliter ceſſare debeat. Dicendum eſt ꝙ ſi ſentit inq̄nationem illam multum inclinaſſe animaꝫ (q2 in actu illo fit homo caro: ſiue in ſomnijs ſiue in vigilijs) conſulendū eſſet ei facere reuerenciam ſacramento. Si autē ſentit naturam magis expeditam ⁊ vlterius deuotio trahat ad perceptionē: et ſolēnitas etiam trahat: vel aliquid quod multū recompenſet: tunc poſſet ſine remorſu ad ſacramentum accedere. ¶ Notandum tamen ꝙ q̄uis pollucio ſit peccatum veniale: magis tamen impedit q̄ⱥ aliud veniale: propter horroris diuturnitatem ⁊ maiorem deordinationem:

Irca diſtinctionem tredecimā querit̄ ꝑmo

Utrꝫ omnis ſacerdos poſſit conficere: ⁊ eſt ꝯſecrare corpus xp̄i ¶ Reſpondetur ꝙ duplices ſunt ſacerdotes. Quidam ſunt iuſti et boni: ⁊ iſti poſſunt conficere Alij ſunt ſacerdotes peccatores ⁊ mali. et iſti adhuc ſunt duplices. Quidaꝫ ſunt occulte peccatores: qui ſunt de eccl'ia: ſaltē nomine: ⁊ tales pñt cōficere. Alij ſunt ſacerdotes manifeſte mali: ⁊ iſti ꝯficiūt ⁊ pñt ꝯficere q2 ꝑ ter petā coꝝ non pt caracter deleri: etiaꝫ ſi fuerit degradat⁹. Et ſic pꝫ ꝙ oīs ſacerdos q̄tū ad ꝟitatē pt ꝯficere. Sꝫ ē dīa q̄tū ad vtilitatē: q2 boni conficiunt ad vtilitatē ſui ⁊ aſſiſtentiū qui cum fide ⁊ deuotione miſſā audiunt. Mali autem.

occulti ſolū ad damnationē ſuā: ⁊ non aſſiſtentium conficiūt. Mali ꝓo manifeſte peccatores (et maxime heretici preciſi ab eccleſia) conficiunt ad damnationē ſuaꝫ ⁊ omniū aſſiſtentiū habentiū noticiā de peccato illius ſacerdotis. ¶ Notanduꝫ ꝙ ſanctus Thomas ⁊ antiqui doctores in hoc concordantꝙ idem iudiciū eſt de publicis ꝯcubinarijs et publicis hereticis: ſed hec opinio nō tenet: quia refrigeſcet charitas vbi abundat iniquitas: Matthei. xxiiij.

Secūdo queritur. vtrū

ſoli ſacerdotes poſſint ꝯficere. ¶ Reſpōdetur ꝙ ſic: ⁊ ſi alij faciunt nihil omnino faciunt. Ratio quare ſolis ſacerdotibꝫ cōmittitur cōficere hoc ſacramentū eſt: quia hoc ſacramentū eſt digniſſimuꝫ: ⁊ in magna reuerentia habendū: ideo fuit perſonis ſpecialibus cōmiſſū ⁊ cōmitti debuit. Aut ergo ratiōe ſanctitatꝭ: aut ratione auctoritatis. Si ſanctitatis (vt dicūt heretici) tunc ergo nemo eſſet certꝰ: vtrū cōficeret: ⁊ ſalus noſtra penderet ex aliena bonitate. Si ratione auctoritatis: ⁊ auctoritas poteſt tam bonis ꝙ̄ malis cōcedi: ⁊ hanc vocamus ordinem ſacerdotij. Non conſideratur ergo in poteſtate cōficiendi dignitas: ſed tm̄ auctoritas que eſt in ſacerdotibus ratione characteris. Sācti viri nō dicuntur ſacerdotes ab oblatione corporis domini ſed ſui: qꝛ vnuſquiſqꝫ corpus ſuum offert hoſtiam viuētem ad Roma. xij.

Tertio queritur. Cum

poteſtas ſacerdotalis concurrat ad conſecranduꝫ: ⁊ verbi virtus. Circa qđ magis reſidet poteſtas: an circa verbuꝫ: vel circa ſacerdotē. ¶ Notandū ꝙ poteſtas ſacerdotalis conficiendi poteſt capi dupliciter. Uno modo ꝑncipaliter ⁊ potencialiter: et iſta eſt poteſtas auctoritatis: ⁊ iſta ſoli deo ⁊ toti trinitati ꝑtinet. Secūda eſt poteſtas inſtitutiōis: ⁊ hanc habuit xp̄s quādo inſtituit h̄ ſacramentum. Tertia eſt ptās miniſterialꝭ: ⁊ iſta ē ptās quā habēt ſacerdotes. Et iſta ptās eſt q̄dā ordinatio ipiꝰ ſacerdotis: q̄ ipe ſacerdos ordinatur ad ꝯficiēdū miniſterialiter illud ſacramētū: ⁊ iſta ordinatio eſt ī verbis. ¶ Ad q̄ſtionē r̄n̄ſio. Uirtꝰ verbi nō eſt aliq̄ q̄litas abſoluta: ſed ſolū ordinatio ad talem effectū: vt ad ciꝰ ꝓlationem fiat: nō ad ꝓlationē factā a q̄libet ſꝫ habēte xp̄i ſignaculū. Et ſm̄ hāc poſitionē dicēdū ꝙ vna eſt ptās ꝯficiēdi ꝯſiſtēs in miniſtro ⁊ in ꝟbo cū intētiōe ⁊ ꝓlatione verboꝝ ſupꝫ debitā materiā.

Quarto queritur. vtrū

melior ſit miſſa ſacerdotis boni ꝙ̄ mali. ¶ Notandū ꝙ miſſa pōt dici ab emittendo: ⁊ idem eſt qđ emiſſa: ⁊ iſta ē miſſa cathecuminorū: quia emittebantur cathecumini antiquitus qñ ſacerdos incipiebat offerre ſacra. Alia eſt miſſa ſacroꝝ: ⁊ durat vſqꝫ ad finem. Et dicitur miſſa a mittēdo: qꝛ ibi mittitur agnꝰ. i. xp̄s ad patrē ad dimittēdū pctā nr̄a. Alio modo pōt dici miſſa a dimittēdo: ⁊ eſt in fine qñ ppl's dimittitur: qñ. ſ. diaconꝰ dicit: Ite miſſa eſt. Ul' ſic exponitur ite miſſa eſt: Ite ſupple ſecure: qꝛ miſſa eſt hoſtia. ſ. xp̄s ad patrē vt intercedat ꝓ vobis. Notādū ēt ꝙ miſſa valet tripliciter. ſ. ſpecialiſſime/ generaliſſime ⁊ ſpecialiter. Primo mō miſſa dr̄ valere ipi celebrāti ſpecialiſſime: qꝛ nō pōt applicare ſuā miſſam alicui qn ipe habeat maiorē partē ꝓ ſe. Secūdo mō miſſa valet generaliſſime ꝓ tota eccl'ia: tā ꝓ viuis ꝙ̄ defunctis: ⁊ etiā celebrās nō debꝫ aliquē excludere. Tertio mō miſſa valet ſpecialiter illis ꝓ q̄bus celebrat miſſam: vt puta qñ celebrat ꝓ aliq̄ ſpeciali defuncto aut viuo. Nec tñ ſic pōt valere iſti ꝓ q̄ celebratur: qn etiā valeat toti eccl'ie generaliſſime: ⁊ celebrāti ſpecialiſſime. Exemplū: vt ſi miſſa eēt duodecim graduū: q̄tuor ꝑmi gradus ſūt celebranti vel ꝓ celebrāte: q̄tuor vltimi ꝓ tota eccl'ia: ⁊ q̄tuor medij pro illo pro quo celebratur.

¶ Ad queſtionē reſpondeᷓ per ſex ꝓpoſi
tiones. ¶ Prima ꝓpoſitio. In qualibet
miſſa a ſacerdote celebrata inuenitur du
plex opus: ſcȝ opus operatū: ⁊ eſt ipē chri
ſtus qui ſe offert patri pro nobis. Aliud
eſt opus operantis: ⁊ ſūt illa: celebratio/
orationes ⁊ ꝓceſſus miſſe que ſiūe a ſacer-
dote. ¶ Secunda ꝓpoſitio. Miſſa dicta
(etiā a ſacerdote quātūcū peccatore).
ex parte operis operati ſemper aliq̄d va
let. ¶ Tertia ꝓpoſitio. Miſſa mali ſacer
dotis ex parte operis operati tantū valȝ
quantū miſſa boni ſacerdotis. ¶ Quar-
ta. Miſſa mali ſacerdotis q̄tum ad op⁹
operātis: nihil oīno valet. ¶ Quinta ꝓ-
poſitio. Miſſa mali ſacerdotis (ſimpli-
citer loquēdo) non eſt ita bona ſicut miſ-
ſa boni ſacerdotis: quia miſſa boni ſacer
dotꝭ habet duplex meritū. ſ. ex parte ope
rāti ⁊ ex parte operātis. Miſſa ṽo mali
ſacerdotis habet ſolum meritū ex parte
operis operati. ¶ Sexta ꝓpoſitio: Me
lius eſt audire miſſam boni ſacerdotꝭ q̄
mali: quia ſacerdos in miſſa orat pro cir-
cūſtantibus. ¶ Poteſt hic queri: qua-
re quorūdā miſſe prohibenᷓ audiri. Un-
de ſm̄ Durandū prohibenᷓ audiri a q̄t-
tuor. Primo ab herericis publicis. Se-
cundo a ſchiſmaticis qui ponunt diuiſio
nem in eccleſia. Tertio a ſymoniacis: q̄
vendunt beneficia ⁊ ſacramenta eccleſie.
Quarto a fornicarijs notorijs. ¶ Notan
dum q̄ triplex eſt notoriū: ſcȝ facti iuris
⁊ preſumptiōis. Notoriū facti ē illud qḋ
ita ſe cōſpectui hominū exhibet qḋ nulla
tergiuerſatione poteſt celari: vt ſi quis ꝑ-
cuteret aliquē publice ⁊ coram omnibus
Notoriū ṽo iuris eſt duplex. Quoddā
eſt per ſententiā: quādo ſcȝ aliquis cōdē-
natur in iudicio. Aliud eſt per ſpontane
am voluntatē: quando confiteᷓ ſponte ī
iudicio. Notoriū autē preſumptiōis (vt
eſt cōſanguineitas) ſicut quādo preſumi-
tur q̄ iſte eſt filius talis: tamē non poteſt
de aliquo aſſertiue et veraciter probari.
De duobus primis modis notorijs (ſcili

cet facti ⁊ iuris) poteſt ſacerdos licite no-
torius fornicarius iudicari: tamen ꝓpter
ſuſpitionē vel alia ſigna probabilia nō
poteſt licite iudicari. Unde cauſa quare
miſſe prohibenᷓ audiri ab iſtis quattuor
modis ſacerdotū eſt triplex. Primo pro-
pter opus iuſticie: quia nō ſunt digni cō-
ficere: ⁊ ſi non cōficiant nō ſunt digni au-
diri. Secundo propter opus miſericor-
die: vt confuſi de culpa redeant ad grati
am. Tertio propter opus prouidētie: vt
alij retrahanᷓ ab eorū imitatione.

Quinto querᷓ. Utrū

corpus chriſti traijciatur in ventrem mu
ris. ¶ Notandū q̄ differunt venter alu⁹
⁊ vterus. Uenter eſt qui cibos digerit: et
mittit ad ſingulas partes corporis: ⁊ eſt
illa pars que ē a fundo infimo ſtomachi
vſ ad inguinem. Aluus eſt illa pars i-
terior que non videtur: in qua reponunᷓ
ſordes. Uterus ṽo pertinet ad mulieres
in quo ponunᷓ infantes. ¶ Notandū q̄
traijcere idem eſt quod intra proijcere.
¶ Notandū inſuper q̄ mus capitur du-
pliciter. Uno modo idem eſt qḋ terra: et
dicitur ab humo: ⁊ ſic nō capiᷓ hic. Alio
modo capitur mus vt eſt animal puſillū
quod ab humore terre naſciᷓ. Et dicunt
philoſophi q̄ tale aīal non bibit. ¶ Pro
reſolutione queſtionis due ſunt opinio-
nes. Aliqui eñ dixerunt q̄ corpus chri-
ſti continenᷓ in illis ſpeciebus inſeparabi
liter q̄diu ſunt ſacramentū. Et ideo di-
cunt q̄ corpus chriſti eſt ſub illis ſpecie-
bus in ventre murꝭ q̄diu ille ſpecies ſūt
in farina panis. Et iſta opinio modo te-
netur ⁊ eſt ſecurior. Alia opinio eſt q̄ cor
pus chriſti nullo modo deſcendat in ven
trem muris: ſed quādo incipit rodere tūc
ſacramentuȝ eſſe deſinit: ⁊ corpus chriſti
in ſubſtantiam panis redit. Et ſimiliter
dicendū eſt quando proijcitur in cloacā
vel in latrinā. Sed iſta opinio modo nō
tenetur: q2 corpus chriſti non poteſt ma-
culari ꝓpter aliquas ſordes: nec etiā cor-

rodi a mure qđ eſt glorioſū.

Sexto querit. Utrum

corpus chriſti deſcendat in ventrē hoīs. ¶ Notandū ꝙ deſcendere in ventrē ē dupliciter: Uno modo ꝗ̄tū ad ſubſtantiā: ⁊ iſto modo aliquid qđ non eſt cibus poteſt deſcendere in ventrē: ſicut ſaliua poteſt deſcendere in ventrem: ⁊ tamen nō ē cib⁹. Alio modo ꝗ̄tum ad efficaciam: ⁊ iſto mō cibo deſcēdit in vētrē ꝗ̄tū ad efficaciam: quia nutrit. ¶ Correlariū pmū. Corpus chriſti non deſcendit in ventrez ꝗ̄tum ad cibandi efficaciā: quia licet corpus chriſti deſcendat cū illis ſpeciebus tamen non conuertit in cibum ⁊ alimentum. Secūdū correlariū. Corpus chriſti vadit in mentē ꝗ̄tum ad cibandi efficaciam: quia reficit mentē. ¶ Notanduz ꝙ in mentē ire poteſt eſſe dupliciter. Uno modo ꝗ̄tum ad ſubſtantiam: ⁊ ſic vadit qđ illabitur anime: ⁊ eſt ſolus de⁹. Alio modo ꝗ̄tum ad efficaciam: ⁊ ſic dicit ire in mentē quod ipſam reficit. ¶ Reſponſio. Corpus chriſti non ſolū in ventrem hominis vadit ſed ibi manet ꝗ̄diu ſpecies ille ſunt ordinabiles ad refectionez. Unde vadit in ventrē ⁊ morat quouſqꝫ refectiōis opatio compleat.

Circa diſtinctio-

c nem decimāquartā: in qua poſt ꝗ̄ dictū eſt de trib⁹ ſacramētis: ſcʒ baptiſmo / cōfirmatione ⁊ euchariſtia: determinat de ſacramento penitentie. Et diuidit in duas partes. In prima determinat đ penitentia in generali. In ſecunda in ſpeciali. Pro pma itaqꝫ pte pſentꝫ diſtinctiōis

Primo querit. vtrum

penitentia ſit virtus. ¶ Pro fundamento huius materie ponunt aliqne auctoritates. Deutꝫ. xxiiij. Non accipies loco pignoris inferiorem ⁊ ſuperiorez molam. Non accipies: id eſt non auferes: loco pignoris: id eſt a confeſſione peccatoris: inferiorem molam: id eſt timorē: ⁊ ſuperiorem molam: id eſt ſpem. Pro mola ſuperiori. Ezechiel. xviij. Si impi⁹ egerit penitentiā ab om̄ibus peccatis q̄ operatus eſt: vita viuet: id eſt habebit grām ⁊ non morietur morte eterna. Omniuz iniquitatū eius non recordabor. Penitētiam agite: appropinquabit regnū celorum. Math. iij. Pro mola timoris. ſ. inferiori. Lucꝫ. xiij. Niſi penitentiā egeritis om̄es ſimul peribitis: ſupple damnatiōe eterna. Timete eum qui poteſt corpus ⁊ animā perdere in gehennam: Math. x. Licet autē penitentia naſcat ex ſpe et timore: magis tamen ex timore ſm magiſtrū ſententiarū in textu. ¶ Notandū ꝙ quadruplex eſt penitentia. Quedam eſt ſacramentalis: ⁊ eſt ipſum ſacramentum pnie· qđ eſt remedium ↄtra pctm̄ mortale actuale cōmiſſum poſt baptiſmū: ⁊ debet adminiſtrari p ſolos ſacerdotes. Et ſic diffinitur a ſcoto. Sacramentū pnie eſt ablutio ſcelerū hoīs penitentis facta certis verbis: ex debita intentione prolatis a ſacerdote iuriſdictionez habente ex inſtitutionē diuina ſignans efficaciter abſolutionem aīe a peccato. In iſta diffinitione ponūtur octo particule. Primo đz ꝙ eſt abſolutio. Unde abſolutio eſt ſententia diffinitiua abſoluens reū ⁊ ligās: data a iudice cōmiſſario ſcilꝫ ſacerdote. Et ppterea non datur a deo ſupremo iudice: ſed a ſacerdote ſolum qui ſoluit vel ligat peccatorem. ¶ Correlariuz. Iſtud ſacramētum eſt ſacramentū iudiciale: q̄ꝛ confeſſor ligare ⁊ ſoluere poteſt ſm ꝙ videbitur ſibi. Secūda particula homis. Ex quo ſequitur ꝙ angeli nō poſſunt penitere licet potuiſſent ante caſum. Tercia particula penitentis ponitur ad differentiam hominis qui nō cōmiſit peccatum actuale: ⁊ ſi quis non habet peccatum nō debet penitere: ſicut fuit btā virgo maria: ideo nō accipit ſacramentū penitentie. Et etiaz ponitur ad differentiā peccatoris nō penitentis q̄ꝛ ſi haberet vo

luntatem perſeuerādi in peccato ſuo nō
poſſet abſolui. Quarta particula: facta
certis verbis: id eſt determinatis. ¶ No-
tandum ꝙ non ita certa et determinata
ſunt verba ſicut in ſacramēto baptiſmi ꝛ
eucbariſtie: tñ (vt dicit Scot⁹. Cōgruū
eſt vti iſtis verbis. Ego abſoluo te ab oī
bus pctis tuis in noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpi-
ritusſancti ꝛ omnia p̄cedētia ꝛ ſequentia
nō ſunt neceſſaria ſed de bona ꝯgruita-
te. Quinta pticula ex debita intentio-
ne ꝓlatis Et hoc debet intelligi ſicut in
alijs ſacris. Sexta pticula a ſacerdote:
ponit̃ ad dr̃iam alioꝝ qui nō ſunt ſacer-
dotes. Unde Scotus. Nihil diſpenſa-
dum in hoc ſacro poteſt diſpenſari a lai-
co: ꝛ hoc ē cōtra multos. Septima par-
cula: iuriſdictionē habente: ponit̃ ad dif
ferentiam illorum qui nullā habēt iuriſ-
dictionē: vt vnus curat⁹ (qui non habet
iuriſdictionē ſup parrochianos alterius
cure) nō pōt abſoluere illos niſi habeat
exp̄ſſam ꝑtātem a papa vel ab epiſcopo
Octaua pticula ſignans efficaciter. ꝛc̃.
Unde iſta verba ſcȝ Ego abſoluo te. ſi-
gnant abſolutionē aīe a pctō Secunda
potentia dr̃ actualis que nihil aliud eſt
q̄ȝ ipē actus penitendi: quo ipē pctōr ac-
tualiter penitet de pctō a ſe ꝯmiſſo. No-
tandū ꝙ actus penitēndi ē quadruplex
Quidā ē actus penitendi qui ē vindica-
re cōmiſſum. Et ē vindicare pctm̄ a ſe cō
miſſū. Uñ vindicare nihil aliud ē q̄ȝ vel-
le punire vl̃ velle penā infligere alicui ꝓ
pctō. Exemplū vt de⁹ vindicat pctā: qꝛ
infert penā pro pctis. Unde duplex ē pe
na. Quedā eſt gñaliter capta ꝛ accipit̃
pro quocū q̄ȝ incōmodo vel diſcōueniēte
qd̄ pōt cōuenire parti ſenſitiue. Alia eſt
pena ſpāliter capta: ꝛ accipit̃ pro quocū-
q̄ȝ incōmodo vel diſcōueniente qd̄ poteſt
cōuenire parti intellectuali: vt eſt triſti-
cia q̄ eſt in aīa. Secūdus actus peniten-
di eſt habere diſplicētiam de pctō a ſe cō
miſſo. Tertius actus penitendi eſt acce-
ptare gratanter penā inflictā ꝓ pctō a ſe
cōmiſſo. Quart⁹ actus penitendi eſt pa
tienter ferre penā inflictam ꝓ pctō: ꝛ iſte
actus nō eſt tāti meriti ſicut terti⁹. Ter
tia eſt penitentia habitualis: ꝛ eſt habit⁹
habilitans hoīem ad penitendū ſub de-
bitis circūſtantijs a ſupremo legiſdato-
re dictatis ex multis actibus frequenta-
tis penitendi generatus inclinans ad cō
ſimiles actus illis ex quib⁹ generat̃: ꝛ de
iſta penitentia habituali eſt queſtio iſta.
¶ Notandū ꝙ ibi ponit̃ ſub debitis cir-
cūſtantijs: qꝛ ſi quis peniteret ꝓpter va-
nā gloriā: nō eſſet vera penitentia. Jō po
nit̃ a ſup̄mo legiſdatore dictatis. Et ſūt
iſti tres circūſtantie ſcȝ contritio: ſatiſfa
ctio: ꝛ verecūdia de pctis que habet̃ per
confeſſionē. Quarta eſt penitentia paſ-
ſionalis: ꝛ eſt ipā triſticia voluntarie aſ-
ſumpta pro peccatis a ſe cōmiſſis. Sci-
endū etiam ꝙ virtus capitur dupliciter
Uno modo generaliter vt eſt quid com
mune ad virtutē moralem ꝛ theologicā.
Alio modo capit̃ ſpecialiter: ꝛ ē duplex.
Nam quedā eſt moralis. Alia ꝟo eſt vir
tus theologica: de q̄bus omnibus ꝓlixe
dictū eſt in reportatis ſup tertio ſenten-
tiarū: diſtinctione nona: queſtiōe ſeptia
Penitētia ſm̄ Amb. eſt mala p̄terita plā
gere: ꝛ plangēda iterū nō cōmittere. Un
de in omī bona cōfeſſiōe tria requirunt̃.
Primo dolor ꝛ triſticia de cōmiſſis pec-
catis. Secūdo requirit̃ integra ꝛ diſtin-
cta cōfeſſio omniū peccatorū ſuoꝝ. Au-
guſtin⁹. Impiū eſt a deo dimidiā ſpera-
re veniam. Tertio requirit̃ propoſitum
non redeundi ad vomitum: ſicut facit ca
nis. ¶ Reſponſio ad queſtionē. Penitē-
tia eſt habitus virtutis ſm̄ propriā acce
ptationē: non tm̄ ſm̄ cōmunē: ſicut pate
bit melius in ſequētibus.

Secundo querit̃. vtrū

penitentia ſit virtus generalis vel ſpecia
lis. ¶ Notandū ꝙ aliqua virtus poteſt
dici generalis tripliciter. Uno modo ꝑ
p̄dicationē: quia predicat̃ de omnibus

aliis virtutibus: ⁊ ſic iuſticia communiter capta dicitur eſſe virtus generalis ⁊ cōmunis. Et ē quecunqꝫ rectitudo anime docens declinare a malo ⁊ facere bonum. Secundo modo aliqua virtus dicitur generalis ꝑ regulationē. ⁊ ſic prudentia ē regula omniū virtutum: qꝛ omnes virtutes debent regulari ꝑ prudenciam. Unde prudentia docet tenere medium ⁊ abijcere extrema. Tertio modo aliqua virtus dicit̄ generalis ꝑ formationem ⁊ ſic charitas ⁊ gratia gratumfaciens ē virtus communis: qꝛ format alias virtutes et facit eas acceptabiles deo.

¶ Reſpōſio. penitencia eſt virtus ſpecialis: quia ſicut ira per zelum qua deteſtatur omne malum in proximo eſt ſpecialis virtus: quia reſpicit illud ſub ratione digni pene: ſic etiam penitentia ē virtus ſpecialis: qꝛ reſpicit ſub ratione mali proprij a ſe contra deum perpetrati: ꝑ vt homo ex hoc dignus eſt puniri.

Tertio queritur. Utrū

penitencia ſit virtus theologica vel cardinalis. ¶ Notandum ꝙ virtutes theologice ⁊ cardinales differunt quadrupliciter. Primo modo quia virtutes theologice reſpiciunt deum ꝑ obiecto: vt fides reſpicit deum ei adherendo. Uirtutes vero cardinales reſpiciunt creaturam ſicut fortitudo res arduas. Secundo differunt: quia virtutes theologice reſpiciunt portionem ſuperiorem anime: quia reſpiciunt deum. Uirtutes vero cadinales reſpiciunt portionem inferiorem: ſcꝫ proximum. Tertio modo differunt: quia virtutes theologice non poſſunt excedere per nimietatem: quia non poteſt aliquis nimis diligere deum: vel nimis ſperare in deo. Uirtutes autem cardinales poſſunt excedere per nimietatem: vt aliquis diſtribuendo bona ſua vbi nō oportet: non dicitur liberalis ſed prodigus. Quarto modo differūt: quia virtutes theologice non ſunt in medio: quia non habent extrema ſcꝫ nimietatem: ſic̄ dictum eſt. Uirtutes autem cardinales ſiue morales ſunt in medio et inter extrema ſicut liberalitas ponitur inter prodigalitatem ⁊ auariciam. ¶ Reſpondetur ad queſtionem ꝙ penitētia eſt virtus cardinalis: ⁊ cōtinetur ſub iuſtitia. Unde penitentia non eſt niſi quedam iuſticia qua peccator vult vindicare peccatū contra legem dei a ſe commiſſum

Quarto queritur ī qua

vi anime ſit penitencia. ¶ Notandum ꝙ triplex ē vis. Quedā ē vis rationalis ⁊ ē ipſemet intellectus ſiue potencia rationalis. Alia ē vis cōcupiſcibilis ⁊ ē illa que appetit obiecta primo ſibi ꝯuenientia ⁊ fugit obiecta diſcōuenientia. Unde notandum ꝙ circa cor ſunt due pellicule. vna ē tanqꝫ organū ꝯcupiſcibilis: ⁊ dilatatur illa pellicula quādo homo letatur. Unde quando homo ꝯcupiſcit cibum tunc letat̄ qn̄ habet Si aūt non habet tunc triſtat̄. ita etiam aīa vi ꝯcupiſcibili ſcꝫ ꝑ charitatem: deum concupiſcit tanqꝫ primo omne ꝯueniens. Tertia eſt vis iraſcibilis: ⁊ eſt illa q̄ fugit obiecta ſecundo ſibi diſcōuenientia. Unde notandū ꝙ circa cor ē alia pellicula q̄ reſtringit̄ quando homo triſtatur de peccato a ſe ꝯmiſſo: hoc facit per vim iraſcibilē. Notandum ꝙ duplex ē ira. Quedam eſt ira per zelum ⁊ ē velle punire pctā aliena: ⁊ iſta ira fuit in xp̄o: Sicut patet quando eiecit vendentes et ementes de templo. Pſalmiſta zelus domus tue cōmedit me Alia ē ira per penitentiam: ⁊ ē velle punire pctā propria: ⁊ iſta non fuit in chriſto nec ī beata maria: quia nullum habuerunt peccatū ¶ Reſponſio. Penitencia vt eſt ſpecialis virtus ē in iraſcibili quia per penitētiam vult homo punire pctm̄ a ſe commiſſum tanqꝫ obiectum ſibi diſconueniens. Unde Aug⁹. in li. de pnia

Penitentia eſt q̄dā dolentis vindicta:ſʒ
ↄſtans eſt ꝙ vindicta eſt ipſius iraſcibi-
lis.pſ̄. Iraſcimini. Glo. Quid iuſtius
q̄ȝ vt ſuis quiſq̄ȝ iraſcaᵗ pctis poti⁹ q̄ȝ alie
nis: ſeq̄ȝ puniēs ꝑ penitentiā ſe deo offe-
rat. Item Ebrꝫ ꝟ. Perfecta penitentia
cogit penitentē oīa libenter ſufferre:ſʒ
hoc eſt ipſius iraſcigilis: ergo penitentia
eſt in vi iraſcibili.

Quinto queriᵗ de ori-

gine penitētie: vtrū cōcipiaᵗ a timore ſer
uili. ¶ Notandū ꝙ origo penitentie eſt
triplex. Quedā eſt principalis ⁊ efficiēs
⁊ eſt ipſe deus q̄ ꝑ benignitatē ⁊ liberali-
tatē ſuaȝ trahit nos ad penitentiā. Un
de. Nemo poteſt ad me venire niſi pater
meus traxerit eū. Item ad Romañ. ij.
Ignoras ꝙ benignitas dei te adducᵗ ad
penitentiā. Aliqui eīm trahunᵗ ꝑ flagel-
la: alij ꝓo portanᵗ inter brachia diuine di
lectiōis. Et de iſta origine non eſt hic ad
propoſituȝ. Alia eſt origo ꝑparans: que
diciᵗ deprimens: ⁊ eſt ipſe timor ſeruilis:
de quo eſt mētio in p̄ſenti queſtiōe. Ter
tia eſt origo diſponēs q̄ diciᵗ ꝓmouēs: ⁊
eſt timor initialis. ¶ Notādum ꝙ ſextu
plex eſt timor ꝓut dictuȝ eſt in tertio: di-
ſtinctione q̄ndecima. ¶ Reſolutio que-
ſtionis patet ꝑ q̄nq̄ȝ ꝓpoſitiōes. ¶ Pri-
ma. Origo ſiue cōceptio penitētie virtu
tis ꝓncipalis ⁊ effectiua ē ipſe de⁹. ¶ Se
cūda ꝓpoſitio. Cōceptio ⁊ origo penitē
tie diſpoſitiua eſt ꝑtim a nobis. Aug⁹.
Qui creauit te ſine te: nō iuſtificabit te
ſine te. ¶ Tertia propoſitio. Diſpoſitio
debita ad penitentiā ꝓcedit ex diuine iu
ſticie cognitiōe: ⁊ ex cognitiōe diuine mi-
ſericordie. Ex ꝑma cognitiōe generatur
timor ſeruilis: ⁊ ex ſecunda cognitiōe ge
neraᵗ ſpes. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Si pec
cator habeat timoreȝ ſeruilem: ⁊ habeat
ſpem venie: ⁊ incipiat facere quod in ſe ē
tunc eſt diſpoſitus ad verā penitentiā.
¶ Notandū p̄terea ꝙ quatuor requirū-
tur ad hoc ꝙ aliquis incipiat facere qd̄
in ſe eſt. Primo requiriᵗ dolor ⁊ diſplicē
tia de peccatis. Secūdo cōfeſſio integra ⁊
diſticta. Tertio ſatiſfactio larga. Quar
to propoſitū nunq̄ȝ redeundi ad vomi-
tum ⁊ peccata. Quinta ꝓpoſitio. Peni-
tentia magis cōcipitur timore q̄ȝ ſpe: q̄a
timor cōcipit: ⁊ ſpes ꝓmouet. Ex h̄ pa-
tet ꝙ ↄcipiᵗ timore ſeruili: ſed ſufficit ꝙ
timor ſeruilis p̄paret. Nec eſt incōueni-
ens: quia ↄceptio iſta nō eſt ꝑ ꝓductionē
in eſſe: ſed ꝑ diſpoſitionē ⁊ p̄parationeȝ:
⁊ iō nō oportet ꝙ penitentia ſit cū timo-
re ſeruili: ſʒ ſufficit ꝙ timor ſuiᵗ p̄paret.

Sexto queriᵗ de ordi-

ne. Utrū penitentia ſit prima virtus in
ter alias virtutes. ¶ Notādū ꝙ aliquid
diciᵗ prius dupliciter. Uno modo digni
tate: ⁊ eſt illud quod eſt dignius perfe-
ctius ⁊ excellentius reſpectu aliorūȝ: vt
homo inter oīa alia animalia diciᵗ di-
gnior ⁊ perfectior. Alio modo dicitur p̄
us origine: ⁊ eſt illud quod prius naſciᵗ
⁊ generaᵗ: vt flores ⁊ folia dicunᵗ prius
naſci q̄ȝ fructus. ¶ Correlariū. Si fiat
queſtio de prioritate dignitatis: certum
eſt ꝙ penitentia non eſt prima intᵉ virtu
tes: quia virtutes theologice que reſpi-
ciunt deum pro obiecto ſunt priores di
gnitate: et inter virtutes morales. La-
tria eſt dignior alijs: et poſt latriā peni-
tentia importat dignitateȝ. Sed non ē
queſtio de prioritate dignitatis. ¶ Sed
queritur. Utruȝ penitentia ſit ꝑma pri-
oritate originis. Dicendum ꝙ latria et
penitentia ſunt digniores alijs virtutib⁹
quia licet penitentia reſpiciat peccatuȝ
pro obiecto: tamen reſpicit illud vt ē of-
fenſiuū dei: et latria vt cultus ei debitus
exhibeatur. ¶ Notandum ꝙ duplex eſt
penitentia. Quedā eſt penitentia ꝟtus
acquiſita: et eſt illa que acquiriᵗ ex acti-
bus penitentie frequentatis. Et hāc pe
nitentiā cōmuniter habent religioſi que
ſepe confitenᵗ. Et de iſta penitentia nō ē
q̄ſtio. Alia ē penitētia infuſa q̄ imediate

infundit a deo: ꝛ optatur deus in nobis ſine nobis. Unde: Nemo põt ad me venire niſi pater meus ꝛc̃. Et de iſta eſt queſtio. Et iſta eſt ſemper in charitate: et eſt penitentia iuſtificans. Et dicitur penitẽtia formata: quia eſt cum gratia: que eſt accepta deo et placens. Penitentia vero informis eſt illa que precedit iſtam: et eſt attritio. et dicitur informis: quia eſt ſine gratia. Iſta q̃ õ eſt de penitẽtia formata: ꝛ de virtutibꝰ formatis. Sciendum ꝙ homo pctõꝛ nullas hꝫ virtutes formatas: lꝫ poſſit habere informes. ¶ Rñſio queſtionis ſtat in duabꝰ diſtinctiõibꝰ et tribꝰ dictis. Prima diſtinctio: Aliq̃d põt dici prius origine dupliciť. Uno mõ ſm ſubſtantiã: vt q̃n paruus puer baptizatur: omnes virtutes infunduntur in ipſo ſm ſubſtantiã: ꝛ q̃n homo grãm recipit: q̃ decorãt ꝛ ornant aiam noſtrã. ideo nõ ſunt fruſtra prius origine. Alio modo aliq̃d dicitur prius alio ſm vſum: ꝛ eſt quo aliquis prio vtitur: vt ſi quis reciperet de nouo duo inſtrumẽta: ſcꝫ vnam ſecurim ad diuidendum ligna: ꝛ cultellū ad ſcindẽdũ panẽ ſi prius vteret cultello ſcindẽdo panē: tunc cultellus diceret prioꝛ ſm vſum. ¶ Primum dictum. Oẽs virtutes ſm ſubſtantiã ſimul ꝛ ſemel infũdunť. ſicut quando aliquis adultus baptizatur tũc deus infundit in eo omnes virtutes q̃tum ad ſubſtantiam. Secunda diſtinctio: Aliquam virtutem eſſe prioꝛẽ alia ſm vſum põt eſſe dupliciter. aut ſm imaginis informationem: aut ſm ingreſſum et reparationem. ¶ Secundum dictū. Fides eſt prima ſm informationem imaginis: quia fides eſt in intellectu: qui intellectus precedit alias potentias. ¶ Tertium dictū: Penitentia eſt prima ſm regreſſum ꝛ reparationē: qꝛ poſtq̃ homo peccauit: nõ poteſt ad eum redire ꝑ gratiam niſi habeat penitentiā. et ſic actus penitẽtie eſt primꝰ: qꝛ imediatioꝛ eſt omnium virtutum: qꝛ penitentia virtus facit declinare a malo: ꝛ facere bonum.

Septimo queriť. Utrũ

contingat cadere a vera penitentia. ¶ Notandum ꝙ tria requirũtur ad perfectã et veram penitentiam. Primo req̃riť ꝙ proponat ꝛ doleat de pctis ꝑteritis cõmiſſis. Scdo ꝙ non cõmittat actu aliquod pctm̃ de nouo ꝑ illo tẽpe pro quo penitet ꝛ dolet. Tertio ꝙ ꝓponat nunq̃ cõmittere pctm̃: nec redire ad vomitum. Et his habitis eſt vera penitentia virtꝰ. Et eſt: Utrũ habens talem penitentiā poſſit cadere. ¶ Reſpondetur breuiter ꝙ ſic. ſicut pꝫ de dauid rege q̃ (poſtq̃ peccauit in adulterio: homicidio ꝛ ꝓditione primi Regum .c.xi.ꝛ.xij.) veraciter penituit: ꝛ habuit veram penitentiā: tñ adhuc cecidit nũerãdo ꝑplm̃. ſcdi reg. xxiiij.

Quarto queriť vtrum

contingat per penitentiam reſurgere. H̃ eſt penitentiam reiterare. ¶ Rñdeť per duas concluſiones. ¶ Prima: penitentia põt reiterari totiens quotiens homo eſt in hac vita. ¶ Scda concluſio: Penitẽtia poſt hanc vitam non poteſt reiterari: qꝛ penitentia non poteſt reiterari niſi in ſtatu merendi et demerendi.

Nono queriť quare pe-

nitentia poſſit ꝛ debeat reiterari: ꝛ baptiſmus non. ¶ Pro reſolutiõe notandū ꝙ triplex eſt ratio. Una eſt: qꝛ in baptiſmo imprimiť caracter qui eſt indelebilis: in penitentia non. Secũda ratio: qꝛ baptiſmus eſt cõtra morbũ non iterabilẽ: qualis eſt originalis morbus: ſed penitentia eſt contra morbũ iterabilẽ: qualꝰ eſt morbus actualis peccati ꝛ mortalis. medicina autē dꝫ aptari morbo. Tertia rõ eſt qꝛ baptiſmus hꝫ totã efficaciã a paſſiõe pñia vero hꝫ efficaciā nõ tm̃ a paſſiõe: ſꝫ ab actu nr̃o: ꝛ io baptiſmus nõ iterať: ſicut paſſio. pñia vero iterať ſm ꝙ voluntas cõuertiť ꝛ reuertiť. Inde eſt ꝙ in baptiſmo ois pena remittiť: in pñia nõ. Et-

ſi baptiſmus iteraret̃. daretur nobis occaſio peccandi: nõ ſic eſt in penitentia: qꝛ bene punit. Cõtra: ad Heb. vj. Impoſſibile eſt apud eos qui ſemel illuminati ꝛ prolapſi ſunt rurſus renouari ad penitentiã. Primo intelligit̃ hec auctoritas impoſſibile eſt ex proprijs viribus nr̃is: Uel aliter: id eſt difficile. Uel ſm Glo. impoſſibile renouari ꝑ baptiſmũ. ¶ Regula. Omĩs penitentia ſolennis eſt publica: ſed non omĩs publica eſt ſolennis. Penitentia ſolennis eſt illa que fit extra eccleſiaꝫ in manifeſto in cinere ꝛ cilicio: q̃ pro horrendis grauioribuſq̃ ac manifeſtis imponit̃: vt pro homicidio ꝛc̃. Publica ꝟo penitentia eſt illa que fit publice: non tamen cũ tanta ſolennitate: vt illi qui publice flagellantur.

Decimo querit̃: Utruꝫ

omnis agens penitentiã ſuper culpã inueniat veniam: etiam quantũcũq̃ peccauerit. ¶ Notandũ ꝙ agere penitentiam ſuper culpam nihil aliud eſt q̃ȝ dolere ꝺ culpa propria ꝛ triſtari. ¶ Reſponſio. Aliquis poteſt agere penitentiã ſiue dolere de culpa cõmiſſa dupliciter aut propter leſionẽ nature: ꝛ offenſionẽ maieſtatis diuine ꝛ ipſius iuſticie. Penitentiã ſuper culpa cõmiſſa poteſt quis habere ex ſola natura ꝛ ſine aliqua gratia. Sicut eñ homo naturaliter ſe diligit: ita etiam omne odit ꝓpter qḋ maluꝫ incurrit. Et hec penitentia eſt in malis ꝛ damnatis: ꝛ erit aliquãdo in malis angelis cum abſorpti fuerint a penis. Unde ille dicit̃ eẽ abſorptus a penis: qui ſic eſt afflictus ꝙ non eſt intentus niſi circa penam quã ſuſtinet. Et ſic ſunt mõ dãnati: ꝛ ſilr̃ erunt demones poſt diẽ iudicij. Nã modo non ſũt abſorpti in penis: qꝛ ſi eẽnt abſorpti nõ eẽnt occupati ad tẽtãdũ nos: licet habeant ſemꝑ aliquã penam. Et hanc penitentiã que fit propter penam infligendam ſolum vel inflictaꝫ non acceptat deus: nec penitens inuenit gratiam vel veniam. Et hanc penitentiã habuit antiochus qui veniã petijt: tamen nõ inuenit: ſicut patet. ij. Machab. ix. Etiam hanc penitẽtiã habuit eſau. Unde ad Heb. xij. loquẽs Apl's de eſau ait. Non inuenit locũ penitentie: q̃ȝq̃ȝ cum lachrymis poſtulaſſet eam. Et ratio huius fuit: q̈a non fecit penitentiã ꝓpter offenſam dei ſed ſolum ꝓpter amiſſionẽ benedictiõis. Alia eſt penitentia qua quis penitet ꝓpter dei offenſam: ꝛ eſt paratꝰ facere emẽdam: ꝛ hoc non eſt diuina gratia gratũfaciẽte vel gratiſdata. Et omĩs agẽs penitentiã hoc modo quãtũcunq̃ peccauerit inuenit gratiaꝫ. Et ſi per impoſſibile poneret̃ ꝙ diabolus haberet: vtiq̃ dominus daret ei veniam. Et hec eſt potiſſima ratio quare nõ inuenit gratiã: qꝛ nõ habet nec poteſt habere hanc penitẽtiaꝫ ſcꝫ ꝓpter dei offenſam.

Undecimo querit̃ de

effectu penitentie iterate. Utrum neceſſe ſit reſurgere ĩ equali charitate vel maiori. ¶ Reſpondet̃ ꝙ reſurgit in maiori ꝛ equali ꝛ minori ſm ꝙ ſe melius preparat ꝛ diuina largitas diſpenſat. Uñ poteſt reſurgere aliquis in minori gratia ꝛ charitate: vt qñ ꝯtigit ꝑfectũ cadere: qñ reſurgit niſi ſe multũ ꝑparet ꝑ magnam cõtritionẽ ꝛ penitentiã non eſt ſtatim ita ꝑfectus ſicut ꝑus erat anteq̃ȝ peccaſſet: qꝛ nemo repẽte fit ſũmus. Põt etiam in maiori charitate qñ multũ ſe ꝑparat: ſicut patet de dauid q̇ factus eſt deuotior poſt pcc̃m: ꝛ per ꝯ robuſtior ꝛ cautior.

Duodecimo queritur.

Utrum perfecta penitentia reſtituat in priſtinũ gradum. ¶ Notandum ꝙ perfectum capitur tripliciter vel tribꝰ modis. Uno modo aliquid dicit̃ perfectuꝫ quo ad eſſe: ꝛ eſt illud cui nihil deeſt. Et iſtud eſt duplex: quoddã eſt ꝑfectũ q̇ ad eſſe ſimpliciter ꝛ extra genꝰ: ꝛ iſto modo ſolus deus eſt perfectus. Alio modo ali

quid dicitur perfectū in genere et ſm qd ⁊ eſt illud cui nihil deeſt de neceſſario requiſitis ad pfectionem eius: ſic hō dr perfectus. Et iſto etiaꝫ modo pnia pōt dici perfecta quādo habet omnes ꝯditiones requiſitas ad bonā ⁊ pfectam penitenciā ⁊ iſto modo dicitur penitētia perfecta in preſenti queſtione. Secūdo modo aliqd dr perfectum ſm virtutem ⁊ eſt illud qđ habet virtutē que non exceditur ab alio ⁊ hoc eſt dupliciter vel ſimpliciter: et ſic ſolus deus dicitur perfectus vel in genere ⁊ ſm quid: ⁊ ſic aliquis dicitur perfectus ſm virtutem qui habet virtutē que nō exceditur ab alio: ⁊ ſic aliquis dicitur perfectus theologus. Tertio modo aliquid dicitur perfectum ſm finem: ⁊ eſt illud qđ habet finem ꝯſummatū ſic ſancti dicūtur habere finem perfectū. Et iſtis duobus vltimis modis nō capitur hic pfecta penitentia. ¶ Reſpōſio ad queſtionem. Penitentia perfecta pōt conſiderari dupliciter. Uno modo q̄tum ad durationē: vt ſi quis ieiunet q̄ꝫ diu imponit ei: ⁊ compleat qđ ſibi eſt impoſituꝫ ſm rectam taxationem ſacerdotis. Et ſic non eſt neceſſe aliquem in ſtatum priſtinū reſtitui. qꝛ ita negligenter poteſt exequi: ꝙ nō preparat ſe ad tantā gratiaꝫ quātam amiſit. Alio modo poteſt conſiderari penitentia perfecta quātum ad feruoreꝫ: vt ſi aliquis ita feruenter penitet ⁊ dolet de culpa ſm ꝙ contingit ei qui de tanto ſtatu cecidit. Et ſic penitentia perfecta reddit penitentem in priſtinam ſanitatem: ⁊ in priſtinum ſtatum. Unde Auguſtinus in libro quinqꝫ rationum. Penitentia eſt res optima et perfecta: omnes defectus reuocans ad perfectum.

Tredecimo queritur.

Utrum penitentia reſtituat homini opera bona prius mortificata per culpam. ¶ Notandum ꝙ quadruplicia ſunt opera humana ſcꝫ viua: mortua: mortificata ⁊ mortifera: de quibus prolixe dictum eſt ſuper tertiū diſtinctione. xxiiij. q. iiij. Uñ opera dicūtur mortificata: que alias fuerunt facta in charitate: ſed poſtea p peccatum ſunt mortificata: quia qui offendit in vno: factus eſt omniū reus. ¶ Reſponſio. Opera que prius fuerunt mortificata per peccatum: per penitentiam viuificantur: ⁊ ſunt digna eterna remuneratione. Notandum ꝙ hec auctoritas Hugonis. Nemo in ſpe correptiōis peccare debet: quia qđ ſemel amittitur ipm amplius nō recuperatur: non debet intelligi ꝙ opera mortificata non poſſint viuificari ſed debet intelligi de opere bono quod homo potuiſſet facere vel feciſſet illo tempore quo peccauit: qđ quidem nō recuperabit: quia ſi alio tempore velit facere opus qđ omiſit: perdit opus qđ debuiſſet in illo tempore facere. Unde Seneca. Grauiſſima eſt iactura temporis: quia non poteſt recuperari.

Circa diſtinctionem qndecimaꝫ queritur

primo. Utrum poſſibile ſit deo reconciliari per ſatiſfactionē. ¶ Notandū ꝙ ſatiſfactio capitur dupliciter. Uno modo generalit̄ ⁊ cōmuniter ⁊ eſt redditio voluntaria equalentis alias indebiti. Ibi redditio ponitur ad dr̄iam donationis voluntarie: ⁊ volūtaria ponit̄ ad dr̄iam redditionis involuntarie: q̄ ꝓprie nō eſt ſatiſfactio: taꝫ in actu exteriori q̄ꝫ interiori. Satiſfactio aūt ꝓprie capta eſt opatio exterior laborioſa vel penalis volūtarie aſſumpta ad puniēdū pctm̄ a ſe cōmiſſum: ⁊ h̄ ad placādū diuinā offenſam. Opatio exterior ponit̄ ad dr̄iam ſatiſfactiōis large capte q̄ pōt in opatiōe interiori fieri. Laborioſa vel penalis. In h̄ cōtinent̄ tres opationes. ſ. ieiuniū: orō et elemoſyna. In hijs tribꝰ ſatiſfacimꝰ deo. Uñ p ieiuniū itellīgunt̄ oēs pegrinatōes: maceratiōes carnis. ⁊ cetere afflictiōes. ¶ Pria ꝓpō. Xꝫ pūs p paſſionē ſuam ⁊ mortē ſatiſfecit

ꝑ pctis noſtris ſatiſfactiōe larga capta:
nō tñ ſatiſfecit ſatiſfactione ꝓprie capta.
¶ Scḋa ꝓpō. Nullus pōt ſatiſfacere ſa-
tiſfactiōe ꝓprie dicta ꝓ alio lʒ poſſit ſatiſ-
factiōe large capta. ¶ Tertia. Btā vgo
nō potuit ſatiſfacere ſatiſfactiōe ꝓprie ca
pta: qꝛ nūꝗ̄ habuit pctm̄. ¶ Quarta ꝓ
poſitio. Demones nō pñt ſatiſfacere: nec
ſatiſfactione large nec ꝓprie capta: qꝛ in
uite ⁊ nō voluntarie ſuſtinent penā: ideo
non ſatiſfaciūt: ſed ſatiſpatiūtur. ¶ Re-
ſponſio. De omni eo qḋ eſt in pctō nō eſt
ſatiſfactio: qm̄ hoc eſt impoſſibile. Unde
et deus non exigit ſatiſfactionem de om̄i
eo quod eſt in culpa: ſed aliquid condo-
nat per miſericordiam: ⁊ de aliquo requi
rit ſatiſfactionem per iuſticiam: vt ſimul
ſit hic miſericordia ⁊ iuſticia.

Secūdo querit̄. Utrū

ſit poſſibile deo ſatiſfacere de vno pecca-
to ſine alio. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt ſa-
tiſfactio ꝓprie dicta. Quedā eſt reconci-
liatiua: qua quis ſatiſfacit deo ex deuo-
tione ⁊ in grā ⁊ vocat̄ ab aliquibꝰ ſatiſfa-
ctio meritoria. Alia eſt ſatiſfactio ſoluti
ua pene: ⁊ eſt q̄ fit in pctō mortali. Et lʒ
ſit ſolutiua pene ⁊ ſatiſfaciat deo ꝗ̄tum
ad penā: tñ nō eſt meritoria. ¶ Respon-
detur: ꝙ ſatiſfacere capit̄ pro penitere:
ita ꝙ peniteat de vno pctō ⁊ non de alio:
ſed illud reſeruet nō confitendo tunc no-
tum eſt ꝙ nō ſatiſfacit. vñ Auguſtinꝰ im
pium eſt a deo dimidiam ſperare veniā.
Item Grego. in omelia. Qui ſic alia plā
git vt alia committat: penitentiā agere aut
ignorat aut diſſimulat. Si autē capiat̄
ſatiſfacere ꝓut eſt penitentiā iniūctā im
plere: tunc pōt ſatiſfacere de vno pctō ſi-
ne alio: vt ſi fuerit iniunctuʒ penitenti ꝙ
ꝓ pctō ſuꝑbie dicat ſepteʒ pſalmos ⁊ va
cet orationi: ꝓ pctō luxurie ieiunet ⁊ pro
peccato auaricie det elemoſynā: tunc po
teſt ſatiſfacere de vno pctō (ſcʒ luxurie)
ſine alio: qꝛ nō tenetur ſatiſfacere ꝓ om̄i
bus ſimul et ſemel.

Tertio queritur. vtrum

extra charitatem abſtinentes a peccatis:
poſſibile ſit ſatiſfacere. ¶ Reſponſio.
Homo ꝗ̄diu eſt in peccato (ſm̄ Bona-
uenturam) non poteſt ſatiſfacere: ſed req
ritur ꝙ penitentiam iniunctam ſibi faci
at in gratia ⁊ ſine peccato mortali. Sed
moderni doctores: ⁊ Scotꝰ dicunt ꝙ hō
exiſtens in peccato mortali poteſt ſatiſfa
cere: non tamen meretur.

Quarto queritur. vtrū

opera ſatiſfactoria facta extra charitatē
reuiuiſcāt ſiue viuificent̄ adueniente cha
ritate: ⁊ debeāt in ſortē cōputari. ¶ No-
tandū ꝙ dr̄nt oꝑa humana ⁊ opera hoīs.
Opera em̄ humana nō ſunt cōia hoībus
⁊ beſtijs ſicut orare deū ⁊ diligere proxi-
muʒ. Oꝑa vero hoīs ſunt cōia beſtijs et
hoībꝫ: ſicut dormire bibere et comedere.
Notādū etiā ꝙ q̄druplicia ſunt oꝑa hu-
mana. ſ. viua mortua mortificata ⁊ mor-
tifera ꝓut hꝫ diſt. xxiij. tertij. q. iiij. Ulte
rius ſunt q̄dā oꝑa viuificata et ſunt illa
oꝑa q̄ aliqñ fuerunt mortificata ꝑ pctm̄:
ſʒ adueniēte grā viuificant̄. ¶ Notandū
inſuꝑ ꝙ ſors capit̄ multꝭ modis. Primo
mō ꝓ euētu vel ꝓ aliq̄ fortuna. pſ. xxi. et
ſuꝑ veſtē meā miſerūt ſortē. Scḋo mō ca
pit̄ ꝓ ſortilegio. Tertio mō ꝓ diuinatio
ne. Quarto mō capit̄ ꝓ pte vł portione
alicuiꝰ hereditatis. Quīto capit̄ ꝓ capi
tali. Nā capitale pōt capi ꝓ tota ſumma
pecunie. Pōt etiā capitale capi ꝓ capita
li pena: etiā ꝓ capitali ſn̄ia pene. Et ca-
pit̄ ſors in pñti q̄ōne metaphorice ꝓ capi
tali pena: vt ſi defi pnia alicui ieiuniū q̄
tuor dierū: totū illud ieiuniū vocat̄ ſors:
⁊ q̄libet dies vocatur pars ſortis. ¶ Re-
ſpondetur ad queſtionem ꝙ opera ſatiſ-
factoria facta extra charitatem ⁊ in pctō
mortali adueniente gratia nō reuiuiſcūt
ꝗ̄tum ad collationem glīe: ſcʒ ad vitaʒ
eternā ſʒ reuiuiſcūt ⁊ viuificant̄ ꝗ̄tū ad
remiſſionē pene ⁊ dn̄t in ſortem cōputari

qꝛ pꝛincipalis effectus penitentie eſt ſa-
tiſfacere pꝛo pctō ꝛ euitare penam infli-
ctam pꝛo peccato.

Quinto querit̄: ſuppo-
ſito ꝙ per opa facta extra charitatē nō
fiat ſatiſfactio: nec viuificentur: Utrum
homo per ea mercatur aliquid. ¶ Notā
dum ꝙ ſm Scotū: ſicut dictū eſt in que-
ſtione pꝛecedenti: iſta queſtio pꝛeſuppo-
nit vnum falſum: qꝛ ſm Scotum ꝛ mo-
dernos doctoꝛes per opa facta extra cha
ritatem fit ſatiſfactio: ꝛ viuificant̄ q̄ntuꝫ
ad remiſſionē pene. Notandum etiam ꝙ
triplex eſt meritū: ſcꝫ de ꝯgruo: de digno
ꝛ de cōdigno. Meritū de ꝯgruo eſt quā-
do peccatoꝛ facit qđ eſt in ſe ꝛ pꝛo ſeipſo
ſemper remanente in peccato. Meritum
vero de digno eſt quando aliquis iuſtus
et in gratia exiſtens oꝛat: vel aliquid bo-
num operatur pꝛo exiſtente in peccato: ꝛ
iſtud eſt melius q̄ꝫ pꝛimuꝫ. Meritum au
tem de condigno eſt quando aliquis exi-
ſtens ī gratia oꝛat: vel aliquod opus bo-
num operatur pꝛo ſeipſo: et iſtud meritū
eſt optimū. ¶ Reſponſio: Peccatoꝛ apđ
deum nihil meretur de condigno: ſed ta-
men mereri poteſt de congruo. Peccatoꝛ
aliquando facit bonum opus in genere
pꝛopter vanam gloriam: ex hoc opere nō
meretur mercedem: ſed penam: quia pꝛo-
cedit ex contumelia. Aliquando autem
facit opus bonum ad dei gloꝛiam: et pꝛo
pter amoꝛem dei quem habet. et hoc non
poteſt eſſe ſine aliqua gratia gratiſdata:
que diſponit de congruo ad gratiam gra
tumfacientem: quam deus acceptat. Et
ex hoc meretur de congruo: quia facienti
quod in ſe eſt: nunq̄ꝫ deus deficit. Etiaꝫ
nullum malum impunitum: et nullum
bonum irremūneratum.

Sexto queritur. vtrum
bona opera facta extra charitatem vale-
ant ad tolerabilioꝛē penam. Hoc eſt ſup
poſito ꝙ non remunerentur in hoc mun-
do: Utrum valeant ad tolerabilioꝛem
penam infernalem. Notandū ꝙ opera fa
cta extra charitatē valēt ad ſex. Pꝛio ad
tpaliū multiplicationē. Eſaie. i. Si vo-
lueritis ꝛ audieritꝭ me: bona: terre come-
detis. Scđo ad tēpalis pene diminutio-
nem. iiij. Regū. xvi. Nonne vidiſti achab
coꝛā me humiliatū: idcirco nō inducā ꝛc.
Tertio ad grē impetrationē: ſicut raab
inuenit grām ꝓpter opera q̄ nūcijs fecit.
Joſue. vi. Quarto ad bone vite aſſuefa-
ctionē. Threnoꝝ. iij. Bonū eſt viro cum
poꝛtauerit iugum ab adoleſcentia ſua.
Quinto ad peccati reſiſtentiam: qꝛ pec-
catū trahit ſuo pondere ad aliud. Eccī.
iiij. Ignē ardentē extinguit aqua: et ele-
moſyna reſiſtit pctō. Sexto valēt ad to-
lerabilioꝛem penam eternā: non qꝛ dimi-
nuant penā que eſt in inferno: ſed valent
ad tolerabilioꝛem penaꝫ ex cōſequēti: qꝛ
niſi feciſſent illa bona maioꝛa pctā cōmi-
ſiſſent: ꝛ cū maioꝛi concupiſcētia: qꝛ bona
opera diminuūt cōcupiſcentiam. Et ſic
patet ꝙ illa bona opera valent ad tolera-
bilioꝛem penam.

Septio querit̄ quid ſit
ſatiſfactio. Un̄ Augꝰ. ſic eam deſcribit:
Satiſfacere eſt pctoꝝ cauſas excidere: et
earum ſuggeſtionib adituꝫ nō indulgere
Et ꝯtinet iſta deſcriptio ſeu notificatio
tria. Pꝛio cōtinet ꝙ ſatiſfactio ſemper re
ſpicit pctm̄: et eſt ſp ꝓ pctō. Un̄ q̄ non hꝫ
pctm̄ nō pōt ſatiſfacere. Scđo ꝯtinet ſa
tiſfactio emēdā pn̄ē de pctis cōmiſſis: et
hoc tangit̄ cū dr̄. Satiſfacere eſt pctōꝝ
cauſas excidere: id eſt remouere per dolo
rem. Tertio ſatiſfactio ꝯtinet firmū pꝛo
poſitū de futuro. ꝛ hoc tāgit̄ cū dr̄: ꝛ eoꝝ
ſuggeſtionib aditū non indulgere: Item
Anſhelmus: Satiſfacere eſt honoꝛeꝫ de-
bitū deo īpēdere: ſupple pꝛo pctō. nā illa
diffinitio Augu. reſpicit receſſuꝫ a malo
Iſta vo anſhelmi reſpicī acceſſū ad bonū.

Octauo queritur cui ſit

faciẽda ſatiſfactio. ¶ R̃ndetur breuiter ꝙ ſatiſfactio principaliter fit deo: qꝛ deo iniuriatur per culpã: quia pctm̃ eſt ſpreto incõmutabili bono rebus cõmutabilib9 adherere. Hec Auguſti. Vide textum:

Nono queritur per qualia opera debeat fieri ſatiſfactio.

¶ R̃nſio. Satiſfactio dꝫ fieri per opera penalia et laborioſa. Et hoc propt̃ quattuor que prolixe habentur in textu.

Decimo querit̃ per que opera contingat ſatiſfacere.

¶ Notãduꝫ ꝙ tria ſunt per que debemus ſatiſfacere: ſcꝫ per orationẽ ieiunium ⁊ elemoſynam. ¶ Notandum etiã ꝙ ieiuniũ capit̃ duobus modis. Primo modo ieiunium dicit̃ quoddaꝫ inteſtinuꝫ tenue in quo nihil reperitur: ſed eſt ſemper vacuũ. ⁊ de iſto nõ eſt queſtio. Scd̃o modo ieiuniuꝫ dicitur abſtinẽtia a cibis vel vicijs. Et iſtud eſt duplex. Quoddã eſt ſpũale: ⁊ illd̃ eſt abſtinẽtia a quolibet pctõ mortali. ⁊ de iſto ieiunio quilibet viator tenetur ieiunare ad ſemper et pro ſemper. Et iſtud ieiunium eſt neceſſariũ ad ſaluteꝫ. In iſta parua deſcriptione ſunt due particule. Prima eſt abſtinentia: et ponitur loco generis. Secũda particula a quolibet peccato mortali. Ex quo ſequitur: ꝙ quilibet viator tenetur ſemper ieiunare iſto ieiunio: vt dictũ eſt. ⁊ iſtud eſt principale ieiuniũ: et de iſto ieiunio nõ eſt hec queſtio. Aliud eſt ieiunium corporale: ⁊ ſic definitur a dionyſio: Ieiunium eſt parſimonia victus: abſtinẽtia ꝗ ciborũ. In qua due ponuntur particule: ſed ſecunda exponit primam. Et iſtud ieiuniũ corporale non eſt neceſſarium ad ſaluteꝫ: nec obligat ad ſemper nec pro ſemper. Vnde poſſibile eſt ꝙ hõ nunꝗ ieiunet corporaliter ſeu ieiunio corꝑali: tñ nõ eſt trãſgreſſor ꝑcepto♃ eccl̃ie. pꝫ qꝛ nõ tenet̃ ad ſeꝑ. Scd̃o qꝛ poſſibile eſt aliquẽ eſſe cõſtitutũ in tali neceſſitate corꝑali vel ex infirmitate ꝙ non poterit ieiunare: ⁊ lex diuina non obligat ad ĩpoſſibile. Et de iſto ieiunio corporali eſt hic queſtio. Notandũ igitur ꝙ triplex eſt ieiuniuꝫ corporale. Quoddã eſt ieiunium nature: et eſt quando aliqs eſt ieiunus: qꝛ illa die non comedit. Eſt autem iſtud ieiunium neceſſariũ volenti celebrare. Aliud eſt ieiuniũ virtutis: ⁊ eſt actus abſtinentie virtutis regulatus ſm dictamẽ recte rationis: vt ille qui ſobrie comedit. ⁊ de iſtis nõ ẽ queſtio. Tertiuꝫ eſt ieiuniũ eccl̃ie: qd̃ inſtitutũ eſt ad macerandum carnem pro peccatis: et eſt afflictio carnis ſm guſtum. ⁊ de iſto eſt hic queſtio. ¶ Notandum inſuper ꝙ triplex eſt oratio: ſcilꝫ logica rhetorica. et d̃ iſtis nõ eſt q̃ſtio. Tertia vero eſt oratio theologicalis: ⁊ ſm theologos eſt pi9 et humilis affectus mentis in deũ directus. Ibi affectus ponitur loco generꝭ: qꝛ proprie oratio ſtat in affectione. Dicitur pius. Vnde ille pie orat qui deum perfecte diligit. Mentis ibi tangitur ſubiectum: et dicitur mens ab emineo: es. Vnde oratio ſtat in ꝑte intellectuali ⁊ nõ ſenſitiua In deum directus: ibi tangitur obiectũ ſcilicet deus. Pro tertio termino) qui eſt elemoſynam) ¶ Notanduꝫ ꝙ triplex eſt elemoſyna ſcilicet ĩ corde: in ore: ⁊ in opere. Elemoſyna in corde eſt miſericordia: in corde compatiendo proximo. Et dicitur ab elemon quod eſt miſericordia: et ſina: quod eſt mandatum: quaſi mandatum miſericordie. Sꝫ elemoſyna in ore eſt ad conſolandum verbis proximum. Elemoſyna vero in opere fit ſubueniendo proximo in neceſſitate. Et ſic diffinitur: eſt opus quo datur quid indigẽti ꝑ compaſſionem ⁊ propter deum. Vñ elemoſyna poteſt fieri triplici bono fine. Vno mõ ex naturali pietate: ⁊ iſta eſt in aĩalibus brutis: ⁊ iſte finis ẽ bonus. Secũdo mõ ex iuſticie ꝟtute: qꝛ iuſtũ eſt ſubuenire populo chriſtiano. et iſte finis eſt melior. Tertio mõ poteſt fieri ex amore dei. ⁊ iſte finis eſt optimus. Finaliter ſci-

endum ꝙ duplex eſt elemoſyna: quedam eſt elemoſyna corporalis: ⁊ eſt ſeptuplex. vnde verſus. Viſito: poto: cibo: redimo: colligo: veſtio: cōdo. Viſito ſcilicet infirmos: poto ſitientes: cibo eſurientes: redimo incarceratos: colligo errantes: veſtio nudos: ⁊ condo id eſt ſepelio mortuos. Alia ē elemoſyna ſpiritualis: ⁊ illa ſimiliter eſt ſeptuplex. vnde verſus. Conſule caſtiga: ſolare: remitte: fer: ora: et bis additur: compaſſio. Conſule id eſt doce ignorantem: caſtiga delinquentem: ſolare .i. cōſolare triſtem: remitte delinquentibus inte: fer id eſt porta infirmitates aliorum: ora pro proximo. ¶ Reſponſio ad queſtionem. Cōtingit ſatiſfacere per ieiuniū̄ orationem ⁊ elemoſynam: et oēs alij boni actus reducuntur ad iſtos tres vnde prime epiſtole Johannis ſecundo. Omne quod eſt in mundo aut eſt concupiſcentia carnis contra quā eſt ieiunium: aut eſt concupiſcentia oculoꝝ ſcilꝫ auaritia contra quā eſt elemoſyna: aut eſt ſupbia vite contra quā eſt oratio.

Undecimo queritur de

quibus debet fieri elemoſyna. ¶ Dicendum ꝙ debet fieri de bonis proprijs: iuſte acquiſitis et neceſſarijs: ſupple ſm cōmunem vſum viuendi. Unde ſm Scotum. Nullus poteſt dare pecuniam fratribus minoribus ¶ Correlarium. Fratres minores non poſſunt facere elemoſynam: quia nihil habent proprium. ¶ Secundum correlarium. Aleatores ⁊ vſurarij non poſſunt facere elemoſynaꝫ de male acquiſitis: ſed potius tenentur reddere ꝙ̄ dare.

Duodecimo queritur.

Utrum ieiunio contingat ſatiſfacere. ¶ Reſponſio. Jeiunium eſt opus ſatiſfactorium: ſm ꝙ ipſe dominus dicit Mathei .xvij. Hoc genus demoniorum non eijcitur niſi in oratione ⁊ ieiunio. ¶ Notandum ꝙ ieiunium valet ad quattuor. Primo vt corpus ſpiritui non repugnet contumaciter. Prouerb. xxix. Qui delicate a pueritia nutrit ſeruū̄ ſuū ſentiet illum contumacem ſeruum: id eſt corpus Secundo valet vt corpus ſpiritui: totaliter ſubijciatur. pme Corinthiorum .ix. Caſtigo corpus meum: et in ſeruitutem redigo ⁊c̄. Tertio valet vt corpus non crucietur eternaliter. Eccleſiaſtici ſcđo. Eſt qui multa redimat modico precio: ⁊ Ezechielis quarto. Diem pro āno dedi tibi. Quarto vt corpus glorificetur eternaliter: ſecūde Corinthioꝝ quarto. Jd enim quod in preſenti eſt momentaneuꝫ ⁊ leue tribulationis noſtre ſupra moduꝫ in ſublimitate eternum glorie pond⁹ operatur in nobis.

Tredecimo queritur.

Utrum contingat ſatiſfacere oratione. Et cum duplex ſit oratio ſcilicet vocalis et mentalis queritur que magis ſit ſatiſfactoria. ¶ Notandum ꝙ triplex eſt oratio: quedam eſt pure mentalis: quādo labia nō mouentur ſed cor ad deum loquitur. Alia eſt pure vocalis et eſt quando hō nihil cogitat: nec in gn̄ali nec in ſpāli: ita ꝙ nō referat ad ſenſum ꝟboꝝ vl' ad finē intentionē: ſed cū̄ orat fabricat caſtra. et ſic mentalis excedit ſimpliciter vocalem ⁊ paruꝫ valet. Alia eſt mixta in qua ſcilicet orat mentaliter et vocaliter: et de iſta eſt diſtinguendum: quia aut verba illa impediunt affectuꝫ: quia ſcilicet ſic inflammatus eſt ꝙ verba impediunt affectum cordis: tunc oratio mentalis ē melior ⁊ vtilior. Si autem verba vniantur: ita ꝙ non impediant: tunc vtilior eſt vocalis: et multi ſunt tales: ⁊ maxime illi qui nō ſunt ſpirituales: ad quoꝝ affect⁹ ꝓuocādos inſtitute ſunt vocales orōnes. Si q̄rat̄ q̄ oratio ſit ſatiſfactoria. ¶ Rn̄ſio. Credo ꝙ oīs orō ſit ſatiſfactoria: qꝛ nulla eſt in q̄ nō laborēt vires aīales: ⁊ quā

cum delectaꝛ ſpūs tm̄ caro frequēter tabeſcit. Firmiter aūt teneo ꝙ illa inter ceteras eſt ſatiſfactoꝛia: in qua accēdiꝛ hō ad gemitum. Greg. Amoꝛes in compunctione gemitus: nō oꝛnata verba reſonare. Math. vj. Oꝛantes nolite multum loqui: ſicut ethnici faciunt. ¶ Regula. Omnis oꝛatio vocalis reqrit oꝛationeꝫ mentalē: ſed nō econuerſo. apud deū enim nō eſt agendū verbis: ſed affectibus.

Ultimo queriꝛ. vtrum

reſtitutio ſit ꝑs ſatiſfactionis. ¶ Notandum ꝙ reſtitutio eſt redditio alicuiꝰ rei bone et vtilis: que fuit iniuſte ablata vel iniuſte detenta. ¶ Rñſio. Reſtitutio nō eſt pars ſatiſfactiōis: ſed fundamentum. Pꝛo quo ſciendū ꝙ quedaꝫ requiruntur ad penitentiā ſiue ſatiſfactionē vt fundamenta ⁊ talia ſunt peti dimiſſio: et aliene rei reſtitutio. Et iſta reſtitutio non pōt imponi a ſacerdote pꝛo pnia ⁊ ſatiſfactione: qꝛ iam obligaꝛ ex lege diuina. Quedam requiruntur vt expedientia: vt vitare prauam ſocietatē. Quedam vt ſatiſfactoꝛia: vt ieiuniū ⁊ elemoſyna. Alia ſunt perficientia. vt ſunt opa ſupererogationis. Et iſta non ſunt neceſſaria. Luce. x. Quodcūqꝫ ſupererogaueris reddam tibi. Ex quo ſequitur ꝙ non ſunt neceſſaria niſi de congruo.

Circa diſtinctio-

nem ſedecimam queriꝛ de cōtritione: ⁊ pꝛimo ꝗtū ad quidditatem. Unñ mgr̄i dicunt ꝙ cōtritio eſt doloꝛ voluntarie pꝛo pctis aſſumptus. Scotus dicit Contritio eſt deteſtatio ſeu diſplicentia pctōꝝ a ſe cōmiſſoꝝ: libere elicita a volūtate ad placandū diuinā offenſam. ¶ Ad qōneꝫ reſpōdeꝛ ꝙ ſicut pctm̄ perpetraꝛ per conſenſum ſic econtra deleꝛ ⁊ deſtruitur per diſſenſum voluntatis rationalis. Et qꝛ diſſenſus ab ea re quā impoſſibile eſt nō eſſe generat doloꝛem ſicut dicit Auguſt. Ideo dicendum ꝙ cōtritio eſt doloꝛ per eſſentiam. Sed attēdendum ꝙ doloꝛ dicitur dupliciter. Uno modo eſt ipſe diſſenſus voluntatis. Alio modo eſt paſſio reſultans ex illo diſſenſu: per quem pꝛorumpit homo in lachꝛymas: ⁊ ille diſſenſus eſt de eſſentia cōtritionis: ſed illa paſſio eſt effectus eius. Notandū etiam ꝙ aliquis pōt habere diſplicentiam de peccato a ſe cōmiſſo dupliciter. Uno modo ipſo exiſtente adhuc in peccato et vocaꝛ attritio: ⁊ eſt actus infoꝛmis: qꝛ nō fit in gratia licet ſit bonus: qꝛ eſt neceſſariꝰ ad ſaluteꝫ. Alio modo aliquis poteſt habere diſplicentiam ipſo exiſtente in gratia: ſcilicet poſt confeſſionem: ⁊ vocatur contritio. Demum notandum ꝙ ad veram contritionem quattuoꝛ requiruntꝛ. Pꝛimo requiritur diſplicentia de peccatis a ſe commiſſis. Secundo doloꝛ qui concomitatur illam diſplicentiaꝫ. Tertio pudoꝛ de peccatis non de cōfitendo ipā peccata. Quarto ſequitur gaudium de cōtritione quam habet.

Secūdo queritur. vtrū

ↄtritio ſit in genere moꝛis. i. ſit actꝰ virtutis. ¶ Rñſio. Cōtritio eſt actus virtutis moꝛalis ſcꝫ iuſticie: qꝛ pertinet ad iuſticiā deteſtare pctm̄: ⁊ eſt motus ſpecialis virtutis ſcꝫ patientie.

Tertio queritur de con

tritione quo ad quātitatem. Utrum neceſſe ſit doloꝛem contritionis eſſe maximum. ¶ Notandum ꝙ doloꝛ poteſt dici dupliciter maximus: et ſic dicendum eſt de omni ſuperlatiuo. Uno modo poſitiue affirmatiue: ⁊ tūc eſt ſenſus doloꝛ contritionis eſt magnus et omni alio maioꝛ. Alio modo negatiue: ⁊ eſt ſenſus. Doloꝛ contritionis eſt magnus et nullus eſt eo maioꝛ. ¶ Rñſio ad queſtionē. Doloꝛ poteſt dici diſplicentia de pctō: ⁊ eſt diſſenſus voluntatis. Uel poteſt dici paſſio ex hoc reſultans ꝑ quā ꝓrūpit hō ad lachꝛi

mas. Si ergo accipiaꝶ doloꝛ hoc ſecūdo modo. Dicendū eſt ꝙ nō eſt neceſſe magꝫ dolere de pctō ꝙ̄ de dāno tp̄ali: nec etiaꝫ neceſſe eſt dolere: qꝛ nō eſt in ptāte cuiuſlibet: tñ ꝙ aliquis magis doleat de pctō ꝙ̄ de aliquo dāno: eſt perfectionis ꝛ congruū: non tamen neceſſarium. Si autē doloꝛ accipiatur pͥmo modo ſcꝫ ꝓ diſſenſu voluntatis. Dicendum eſt ꝙ ſicut hēns charitatem debet diligere ſup oīa. ſ. ꝙ pro nullo dāno vł cōmodo velit offendere deum: ſic intelligendum eſt de diſplicentia contritionis: qꝛ ſic debet hō deteſtari pctm̄ cōmiſſum ꝙ pro nulla re mundi debuiſſet illud cōmiſiſſe.

Quarto queriꝶ. Utruꝫ

poſſibile ſit in dolore contritionis cadere ī exceſſū. i. ꝙ cōtritio ſit nimia. ¶ Reſolutio ſtat in tribꝰ dictis ꝛ in vna diſtinctione que talis eſt. Contritio capiꝶ dupliciter. Uno modo vt eſt doloꝛ pꝛout ē diſplicentia voluntatis rationalis. Alio modo vt eſt doloꝛ ꝛ paſſio redūdans in ſenſualitatem. ¶ Pꝛimū dictum. Cōtritio pꝛout eſt diſplicentia de pctō cōmiſſo non poteſt eſſe nimia: quia ſicut nemo pōt nimis amare deuꝫ: ita nemini pōt nimis diſplicere pctm̄ qꝛ ē ɔtra deū. ¶ Secūdū dictū. Cōtritio vt eſt paſſio redundans in ſenſualitatē: vix aut nunꝙ̄ eſt nimia. ¶ Tertiū dictū. Poſſet eē tantꝰ doloꝛ in pte ſenſitiua ꝙ nemo poſſet ſufferre niſi abbꝛeuiando vitā ſuam.

Quinto queriꝶ. Utrum

cōtritio ſit motꝰ inſtantaneꝰ vel ſucceſſiuus. ¶ Rñſio. Poſſumꝰ loqui de contritione tripl'r: ſcꝫ ꝙ̄tum ad durationē ꝙ̄tum adeſſe: ꝛ ꝙ̄tuꝫ ad ſuū fieri. Tunc dꝛ ꝙ ɔtritio ꝙ̄tum ad durationē ē ſucceſſiua. Unde ꝙ̄diu hō viuit ſemꝑ debet contritionē querere ꝛ habere de pctis (ſi recoꝛdatur ſaltem) quātum ad ſuum fieri. Quandocunꝙ̄ enim habet recoꝛdationem de pctis cōmiſſis debet habere cōtritionēꝫ ꝛ dolere de illis. Contritio autem ꝙ̄tum ad ſuum eſſe eſt ſubſtantanea: qꝛ ɔtritio eſt actus permanens.

Sexto queritur. Utruꝫ

homo debeat ſemper conteri. ¶ Reſpondetur ꝙ (ſicut dicit Hugo) Cum deus abſoluit hominem a culpa: ligat euꝫ vinculo perpetue deteſtationis: tenetur em̄ ſemper malum quod fecit deteſtari. Sꝫ quia deteſtatio talis eſt pꝛecepti affirmatiui quod ſemper obligat ſed non ad ſemper. Ideo dico ꝙ tenetur conteri ſed non ad ſemper: ſed pꝛo loco ꝛ tempoꝛe: videlicet cum recogitat peccata ſua in quibus offendit deum.

Septimo queriꝶ Utrū

contritio poſſit intendi ¶ Notandum ꝙ intentio poteſt capi quinꝙ̄ modis ſicut pꝛolixe dictū eſt diſtinctione ſexta. q̄ſtione. xiiij. tertij huiꝰ. Sed h̄ capiꝶ intētio pꝛo omi mutatiōe augmentatiua: vel ꝑfectiua ꝛ intēſiua: ſm̄ quam aliqua foꝛma perficitur: ſuſcipiendo plures gradꝰ vt caloꝛ in igne dicitur augmentari ꝛ minui ¶ Reſpōſio. Contritio poteſt intendi. Unde ſicut certuꝫ eſt charitatem augeri: ita ꝛ penitentiā: ac per hoc contritionem augeri ꝛ intendi.

Octauo queritur Utrū

per cōtritionem plus vł intenſius opoꝛteat cōteri de vno pctō ꝙ̄ de alio ¶ Reſpondetur ꝙ de contritione poſſumꝰ loqui dupliciter. Uno modo vt eſt deletiua culpe. Alio modo vt ē deletiua pene. Si loqmur de cōtritione vt eſt deletiua culpe: ſic operaꝶ in inſtanti contra omne peccatū commiſſum: ſed in actu non pōt habere oꝛdinē reſpectu ſpecialium peccatoꝛum: igitur contritio ꝙ̄tum ad deletionem culpe nō intēdiꝶ plꝰ vel minus. Si autem loquamur de cōtritione vt ē deletiua pene: tūc opꝫtet ɔteri ꝑ ɔtritōeꝫ plꝰ vł intenſiꝰ ſm̄ ꝙ pctm̄ ē magnū vł ꝑuū.

Nono querit'. Utrum ſit neceſſe penitere ⁊ dolere pro origina/li pctō. Rñſio. de originali pctō poſſu/mus loqui dupl'r. ſc3 cōmuniter ⁊ ſpēali/ter. Si cōmuniter vt eſt in omnibus. ſic ad ei⁹ deletionem nō requiritur aliquis actus ex parte illius in quo eſt vt pʒ in paruulis. Si autē loquamur ſpēalit' quā tum ad adultos: hoc poteſt eē dupliciter aut tales adulti ſe habere neſciūt: ⁊ tūc nō oportet ꝙ aliquis actus deteſtatōis interueniat nec tenent' penitere. Aut ta/les adulti ſciunt ſe habere pctm̄ origina le tunc ɔgruum ē ꝙ ſibi diſpliceat: quia eſt contra deum: tamē nō eſt neceſſarium penitere.

Decimo queritur. Utrum adultum accedentē ad baptiſmū cū actu ali(ſicut patet de iudeo exiſtēte in pctō mortali accedente ad baptiſmū) neceſſe ſit ante ſacramentū penitentie accipere ꝙ̄ baptiſmi: ¶ Rñſio Penitentia capit' dupliciter vno modo vt eſt virtus cuius actus ē contritio: tunc neceſſe ē ꝙ precedat baptiſmū in adulto qui habet actu/ale pctm̄. Nemo eni3 inchoare pōt nouā vitam niſi eum peniteat veteris vite. Alio modo capit' penitentia vt ē ſacramē/tum ſm qȝ homo confitetur vt recipiat abſolutionem tunc non eſt neceſſe prece/dere ſed de ɔgruo poteſt. Fit eīn ɔfeſſio ſacerdoti ꝓpter tria. Primo vt homo erubeſcat. Secūdo vt peccata ſua reco/gnoſcat. Tertio vt de eoꝝ remiſſiōe deo ingratus nō exiſtat: ⁊ ꝙ̄tū ad hoc ɔgruū eſt ſed nō neceſſe: nec debet ſequi abſolu/tio nec ligatio: quia oīno abſoluit' in bap tiſmo. igit' penitentia ꝙ̄tū ad cōtritionē precedit neceſſario: ꝙ̄tū ad cōfeſſionem: de cōgruo ⁊ ꝙ̄tū ad abſolutionē ⁊ ſatiſfa ctionem neutro modo.

Undecimo queritur de penitentia poſt baptiſmū. Utrū de mor talibus per ignorantia3 cōmiſſis neceſſe ſit penitere. Rñdet' ꝙ penitere de aliquo eſt dupliciter ſc3 in generali ⁊ in ſpeciali. In generali quando homo dolet genera liter de omni offenſa dei quam ſibi fecit. In ſpeciali autem quando dolet de hac vel illa. Dicendū eſt ergo ꝙ de peccatis commiſſis per ignorantiā debet penitere in generali ⁊ dicere cum propheta. Deli/cta iuuentutis mee ⁊ ignorātias meas ⁊c. In ſpeciali vero nō tenetur penitere ſed tenetur facere quod in ſe eſt vt ſciat ⁊ pec cata recognoſcat. Committuntur enim peccata dupliciter. Uno modo per igno rantiam iuris: ⁊ tunc cognito iure ſcit ho mo ſe peccaſſe vt puta qui fornicatus eſt: ignorans illud eſſe peccatum tunc debet penitere poſtea. Secūdo modo cōmittū tur pctā per ignorantiam facti: diligētia debita non adhibita: ⁊ tūc quādo cogno/ſcuntur domino reuelāte debet penitere: vt ſi homo proijciendo lapidem: ipſo ne/ſciente occiderit hominē: tunc ex quo nō facit prius diligentiam reſpiciendi ante proiectione3 lapidis tenetur orare: vt do minus reuelet ⁊ parcat ei.

Duodecimo queritur. Utrum de peccatis ſcienter commiſſis ⁊ poſtmodum oblitis teneatur homo con teri an poſſit de talibus ſine penitentia ſaluari. ¶ Reſpondetur ꝙ oblitus: aut eſt oblitus omnino ita ꝙ nō recordatur nec in generali nec in ſpeciali: aut oblitus eſt eīn in ſpeciali ſed tamē in generali re/cordatur. Si oblitus eſt in ſpeciali ſolu3 vt quando ſcit bene ſe cōmiſiſſe aliquod peccatum in tali tempore: ſed tamen non poteſt bene diſcernere quale fuit: tunc te netur in generali de negligentia ſua. Si autem ſit oblitus in generali ⁊ in ſpecia/li: adhuc tenetur penitere: quia debet ho mo probabiliter credere ꝙ in multis of/fendit quorum non recordatur: et ſic ex illa eſtimatione doleat: ſicut ſi certus eēt tamen debetur in omnibus iſtis adhibe/ri diligentia.

Tredecimo queritur de penitentia venialiū. Utrū veniale poſſit fieri mortale. ¶ Notandū q̄ pctm̄ veniale ſic pōt diffiniri. Pctm̄ veniale ē aliqđ factū dictū vel cōcupitū ꝯ monitionē diuinā: cui correſpondet ſm leges ſapiētie diuine punitio ſolum tēporalis pene: ibi ꝯtra monitionē diuinā ponit̄ ad differentiam peccati mortalis qđ eſt contra legē dei. Ad queſtionē rñſio. Triplex eſt genus pcti venialis. Quoddā eñ ē ex ſurreptione: z ideo veniale: quia vitari non poteſt tunc: tamen multi ſunt doctores moderni dicentes: q̄ pmi motus nō ſunt pctā venialia: ſed hō in hoc meretur reſiſtendo. Aliud eſt ex cogitatione ſine conſenſu: z ideo veniale: quia nō plene cōſentit hō in cogitatione. Tertiū eſt veniale cū rōne z ꝯſenſu: ſed tamē ideo eſt veniale: quia nō eſt deordinatio contra pceptū diuinū vt mendaciū iocoſum: z ebrietas. Cū igit̄ querit̄: vtrū veniale fiat mortale: ſi intelligat q̄ hec culpa p eſſentiā fiat illa nulla eſt queſtio: quia hoc ē impoſſibile. Si aūt intelligat q̄ illud qđ alias erat veniale poſſit fieri mortale: vt mendacium iocoſum z ebrietas. Dico q̄ qđdam fit mortale z quoddā nō fit mortale Primū igitur veniale quod cōmittitur preter rationem nunq̄ fit ſeu eſt mortale peccatum. Sed ſecundo modo veniale per delectationem citra conſenſum fit mortale per conſenſū: z ita per cōplacentiam ſm q̄ placitū dicit̄ conſenſus vt ſi aliquis cogitans de aliqua muliere habeat cōplacentiā z aduertat: tūc illa delectatio deliberata pōt eſſe mortalis. Tertium veniale qđ eſt p delectationē citra deū fit cū cōſenſu pōt fieri mortale p libidinē magnā ſicut mendaciū iocoſum: vt ſi aliquis eſſet aſſuefactus cū libidine et delectatione dicere mēdacia iocoſa. Auguſtin⁹. Plura venialia obruunt: nō per ſe ſed quia diſponūt ad libidinē nō diſpoſitione neceſſitatis: ſed pronitatis.

Quartodecimo querit̄ de penitētia venialiū: vtrū ad neceſſitatē remedij vtrū teneat̄ quis penitere de venialib⁹. ¶ Rñdet̄ q̄ (ſicut tactū eſt) tria ſunt genera venialia. Quedam ſunt ex ſurreptione z de his nō tenemur penitere niſi de cōgruo. Quedā ſunt ex cogitatione ſine cōſenſu quib⁹ ſic cōſentiat̄ incidit hō in mortale z de talib⁹ tenet̄ hō penitere nō ſimplr̄ ſed in caſu ſiue p loco et tēpore qñ recogitat ea ne ſi cōſentiat cadat. Quedā autē ſunt venialia q̄ per ſui multitudinē augēt libidinē: ſicut illa in quibus eſt conſenſus: ſed deordinatio infra deum: z nō contra deū: ſicut mēdacia iocoſa: z de talib⁹ tenetur hō penitere ne multiplicent̄ z homo periculo z diſcrimini ſe cōmittat. Sciendū autē q̄ penitere nō capit̄ hic pro cōfiteri.

Circa diſtinctionem decimāſeptimā querit̄ pmo. Utrū ad iuſtificationem impij ſit neceſſaria infuſio gratie. ¶ Notandum q̄ iuſtificatio poteſt capi tripliciter. Uno modo idem eſt qđ ad gratiā pparatio: ſicut quando aliquis habet attritionē de pctīs ſuis: et iſto modo nō intelligit̄ queſtio. Alio mō capit̄ iuſtificatio vt eſt grē infuſio. Tertio mō pōt capi iuſtificatio vt eſt in iuſticia exercitatio: ſicut dicim⁹ q̄ iuſt⁹ ex fide viuit. ¶ Rñſio. Ad iuſtificationē ipij eſt neceſſaria grē infuſio: q2 ſic de⁹ de ſua miſcdia z bonitate decreuit q̄ qñ iuſtificat impiū etiā dat gratiā. Ad Rom. iij. Iuſtificati p gratiā ipſius.

Secundo querit̄. vtrū ad iuſticationē ſit neceſſarius mot⁹ liberi arbitrij. ¶ Notandū q̄ liberū arbitriū noiat duo incōplexū liberū noiat voluntatē incōplexū autē arbitriū noiat intellectum. ¶ Rñſio. Sicut iuſtificatio non eſt niſi volentis: ſic etiam eam deus non dat niſi volenti: dum ſit in ſtatu tali q̄ cōſentire

z diſſentire poſſit: ideo ad ſuſceptionem iuſtificatiõis in adulto requirit motus liberi arbitrij ſm quẽ cõſentit in gratia. Unde Bernũ. de libero arbitrio. Opus ſalutis duo requirit: ſcʒ deũ dantem: z liberũ arbitriũ recipiens z cõſentiẽs. Auguſtinus. Qui creauit te ſine te: non ſaluabit te ſine te: ſeu nõ iuſtificabit te ſine te. ¶ Notandũ ꝙ pmus motus per quẽ conſentit homo gratie eſt motus fidei. Ad Ro. v. Juſtificati per fidem. Glo. id eſt motu liberi arbitrij qui eſt ex fide. Ideo dicit Act. xv. Fide purificãte corda: quia motus fidei primo requirit ad purificationem.

Tertio queritur. Utrũ

ad iuſtificationẽ neceſſaria ſit contritio. ¶ Reſponſio. Loquẽdo de iuſtificatiõe put eſt infuſio gratie requirunt quattuor ad iuſtificationem duo a deo. ſ. expulſio culpe: z infuſio grẽ: z duo a nobis: ſcʒ liberi arbitrij cõmotio z peccati p cõtritionẽ deteſtatio. Pſ. Cõmouiſti terraʒ z cõturbaſti eã ſana cõtritiões eius: qz cõmota eſt. Cõmouiſti terrã: ibi tangit mot⁹ liberi arbitrij: quãdo homo cognoſcit ſe peccaſſe: z per motuʒ fidei credit ꝙ deus põt ei indulgere: cõturbaſti eã: ibi tangitur deteſtatio peccati per cõtritionem. Sana contritiones: ibi tangit expulſio peccati q̃ fit a deo: qz cõmota: ibi tangit infuſio gratie: qz p infuſionem gratie homo ponit in pace z quiete: et remouetur commotio.

Quarto querit. vtrum

ad iuſtificationẽ neceſſaria ſit confeſſio. ¶ Notandũ ꝙ duplex eſt ꝯfeſſio: ſcʒ laudis z fraudis. Confeſſio laudis eſt quedam grã z iubilatio p quaʒ magnificat z benedicit de⁹ cũ omi gratiarũactione oimoda. Pſ. Cõfitemini dño qm̃ bon⁹ Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo: et de iſta cõfeſſiõe nõ eſt queſtio. Confeſſio autem fraudis ſic poteſt deſcribi. Eſt ſecreta manifeſtatio peccatorũ actualium a ſe cõmiſſorum vocaliter facta ſacerdoti iuriſdictionem habenti: z hoc propter veniam et abſolutionem obtinendam. ¶ Notandũ ꝙ confeſſio diuiditur in vocalem mentalem et cerimonialem. Confeſſio vocalis prius eſt deſcripta. Cõfeſſio mentalis eſt quedam poſtulatio qua aliquis poſtulat veniam de peccatis ſuis. Confeſſio vero cerimonialis eſt qua aliquis confitetur ſe peccaſſe offerendo aliqđ ſacrificium ſicut fiebat in lege moſaica. ¶ Ad queſtionem reſpondet ꝙ ſi iuſtificatio dicat gratie infuſio nõ eſt neceſſaria cõfeſſio. Unde iſta quattuor ſolum ſunt neceſſaria: ſcʒ gratie infuſio: liberi arbitrij motio: peccati expulſio et cordis contritio. Scđm eũ rectũ ordinem (ſicut patebit) confeſſio ſequit tempore z natura contritionẽ. Cuʒ ergo ipa contritio non ſit ſine iuſtificatõe nec econuerſo: ſequit ꝙ ſine cõfeſſiõe iuſtificatio eſſe nõ poteſt. Pſ. Dixi cõfitebor aduerſum me iniuſticiã meaʒ dño. id eſt diſpoſui confiteri peccatũ meũ. Caſſiod. Magna pietas dei ꝙ ad ſolam promiſſioneʒ peccatũ dimittit. Aug⁹ ſuper illud ideʒ Luce clarius conſtat cordis cõtritione nõ oris cõfeſſione peccata dimitti. Tamen notandũ ꝙ confeſſio eſt neceſſaria i facto vel in voto: quia requiritur ꝙ tempore z loco penitens intẽdat cõfiteri.

Quinto querit Utrum

infuſio gratie neceſſario precedat expulſionẽ culpe. ¶ Notandũ ꝙ infuſio gratie poteſt capi duobus modis. Uno mõ p pductiõe grẽ q̃ eſt creatio: qz eſt de nõ eſſe ad eſſe: z iſto mõ proprie capit hic ſm Bonauẽ. Alio mõ capit p nõ eſſe vnito ad eſſe vnitũ: z idẽ eſt qđ gratificatio ſcʒ qñ grã infundit in aĩa: z ſm aliq̃s intelligit queſtio ſic. ¶ Ul'ñ notãdũ ꝙ in eodeʒ inſtanti creatur gratia z infundit in aĩa. Et iõ q̃ſtio non intelligit de prioritate tẽpis nec pfectiõis, ſʒ de prioritate nature.

¶ Rñſio. Deus expellit pctm̄ p gratiam ſicut ſol per radios tenebras. Sicut dr Actuū.xv. Fide purificans zc̄. z h ſupra monſtratū eſt. Ideo cū cā pcedat effectū infuſio grē naturalr prior eſt expulſione pcti. Ambroſi⁹. Queadmoduz intrans aiam ſapientie diſciplina imprudentiaz tollit: ita gfecta virtus iniquitatem.

Sexto queritur. vtrum

expulſio culpe neceſſario pcedat contritionem. ¶ Rñdet q (ſicut ſupra dictum eſt) contritio neceſſaria eſt in ipſius grē infuſione. Unde z contritio precedit peccati expulſionem natura.

Septimo querit. Utrū

nc̄e ſit q attritio pcedat ipῑ iuſtificatōz ſiue ↄtritōez. ¶ Notādū q attritio ē diſplicētia d pctis a ſe cōmiſſis ante iuſtificatione. ¶ Ad qſtionē rñdetur q ſm ſpeciale priuilegium poteſt deus iuſtificare ſine oī preparatiōe: ſic ptz de btō Paulo iuſtificato: in quo nulla pceſſit preparatio nec ↄtritio: ſm legē tn̄ cōem nō iuſtificat niſi eos q ſe preparāt: ſic dicit zacharie. Cōuertimini ad me z ego conuertar ad vos. Et ideo dicendū q attritio pcedit impῑ iuſtificationem.

Octauo querit. vtrum

ↄfeſſio neceſſario ſequat iuſtificationem ¶ Reſpōſio. Confeſſio eſt inſtituta ſub pcepto: ſicut melius patebit infra. Et iō poſito q aliquis haberet tantā cōtritionem de peccatis ſuis q iuſtificaret abſq confeſſione: tamen tenet poſtea confiteri z ſi nō cōfitet / cadit a iuſticia. Sicut em̄ nullus pōt iuſtificari q ſacramēta contēnit: ſic nullus in iuſticia gſeuerat / ſi poſt iuſtificationem ex cōtemptu negligeret confiteri: ergo concedendū eſt q cōfeſſio poſt iuſtificationē eſt neceſſaria neceſſitate precepti: tn̄ excuſat impoſſibilitas.

Nono queritur: Utruz

mandatuz de cōfeſſiōe gtineat ad legem nature: hoc eſt: verū exiſtētes in lege nature. ſ. ab adam vſq ad legē moyſi tenebāt ↄfiteri ſaltē cōfeſſiōe mētali. Quid aūt ſit ↄfeſſio mētalis / vocalis z cerimonialis pus dictuz eſt. ¶ Rñſio. Cōfeſſio mentalis eſt de dictamine iuris naturalis in ſpeciali. Uñ ius naturale in ſpeciali eſt quedā regula omibus virtutibus ratiōe iuuata: vt honorare parētes. Sic naturaliter cognoſcitur q quādo offenditur deus ſibi debetur reſtitutio per cognitionem culpe z petitionem venie. Et ſic patet q cognitio diuie offenſe eſt d dictamine nature adiute per fidem. Quō em̄ ſcit homo ſe offendere deum quez nō videt / niſi per aliquez radiū fidei. ¶ Notandum q duplex eſt confeſſio vocalis: qdā eſt que fit ſoli deo: quando hō inter ſe z deū vocaliter cōfitetur pctā ſua. Et iſto mō natura dictat ↄfiteri deo nō ſimpliciter ſed in caſu: vtputa quando de⁹ exigit ſicut exegit ab Adā et cayn. Alia eſt confeſſio vocalis que fit homini. Et iſto modo natura non dictat ↄfiteri hoī niſi in generali. Natura enim dictat q omibus modis oportet deo reconciliari quibus ipē ſtatuit. Unde natura dictabat q ſi deus arbitrū cōſtitueret int ſe et pctōrem q ipī eēt culpa reuelāda. Notandū finaliter q cōfeſſio valet ad ſeptē Primo ad pcti cognitionē: et hoc ppter inſtructionē ſacerdotis. Leuiti.xiῑ. Si difficile z ambiguū apud te zc̄. Scdo ad cogniti deletionē. Ps. Dixi ↄfitebor zc̄. Si ppoſitū valet qto mag opus. Tertio ad cogniti z deleti ſatiſfactionē quia erubeſcētia ē mag ps ſatiſfactōis. Eccl. iiῑ. Eſt ↄfuſio ducens ad grām z gliaz Quarto ad pene diminutionē in ptāte clauiū. Matth.xvi. Qdcūq ſolueris ſup terrā zc̄. Quinto ad dei laudē. Joſue.vῑ. Da gliaz deo z ↄfitere pctā tua Sexto ad interceſſoꝝ multiplicationem Jaco.vltio. Cōfitemini alterutrū pctā veſtra zc̄. Septimo valet ↄfeſſio ad conſcientie aſſecurationez. Unde ſtatim dū

dixit peccaui: audiuit: trãſtulit dñs pctm̃ tuũ a te. ij. Reg. xij. ꝛ hoc magnũ bonũ eſt. ij. Cor. i. Gloria noſtra hec eſt teſtimonium cõſcientie noſtre.

Decimo querit̃: Utruʒ

confeſſio fuerit inſtituta in lege ſcripta ¶ Reſponſio. Uocalis ꝯfeſſio prout ẽ ſacramentum ſoli⁹ legis noue fuit nec preceſſit ĩ lege veteri niſi in figura qꝛ illi legi nõ cõpetebat: preceſſit aũt in hoc ꝙ ſacerdotibus data erat auctoritas diſcernẽdi iter leprã ꝛ nõ leprã: ſcdm̃ ꝛpphanũ

Undecimo queritur a

quo fuit inſtituta. ¶ Reſpondet̃ ꝙ confeſſio fuit a xp̃o inſtituta: licet non inueniatur quando. Credẽdũ eſt ergo ꝙ nullus aploꝝ attentaſſet inſtituere tã durũ ꝛ arduum ſacramentum niſi habuiſſent a xp̃o: licet non ſit opinio Bonauenture

Duodecimo queritur.

Utrũ oẽs adulti boni ꝛ mali ad cõfeſſionem teneant̃. ¶ Notandum ꝙ ille dr̃ bonus qui eſt ĩ gratia dei ꝛ nullũ habet peccatũ mortale. Ille vero dicit̃ malus qui eſt in pctõ mortali. ¶ Ad queſtionem reſpondet̃ ꝙ de malis non eſt dubiũ ꝙ tenẽtur confiteri. Sed de bonis ſunt diuerſe opiniones. Bonauentura em̃ dicit ꝙ teneri ad ꝯfeſſionẽ pctõꝝ ẽ dupl̃r. ſ. ex inſtitutione prima que fuit ab aplis data ſb̃ p̃cepto ꝛ iſto mõ nõ tenet̃ quis ꝯfiteri niſi de pctõ mortali. Alia fuit inſtitutio a patribꝫ data in generali ꝯcilio: et vulgata ab Innocentio tertio. Et propter iſtã inſtitutionẽ tenent̃ oẽs ꝯfiteri ſemel in anno. Et ideo boni qui ſolũ hñt venialé pctm̃ tenent̃ ſemel confiteri ſcʒ in paſchate: ꝛ h̃ ꝑpter tria q̃ habent̃ in textu. Tamen opinio Scoti eſt ꝙ nullus tenetur ꝯfiteri de venialibus.

Tredecimo queritur.

Utrũ pctõr ſtatim cũ põt teneat̃ confiteri. ¶ Rñdetur ꝙ quidam ad ꝯfeſſionem obligant̃ nõ ex culpa cõmiſſa ſʒ ex eccl̃iaſtica inſtitutione: vtpote illi qui non habent mortalia pctã tales differre poſſũt vſqꝫ ad paſcha: qꝛ mandatũ illius decretalis nõ obligat niſi ſicut obligat ad euchariſtiã ad quã ꝑparat ꝯfeſſio ſacerdoti facta. Quidã vero nõ ſolũ obligãtur ex eccl̃iaſtica inſtitutione: ſed ex ꝑpria trãſgreſſione ꝛ hi tenent̃ ex inſtitutiõe ſacramenti: ſicut ſunt illi q̃ ſunt in pctõ mortali. De talibus em̃ generaliter poteſt aſſeri ꝙ poſſũt vſqꝫ ad paſcha differre tamẽ videt̃ periculoſum. Sil'r ꝙ teneant̃ ſp cõfiteri quãdo ſe offert oportunitas videt̃ ſatis durum. Ideo videt̃ rationabiliter ſentiendũ mediũ ſcʒ ꝙ ſit oportunitas loci: tpis ꝛ ſacerdot̃. Dupliciť aũt poteſt ſe q̃s ante paſcha offerre: aut ita ꝙ timetur ne vnq̃ ſe offerat: ſicut eſt in his qui grauiter infirmant̃: vel ſe ponũt in articulo mortis: ꝛ tales tenent̃ abſqꝫ dubitatiõe ad ꝯfeſſionẽ. Aut ita ꝙ maior oportunitas expectat̃ vl' q̃tuʒ ad tp̃s vl' q̃tũ ad ſacerdotẽ: qñ. ſ. intẽdit ſacerdotẽ hr̃e prudẽtiorẽ: ꝛ ſic põt differri ſine aliq̃ peccato: tamẽ aliter ſentiendũ eſt de religioſo: aliter de laico. Nam religioſo totũ tẽpus vite ſue eſt tẽpus penitentie: et ideo habẽti copiã ſacerdotis: ſi peccauit mortaliter: credo ꝙ tenet̃ ſine mora ꝯfiteri.

Quartodecimo querit̃

Utruʒ obligemur cõfiteri ex charitate. ¶ Rñſio. Ad ſacramentũ penitẽtie non eſt neceſſe accedere cũ charitate vel diſpoſitiõe ad charitatẽ ſufficientẽ ſm veritatẽ: ſed ſufficit ſm probabilitateʒ. Hec aũt diſpoſitio eſt attritio: qꝛ aliqñ cõtingit ꝙ aliq̃s ante cõfeſſionẽ habet tm̃ de attritione ꝙ acq̃rit gratiã ſed nõ requiritur ꝙ ſit tanta attritio ſm veritatẽ: quia ſepe ꝑpter cõfeſſionẽ ſupadiunctã ꝛ abſolutionẽ ſacerdotis: talis attritio formatur per gratiam.

Quintodecimo querit̃

cui ſit cõfitendũ: vtrum ſufficiat cõfiteri
laico. Reſpõdet ꝙ dupliciter põt loq̃ ꝺ
cõfeſſiõe. Uno mõ put eſt opus ỽtutis:
vt qñ aliq̃s ad ſui humiliationẽ dicit pec
cata ſua: ⁊ ſic q̃s peccatũ ſuũ cuilibet cõ/
fiteri põt ſiue clerico ſiue laico. Bernar.
ſup cãtica. Uir pfectus tãtus eſt ỽtutis
amator ꝙ vellet omẽs noſcere mala ſua:
dũ tamẽ eis nõ eſſet occaſio mali: ſed bo
ni. Tamẽ ſm doctores modernos ⁊ ma/
xime Scotũ nõ eſt ibi prudentia: ſed ali
quãdo periculũ. Alio modo poſſumꝰ lo
qui de cõfeſſiõe put eſt opꝰ ſacramẽtale
put ſcʒ ordinat ad reconciliationẽ q̃ fit p
abſolutionẽ ⁊ ligationẽ. Et qm̃ hec po/
teſtas collata eſt ſolis ſacerdotibꝰ (ſicut
melius patebit infra) ideo hec confeſſio
nulli niſi ſacerdotibus eſt fienda.

Decimoſexto queritur

Utrũ cõtra voluntatẽ ꝓprij ſacerdotis
liceat cõfiteri aliȷ̃ diſcretiori. ¶ Notãdũ
ꝙ ꝓprius ſacerdos poteſt capi ſex mõis.
Primo mõ aliq̃s dr̃ ꝓprius ſacerdos ali
cuius q̃ habet iuriſdictionẽ ordinariam
modo inferiori: vt ſũt curati. Scḋo mõ
q̃ hʒ iuriſdictionẽ ordinariã mõ ꝑncipa/
liori: vt ſunt epĩ. Tertio mõ q̃ habet iu/
riſdictionẽ excellẽtiſſimo mõ: ⁊ iſto mõ
papa dr̃ ſacerdos reſpectu oĩʒ chriſtiano
rũ. Quarto mõ qui habet iuriſdictionẽ
delegatã vel cõmiſſariã ab aliquo: vt po
te a papa vel epõ aut curato. Et iſto mõ
mẽdicãtes) ⁊ maxime fratres minores et
ꝑdicatores) ſũt ꝓprij ſacerdotes: q̄ ha/
bent iuriſdictionẽ delegatã a ſũmo pon/
tifice. Quinto mõ dr̃ ꝓpriꝰ ſacerdos ex
ꝑmiſſione ⁊ ex cõi cõdeſcẽſiõe iuris: ſicut
q̃ habẽt licẽtiã a iure eligẽdi ſibi ꝓprios
ſacerdotes: ſicut ſũt epĩ ⁊ abbates. Sex
to dr̃ ꝓprius ſacerdos ꝓpter neceſſitatẽ.
vt eſt in articulo mortis: q̄ tũc ſimplex
ſacerdos nõ ꝑuilegiatꝰ põt in neceſſitate
quẽlibet abſoluere. ¶ Ad q̃ſtionẽ rñſio.
Quilibet tenet ꝯfiteri ꝓprio ſacerdoti:
accipiẽdo ꝓpriũ ſacerdotẽ ꝓ aliq̃ iſtorũ
modõꝝ. Et lõ bene ſequit. Iſte ẽ ꝯfeſſus
fratri minori: ḡ eſt ꝯfeſſus ꝓprio ſacerdo/
ti: nec tenet ampliꝰ ꝯfiteri ſuo curato: q̄
eque bene eſt ꝓprius ſacerdos: frater mi
nor vel aliq̃s habẽs iuriſdictionẽ delega
tã ſicut ꝓprius curatus q̃ habet iuriſdi/
ctionẽ ordinariam.

Decimoſeptimo querit

Utrũ neceſſe ſit cõfiteri ꝓprio ſacerdoti
corã populo. ¶ Notãdũ ꝙ p corã popu/
lo intelligit corã multis audiẽtibus ſcon
feſſionẽ. ¶ Reſpõſio. Cõfeſſio ſacramẽ
talis ſacerdoti ſoli ⁊ in ſecreto debet fie/
ri: niſi ſit peccatũ adeo enorme ꝙ totam
cõmouerit vrbem: qḋ quidẽ debet q̃s cõ
fiteri in publico: vt ĩ publico puniat: ta/
men hec punitio nõ debet imponi a con/
feſſore ⁊ cõfeſſione ſacramẽtali.

Decimooctauo querit

quid ſit cõfitendũ: Utrum ſcʒ oporteat
ꝯfiteri oẽm venialem culpam. ¶ Rñſio
Cõfeſſio venialiũ nõ eſt in ꝑcepto: eſt tñ
cõſiliũ ⁊ maxime ꝓ religioſis qui debent
eſſe pfecti. Et ideo bonũ eſt eis confiteri
peccata venialia: nõ tamen obligant: q̄
venialia multis modis delent: vt pote di
cendo: Pater noſter: accipiẽdo aquã be/
nedictã: p feruẽtẽ orationẽ: p benedictio
nẽ datã a ſacerdote in miſſa: vel ab epõ.
Tamen ſm Bonauen. peccata venialia
ſũt cõfitẽda in caſu: qñ ſcʒ penitẽs nõ ha
bet pctã mortalia: q̄ (ſicut ꝑus dictũ ẽ)
ſm ordinationẽ ecclie q̃libet tenet ſemel
cõfiteri om̃i anno peccata ſua. Inſup in
hoc ꝯcordãt oẽs doctores ꝙ ſi aliq̃s eſſʒ
dubiꝰ: ſi eſſet in pctõ veniali vel mortali:
tũc tenet ꝯfiteri ꝓpter periculum.

Decimonono querit.

Utrũ ſit ꝯfitẽda ois pcti mortalis diffe
rentia: ſcʒ cordis oris ⁊ opis: pctm̃ etiaʒ
latẽs ⁊ manifeſtũ. ¶ Notãdũ ꝙ peccatũ
mortale eſt aliqḋ dictũ vel factũ vel con
cupitum contra legem dei. ¶ Reſpõſio

Omnis pcti mortalis differentiã neceſſe eſt cõfiteri: ſiue ſit latens ſiue manifeſta. Unde ſi ſacerdos bene ſciret peccatum: tamen penitens debet ei dicere in confeſſione: q2 prius ſciebat pctm̃ inq̃tum homo: ſed neceſſe eſt q noticiã habeat inq̃tum vicarius dei. Etiã ſicut peccator non erubuit cõmittere peccatũ corã deo: ita oportet q erubeſcat coram homine manifeſtando peccatum ſuum. Neceſſe eſt etiã cõfiteri differentiã peccati mortalis ſiue ſit cordis: ſiue oris: ſiue operis.

Uiceſimo querit. vtrũ teneamur cõfiteri omnẽ peccati circumſtantiã. ¶ Notandũ q circũſtantia eſt illud qđ eſt extra ſubſtantiã actus: quodãmodo tamẽ attingens ipſum: vel q̃tum ad eſſentiã vt ſunt tẽpus: locus: modus agendi: vel q̃tũ ad effectũ ſicut eſt mutilatio grauis vel leuis: vel q̃tum ad cauſam: ſiue efficientẽ ſiue finalẽ: quia in peccato fornicationis (ceteris paribꝫ) plus peccat religioſus q̃ ſecularis. ¶ Reſpõdetur q circũſtantie que attingunt peccatum: quedam ſunt alleuiantes: que ſcʒ alleuiant peccatũ: Et iſte circumſtantie de neceſſitate nõ ſunt confitende: ſed bonum eſt ſilere: niſi ꝓpter hoc ſatiſfaciat alieni inquiſitioni: vel ad vitandã ꝑturbationẽ ſacerdotis: vel etiã ad vitanduʒ ſcandalum penitentis. Alie ſunt circumſtantie in aliud genus trahentes: ſicut adulterium: ꝛ eſt grauius q̃ ſimplex fornicatio. Et iſtas circũſtantias neceſſe eſt confiteri. Alie ſunt circumſtantie aggrauantes ſicut grauius eſt cõmittere fornicationem in die dominico: q̃ in feriali. Et ſecurius eſt confiteri iſtas circũſtantias: tamen nõ ſunt neceſſe confiteri: niſi ꝓpria ꝯſcientia obligaret.

c Irca diſtinctionem decimãoctauã (in qua de clauibꝫ eccl'ie incipit mẽtio) Primo querit. Utruʒ claues eccleſie date ſint. ¶ Notandũ q eccleſia ibi capit' pro clero. i. pro congregatione ſacerdotũ. Notandũ etiã q claues ſpũales dicunt' ad modũ clauiũ materialiũ. Unde clauis materialis eſt ꝓpꝛimum inſtrumentũ aperiendi vel claudẽdi oſtiũ per quod intratur in domũ. Clauis ſpiritualis eſt quedã poteſtas vl' auctoritas iudiciaria qua ſententiat' cui celum eſt aperiendum propter merita: vel claudendum propter demerita. Per accidens tamẽ eſt ad claudẽdũ: ꝛ principaliter ad aperiendũ: ꝛ in hoc differt a claue materiali que fit principaliter ad claudendum: ꝛ minꝰ ꝑncipaliter ad aperiendum. ¶ Reſponſio ad queſtionẽ. Triplex eſt clauis ſpũalis ſcʒ auctoritatis excellentie ꝛ miniſterialis. Clauis auctoritatis eſt principalis poteſtas iudiciaria qua aliquis iudicat eminẽter ꝛ excellenter huic celũ aperiendũ vel claudendum ꝛ hanc ſolus deus habet: ꝑ quã dimittit debitũ eterni ſupplicĳ ſcʒ pctm̃ mortale. Clauis autem excellentie eſt iudiciaria poteſtas auferẽdi debitum ſolutionis: et iſtã habet xp̃s qui ſoluit debitũ noſtrũ: qñ ꝓ nobis mortuus ẽ: et aperuit nobis paradiſum ꝛ depoſuit obſtaculũ pcti originalis. Clauis ꝟo miniſterial' eſt ꝑ quã dimittit' pena tꝑalis q̃ eſt debitũ peccati dimiſſi ꝛ remiſſi: et iſta data fuit petro et alĳs ſacerdotibus: Matth. xvi. Tibi dabo claues regni celorum.

Secũdo queritur ad q̃d ſunt iſte claues. Et ſuppoſito q ſint ad aperiendũ q̃rit'. Utrũ ſint ad claudendũ. ¶ Rñſio. Ptãs ſacerdotibꝫ cõiter data ẽ ſup ſbditos: nõ oĩno ſoluendo debitũ q2 nõ debebat h' cuilibet cõicari: ne culpa ſiue pena remaneret. Ideo data ẽ eis ptãs vt ligando ſoluerẽt: ligãdo ad vnũ ſcʒ ad penam temporalẽ ꝛ abſoluerent ab alio ſcilicet ab eterna pena. Sed non eſt data poteſtas ligandi niſi propter ſolutionem: q2 ligant pena tẽporali: vt ſoluant.

a pena eterna:tñ miniſterialiter:q2 ꝓprie loquendo ſolus deus pōt ſoluere a pena eterna:ſicut patebit infra.

Tertio queritur de poteſtate ligandi ⁊ ſoluendi in foro penitētiali:id eſt ſacramēto penitētie: Utrū ſacerdos poſſit in culpā:hoc eſt: vtrū habeat poteſtatē dimittēdi vel remittēdi culpam. ¶ Reſponſio ad queſtionē habens clauem ꝑ poteſtatē3 clauis mediator eſt dei ad hoiem:⁊ hois ad deu3. Uñ ꝑ ipm hō pctōr aſcēdit ad deū. Et ſic ſacerdos eſt angelus dei:⁊ mediator :et ſe habet ꝑ modū ſupplicātis. Etiā cōiter ſacerdos ante abſolutionē orat ꝓ penitēte:⁊ quādo dat abſolutionē p̄ſupponit ꝙ eſt abſolutus a deo. Sacerdos em̄ nunq̄ abſolueret quēq̄ de quo non p̄ſumeret ꝙ eſſet abſolutus a deo. Si ergo queraẜ vtru3 poteſtas clauiū ſe extendat ad delendā culpam. Dicendū ꝙ bene poteſt ſe extēdere per modū dep̄cantis ⁊ impetrātiſ (⁊ illud ſignatū eſt in benedictiōe ſacerdotū Numeri. vj.) ſed non per modū imperantis. Quonia3 ergo poteſtas ſanat ꝑ modū actiui ⁊ imperantis ꝑ ſe. Hinc eſt ꝙ poteſtas clauiū ꝓprie loquēdo non extendit ſe ſupra culpam. Unde Aug? et Gregori⁹ dicunt ꝙ in ſuſcitatione lazari figurata eſt reſuſcitatio peccatoris :ſ3 lazarus p̄us eſt a dño viuificatus q̄ traderetẜ diſcipulis exoluēdus:ergo ⁊c̄.

Quarto queritur . vtrū ſcientia ſit clauis. ¶ Notandū ꝙ duplices ſunt claues:ſc3 potētie ⁊ ſciētie. Per clauē ſcientie diſcernit ſacerdos inter leprā ⁊ lepram. Per clauem ꝟo poteſtatis iudicat ſacerdos cui celū eſt aperiendu3 ⁊ cui claudendū . Et iſta eſt principalis ⁊ preſupponit clauem ſcientie. Uñ clauis ſciētie ſic poteſt diffiniri. Clauis ſcientie eſt auctoritas cognoſcēdi :in cauſa peccatoris:ſi illi ſit aperiēdū celū ꝓpter merita vel claudendu3 ꝓpter demerita.

¶ Correlariū. Clauis ſciētie nō eſt habitus ſciētie:nec ip̄a ſciētia:q2 multi habēt clauē ſciētie:q̄ nō habēt habitum ſciētie: vt p3 in ſacerdotib9 hui⁹ tꝑis q̄ parū ſciunt:⁊ tñ habēt clauē ſciētie : q2 ſacerdotes:⁊ acceperūt eā in ordine. Et ideo bene dicitẜ in diffinitiōe ꝙ clauis ſcientie eſt auctoritas cognoſcendi ⁊ nō habit? ſciētie. ¶ Reſpōſio. Sciētia eſt clauis non inq̄tu3 dicit habitū:ſed inq̄tū dicit auctoritatē ſiue officiū diſcernēdi: licet ſciētie habit⁹ ſit diſpoſitio ad bene ſe agendū in claue poteſtatiſ:q2 nemo pōt bñ diſcernere:an celū ſit aperiendū aut claudendū niſi habeat habitū ſciētie.

Quinto queritur : vtrū ſciētia ſit alia clauis q̄ potentia ſoluendi. ¶ Reſpōdetur ꝙ ſunt due claues diſtincte. Nam ſicut in foro iudiciali duo ſunt:ita in foro penitētiali. In illo enim duo ſunt actus:ſc3 diſcernere cauſam:et poſtmodū ſentētiare:ita etiā i foro penitentiali ꝑtinet ad clauē ſciētie diſcernere inter leprā ⁊ lepram:⁊ ad clauē potentie pertinet iudicare:igitur ⁊c̄.

Sexto queriẜ . Utrum aliq̄s poſſit vel debeat excōicari. ¶ Notandū ꝙ duplex eſt excōicatio.ſ.maior ⁊ minor. Excōicatio maior eſt ſeparatio a cōione fideliū ⁊ eccl'ie q̄tū ad fructū ſacramētoꝝ:⁊ q̄tū ad ſubſidia tā corꝑalia q̄ ſpūalia. ¶ Notādū ꝙ triplex eſt cōio. Quedā eſt comunio ſpūalis ⁊ charitatiua:⁊ extra iſtā nullus pōt eijci: q2 poſſumus ꝑticulariter orare ꝓ excōmunicatiſ. Alia eſt cōmunio corporalis:⁊ extra iſtā per excōmunicationem quis expellitur. Tercia eſt cōmunio partim ſpūalis ⁊ ꝑtim corꝑalis qua aliq̄s ſeparaẜ a cōione ſacramētoꝝ ſolū ꝑ minorē excōicationē. Excōicatio em̄ minor eſt expulſio a ꝑceptione ſacroꝝ. ¶ Notādū etiā ꝙ ꝑ maiorē excōicationē q̄s p̄uaẜ a q̄nq̄ ſbſidijs: ſicͭ p3 in h̄ ꝟſu. Os:orare :vale cōiuia:

menſa qđ negat O s:id eſt oſculum ⁊ lo quela:orare.i.oratio:vale id eſt ſalutatio cõuiua:cõuerſatio vel habitatio: menſa id eſt cõmunicatio menſe. Ad queſtionẽ reſpondeť ꝙ ſicut i medicinalib⁹ duplex eſt modus curandi ſcꝫ ꝑ medicamẽta le⸗ nientia:vt per emplaſtri appoſitionẽ:⁊ ꝑ medicamenta aſperantia:ſicut ꝑ ſectionẽ Et ſicut in moralib⁹ eſt duplex mod⁹ cor rigendi ſcꝫ per dulces monitiones:⁊ per aſperas increpationes:ſm ꝙ ſũt duo ge nera hominũ quia quidã ſunt plicabiles ⁊ tractabiles:quidã vero duri ⁊ rebelles. Sic etiã in diuinis ⁊ eccleſiaſticis iudi⸗ cijs eſt duplex modus curãdi. Domin⁹ enim inſtitutor vel fundator non ſolum dedit medicamenta ſacramentoꝝ ad cu⸗ randum accedentes:ſed gladiũ ſpiritus qđ eſt verbũ dei:⁊ poteſtatẽ amputandi ⁊ reſecandi contemptores ⁊ rebelles. Et ſic patet reſponſio ꝙ aliquis poteſt: vel debet excommunicari.

Septimo querit Utrũ pro dãno vel ꝑ iniuria illata eccřie quis debeat excõmunicari. ¶ Rñſio. Duplex eſt excõicatio.ſiue excõmunicãdi modus Quedã eſt excõicatio a iure ⁊ ꝑſeruati⸗ ua:vt qcũqꝫ ꝑcuſſerit clericũ:vł incende⸗ rit eccleſiã eſt excõicatus. Alia eſt excõ⸗ municatio a iudice et curatiua:et eſt qñ iudex ꝑ ſententiã excõmunicat aliquem. Notandũ ꝑ ſolutione qſtionis ꝙ ꝑ ſolo pctõ cõtumaci debet qs excõicari maiori excõicatione. Uñ cõtumax dř ille qui ſe⸗ mel:⁊ bis monitus.⁊ tertio ꝑemptorie ci tatus nõ cõparet:aut ſi cõparet nõ vult ſtare iuri:vł quãdo offenſa eſt manifeſta ⁊ iuſſus a iudice nõ vult emendare.

Octauo queritur a quo poſſit excõicatio fieri. Rñſio. Poteſtas excõicandi collata eſt petro:vt prelato:⁊ deſcendit in omnes ꝑſonas eccleſiaſticas que habent ꝑlationẽ vel iuriſdictionẽ ſi⸗ cut archidiaconi:⁊ aliq capitula. Jdeo q̃ nõ habẽt iuriſditionẽ in foro iudiciali:vt ſimplices ſacerdotes non pñt excõmuni⸗ care niſi ꝑ cõmiſſionẽ vel in caſib⁹ deter⸗ minatis:vt in furto ⁊ rapinis obſeruat tñ circũſtantijs debitis:qꝛ nemo poteſt excõmunicari niſi ꝑ peccato cõtumacie. Cetera patent in textu.

Nono querit. Utrũ ali⸗ qs poſſit pluries excõicari. Rñdeť ꝙ ex⸗ cõmunicat⁹ bene põt iterũ excõicari:vel eiuſdeꝫ excõicationis iteratione renoua⸗ ri ad maiorẽ ſui confuſionẽ:⁊ vocatur ag grauatio ⁊ reaggrauatio:vel alia excom municatione:ꝑpter noue culpe cõmiſſio nem:⁊ tunc tot erunt excõicationes quot cauſe ꝑncipales pro qbus excõicať. Si⸗ cut em iterať culpa:ita rõnabiłr iterari poteſt ⁊ debet ipſa pena.

Decimo queritur. Utrꝫ cõicans cũ excõicato ſit excõmunicatus. ¶ Rñſio Duplex eſt excõicatio (ſicut ſu⸗ pra dictũ eſt) ſcꝫ maior ⁊ minor. Minor tm̃ ſeparat a ſacris. Maior vero non tm̃ ſepat a ſacris:ſed etiam ab actib⁹ legiti⸗ mis:q̃ cõtinenť in hoc verſu. O s ⁊c. ſep⸗ ta qõne hui⁹ diſtinctionis. Et ſic patet ꝙ cõicans cũ excõicato maiori excõicatione ſiłr eſt excõicatus tñ minori excõicatione Tamẽ excipiunť aliq̃ ſcꝫ ignorãtes ipm eſſe excõicatuꝫ etiã vxor qꝛ teneť reddere debitũ marito ſuo cũ requiriť ſiłr filij ⁊ fi lie q̃diu ſunt ſub manu parentũ etiã ſer⸗ ui ⁊ ancille ꝑegrini ⁊ paupes:qñ non hñt vnde alibi ſuſtententť. Siłr qcũqꝫ cõicãt ex vtilitate vt pctõr a via ſua mala rece⸗ dat ⁊ corrigatur:⁊ he circũſtantie in hoc verſu cõtineť. Utile lex humile res igno rata neceſſe. Utile.i.gratia vtilitatis lex ſcꝫ matrimonij:humile ꝑpter ſeruos:res ignorata ꝑpter ignorantiã neceſſe:id eſt propter neceſſitatem.

Undecimo querit. vtrũ aliqs poſſit abſolui inuit⁹.i.ipſo nolente ¶ Rñdeť ꝙ duplr eſt loquẽdũ de poteſ

tia excōicandi et abſoluendi vel de facto
vel de iure. Differt eñ facere ⁊ iuſte face
re. Si loq̄mur de facto: vt ſi ep̄s excōicet
nō contumacē ꝑtermiſſo ordine iuris. i.
non habitis preuijs monitionibꝫ talis ex-
cōicatus eſt (q̄uis iniuſte lata ſit ſnīa) et
tenet eā ſuſtinere licet nō ſit excōicat⁹ in
foro ↄſcientie et corā deo niſi contēneret
excōicationē: q2 ꝓpter ↄtēptū efficeret di-
gnus excōicari: ⁊ ligaret apud deū. De
iure autem eſt excōicatus: quādo ſm or-
dinem iuris ab eo qui habet iuriſdictio-
nem canonicā fert ſnīa in ↄtumacē et hic
ligat apud deū. Simil'r intelligendū eſt
in abſolutione ꝙ pōt aliq̄s abſolui de iu
re vel de facto. De iure nullus excōicat⁹
abſolui pōt niſi in eo ceſſet cōtumacia et
ipſo volēte abſolui. De facto abſolui po
teſt ſm voluntatem prelati in cuius pote
ſtate fuit ſententiam inferre et reuocare.
Vñ ſi talis abſoluat in foro iudiciali: eſt
abſolutus: nec eſt excōicatus q̄ ei cōicat
tñ in foro ↄſcientie adhuc eſt excōicatus
Si autē excōicatus fuiſſet iniuſte poſſet
eū prelatus de iure abſoluere: etiam inui
tum: nō ꝓpter ſuū meritum: ſed ad remo
uendum errorem propriū. Tamen inui-
te abſolutus ſemꝑ remanet in pctō mor-
tali; ꝓpter ↄtemptum eccleſie.

Circa diſtinctio-
c nē decimānonā q̄rit ꝑmo.
Vtrū claues date ſint ſacer
doti legali an ſoli ſacerdo-
ti euāgelico. ¶ Notādū ꝙ ſacerdos lega
lis eſt ille q̄ erat inſtitut⁹ in lege moſaica
⁊ dr ſacerdos figuralis: ⁊ ſm quid ſacer-
dos aūt euāgelic⁹ eſt q̄ eſt inſtitut⁹ tpe le
gis euāgelice: vt apl'i: ⁊ ceteri ſacerdotes
ſubſequētes. ⁊ dicūtur ſacerdotes ſimpli
citer: ⁊ ſm veritatem. ¶ Rñſio. Ptās cla
uiū ſcȝ ſcie ⁊ ptātis data fuit ſacerdotibꝫ
euāgelicis ⁊ nō legalibꝫ nec īchoata fuit
in lege veteri ſed magis figurata.

Secūdo querit. Vtrū
malus ſacerdos cōicet cū bono in ptāte
clauiū. ¶ Notādū ꝙ malus ſacerdos dr
ille qui nō eſt in gr̄a: ſed in pctō mortali.
Bonus aūt ſacerdos dr qui eſt in gratia
¶ Rñdetur ꝙ eſt loq̄ de collatiōe clauis
alicui q̄tum ad ea q̄ ſunt de neceſſitate:
vel q̄tum ad ea q̄ ſunt de idoneitate. Si
loq̄mur q̄tū ad ea q̄ ſunt de neceſſitate:
ſic ad eē clauis ſufficit donū ſpūſſcti ſm
grām gratiſdatā: hec aūt infallibil'r ⁊ ſm
diuinā inſtitutionē dat oī ſuſcipiēti ordi
nis ſacrm ſiue ſit bon⁹ ſiue mal⁹. Rō aūt
huꝰ eſt: q2 donū gr̄e gratiſdate nō repu-
gnat iniq̄tati q̄n ſimul ſtet cū ea: ſicut pȝ
in ſcīa ⁊ in alijs donis: ⁊ rurſus ꝑuerſitas
nō repugnat vtilitati illi⁹ doni: ſic ſi ma
lus p̄dicaret ⁊ bñ p̄dicaret: ⁊ frequēter fru
ctificet: ꝓpter qd̄ noluit dñs ꝓhibere eū
q̄ in noīe ipſius eijciebat demonia. Et ſic
pȝ ꝙ ptās clauiū data eſt malis ſacerdo
tibꝫ ſicut ⁊ bonis q̄tū ad id qd̄ ē de neceſ-
ſitate clauis: ſiue q̄tū ad executionem.
Si aūt loq̄mur q̄tū ad idoneitatē. Di-
cendū ꝙ null⁹ ē idone⁹ ⁊ dign⁹ hr̄e pote-
ſtatē clauiū: niſi ſit in gr̄a. Rōnes patēt
in textu. Et ſic ꝑ dicta pȝ rñſio ad q̄ōnē
ꝙ claues ſunt in malis ſacerdotibꝫ.

Tertio queritur. Vtrū
claues dent in ordine ſacerdotali. ¶ Re-
ſponſio. Claues ⁊ poteſtas clauiū dant
in ordine ſacerdotali tm̄. Et hoc intelli-
gitur de foro penitentiali: quia ſacerdos
inq̄tum ſacerdos: nō habet poteſtatē in
foro iudiciali ⁊ publico.

Quarto queritur. vtrū
hec ptās cōmitetur inſeꝑabiliter ordinē
ſacerdotalē. Hoc eſt vtrū quilibet ſacer
dos ſeꝑ hēat ptātē clauiū i foro penitētia
li. ¶ Rñſio. Dupl'r poſſum⁹ loq̄ de iſta
ptāte aut q̄tū ad eſſentiā vl' q̄tū ad vſū
Si loq̄mur q̄tū ad eſſentiā. Dicēdū ꝙ
illa ptās radical'r ē in ipſa aīa: ſic chara-
cter: et ſic inſeꝑabil'r ſe tȝ cū ſacerdotali
ordine tā in pn̄ti vita q̄z in alia. Si aūt

loquamur de potentia q̄tum ad vſum:
tunc neceſſario requirit̄ ſtatus viatoris:
⁊ ꝑ mortē dr̄ ptās vſum amittere. Etiam
in degradatis ſciſmaticis:hereticis:preci
ſis:fornicarijs notorijs excōmunicatis:⁊
huiuſmodi perditur vſus ⁊ executio po-
teſtatis:⁊ non eſſentia.

Quinto querit̄. vtrum

ſacerdos qui poteſt abſoluere ſubditum
vnū poſſit ⁊ quēlibet. ¶ Reſponſio. So
lus ſumm⁹ pontifex de iure pōt quēlibꝫ
abſoluere: ideo virt⁹ eſt in eo vnica ⁊ ſol⁹
eſt inter prelatos qui habet plenitudi-
nem poteſtatis: et quoniā ꝑ receſſum ab
vno fit multiplicatio: ⁊ per hoc virtutis
diminutio:ideo q̄to prelati alij ſunt in-
feriores:tanto minorē poteſtatē habent:
quia epiſcopi minorē poteſtatē habēt q̄
ſummus pontifex:⁊ curati minorē q̄ epi
ſcopi:⁊ cuilibet limitata et artata eſt ſua
portio:⁊ hoc de lege cōmuni:quia excipi-
untur qnq̄ caſus. Primus. Si ouis alie
na in parrochia ſua deliquit. Secūdus
Si mutauit ſibi domicilium: ſicut eſt in
ſcholaribus manētibꝫ pariſius. Tertius
Si ſit vagabūdus. Quartus. Si ſacer
dos ꝓprius ſit inſcius vel malicioſus:et
petita licentia vult adire peritiorē. Qui
tus caſus eſt i articulo neceſſitatꝫ ⁊ mor
tis:⁊ in hoc caſu nō opꝫ licentiam petere.
In alijs aūt opꝫ nō a ſacerdote peniten-
tis ſolū eſſe licentiatū (quia ipſe non pōt
ſubditū licentiare)ſed opꝫ licentiatū eſſe
ab ordinario ſcꝫ epiſcopo.

Sexto queritur. vtrum

inferior poſſit abſoluere ſuperiorem ipſo
volente. ¶ Reſponſio. Inferior poteſt
abſoluere ſuperiorem: ſi ſuperior velit ei
ſe ſubijcere.

Circa diſtinctio

nem viceſimā querit̄ p̄mo
de pena purgatoria. Utrꝫ
ſit ponere penā purgato-
riam. ¶ Notandū ꝙ purgatoriū non ca
pitur hic ſolūmodo pro loco: q̄ eſt in in-
ferno ⁊ pars inferni(de quo dictum eſt in
tertio diſtin.xxij.)ſed intelligitur ꝑ omni
pena purgatoria:ſiue ſit in terra : ſiue in
aqua: ſiue in aliqua parte inferni: que di
citur purgatorium. ¶ Ad queſtionem re
ſpondetur ꝙ abſq̄ dubio poſt hanc vitā
(ſicut dicit ſcriptura ⁊ auctoritates ſan-
ctoꝝ:⁊ plures reuelationes:⁊ rationes cō
cordant ⁊ eccl'ia vniuerſalis cōfirmat: q̄
pro illis orat)eſt ponere penam purgato
riam. Ratio autem hui⁹ eſt:qꝛ vniuerſe
vie dn̄i miſericordia ⁊ veritas. Sic autē
miſericordia parcit dn̄s: vt veritati ſiue
iuſticie nō faciat preiudiciū. Ideo dimit
tit culpam ⁊ penā eternā ita tamē vt ob
ligatū teneat ad penā temporalem. vnde
apl's p̄me Cor.iij. Ipſe autem ſalu⁹ erit
ſic tamen quaſi per ignem ſcꝫ purgatorij
Item Auguſtin⁹. Aut homo punit:aut
deus punit:ſed frequēter aliq̄ cōuertunt̄
in fine qui nō puniūtur in preſenti: ergo
neceſſe eſt ꝙ puniātur a deo in futura vi-
ta:ſed nō in pena eterna inferni:ergo opꝫ
ꝙ puniantur in purgatorio.

Secūdo queritur. vtrū

pena purgatoria ſit maxima penarū tem
poraliū. ¶ Notandum ꝙ pena purgato
ria eſt temporalis:qꝛ finem habet. Nam
certum eſt ꝙ poſt iudicium non erit pur-
gatorium. ¶ Reſponſio. Pena purgato-
ria eſt maior et grauior: q̄ homo in hoc
mundo poteſt pati. vnde Maior eſt pe-
na eſſe in purgatorio: q̄ cōburi vel acer-
biſſime verberari in hoc mundo. Sicut
dicit Gregorius ꝙ idē ignis cōburit exi-
ſtentes in inferno: ⁊ exiſtentes in purga-
torio. Non tamen ſequitur ꝙ minor pe-
na purgatorij ſit oī alia pena t̄pali grauī
or:qꝛ multi poſt mortē faciunt penā pur
gatoriā in hoc mūdo : ſicut dicit Grego.
de illo q̄ faciebat purgatoriū ſuū ſeruiēdo
cūtibꝫ in balnea. Etiā aliq̄ parū affligū-
tur in purgatorio:ſicut dr̄ de btō Augu-
ſtino:ꝙ trāſijt ꝑ purgatoriū. Et ſic pꝫ ꝙ

illa indefinita ē vera. Pena purgatoria eſt maxima penarum tp̄aliū. Et iſta vniuerſalis eſt falſa Omnis pena purgatoria eſt maxima penarum temporalium.

Tertio querit̄. Utrum

illa pena purgatoria ſit voluntaria.

¶ Reſpondet̄ ꝙ aliqua pena dicit̄ volūtaria tripliciť. Uno mō qꝛ aſſumit̄ a voluntate impāte: ſicut eſt pena penitentialis: qꝛ voluntas impat facere penitentiam ⁊ iſto mō pena purgatoria non eſt voluntaria: qꝛ ibi exiſtētes vellēt eē extra vt irent ad ꝑadiſum. Scđo modo quia ſuſtinetur a voluntate acceptāte: ſicut ē pena martyrū: qui gaudebant in penis. Et iſto mō pena purgatoria nō eſt volūtaria qꝛ ibi non gaudent de illa pena: qꝛ bene vellent ab illa liberari. Tertio mō pena dicit̄ voluntaria: qꝛ ſuſtinet̄ a volūtate tolerante. Et iſto mō pena purgatoria eſt voluntaria: quia patienter ⁊ toleranter ſuſtinetur.

Quarto querit̄ Utrum

in illa pena ſit maioꝛ certitudo de gloria ꝙ̄ in via: ¶ Rn̄ſio Exiſtentes in purgatorio maiorem certitudinem habent de gloria ꝙ̄ exiſtentes in via. Nam triplex eſt certitudo. Quedam eſt patrie vbi ē certitudo tentionis euacuās expectationem ⁊ timorem. Alia eſt certitudo vie: q̄ eſt certitudo expectationis mixta timore quia ꝗlibet labi poteſt ꝙ̄diu viatoꝛ ē Tertia eſt certitudo media q̄ eſt in purgatorio: ⁊ eſt certitudo expectatiōis: (ꝗa nondū obtinent) ſꝫ eſt euacuatio timorꝫ ꝓpť ꝯfirmationē: qꝛ ſciūt ſe deinceps peccare nō poſſe. Et ſic patet ꝙ ī pena purgatoria ē maioꝛ certitudo ꝺ glīa ꝙ̄ ī via

Quinto querit̄. vtrum

miniſterio bonoꝝ angeloꝝ vel malorum pena infligat̄. ¶ Reſpōſio. Sicut diuina iuſticia iubente: ⁊ ſtatu ei⁹ ſuccedente mali adurent̄ in inferno poſt iudiciū: ſic etiā ⁊ nūc in purgatorio. Non enī videt̄ ꝓbabile ꝙ demones illud miniſteriū exerceāt: cū ibi purget̄ peti ſcoꝛi ⁊ ſm quēꝫ ꝗdāmō aīa ſimilis eſt diabolo: ⁊ ſuā ſilitudinē nolit diabolus deſerere: ſed potius ꝯfirmare: nec vnꝙ̄ exerceat hoīeꝫ niſi in ꝗ ſperat victoriā acqrere. Rurſus nō videt hoc ꝓbabile ꝙ miniſterio fiat angeloꝝ: vt tam grauiter illos puniāt.

Sexto queritur: a quo

poſſit fieri relaxatio ſiue indulgentia.

¶ Notandū ꝙ quādocūꝙ̄ aliquis eſt in charitate: quodlibet opus qđ facit valꝫ tribus modis. Primo modo valet ſpecialiſſime: ſcꝫ ſibi exiſtenti in charitate: vt aliquis celebrans miſſam pro alio pl⁹ in tēſiue valet ſibi ꝙ̄ illi pro quo celebrat. Secūdo modo valet generaliſſime: ſcilicet pro tota eccleſia. Et iſta ſunt merita ſupererogatiōis: que ponunt̄ in theſauro eccleſie: de quibꝫ meritis fiunt relaxationes ⁊ indulgētie. Tertio modo valet ſpecialiter ꝓ illo pro quo fit illud opus meritoriuꝫ: vt quādo aliquis celebrat ꝓ alio. Et ſic ꝗ celebrat pro alio in gratia. Primo ſibi valet miſſa. Secūdo illi pro quo celebrat: ⁊ tertio toti eccleſie. ¶ Notandū vlteri⁹ ꝙ theſaur⁹ eccl'ie nō eſt ſolum aggregatus de meritis ſupererogationis: qꝛ cito euacuaret̄: ſed etiā aggregatur ex merito paſſionis xp̄i btē ꝟginis et oīm ſctōꝝ. Et ex illo theſauro accipiunt̄ indulgētie ⁊ relaxatiōes. ¶ Rn̄ſio ad q̄ſtionē. Ad ſolos ep̄os ꝑtinet facere relaxatiōes ⁊ indulgentias. Rōnes patēt in textu. ¶ Correlariū. Nec cardinales in ꝙ̄tuꝫ cardinales: nec abbates: nec ceteri ſacerdotes poſſūt indulgētias dare: ſed ſolus ſūmus pōtifex ⁊ ceteri ep̄i. Et rō ē qꝛ ſol⁹ ep̄s eſt ſpōſus eccl'ie: ꝗ auctoritatē habet ſuꝑ eccl'iam. Notādū ꝙ ep̄s nō pōt facere indulgentias in aliena dioceſi ꝙ̄ ſua: licꝫ poſſit cōicare bona ſua ſubditis alienis. Etiā ꝗlibꝫ ſiue ſacerdos ſiue laic⁹ pōt bona ſua cōicare alijs.

Septimo queritur pro quo debeat relaxatio fieri: vtrū ſcʒ ꝓ ſpirituali: an ꝓ corꝑali. ¶ Rñdeť ꝙ ſicut videmus in policijs ꝛ cōtractibus hūanis/ ꝙ theſaur⁹ ibi publice ꝓpter duo maxime cōſueuit ꝓferri ꝛ cōicari exteri⁹.ſ. ad gloriā ꝑncipis: ꝛ ad vtilitatē cōmunitatis: ſic in ſpūalib⁹ cōicať theſaurus eccleſie ꝑ indulgentias duplici de cauſa. Primo ꝓpter gl'iam dei. Et quoniā gloria ꝛ laus dei eſt qñ ſancti ſui honoranť in cōſtructiōe baſilicarū ſuarū in cōmemoratiōe virtutū ſuarū: ꝛ hoc quidē fit in predicatiōib⁹ ꝛ ſermonib⁹. Ideo ꝓ his omibus indulgētie recte fiunt. Secundo ꝓpter cōmunē vtilitatē. Et quoniā cōis vtilitas ē defenſio terre ſancte: defenſio fidei: ꝓmotio ſtudij ꝛ ꝯſimilia: ideo ꝓ talib⁹ adhuc debēt fieri. Et qm̄ hec cōſiſtūt in actib⁹ exteriorib⁹: diciť ꝙ relaxatio fit et dať ꝓ actib⁹ corꝑalib⁹.

Octauo queriť: cui relaxatiōes pñt fieri: vtrū exiſtēti ī purgatorio: an ſolū viuenti in h̄ ſeculo. ¶ Rñſio Relaxtio ſiue indulgētie collatio (ſicut in ꝑcedentib⁹ colligiť) duo dicit.ſ. theſauri eccl'ie cōicatōʒ: ꝛ cū h̄ q̄ndā iudiciariā abſolutionē: ſic expꝛeſſe colligiť ex decretali de pe. ꝛ re. Quia aūt ꝯſuluiſti ꝛc̄. Dico igiť ꝙ qꝛ bona ꝛ theſaur⁹ eccl'ie ſūt in ſūmi pōtificꝭ ꝑtāte: ꝛ illi q̄ ſūt in purgatorio (rōne charitatꝭ) ſūt idonei ſpūalia bona recipe: qꝛ papa eis pōt bona eccl'ie cōmunicare. Quātū aūt ad auctoritatē iudicādi (cū illi iā iam exierint forū eccl'ie ꝛ eccl'iaſticū iudiciū) videť ꝙ eis nō poſſit fieri abſolutio/ niſi ꝑ modū deꝑcatiōis ꝛ ſuffragij: ꝛ ſic ꝓprie loquēdo nō fit eis relaxatio: qꝛ relaxatio dicit iudiciariā abſolutionē. Sʒ ſolū fit viatori: ſuꝑ quem papa pōt tā adiuuādo q̄ʒ iudicādo. Super exiſtētes aūt in purgatorio ſolū pōt adiuuādo ꝛ etiā q̄libet in ſuis orōnib⁹ et bonis oꝑib⁹. Suꝑ exiſtentes ꝟo in eccl'ia triūphāte nihil pōt nec adiuuādo nec iudicādo. Itē dicit Bona. Diſpēſatio bonoꝝ eccl'ie diſcrete ꝛ cū moderamie facienda ē: alioq̄n (niſi diſcrete fiat) de⁹ nō acceptat. Et bona ſpūalia nō pñt diſſipari nec ꝯ̄ diuinā acceptionē diſtribui: q̄uis poſſint bona tꝑalia nō ſolū diſpēſari: verūetiā diſſipari de facto: q̄uis aliter diceret ius diuinū eſſe faciendū.

Nono queriť de valore indulgētiaꝝ: vtꝝ valeāt tm̄ q̄ntū ꝑdicať. ¶ Notādū ꝙ coiter ſʒ doct. ad h̄ ꝙ idulgentie vel relaxatōes aliq̄d valeāt exigiť duplex ꝯditio ex ꝑte donātꝭ: ꝛ duplex ex ꝑte recipiētꝭ. Ex ꝑte dātis reqriť potentia: ꝛ honeſta ꝛ rōnabiľ cauſa. Nō ei credēda eēt idulgētia valorꝭ alicui⁹/ ſi quis daret eā eūtib⁹ videre torneamēta. Ex ꝑte ꝟo recipiētis exigiť ꝯfeſſio cū vera cōtritiōe: ꝛ fides cuʒ vera deuotiōe vt vere de pctis ſit penitēs: ꝛ vere ꝯfidēs ꝙ paſtorꝭ idulgētia valeat ſibi. ¶ Reſpōſio Quātitas idulgētie attēdiť reſpectu pene debite ꝓ pctis ꝯfeſſis ꝛ dimiſſis: et nō attēdiť rōe ſcorie pcti: qꝛ idulgētie ñ abſoluūt a culpa ſʒ ſolū a pena. Dicēdūʒ ē igiť ꝙ q̄ʒtitas idulgētie ꝛ dimiſſiōis illi⁹ pene mēſurať ſm iudiciū ſūmi pōtificis vel ei⁹ q̄ fecit idulgētias. Ille aūt q̄ dat idulgētias cū eas tribuit/ ꝯſiderat cām ꝓ q̄ reputat eū dignū tāta grā: ꝛ ſm pl⁹ vel min⁹ ꝑticipāt de indulgētia. Verbi grā: Statiōes rome iſtitute ſūt vbi ſit indulgētie determiate. Hoc inſtituebant patres ꝓpter ꝑegrinos q̄ veniebāt de locis remotis: nec eſtimauerūt dignū eē tāta grā eū q̄ eſt natus iuxta eccl'iam: ſicut eū q̄ de remotis venit ꝑtib⁹: vñ nec tantā recipit grām: ſed aliquātā. Cōcedendū eſt igiť ꝙ indulgētie tantū valēt q̄ntū ſonāt q̄ntū ē ex ꝑte dātis: tñ nō tātū valēt cuilibet q̄ntū ſonāt: nec eq̄liť oib⁹ ſicut pʒ.

c

Irca diſtinctionē viceſimāꝑmā ꝑmo q̄riť: Vtꝝ venialia poſſint deleri ſine grā. ¶ Rñſio. Pctā

venialia nō pñt deleri ſine grā gratū faciente ita ꝙ ꝙ̄diu hō eſt ī pctō mortali nō delenẜ pctā venialia. Sꝫ ſi morieẜ ī pctō mortali cū venialibꝫ: punieẜ in iferno ad tp̄s ꝓ venialibꝫ: ita ꝙ ꝑ aliqđ ſpaciū tēporis magis affligeẜ et h̄ ꝓ pctis venialibꝰ quouſ ſatiſfecerit: ⁊ hec eſt opinio ſcōi Auguſti. de ciui. de. xxj. Nec magna nec parua poſſunt nobis dimitti: ſi non dimiſerimus debitoribus noſtris.

Secūdo querẜ. Utrū

venialia poſſint deleri a grā: ſine ꝯtritione ſiue exteriori pena. Rñdeẜ ꝙ lꝫ venialia valde ꝯgrue ꝑ pniam deleanẜ: pñt tñ ꝑ grām adiutā aliquo ope exteriori aliẜ deleri: ſicut per ſacra eucbariſtie: extreme vnctionis ⁊ baptiſmi ꝑ aque aſperſionē eṗalē bñdictionē ⁊ miſericordie exbibitionem ꝑ orationis dñice deuotam exorationē ⁊ paſſionis xp̄i feruentē meditationē. Et ſic pꝫ ꝙ ad deletionem venaliū nō eſt neceſſaria cōtritio ſiue interior pena: ſed pñt deleri per illos actus exteriores etiā poſito ꝙ hō nō cogitet: nec recordetur de pctis venialibꝫ a ſe cōmiſſis.

Tertio queritur. vtrum

in purgatorio poſt banc vitā fiat aliqua purgatio ab aliqua culpa an ſolū a pena ¶ Notandū ꝙ in purgatorio nō fit purgatio pcti mortalis quo ad culpaꝫ: qꝛ de lege cōi ꝗlibet decedens in pctō mortali dānatur in inferno: tñ in purgatorio bñ fit purgatio pcti mortalis quo ad penā: ⁊ ideo queſtio nō eſt de culpa mortali: ſꝫ ſolum veniali. ¶ Rñſio. In purgatorio poſt banc vitam pctā venialia delentur quo ad culpā. Grego. in quarto dialogorum dicit ꝙ quedā leues culpe remittuntur in futuro: ⁊ ibi multa dicit q̄ ad oſtēdendū boc faciūt. Si dicas ꝙ boc intelligat ꝙ̄tū ad reatuꝫ pene: bec nō ſoluit qꝛ in futuro (vtpote in purgatorio) nō ſolū fit purgatio a reatu penarū venialiū verumetiā mortaliū: cetera patent.

Quarto queritur. vtrū

purgatio illa fiat per ignem materialem aut ꝑ ſpūalē. Rñdeẜ ꝙ licet Auguſtinꝰ viſus fuerit dubitare: alij tamen doctores nobis auferūt dubitationē (q̄m boc cognouerūt multiplici rōne) vt Grego. in quarto dialogoꝝ: ⁊ Iſidorus de ordine creaturarū: ⁊ cōiter tenēt doctores noſtri tp̄is ignē purgatoriū eē materialē ſiue corporalem q̄ eſt calidiſſimꝰ ⁊ obſcuriſſimus. Unde idem ignis cōburit exiſtentes in inferno: ⁊ purgatorio.

Quitoqueritur. vtrum

vnus libereẜ ante aliū. ¶ Rñſio. In illo igne citius purgaẜ vnus ꝙ̄ alius (vt dic̄ Auguſtinꝰ ⁊ oēs doctores in h̄ ꝯcordāt) q̄ eñ diutius in pctō ꝑmāſit dignū eſt vt diutius ſuſtineat penam.

Sexto queritur. Utrū

aliq̄s ſctōꝝ euolet in celū ante iudicium. ¶ Notādū ꝙ ſctūs pt capi tripl'r. Uno mō large ꝓ ꝗlibet exñte in grā dei: ⁊ iſto mō aliq̄ pñt in bac vita eſſe ſcti. vñ Sancti eſtote: qꝛ ego ſctūs ſum. Scđo mō capiẜ ſctūs ꝓpꝛiſſime ꝓ illo q̄ eſt in grā dei q̄ non hꝫ aliq̄d purgabile ⁊ videt eſſentiā diuinam: vt ſunt bti exñtes in glīa ⁊ iſtis duobꝫ modis nō capiẜ in q̄one pñti. Tertio mō capiẜ ſctūs ꝓpꝛie ꝓ illo q̄ ē in grā ⁊ nihil hꝫ purgabile: tñ nō videt eſſentiā diuinā: ſicut ſunt aīe q̄ in purgatorio fecerūt pniam ſuā. Uel ſancti: q̄ decedētes d̄ boc ſeculo nihil habēt purgabile: ſicut fuit beatus franciſcus ⁊c̄.

Septimo querẜ. Utrū

liceat aliq̄đ pctm̄ in cōfeſſione dimittere. ¶ Notādū ꝙ q̄ō nō itelligiẜ de venialibꝫ pctis: qꝛ nō ē neceſſe ꝯfiteri venialia pctā ⁊ ꝑ ꝯñs aliq̄ pctā venialia pñt dimitti: ſꝫ itelligiẜ q̄ſtio de pctis mortalibꝫ. ¶ Rñſio antequā aliqua cōfeſſio ſit bona et rite facta neceſſe eſt ꝙ confitens dicat omnia peccata ſua mortalia: ſimul et ſemel in.

vna ⁊ eadē ꝯfeſſiōe: ⁊ vni ⁊ eidē ſacerdoti
ita ꝙ nulla pctā mortalia ſcienť reſeruet
qḋ ſi nō fecerit ꝯfeſſio erit irrita. Vñ q̄t-
tuor mordis cōfeſſio fit irrita duobꝫ mo-
dis ex pte abſoluētis ⁊ bis ex pte ꝯfitētis.
Ex pte abſoluētis. Pↄ̄o ſi nō ſciat: qꝛ nō
pōt abſoluere niſi hēat noticiaꝫ de pctō.
Scdō ſi nō poſſit: qñ ſcꝫ nō hꝫ ptātē ab-
ſoluēdi. Ex pte aūt ꝯfitētis. Primo ſi fi
cte cōfiteať. Ille aūt ficte ꝯfiteť qui vnā
partē pctōꝝ ꝯfiteť vni: ⁊ aliā alteri: etiaꝫ
qñ nō hꝫ diſplicentiā de pctis ſuis: nec in
tendit emēdare ſe. Aug⁹. Impiū ē a deo
dimidiā ſperare veniā. Notandū ꝙ ſi ali
q̄s vere fuiſſet cōfeſſus pctā ſua vni ſacer
doti ⁊ ꝑ duos dies ſequentes recordareť
de aliquo pctō nō ꝯfeſſo tunc bonū eſt ꝙ
cōfiteretur illud eidē ſacerdoti: ſi autē nō
poſſit habere copiam illius ſacerdotis: ⁊
ꝯfiteatur alteri: tunc alteri ſacerdoti nō
tenetur reiterare alia pctā ꝯfeſſa tñ con-
gruū eēt ⁊ ſecurius alia reiterare.

Octauo queriť. Utruꝫ

liceat aliq̄d in confeſſione addere. ¶ Re
ſponſio. Nullus debꝫ aliq̄d addere ꝯtra
teſtimoniū ꝯſcie ſue: qꝛ nec cā humilita-
tis aut alterius ſimulatiōis nō dꝫ dicere
mendaciū qꝛ tūc perdereť ꝯfeſſionis me-
ritum. Tamen qñ lingua non ꝯtradicit
ꝯſcientie poteſt abſq; pctō aliq̄d addere:
etiam cū merito vt ſi quis cōmiſiſſet par-
uū pctm̄ ⁊ crederet ſe cōmittere magnuꝫ
pctm̄: tūc dicendo in cōfeſſione ſe grauiť
peccaſſe: tūc licitū eſt illud addere (lꝫ fal
ſum) ⁊ tñ nō demeretur: ſed meretur.

Nono queriť. Utrum

in confeſſione liceat aliena pctā referre.
¶ Reſpondeť diſtinguendo. Quia aut
aliena pctā ſunt ad accuſationē pctōꝝ
noſtroꝝ impertinētia: ita ꝙ bñ poſſum⁹
accuſare pctā nr̄a ſine reuelatiōe alieno-
rū pctōꝝ tunc nō eſt licitū aliena pctā re-
ferre: imo ſi hoc malicioſe faceret morta-
liter peccaret. Si autē aliena pctā ſint
pertinentia ad accuſatione pctōꝝ noſtro
rum: ita ꝙ noſtra pctā nō poſſumus accu
ſare abſq; reuelatione alienoꝝ peccatoꝝ
tūc licitū eſt aliena pctā accuſare ſicē no
ſtra: ſic tñ in generali aut alio mō taliter
ꝙ confeſſor nō intelligat perſonam cum
qua fuit cōmiſſum peccatum.

Decimo queriť Utrum

in aliquo caſu liceat ꝯfeſſionem reuelare
hoc eſt querere. Utrū ſacerdos ī aliquo
caſu poſſit abſq; pctō ꝯfeſſionem reuela-
re. ¶ Reſponſio. Pro nullo ſcandalo eſt
ꝯfeſſio reuelanda vt dicit Grego. ⁊ habe
tur in littera. Unde ſacerdos taliter de-
bet noſcere q̄ſi nō audierit ⁊ nouerit. Jō
ſigillū ꝯfeſſionis eſt diligentiſſime cuſto
diendū ꝓpter ſcandalum ne penitētes re
trahanť a ꝯfeſſione. Propter qḋ factum
fuit miraculū magnū ꝙ quidam publice
cōfeſſus eſt in mari ⁊ naui ꝓpter pericu-
lū qḋ euenerat in mari: ⁊ poſtq̄ ventum
ē ad portū: ⁊ ſalu⁹ fuerat: ⁊ oēs aliȷ̄ nemo
nouit qḋ dixerat ille. Rñdetur igiť ꝙ in
nullo caſu lꝫ cōfeſſionē reuelare. Notan-
dum ꝙ dr̄ia eſt inter ſigillū ꝯfeſſionis: et
ſigillū ſecreti. Aliq̄d eñ datur ſub ſigil-
lo ꝯfeſſionis qñ ſcꝫ pctā cōfiteť in cōfeſ-
ſione ſacrāli. Et iſta nullo mō dꝫ reuela-
re. Aliq̄d aūt dať ſb̄ ſigillo ſecreti: qñ ſcꝫ
aliq̄s dicit aliq̄d alteri ſub fide ⁊ nō reue
labit illud: tūc aliqua data ſub iſto ſigil-
lo ꝑiudicabilia nō debēt recipi: ⁊ pn̄t re-
uelari abſq; pctō vt ſi aliq̄s diceret alteri
ego occidam fratrē meū: vel ego cōburā
talem ciuitatē: tunc in tali caſu poſſet il-
lud reuelare. Et ſic futura q̄ ſunt ꝑiu-
dicabilia data ſub ſigillo ſecreti pn̄t re-
uelari. Preterita vero nullo mō debēt re
uelari. ¶ Regula ad oē ſecretū celanduꝫ
tenetur quilibet hō de iure.

Undecimo queriť. vtrū

confitens poſſit ſacerdotem licentiare.
¶ Rñſio qñ hō ꝯfiteť pctā ſua ſacerdo-
ti nō pōt in ꝯfeſſione ſacerdotē licentiare

vt peccata ſua reuelet: quia nõ habȝ hãc auctoritatẽ nec poteſtatẽ. Nec etiã extra confeſſeſſionẽ põt dicere reueletis ea que dixi vobis in ↄfeſſione: nec etiã ↄfeſſor debet reuelare. Si autẽ ↄfitens velit ꝙ cõfeſſor reuelet peccata ſua: poteſt ei extra ↄfeſſionẽ dicere. Rogo reueletis talia et talia peccata que ego commiſi: tũc ſacerdos poteſt illa reuelare. Nec ꝓpterea cõfitens licentiat eũ: quia ſm Scotũ confitens nõ poteſt ſacerdotẽ licentiare. Et eum ſequunt doctores moderni.

Duodecimo queritur.

Utrum ſciens aliquid per confeſſionem ⁊ per aliam viã teneat illud celare. ¶ Notandum ꝙ aliquid poteſt ſciri dupliciter extra confeſſionẽ. Uno modo per viam ſecretã ⁊ occultam: ⁊ eſt quando illud nõ poteſt probari per teſtimoniũ duorũ vel trium. Alio modo per viã publicã ⁊ manifeſtam quãdo poteſt probari ꝑ teſtimonium duorum vel trium. ¶ Correlariũ. Sciens aliquid per confeſſionẽ: ⁊ ꝑ aliã viam teneẗ illud celare. ¶ Scdm correlarium. Illud qḋ ſcitur per cõfeſſionẽ et per viam publicaȝ ſcitur duplici via: ita ꝙ homo põt vnum modũ obliuiſci. ſ. per ↄfeſſionẽ: ⁊ aliũ modũ ſcire ⁊ reuelare ſcȝ ꝑ viam publicã. ¶ Reſpõſio. Sciens ꝑ confeſſionẽ aliquid: ⁊ per viã ſcȝ publicã nõ tenetur illud celare. Sed ſi velit reuelare non debet dicere: Ego ſcio illud duplici via (quia tũc reuelaret confeſſionẽ) ſed ſimpliciter debet dicere. Ego h̄ ſcio. Tamẽ ſecurius eſt ꝙ nihil dicat: niſi ſit coactus. Nam tunc cum magna maturitate reuelandum eſt alienum peccatum quando prodeſſe poteſt.

Circa diſtinctionem

vigeſimãſecundã primo querit. Utrũ pctã dimiſſa redeant ꝗ̃tũ ad maculam ſiue culpã. hoc eſt ꝗ̃rere. Utrum quãdo hõ peccat redeant ꝗ̃tum ad maculam alia pctã de quibꝰ fecerat penitentiam. ¶ Notandũ ꝙ iſta tria ſcȝ macula reatus ⁊ offenſa non differũt ſimpliciter ſed rõne. Nam trãſeunte actu peccati tã interiori ꝗ̃ exteriori: ibi remanet obligatio ad penã eternã ⁊ iſta obligatio aliqñ vocaẗ macula: aliqñ reatus: et aliquãdo offenſa. Inꝗ̃tum eſt diſconueniẽs anime vocatur macula. Inꝗ̃tum ducit ad penam eternã: dicitur reatus. Inꝗ̃tum vero infligitur a deo vel diſplicet deo dr̄ offenſa. ¶ Rñdetur ad queſtionẽ. Peccata dimiſſa nullo modo redeũt quo ad culpaȝ: quia poſtꝗ̃ deus per graciam deleuit et dimiſit peccatũ nunꝗ̃ illud redit in animam. Rationes patent in textu.

Secundo querit. Utrum

peccata dimiſſa redeant ꝗ̃tuȝ ad reatũ. ¶ Notandũ ꝙ reatus ꝓprie eſt obligatio ad penã eternã. Pena vero eterna ẽ duplex. Quedaȝ eſt pena damni: ⁊ eſt ꝑpetua ꝓuatio viſiõis dei. Et ſic peccata dimiſſa redeunt ꝗ̃tũ ad penã damni: quia eque bene ꝓuaẗ aliqs viſione dei in inferno ꝓ vno peccato mortali: acſi cõmiſiſſet multa peccata mortalia. Et ſic intelligitur hec auctoritas: Qui peccat in vno/ factus eſt oĩm reus: ſupple ꝗ̃tũ ad penã damni. Alia eſt pena ſenſus: qua dãnati affliguntẗ in corꝑe vel in aĩa. ⁊ tũc diſtinguendũ eſt: Aut em̃ talis ꝗ recidiuat in pctm̃ ꝑfecit penitẽtiã in gr̃a de pctis prius dimiſſis: ⁊ ſic pctã dimiſſa nõ redeunt ad reatũ: Aut talis nõ ꝑfecit penitentiã ſuã in gr̃a ſed in pctõ mortali: ⁊ tũc (ſm Bonauẽ.) peccata dimiſſa redeũt: ita ꝙ erit punitus in inferno de pctis ꝑteritis. Tamẽ hec nõ eſt opinio Scoti ⁊ doctorũ modernoꝝ dicẽtiũ ꝙ nõ eſt neceſſe penitentiã adimplere in gr̃a. Et iõ dicunt oẽs ꝙ pctã dimiſſa nullo mõ redeunt ꝗ̃tũ ad reatũ: ſiue ꝗ̃tũ ad penã eternã: tamen in h̄ ↄcordãt oẽs ꝙ ꝓpter ingratitudinẽ magis aggrauaẗ pctm̃. Et teneẗ ille cõfiteri de illa ingratitudine.

Tertio queritur. vtrum ſacr̄m pn̄ie fuerit inſtitutū? ¶ Reſpōſio De pn̄ia ē loq̄ dupl̄r: aut ꝓut ē recōciliatiua deo: aut ꝓut ē recōciliatiua nō ſolū deo: ſʒ etiā eccl̄ie. Si loq̄mur ꝓut ē ſolū recōciliatiua d̄o: ſic ē ď dictamie legꝫ nature. q̄ dictat ↄteri de pctō ꝛ hūiliari debere tn̄ cū aliq̄ illuſtratione fidei: quia niſi deus illuminaſſet patres legis naturalis non potuiſſent ex ſeipis inueniſſe modū penitendi. Et ſic dicendū eſt ꝙ in lege nature nō fuit inſtituta penitētia proprie loquendo: ſed ſolū inſinuata: ꝛ tunc dn̄s inſinuauit qn̄ poſt peccatū Adā vocauit Geneſ. iij. Ubi es Adam: vbi dicit gloſa ꝙ monebat eū redire ad cor iuxta illud Eſaie. xlvi. Redite preuaricatores ad cor. Si autē loquamur de penitentia ſm̄ ꝙ eſt ſacramentū eccleſie: ꝛ ſic habuit inſtitutionem in lege ſcripta ſiue moſayca tn̄ imperfecte ꝛ ſm̄ quandā generalitatē in determinatione oblationū q̄ erāt loco ↄfeſſionis ꝛ ſatiſfactōis. In lege aūt noua vbi vnitas eccleſiaſtica ē ꝑfecta ꝛ recōciliatio plena: penitentia inſtituta fuit ſm̄ ſtatū ꝑfectionis: ꝛ q̄tum ad formale qđ ē abſolutio ſacerdotalis ꝛ ligatio: qđ dn̄s inſtituit et ꝓmulgauit qn̄ (Iohis. xx.) poſt reſurrectionē ſuā dedit diſcipulis ſuis poteſtatē clauium: et q̄tū ad materiale: qđ eſt quedā lucida ꝛ aperta ↄfeſſio: nō ſolū in generali ſʒ etiā i ſpeciali: qđ dn̄s inſtituit ꝛ apl̄os docuit ꝛ ipi a dn̄o edocti: ꝛ accepta ei⁹ ꝑtāte ꝓmulgauerūt. Nō em̄ nobis tradidiſſent niſi a dn̄o vł a ſpūſancto accepiſſent. Et ſic patet ꝙ ſacramētū penitētie ꝑfecte fuit inſtitutū in lege noua a chriſto.

Quarto queriť quid ſit ſignū ꝛ ſignatū q̄ ad ſignificationē penitētie. ¶ Rn̄ſio. Dupliciť poſſum⁹ loq̄ de ſacramēto penitētie: ſicut dictū ē: Aut ſʒ ꝙ eſt ſolū recōciliatiuū deo: aut ſm̄ ꝙ nō ſolū recōciliat deo ſʒ etiā eccl̄ie. Si loq̄mur de ſacramēto penitētie recōciliāte ſolū deo: tūc res ſacramēti ē remiſſio peccatoꝝ. Signū ꝟo ſtat in iſtis tribꝫ. ſ. i exteriori ↄtritiōe ↄfeſſione ꝛ ſatiſfactione. Quātū ꝟo ad eccl̄iaꝫ addiť abſolutio a peccatis a ſacerdote data.

Quinto queriť: vtrum penitētia habeat ꝛ teneat fūdamēti rōnē ¶ Rn̄deť ꝙ fūdamētū ďr dupliciť. Uno mō loc⁹ in q̄ edificiuꝫ ſtabiliť: ꝛ h̄ mō xp̄s ďr fundamētū. Et h̄ bene notať in gloſa j. Corꝫ. iij. Ubi diciť ꝙ ſicut totū edificiū materiale tēdit deorſuꝫ: ſic edificium ſpūale tēdit ſurſū: qꝛ xp̄s dn̄s q̄ eſt fūdamētū ſpūalis edificij eſt ſurſuꝫ. Alio mō ďr fūdamētū illđ ſm̄ ꝙ res fūdať ꝛ ſtabiliť in ſuo ſuſtētaculo. Et h̄ pt̄ eē tripliciť aut em̄ ē illud ꝑ qđ ꝓhibēs remoueť aut illud ꝑ qđ ibi locať. aut ꝑ qđ cōfirmať et ſtabiliť. Si eſt illud ꝑ qđ remoueť prohibens ſic ē pn̄ia q̄ remouet imundiciā peccati: ſup quā erat ↄſtructa machina diaboli. Si aūt ſit vt collocans: ſic duo ſunt in nobis ꝑ que nati ſum⁹ collocari ꝛ tendere ad locū noſtrū ſcꝫ intellectus et affectus. Intellectus locať in xp̄o ꝑ fidem et affectus locať ꝛ cōglutinať ꝑ charitatem Si aūt ſit vt defendēs ꝛ roborās. hoc eſt dupliciter: aut eſt defendēs ↄtra ventuꝫ ꝓſperitatis: ꝛ ſic eſt humilitas: aut ↄtra ventum aduerſitatis: ꝛ ſic eſt patientia ſiue fortitudo. Et ſic ꝑ hoc fundať aīa ſupra petrā: ꝛ ſic pꝫ ꝙ rō fundamēti de omībus ďr ſm̄ quandā analogiā q̄ ortū hꝫ et radicē in xp̄o. Dicendū igiť eſt ꝙ pn̄ia eſt fundamētū accedēti ad xp̄m de regione diſſimilitudinis ſiue peccati.

Sexto queritur. Utrū pn̄ia ſit tabula. ¶ Rn̄ſio. Penitentia ſiue dicať fundamentum ſiue tabula: ſub tropo dictū eſt: tn̄ ſm̄ aliā ꝛ aliā acceptionem ſm̄ ꝙ fit duplex trāſlatio. Penitentia em̄ eſt virtus: ꝛ ſic competit ei rō fundamēti: qꝛ fundamentū oīm virtutuꝫ eſt qꝛ oportet prius liberari a malo q̄ꝫ facere bonū. Penitētia etiam eſt ſacr̄m: et ſic

cōpetit ei rō tabule. Nā cū aliqs patitur
naufragiū in mari: neceſſe eſt ꝙ ſaluet̃ ꝑ
aliqd adiutoriū. Tabula aūt eſt adiuto
riū aliqd collatū ꝑ qd poſſet aliqs q̄ eſt ĩ
ꝑiculo naufragij ſubleuari a ꝑiculo pec-
cati. Et hoc mō penitētia dr̃ tabula Nā
ſicut duplex dr̃ ꝑiculū ⁊ naufragiū pcti:
ſcʒ originale ⁊ actuale: ita ē duplex ſacra
mētū: ⁊ tabula ſaluās. Nā ꝯtra origina
le eſt ꝑma tabula. ſ. ſacramētū baptiſmi
Cōtra actuale eſt ſecūda tabula: ſcʒ ſa-
cramentū penitentie.

Circa diſtinctio-
nem viceſimātertiā querit̃
ꝑmo: Utrū ſacramētū ex-
treme vnctiōis ꝑncipaliter
ſit ordinatū ad morbū corꝑalē: an ad ſpi
ritualē. ¶ Notādū ꝙ ſacramētum extre
me vnctiois eſt ipa vnctio. Et diffinitur
ſic ſm̃ Sco. Sacramentū extreme vn-
ctiōis eſt vnctio infirmi hoīs penitentis
facta in determinatis ꝑtibus corꝑis cuʒ
oleo ab epo cōſecrato: miniſtrata a ſacer
dote: certa verba cū debita intēciōe ſimꝰ
ꝓferēte: ex inſtitutione diuina efficaciter
ſignificās vel repñtās finalē curationē
peccatoꝝ venialiū. In hac diffinitiōe tā
gunt̃ nouē particule. Prima ꝑticula tan
git̃ ibi: vnctio: ⁊ eſt materia ꝓpinq̄: oleuʒ
ꝟo eſt materia remota. Secūda particu
la hoīs infirmi: ⁊ ponit̃ ad differentiā ho
minis ſani: cui non debet dari hoc ſacra-
mentū. Nec etiā cuilibet homini patiēti
ſe in periculo mortis exponere: vt in ma-
ri vel in preliū eunti: nec etiā cuilibet ĩfir
mo: ſed grauiter infirmāti: de quo ꝓbabi
liter credit̃ ꝙ decedet de hoc mūdo. Ter
tia ꝑticula eſt penitentis. Uñ nec parui
pueri q̄ non habent vſum ratiōis: nec fu-
rioſi: nec etiā q̄ ꝑdiderūt vſum rōnis de-
bent habere iſtud ſacramentū: niſi prius
ante furiā queſiuiſſent. Correlariū. Bea
ta virgo nō habuit iſtud ſacramentū: q̄r
nunq̄ penituit: eo ꝙ nullū habuit pecca
tū. Quarta ꝑticula in determinatis ꝑti-
bus corꝑis. ſ. in organis potentiaꝝ: ſcʒ in
oculis vbi eſt potētia viſiua: in auribus
vbi eſt potētia audiciua: in naribus vbi
ē potētia odoratiua: in ore vbi viget po-
tētia guſtatiua: in manibꝰ vbi viget po
tentia tactiua: in pedibus vbi eſt poten
tia motiua: in lūbis vbi eſt in viris potē
tia generatiua: ⁊ in vmbilico in mulieri-
bus. Et ſic in toto ſūt vndecim vnctiōes
Quinta ꝑticula cū oleo: ibi tangit̃ ma-
teria remota. Unde triplex eſt oleū. ſ. ca
thecuminoꝝ: quo vngunt̃ cathecumini ⁊
pueri ante baptiſmū. Aliud eſt oleū bal
ſamitū: vbi eſt balſamū: ⁊ vocat̃ chriſma:
de q̄ vngunt̃ ꝯfirmādi ⁊ baptiſari. Ter
tiū eſt oleū infirmoꝝ in q̄ nō eſt balſamū
Sexta ꝑticula ab epiſcopo cōſecrato: q̄r
ſolus epiſcopus poteſt iſtud oleū conſe-
crare. Septima ꝑticula miniſtrata a ſa-
cerdote: ibi tangit̃ idoneitas miniſtri: q̄a
ſi laicus attēptaret iſtud ſacramētū da-
re nihil faceret. Octaua ꝑticula: Certa
verba cū debita intētiōe ſimul ꝓferente:
de qbꝰ poſtea dicet̃. Nona: ex inſtitutio-
ne diuina: ibi tangit̃ cauſa finalis. ¶ Re
ſpōſio ad q̄ſtionē. Iſtud ſacr̃m ꝑncipali-
ter ordinat̃ ad morbū ſpūalē: ſcʒ ad delē
da pctā venialia. Cetera patēt in textu.

Secūdo querit̃. Utruʒ
hͦ ſacr̃m inſtituerit xp̄s vel aliqs eiꝰ diſci
pulꝰ. ¶ Rñdet̃ ꝙ licet aliq̄ voluerūt di
cere ꝙ xp̄s iſtituit hͦ ſacr̃m: tñ Bonauē. ⁊
Sco. ⁊ oēs q̄ſi docto. moderni ꝯcordāt ĩ
hͦ ꝙ xp̄s nō inſtituit: ſʒ poſt aſcēſionē eiꝰ
ſpūſſan. ꝑ apl̃os hͦ ſacr̃m inſtituit: ſicē ſu-
pradictū ē de ſacr̃o ꝯfirmatiōis: nec etiā
apl̃i inſtituerūt: ſed ſolū ꝓmulgauerūt.
Uñ dicit Sco. ꝙ oīa ſacramēta noue le
gis data ſunt a chriſto vel a deo.

Tertio queritur de hu-
ius ſacr̃i materia. ¶ Rñſio. Materia hu
ius ſacr̃i (ſicē dicit mgr̃ ĩ lr̃a: ⁊ cū eo ꝯcor
dāt oēs) eſt oleū ab epo ꝯſecratū: nō mi-
xtū criſmate: nec alio liq̄re. Cetā patēt.

Quarto queritur Utrum forma verbi ſit de eſſencia hui⁹ ſacramē-ti. ¶ Notādū ꝙ in omi ſacramēto noue legis cōcurrūt duo .ſ. materia: ſicut in baptiſmo aqua ē materia: ⁊ in extrema vnctiōe materia eſt oleū. Cōcurrit etiā forma: ⁊ ſunt aliqua verba que debēt ꝓferri: ⁊ ſunt tanꝗ ꝓncipalius in ſacramēto: materia ſʒo tāꝗ min⁹ principale. ¶ Reſponſio. Forma verbi eſt de integritate ſacramēti que debet fieri ꝑ modū depcatiōis. Forma aūt (ſm ꝙ tenet romana eccleſia) hec eſt. Per iſtam ſanctaʒ vnctionem ⁊ ſuam pyiſſimā miſericordiā indulgeat tibi dn̄s quicquid oculorū vitio deliquiſti. Et ſic dicendū eſt in alijs organis potenciarū ſcilicet in auribus naribus ⁊ ſic de alijs. Ratiōes aūt quare potius in iſto ſacramēto omino eſt de eſſentia ꝗ in alijs patent in textu.

Quinto queritur. Quis debeat amminiſtrare hoc ſacramentuʒ. ¶ Reſpōdetur ꝙ huius ſacramēti diſpēſatio ⁊ amminiſtratio ex officio ſpectat ad ſacerdotes. Et iſtud confirmat auctoritas ⁊ ratio. Un̄ Jaco. vlt°. dicitur: Inducant pſbyteros ⁊ orent ſuꝑ eū. Rō autē eſt: quia cuʒ huius ſacramēti materia ſit oleū ꝯſecratū nō debʒ amminiſtrari nec cōtingi niſi ab eo qui habet manus conſecratas: ⁊ talis eſt ſacerdos. Ideo nō ſe extendit ad omnes: nec ad ſolos epōs: qꝛ cum hoc ſit ſacramentuʒ periclitantium qđ datur ſolis grauiter infirmis: de quib⁹ creditur de ꝓximo eminere mors: ⁊ epiſcopi non poſſint ſemper adire: ideo multos oporteret periclitare. Notandū ꝙ bn̄ dicitur in reſpōſiōe queſtionis ꝙ ſoli ſacerdotes debeant ex officio illud adminiſtrare: quia aliquādo aliꝗ alij amminiſtrare poſſūt ex ſingulari priuilegio: vel ex merito: ſicut legitur de ꝟgineglorioſa ꝙ multos inunxerit in morte: ſicut legitur ꝙ vnxit beatū martinū. Etiā patet de beata Genoueſa: que inungebat infirmos ⁊ ſanabantur: vel ſpūaliter vel corꝑaliter: ſʒ hoc erat ex merito ⁊ ꝓpter ſanctitatē ſuam.

Sexto queritur: cui debeat ſacramētū iſtō dari. ¶ Reſpōſio. Illud ſacramētū debet dari ſolis infirmis ratiōe vtētibus: ⁊ in periculo mortis exiſtentibus. ¶ Correlariū. Non debet dari paruis pueris: nec furioſis a natiuitate: eo ꝙ nunꝗ habuerunt vſum ratiōis. Nec etiam debet dari perdenti vſum rationis niſi prius anteꝗ perderet vſū rationis queſierit iſtud ſacramētū. ¶ Correlariū ſecundū. Iſtud ſacramentū non debet dari ſentētiatis ad mortē: ſiue ſint iuſte vel iniuſte ſentētiati: quia coram eccleſia dicuntur infames.

Septīo queritur: in quo loco debeat fieri vnctio. ¶ Reſpōdetur ꝙ ex quo iſtud ꝓncipaliter ordinatur ad venialiū deſtructionē (ſm ꝙ ex textu beati iacobi capitur) ⁊ venialia ꝑpetrantur in aīa: et ab aīa ſm vnionē ipſius ad carneʒ corruptā. Eſt aūt triplex aīe potencia ſm quā tāgit corpus: ſcʒ ſenſitiua/ generatiua et ꝓgreſſiua: ⁊ ideo iſtarum potenciaruʒ organa debent inungi. Et quoniā quinꝗ ſunt organa deſeruientia quinꝗ ſenſib⁹ ſcʒ oculi nares os aures ⁊ manus. Lūbi autē deſeruiunt potentie generatiue: ⁊ pedes potentie progreſſiue: ideo iſte ſeptem partes inunguntur: et ſic in toto ſunt vndecim vnctiones: quia due in auribus due in oculis: due in manib⁹: due in pedibus: vna in ore: vna in naribus ⁊ vna i lūbis: ſi ſint viri. Si aūt ſint mulires/ poſſint inungi in vmbilico: vbi viget potentia generatiua: vel ꝓpter verecūdiā poſſūt inungi ī lūbis. Notādū ꝙ ſi īfirm⁹ nō haberet pedes aut man⁹. tn̄ inungi debʒ in ꝑtib⁹ magꝭ ꝓpinꝗs vel appropinꝗntib⁹ illis ꝑtib⁹. Etiā poſito ꝙ fuiſſet ſurd⁹ ⁊ cecus a natiuitate: tn̄ debet inungi in illis partibus: quia ſi nō videt: tamen habuit

voluntatem videndi ꝛ audiendi.

Octauo queritur quotiens debeat hoc ſacramentum dari. Dicendū ꝙ tria ſunt ſacramenta per que impmit̄ character ſcilicet baptiſmus: ↄfirmatio ꝛ ordo: ideo nō pñt iterari. Oīa vero alia ſacramenta pñt iterari: qꝛ per ipa nō impmit̄ character. iō iſtud ſacrm̄ pōe iterari ꝛ etiā iterari totiēs q̄tiens q̄s infirmatur tali infirmitate ꝙ eſtimatur de morte. ¶ Notandū ꝙ ſi ſacerdos dans iſtud ſacramētū poſtq̄ inunxiſſet oculos ꝛ nares ꝛ poſtea moreret̄ vl' nollet pficere: tūc alter ſacerdos nō debet incipe ad iungēdū oculos ſꝫ deberet pficere qḋ alter ſacerdos incepit ¶ Notādū ꝙ ſi aliq̄s hr̄et ꝓlixā īfirmitatem totiēs debet ei dari hoc ſacrm̄: q̄tiēs de morte ipius eſtimat̄: dummodo ſit aliqḋ ſufficiens interuallū (qḋ cōiter nō tenetur a doctoribus licꝫ aliqui voluerint dicere ꝙ requirit̄ ſpaciū triū menſiū pro interuallo) Nam ſicut in illa infirmitate iterant̄ pctā venialia: ita etiā debet iterari remediū. Cetera patent in textu.

Circa diſtinctionē. xxiiij. querit̄ pmo de ordinis ſignaculo. Utrū clerici ordinandi debeāt tonſurari. ¶ Notandū ꝙ tonſura ē amotio capilloꝝ a pte inferiori rotūde facta: ita ꝙ videant̄ aures. Et ſic cōuerſi ad religionē etiā laici debēt iſto mō tonſurari: nō tamē debēt coronari. Unū corona ē amotio capilloꝝ orbicularis a pte ſupiori capitis orbiculariꝫ. i. rotūde. ¶ Notandum etiā ꝙ ordinād⁹ venit ab ordine. Ordo aūt put nūc ſufficit eſt duplex: ſeu capit̄ dupliciť. Uno mō p ↄgrua diſpoſitione rerū pariū ꝛ impariuꝫ. Et ſic diffinit̄ ab Augꝰ. Ordo eſt reruꝫ pariū diſpariūq̄ vnicuiq̄ ſua loca tribuēs ↄgrua diſpoſitio. In q̄ diffinitiōe ponunt̄ tres pticule Prima pticula eſt ↄgrua diſpoſitio: ꝛ ponit̄ loco generꝫ. Nā oīs ordo eſt diſpoſitio ꝛ nō ecōtra: qꝛ multa ſūt bñ diſpoſita q̄ nō ſūt ordinata. Secūda pticl'a: pariū diſpariūq̄: hoc ē ſimiliū ꝛ diſſimiliū eq̄liuꝫ ꝛ ineq̄liū. Nā ſi oīa eēnt eq̄lia/ ibi nō eēt ordo. Tertia pticula: vnicuiq̄ ſua loca tribuēs: vñ iſte ordo ē in padiſo: qꝛ vnuſquiſq̄ locat̄ ſm merita ſua: ꝛ etiaꝫ ſm officia. Iſte ordo etiā eſt in reꝝ natura ſicut in celo ꝛ in terra. Debet etiā eſſe in polityis hūanis. Etiā in eccl'ia militāte ē iſte ordo i q̄ eccl'ia ē ſūm⁹ hierarcha q̄ ē xp̄s: ꝛ vicari⁹ ei⁹ eſt papa: ꝛ ſic deſcēdendo vſq̄ ad minores ſacerdotes. Secūdo mō capit̄ ordo p aliq̄ gradu eminēti: ꝛ iſto mō plat⁹ dꝛ habere ordinē etiā ep̄s rex impator ꝛ ceteri habētes gradū eminētie dicūtur habere ordinem. Et iſto mō capit̄ in pñti q̄ōne ꝛ nō pmo mō. Uñ pōt ſic diffiniri ordo put ē in eccl'ia. Ordo ē grad⁹ pemineñs in eccl'ia diſponēs de ↄgruo ad aliquē actū ptinentē ad ↄſecrationem vl' diſpēſationē euchariſtie: ibi ſunt due pticule. Prima pticula Grad⁹ peminens in eccl'ia: ibi tangit̄ dr̄ia ab ordine pmo mō capto. Scd̄a particula: diſponēs de congruo ꝛc̄. Uñ ↄſecratio corpis xp̄i ē ſūm⁹ ꝛ excellentiſſim⁹ grad⁹: ꝛ oēs alij ordines ſunt inferiores ipſo. Notandū ꝙ i iſto ordine ſcd̄o mō capto ſūt ſeptē gdus. Primus gdus (q̄ ptinet imediate ad ↄſecrationē) eſt ſacerdotiū. Scd̄s gdus eſt imediate diſpenſans iſtud ſacrm̄ euchariſtie ꝛ eſt officiū diaconat⁹: qꝛ antiquit⁹ diacones miniſtrabāt ꝛ diſpenſabāt ſanguinē xp̄i: ſꝫ mō nō diſpenſant: qꝛ ſunt ſacerdotes ſufficiētes: ꝛ etiā mō non dat̄ ſanguis cōicantib⁹. Terti⁹ gdus eſt imediate diſponens ad diſpenſationē ꝛ ↄſecrationē: ꝛ eſt officiū ſubdiaconatus: q̄ habet offerre panē ꝛ vinū ſacerdoti. Et iſti tres ordines dicūtur ſacri: nec poſſunt vxorari habentes eos: ſed tenentur viuere caſte. Sunt alij tres gradus diſponētes ad deuotionē. Si ad deuotionē interiorē: ſic ē officiū accolitat⁹: qꝛ officiū accoliti eſt accendere candelas ꝛ luminaria q̄ accēdūt

hoīes ad deuotionē. Quintus grad⁹ diſponit ad hoc ꝙ populū faciat intentum: ⁊ ſic eſt officiū lectoris. Sextus gradus eſt in hoc diſponēs ꝙ expellit malignos ſpūs: ⁊ iſto mō eſt officiuȝ exorciſte. Septimus gradus eſt diſponēs in hoc ꝙ expellit indignos hoīes ſcȝ excōicatos: ⁊ ſic eſt officiū oſtiarij. ¶ Notandū etiā ꝙ ſacramētū ordinis nō eſt ipſe ordo: ſed proprie vocat̄ ordinatio. Eſt igit̄ ordinatio ſm̄ Sco. inſtitutio alicuius in gradu eccleſie p̄eminēte: cui ꝯuenit aliqđ miniſteriū circa euchariſtiā exhibenduȝ: facta a miniſtro idoneo. ſ. epiſcopo: certa ꝟba ꝓferente: ⁊ cū intētiōe debita aliq̄ ſigno viſibili rep̄ſentans ex inſtitutiōe diuina: ſignans miniſteriū gradus illi⁹ gratiā p̄eminentē: qua ordinat⁹ digne aliqđ miniſteriū exequat̄. ¶ Ad queſtionē reſpōdet̄ ꝙ clerici et ordinandi debēt tonſurari et coronari: ⁊ hoc ꝓpter duo. Primo propt̄ diſtinctioneȝ: q2 ꝑ coronā diſtinguunt̄ a laicis. Secūdo ꝓpter eruditionē: q2 in h̄ ꝙ in tonſura eſt ſupfluitatis capillorum amotio: inſtruunt̄ clerici ꝙ vitāda eſt ſuperfluitas terrenitatis: ſm̄ illud Apl̄i .j. Timoth. vlt̄. Habētes alimenta et q̄bus tegamur his cōtenti ſimus. In hoc etiā ꝙ corona eſt in ſūmitate capitis / inſtruunt̄ clerici ꝙ ſūma bona ⁊ celeſtia debent deſiderare: ſm̄ illud Apl̄i ad Phil. Noſtra cōuerſatio in celis eſt.

Secundo querit̄. vtrū corona ſit ſacramentum. ¶ Reſponſio. Sicut de trāſeuntibus de vno ſtatu ad alium p̄mittitur aliquod preparatoriū quod non ponit in ſtatu ſed diſponit: ſic in ꝓpoſito intelligendū eſt. Nā ſicut nouitius in religione nec dicit̄ ſecularis nec religioſus: ſed mediat inter illa duo ⁊ nouitiatus eſt quedā diſpoſitio ad religionem. Sic recipiens coronā non ſuſcipit ſacramentū ordinis ſed eſt quedā diſpoſitio ad ſacramentum ordinis. Unde recipientes coronam improprie et confuſe vocantur clerici: quia proprie loquendo nullus dicitur clericus niſi recipiat aliquod ſacramentuȝ ordinis. Et ſic patet ꝙ corona non eſt ſacramentum: ſed quedam diſpoſitio.

Tertio querit̄. Utrum in ſuſceptiōe corone fiat abrenunciatio temporaliū. ¶ Reſponſio. Suſcipientes coronam nō cōpelluntur neq̄ de iure diuino nec humano abrenunciare tēporalibus q̄tum ad poſſeſſioneȝ: tamen de bono ⁊ equo minus debent inſudare ſollicitudini temporaliū q̄ laici ⁊ maxime illi qui ſunt in aliquo ordine ſacro. Una ratio: quia nō expectant poſteros. Alia ratio eſt: quia magis debent eē intenti ad ſpiritualia ⁊ ſollicitudo temporalis impedit ſpiritualem.

Quarto querit̄. Utruȝ prelati eccleſie teneantur clericis q̄tum ad temporale ſtipendium. hoc eſt. vtrum teneantur nutrire quo ad victum et veſtitum quos ordinant. ¶ Reſpondetur ꝙ clericus ordinatus aut eſt ad ſacros ordines promotus aut nō. Si ſit ad ſacros ordines promotus et non habeat vnde viuat (cum ei eccleſia teneatur tanq̄ miniſtro ad ſeruitium eccleſie deputato: et ipſe indigeat.) Dicendum ꝙ epiſcopus qui eum promouit ſibi de neceſſarijs prouidere tenetur. Si autem non ſit promotus ad ſacros ordines: ſed ſolum ad minores tunc non tenetur epiſcopus eū nutrire. Etiam ſi habeat ſacros ordines et habeat patrimonium de quo bene poſſit viuere: adhuc non tenetur eccleſia vel epiſcopus ei prouidere de ſtipēdijs. Nihilomin⁹ debet ille promotus ad ſacros ordines eccleſie ſeruire ratione ordinis. Et hoc confirmatur per illud quod dicitur in decretali Alexandri libro tertio de prebendis. Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo de quo neceſſaria vite percipiat in dyaconum vel preſbyterum

ordinat tamdiu ei neceſſaria vite ſubminiſtret: donec ei in aliqua eccleſia cõuenientia ſtipẽdia militie clericalis aſſignet: niſi talis de ſua vel paterna hereditate/ ſubſidia vite poſſit habere.

Quinto querit : vtrum

ordo ſit in eccleſia. ¶ Notandum ꝙ ordo ibi capitur pro congrua diſpoſitione parium et imparium. ¶ Reſponſio. In eccleſia neceſſarius eſt ordo: et hoc dupliciratione : ſcilicet propter pulchritudinem et rectitudinez. Primo propter pulchritudinez. Cũ enim in eccleſia ſit multitudo niſi eſſet ibi ordo : tunc eſſet confuſio. Secundo propter rectitudinez. Etenim multitudo cũ eſt in ſtatu in quo deuiare poteſt errat ſi non habet ducez nec rectorez: ſicut dicitur .iij. Regꝫ vltꝫ. Vidi cunctum iſrael diſperſum in montibꝫ: ſicut oues non habentes paſtorez. Quoniam ergo eccleſie multitudo eſt in ſtatu in quo poteſt deuiare indiget capite ⁊ regimine: ⁊ cum vnus non poſſit omnibus ſufficere ad omnia: ideo oportuit ſm plꝰ et minus eccleſiaſtica officia et poteſtates diſtribuere: vt eccleſia regatur et dirigatur ſine errore.

Sexto queritur: Utruz

ordo ſit ſacramentum. ¶ Dicendum ꝙ ordo dicitur dupliciter. Uno modo dicitur ordo ipſa relatio ordinatorum : vt prelatio et ſubiectio . Et ſic ordo non dicitur ſacramentum : quia tunc ſequeretur ꝙ haberent omnes ſacramentum ordinis: quia oẽs vel ſũt prelati vel ſubiecti . Alio modo dicitur ordo ordinata poteſtas ſm quam ipſum ſubiectum poteſt et debet ordinari: et hoc dupliciter . Uel ad opus ſcilicet ad poteſtatem conſecrandi corpus chriſti : et ſic eſt ordo diaconatus: ſubdiaconatus: et ceteri ordines inferiores. Unde datur iſtud ſacramentum quando epiſcopus dat poteſtatem alicui conficiendi corpus chriſti : ⁊ illa ordinatio vocatur ſacramentum. Similiter dicendum eſt de ordine diaconatus: ⁊ de alijs inferioribus ordinibus.

Septio querit : vtrum

ſacramentum ordinis ſit noue legis proprium: hoc eſt querere: Utruz hoc ſacramentum fuerit in lege antiqua . ¶ Reſponſio . Sacramentum ordinis fuit in antiqua lege figuratiue: ſed nõ vere. Et ideo reſpondetur ꝙ ſacramentum ordinis eſt noue legis proprium. Et ſic dicẽdum eſt de omnibus alijs ſacramentis: excepto ſacramento matrimonij: de quo poſtea dicetur

Octauo querit. Utruz

ordo ſit ſacramentum vnum vel plura. ¶ Reſpondetur ꝙ eſt vnum vnitate integritatis: et non plura ſacramenta: habet tamen partes multas que ſacramenta non plurificant: pro eo ꝙ nõ ſunt omnino partes ſubiectiue. ¶ Notanduz ita ꝙ prout nunc ſufficit triplices ſunt partes ſubiectiue: vt omnia inferiora dicuntur partes ſubiectiue reſpectu ſuperioꝝ: ſic homo eſt inferius reſpectu animalis. Alie ſunt partes integrales que conſtituũt aliquod totũ ſm ꝙ eſt quantũ . Et iſte partes non inueniunt in angelis: nec in anima: ſed ſolũ ĩ corporalibus. Unde Nulla ps integralis recipit integritatez ſicut paries tectum ⁊ fundamẽtũ dicunt ptes domus. Alie ſunt ptes poteſtatiue ⁊ ſũt que cõſtituũt aliqđ totuz poteſtatiuũ. Unde totũ poteſtatiuuz eſt illud qđ in ſe eſt ſimplex in eſſentia ſua: ſed continet plures poteſtates vel virtutes : ſicut anima intellectiua (que in ſe ſimplex eſt) cõtinet multas potẽtias ſcꝫ intellectum voluntatẽ memoriaz ⁊ ceteras potẽtias. Et ſic in ꝓpoſito oẽs ordines (q ſunt in toto ſeptẽ) dicunt ptes poteſtatiue: qꝛ cõſtituũt vnum totum poteſtatiuũ et integrale: qđ dicit vnũ ſacramentũ.

ptes { ſubiectiue. / integrales / ptatiue.

Nono queritur: Utruꝫ character impͥmat̄ i ꝗlibet iſtoꝝ ordinū. ¶ Reſpōſio. Licꝫ aliꝗ voluerūt dicere ꝙ in ſolo ſacerdotio impͥmat̄ character: tamē hec opinio nō tenet̄ a doctoribꝰ. Unde hec eſt opinio Bonauen. ꝙ character impͥmit̄ i quolibet ſeptē ordinū. Et cauſa ꝑncipalis eſt: q2 ſacramētū ordinis nō pōt iterari. Uñ q̄ recipit ordinē accolitatus non poteſt amplius illū recipere: et ſic dicendū eſt de alijs.

Decimo querit̄: Utruꝫ in diuerſis ordinibꝰ diuerſi characteres i pͥmant̄. ¶ Rñdet̄ ꝙ in diuerſis ordinibus impͥmūt̄ diuerſi characteres. Et rō eſt: q2 nō ſolum ſuſcipiētes iſtos ordines diſtinguunt̄ a laicis ꝑ ipos: imo etiā inter ſeinuicem eſt diſtinctio. Nam alia ptās datur in ordine oſtiarij: et alia poteſtas dat̄ in ordine accolitatꝰ: ꝛ ſic d̄ alijs. Jō ſicut diuerſe ptātes dant̄: ita diuerſa ſignacula ſiue characteres debēt impͥmi.

Undecimo querit̄ vtrū characteres diuerſoꝝ ordinuꝫ ſint eſſentialiter ordinati? ¶ Notādū ꝙ ordo eſſentialis eſt ille qui eſt inter duo extrema ſic ſe habētia ꝙ implicat contradictionem: poſterius eſſe ſine priori: ſicut eſt impoſſibile prius aliquid diligere ꝙ̄ cognoſcere quia diligere ſe habet vt poſteriꝰ: cognoſcere ꝟo vt ꝑus. Augꝰ. Inuiſa diligere poſſumus: incognita nequaꝙ̄. Nihil em̄ volitū niſi precognitū. ¶ Querit̄ igitur hec queſtio. Utrū aliquis ordo poſterior poſſit dari ſine priori: vtpote ordo ſacerdotij poſſit dari ante ordinē diaconatus: ꝛ ſic de alijs. ¶ Reſpōſio ad queſtionē. Dupliciter poſſumus loqui de ordine: aut de ordine neceſſitatis: vel de ordine cōgruitatis. ¶ Prima ꝓpoſitio. Characteres diuerſoꝝ ordinū nō ſunt ordinati ordine neceſſitatis ſiue ordine eſſentiali: q2 poteſt aliquis recipere ordinem preſbyteratus anteꝙ̄ fiat accolitus vel diaconus: ꝛ ſic de alijs: tamē peccaret mortaliter ſi ſciēter hoc attēptaret. ¶ Secūda ꝓpoſitio. Characteres diuerſorū ordinū ſūt ordinati ordine ꝯgruitatis. Nā congruū eſt ꝛ valde decēs ꝙ ordinate dētur ordines. Ordo aūt talis eſt. Primo datur ordo oſtiarij. Secūdo lectoris. Tertio exorciſte. Quarto accolitatꝰ. Quinto ſubdiaconatus. Sexto diaconatus. Septimo preſbyteratus ordo. Unde ſi epiſcopus ſcienter mutaret ordineꝫ: peccaret mortaliter: ꝛ ſi ſciēter vel ignorāter daret ordinē preſbyteratus alicui nō habenti alios precedentes ordines: tunc tenere t̄ poſtea in ſecreto ſolū dare iſtos ordines qui dimiſſi fuerant. Et ſic dicēdū eſt de alijs ordinibus.

Duodecimo queritur. quādo impͥmat̄ character in diuerſis ordinibus. ¶ Reſponſio. Character impͥmitur in quolibet iſtoꝝ ordinū in porrectione vel datione rei materialis: vtpote libri vel vaſis: vel clauis: vel calicis ſm̄ ꝙ cōpetit ipſi ordini: ꝛ in ꝓlatiōe verboruꝫ: per que dat̄ poteſtas ordinato: vtpote in ordine p̄ſbyteratus dat̄ calix in ordinando cū ꝓlatiōe iſtoꝝ verboꝝ: Accipe poteſtatē ꝯficiendi corpꝰ xp̄i. Nec ſolū dat̄ character in datione illiꝰ rei materialis: nec ſolū in ꝓlatiōe ꝟboꝝ ſꝫ in ambobꝰ: ꝛ ꝑ illa duo impͥmit̄ character. Oīa vero alia q̄ fiūt. ſ. bñdictio epi: impoſitio manuū: inunctio digitoꝝ fiunt ꝓpter ſolennitatem vel aliqua myſteria que prolixe dicunt̄ in textu.

Tredecimo queritur de ordinibus ꝗ̄tū ad numeꝝ ꝛ diſtinctionē ꝛ querit̄ de diuiſiōe ordinū int̄ ſacros ordines ꝛ nō ſacros. Rñdet̄ ꝙ ſacramentū ordinis hꝫ plures gradꝰ. Prima ꝗdē diuiſio inter iſtos ordines eſt ꝑ gradus ſuperiores ꝛ inferiores: ſiue per gradus ſacros ꝛ non ſacros. Gradus em̄ ſiue ordines ſacri ſūt ordines p̄ſbyteratus diaconatus ꝛ ſubdiaconatus: quoꝝ officiū eſt

portare vaſa ſacra: offerre ſacrificiũ ⁊ cõſecrare diſtincte ſcḋm ptãtẽ eis datã et iſti obligant̃ ſeruare caſtitatẽ. Ordines aũt nõ ſacri vt ſunt accolit⁹: exorciſta: lector ⁊ oſtiarius qui nõ tenent̃ ſeruare caſtitatem: quia poſſunt vxorari.

Quartodecimo querit̃

Utrũ pſalmiſtat⁹ ſit ordo? Uñ pſalmiſtat⁹ ẽ officiũ pſalmiſte. Pſalmiſta ẽ cantor in eccl'ia ꝗ nõ ſolũ hꝫ cãtare pſalmos ſed bñdictiones. i. bñdicamus dño: ⁊ laudes. i. alleluia: et ſacrificiũ. i. offertoriũ: ⁊ generaliter oĩa que ptinẽt ad officiũ canonicoꝝ. ¶ Rñſio. Pſalmiſtat⁹ ꝓprie nõ eſt ordo ſed officiũ ordini ãnexũ: ⁊ dꝫ ordini ãnexũ: qꝛ maxime cõuenit illi facere. officiũ pſalmiſte ꝗ debet aut põt ordinari: ergo nõ ꝯuenit laicis ꝗ nõ poſſũt ordinari officium pſalmiſte facere.

Decimoquinto querit̃

Utrũ ẽpat⁹ ſit ordo? Rñdet̃ breuiter ꝙ ẽpat⁹ nõ ẽ ordo: qꝛ ſunt ſolũ ſeptẽ ordines ſed eſt q̃dã dignitas ⁊ ꝑeminẽtia q̃ addit̃ ſuꝑ ordinẽ ꝑſbyterat⁹. Uñ nullus poteſt fieri ẽps niſi prius fuerit ſacerdos.

Decimoſexto queritur

vtꝝ ordines ſint ſeptẽ aut plures vł paucìores? ¶ Rñdet̃ ꝙ tm̃ ſunt ſepte⁊ ordines: tres ſacri ⁊ quattuor non ſacri: ſufficieñtia patuit ſupra.

Circa diſtinctionem

nem. xxv. (in q̃ determinat̃ de poteſtate ordinãdi) q̃rit̃ ꝑmo. Utrũ ſolus ẽps poſſit ordinare. ¶ Notandũ ꝙ q̃ttuor ſunt modi ẽpoꝝ: quidã ſunt patriarche ⁊ ſunt q̃ttuor: quidã vocant̃ metropolitani: q̃dam archiẽpi: et quidam ẽpi. Et oẽs iſti pñt dare ordines. ¶ Ad q̃onẽ rñdetur ꝙ ſcḋm ius cõmune (ſicut ſacri canones bene dicũt) nõ põt aliquis ordines diſpẽſare ꝑſertim ordines ſacros niſi ſol⁹ ẽps. Huius autẽ ſtatutũ originẽ habet ex ſacra ſcriptura: quia cũ dñs duo genera diſcipuloꝝ habuit: quoſdã in numero duodeno: q̃ſdam in numero ſeptuageno. Primos apl'os noĩauit: ſuꝑ q̃s etiã fundauit eccleſiam: ipſos tñ ꝑmo fundãdo in ſe. Alios appellauit ſimplices diſcipulos. Et apoſtolis ꝑmo collata fuit ptãs iponẽdi manus et cõſecrãdi. nõ autẽ ſimplicib⁹ diſcipulis. ¶ Notandũ ꝙ ẽps dꝛ ab epi qḋ eſt ſupra: ⁊ ſcopin qḋ eſt intẽdere q̃ſi ſuꝑintendens: quia habent vigilare ſuꝑ gregẽ ſuũ. Uñ ẽpus grece idẽ ẽ qḋ ſpeculator latine. Notandũ vlterius ꝙ ſoli ẽpi poſſunt cõſecrare abbates moniales ⁊ eccleſias: niſi ex ſpeciali priuilegio: ſicut ſunt alique moniales priuilegiate.

Secũdo queritur. vtrũ

ẽps heretic⁹ poſſit dare ordines? Quid autẽ ſit heretic⁹ dictũ ẽ ꝑus. diſt. v. q. iiij. hui⁹ q̃rti. ¶ Reſponſio. Licet magni doctores voluerũt dicere ꝙ nullus heretic⁹ poſſit dare aliqḋ ſacr̃m: tñ ꝑ illuſtriſſimũ doctorẽ Auguſtinũ aperte eſt nobis hec q̃ſtio patefacta. ꝙ ſacr̃a eccleſiaſtica hereticus põt dare ꝗ formã eccleſie ſeruat et intentionẽ habet faciẽdi qḋ facit eccleſia. Et ſic patet reſponſio ꝙ ẽps heretic⁹ poteſt ordines dare q̃tũ ad veritatẽ et hoc ꝓpter ꝑfectionẽ ſacrãmentoꝝ que ꝓpter maliciã vel peccatũ dantiũ vel recipientium nõ poſſunt violari nõ tñ q̃tum ad vtilitatẽ ſemꝑ dant̃: et hoc ꝓpter obicem qui ponitur a parte dantis vel ſuſcipientis: tamẽ poteſt poni obex in ſacramento penitentie q̃tũ ad ſuſceptionẽ ſcḋm veritatem: quia anteq̃ recipiat̃ ſacramentũ penitentie: oportet ꝙ ſuſcipiens habeat cõtritionem cum ꝑpoſito emendandi ſe: ſicut dictũ eſt in materia de penitentia.

Tertio querit̃. Utrum

ſymoniacus ẽps aliquẽ valeat ordinem vendere. ¶ Symonia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquod ſpirituale vel annexũ ſpirituali: ibi ſtudioſa:

voluntas capitur pro actu voluntatis. Unde ſtudioſa voluntas ē magnũ velle vehementer ſe applicans ad aliquid pſiciendũ. Scđa particula emendi vel vendendi ꝛc̄. Unde ſymonia venit a ſymone mago. Nã duo fuerũt ſymones: vnꝰ bonꝰ ſcꝫ ſymon petrus: alter malꝰ ſcꝫ ſymon magus ꝗ videns ꝙ ſctũs petrus ponebat manꝰ ſup hoīes ꝛ tũc recipiebãt ſpm̃ ſctm̃ viſibiliter: tunc ille ſymon magus voluit a btō petro emere graciã illã ꝛ tunc btũs petrus rñdit ꝙ gr̃a dei non poterat vendi. ꝛ ſic ab illo ſymone mago venit ſymonia. Tertia particula vel anexũ ſpũali: vt ſi aliꝗs vellet vendere calicem cõſecratũ: ꝛ vltra pciũ auri vel argenti vellet vendere ꝯſecrationē: dicēdo iſte calix eſt conſecratꝰ: ideo plus debeo habere ꝗꝫ de alio nõ conſecrato: tunc ibi eſſet ſymonia. ¶ Reſponſio. Spirituale capiť tripľr. Uno mõ pro illo qđ ē pure ſpũale: ita ꝙ nõ adiũgiť rei corporali: ſicut ſunt gr̃a ꝛ virtutes ꝛ dona gratiſdata. Et hec de iure nec vendi nec emi pñt nec etiã de facto: quia ſi ꝗs vellet emere gratiã alterius: pderet quicꝗd pcij poneret. Alio mõ ſpũale capiť pro illo qđ adiungiť rei corporali ꝗ tñ rõne illiꝰ ſpũalis conſecrať ꝛ accipit rõnem ſpũalis. Et hoc ſpũale de iure nõ põt vendi: pro eo ꝙ non põt poni ſub pcio. De facto tñ rõne rei corporalis vendi põt: tñ cũ pctō mortali ꝛ eſt ſymonia: vt ſunt ſacr̃a eccleſiaſtica. Et ſic patet rñſio ad qōnē ꝙ epūs põt vendere ordinem de facto ꝛ vere ordinabiť recipiens ordiuem. tñ ambo cõmittunt ſymoniã ꝛ peccãt mortalr. Tertio modo capiť ſpũale pro illo qđ adiungiť rei corporali ꝗ tñ habet rõnem tpalis: vt calix cõſecratus: et ius patronatꝰ: qꝛ ibi conſecratio iuncta eſt argento: et ius patronatus fundo. Et illud dr̃ ſpirituale: quia annexuꝫ ſpũali. Et tunc ſpũale de facto põt vendi: tñ de iure nõ põt vendi quia tunc eſſet ſymonia. Calix tamē conſecratus põt bene vendi; dũ tñ nõ vendatur illa conſecratio ſed valor argenti tamen illa cõſecratio tranſit cum venditione argenti vel auri: nec oportet poſt venditionem iterum conſecrare.

Quarto queriť. vtrum

dans ordines ſymoniace ex hocipſo fiat hereticus. ¶ Reſponſio. Sacri ordines nec aliquod ſacramentoruꝫ pro pecunia dari põt ſine graui ꝛ enormi peccato pro eo ꝙ ſpirituale (qđ ex ſola libertate pro ſui dignitate dandum eſt) mercatur ꝛ fit vile. Rurſus quia illud qđ erat inpreciabile ſub precio poniť qđ nullo modo poteſt fieri: quin fiat cõtumelia ſpiritui ſancto: ideo non ſolum eſt malũ in ſe: ſed etiã ſm ſe. Si aũt querať an ſit pctm̃ in fide vel in moribus? Dicendũ ꝙ ille qui emit ſpũalia: aut credit ea ꝓ pcio eſtimari poſſe ꝛ valore terrene rei equari: et pro pecunia poſſideri. Et hec ē hereſis manifeſta: ꝛ ſic eſtimauit ſymon magus talis eñ erat infidelis: qꝛ credidit graciã non eſſe graciã. Aut ille ꝗ vendit vel emit huiuſmodi ſpũalia: nõ hoc credit ꝙ gr̃a dei poſſit vendi vel emi: ſed tñ ꝓpter ardētē auariciam quã habet hoc facit: ꝛ tunc eſt peccatũ in moribꝫ et nõ hereſis. Et propterea ꝗ hoc vltimo mõ vendit vel emit ſpũalia nõ fit hereticus. Sed ſi pͥmo modo emat vel vendat: ſcꝫ credendo ꝛ ſuſtinendo ꝙ emere ꝛ vendere ſpũalia poteſt licite fieri: tũc epiſcopus dando ordines ſymoniace: ex hoc fit hereticus.

Quinto queriť de poſſi

bilitate ſuſcipiendi ordines. Utrum ad hoc ꝙ ab aliquo poſſit ordo recipi requiratur ſexus virilis: hoc eſt querere vtrũ femine poſſint ordines recipere. ¶ Reſponſio. Mulieres ad ſacros ordines: nec etiã ad minores ordines admitti nec poſſunt nec debēt. Et ſi obijciatur in religione monialiũ quedã vocãtur preſbytere: ꝛ quedam dyacone. Dicendũ ꝙ aliqua mulier vocatur vſurpatiue preſbyte

ra propter diſcretionē vel bonos mores: vel ꝓpter prelationē. Etiā aliqua vocatur diacona: qꝛ facit officiū diaconi: legēdo in matutinis omeliā euāgelij nec propterea recipiunt ordines.

Sexto querit. Utrum

ad ſuſceptionem ordinis neceſſarius ſit vſus rōnis. ¶ Reſpondet ꝙ ad aliquem requirit vſus rōnis de neceſſitate ſacramenti: ad aliquē ordinē de neceſſitate precepti: ⁊ aliquos de honeſtate ⁊ congruitate. Ad epiſcopatū nāqꝫ (qm̄ ibi contrahitur matrimoniū ſpūale) neceſſario requiritur conſenſus ſine quo nō fit matrimoniū nec ſpirituale nec corporale vt infra videbitur: ac ꝑ hoc neceſſario requiritur vſus rōnis ⁊ diſcretiōis de neceſſitate ſacramenti. Ad ordines vero ſacros requiritur vſus de neceſſitate ꝑcepti: ꝓeo ꝙ nō debent ad illos admitti niſi qui poſſunt ad continentiā obligari. Et ideo ꝗ ordinant ſcienter eos qui nō poſſunt obligari (qꝛ ratione carent) faciunt contra ſtatutum ⁊ ꝑceptum eccleſie. Et ideo ſi tales ordinant caracterē recipiunt de facto nec debent iterum ordinari. Ad minores autem ordines requiritur de honeſtate rationis vſus: quia ibi cōmittuntur officia que ſpectant nō ſolum ad habentes vſum rationis ſed etiam ad habentes ſcientiam litterature. Sed tamē quia illi ordines ſunt ad aſſuefactionem ex aliqua vtilitate vel neceſſitate videtur expediēs ꝙ poſſunt ad minores ꝓmoueri ordines: etiam ante annos diſcretionis. Sed ꝙ ita paſſim promouentur et beneficijs eccleſiaſticis ditentur: vix poteſt eſſe ſine contemptu canonū ⁊ ſcandalo hominū: ⁊ periculo animarum. Concedende ſunt igitur rationes oſtendentes ꝙ non eſt neceſſarius vſus rationis ad eſſe ſacramenti: vel ſuſcipere: ſed ſolum ꝙ de congruitate ⁊ honeſtate.

Septimo querit. Utrū

ad aſſūptionē vł ſuſceptionē ordinis neceſſaria ſit īdiuiſio carnis? ¶ Notādum ꝙ diuiſio carnis ⁊ indiuiſio carnis opponūtur: ⁊ quoniā (iuxta philoſophū) oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescunt. Jō videndū eſt quid ſit diuiſio carnis. Diuiſio carnis eſt illa qua aliquis eſt ſortitus ſecūda cōiugia: ⁊ hoc duobꝫ modis. Primo modo quādo quis habet plures vxores ſucceſſiue. Secūdo modo quādo aliquis habet vnicā vxorē que habuit aliū virum: ⁊ iſtis duobus modis fit homo bigamus. Jndiuiſio vero carnis eſt quando aliquis habuit vnicā vxorem q̄ nūꝙ̄ habuit alium virū. ¶ Reſponſio ad queſtionē. Bigamus nō poteſt promoueri ad ſacros ordines ſcꝫ ad dyaconatū: ſubdyaconatum: ⁊ ſacerdotiū: ⁊ potiſſime ad epiſcopatum. Et ideo in his ordinibꝫ nō debet fieri diſpenſatio nō qꝛ ſacramentū eſſentialiter deficiat: imo bigamus recipit characterē: licet indebito mō. Tamē in ordinibus minoribꝫ ex cauſa neceſſitatis poteſt fieri diſpenſatio.

Octauo querit. Utrū

ad ſuſceptionē ordinis ſit neceſſaria conditio libertatis. Notandū ꝙ libertas et ſeruitꝰ opponūtur de q̄ libertate dicet in materia de mr̄imonio. Tn̄ ꝓut nūc ſufficit ſeruitꝰ pōt ſic diffiniri. Seruitus eſt obligatio vł ſubiectio q̄ aliqͣs ſic ſubijcit ſuo dn̄o ad oēs actꝰ hūiles et tales: talit ꝙ etiā dn̄s p̄t eū vēdere ſicut vnā beſtiam ⁊ econtra ille dr̄ liber ꝗ nō ſic ſubijcitur. ¶ Reſponſio. Jſtud ſacramantū non ſolum reſpicit honeſtatē interiorē ſed etiaꝫ exteriorem. Unde requiritur honeſtas a parte originis: nominis: corporis: actionis: ꝯditionis ⁊ conuerſationis. Propter defectū a parte originis ineptus eſt filiꝰ ſacerdotis: ſpurius: ⁊ etiā ꝗlibet illegitimus. A parte nominis ſiue fame: inepti ſunt infames ⁊ publice penitētes. ꝓpter defectū a parte corporis: inepti ſunt corpore viciati: ſicut leproſi et epilentici et demoniaci. ꝓpter defectū a parte actionis: vt quādo incidit in peccatū enorme

ſiue factū vt homicidium: ⁊ hoc propter
magnū horroꝛē et ſanguis effuſionē: ſiue
iuſte ſiue iniuſte fiat ꝓpter defectū cōdi-
tionis vt ſeruus: et ꝑ hoc patet rñſio ad
queſtionē ꝓpter defectū cōuerſationis.

Circa diſtinctio-

c nē. xxvi. (in q̄ de matrimo-
nij ſacro incipit determina-
tio duos hñs articulos) q̄-
ritur primo de inſtitutione mr̄imonij qñ
fuit inſtitutū. ¶ Notādū ꝙ aliud eſt ma-
trimoniū: aliud ē ꝯtract⁹ matrimonij: et
aliud ē ſacr̄ꝫ mr̄imonij. Diffinit itaqꝫ ma-
trimoniū a ſcoto ſic. Matrimoniū ē vin-
culū indiſſolubile inť marē ⁊ mulierē ex
mutua trāſlatiōe ptātis corpoꝝ ſuoꝝ in
ſeinuicē facta ad ꝓcreandā ꝓlem debite
educandā. In iſta diffinitiōe ſunt q̄ttuoꝛ
ꝑticule. Prima ꝑticula ē vinculū indiſſo-
lubile .i. obligatio indiſſolubil' q̄ ꝑpetuo
tenet. Vñ ſi aliquis coꝝ eſſet leproſus: tñ
adhuc teneť vnus alteri reddere debitū
Scđa ꝑticula inť marē ⁊ feminā. Unde
inť duos mares nō pōt eē mr̄imoniū nec
etiaꝫ inť duas mulieres. Tertia ꝑticula
ex mutua trāſlatione ptātis corpoꝝ ſuoꝝ
in ſeinuicē. Unde qñ aliq̄s coꝝ cōmittit
adulteriū: cōmittit furtū: q: furať dādo
corp⁹ ſuū alteri qđ ñ ſibi ꝑtinet ſꝫ ſuo ma-
rito: ⁊ etiā (q: frāgūt qđ ꝓmiſerīt i ſacro)
cōmittūt ſacrilegium. Quarta ꝑticula
facta ad procurādā ꝓlem: q: mr̄imoniū
fuit inſtitutū vt fiat ꝓles ad laudādū et
ſeruiēdū deo. Contract⁹ ꝟo mr̄imonij ē
maris ⁊ femine mutua tranſlatio ptātis
corpoꝝ ſuoꝝ iure ꝑpetuo ad ꝓcreandam
ꝓlem debite educandā. Sacr̄m aūt ma-
trimonij ē expſſio certoꝝ ꝟboꝝ vel ſigno-
rum maris ⁊ femine ad ſeinuicē ſignātiū
traditionē mutue ptātis corpoꝝ ad ꝓlē
ꝓcreandā debite educādā ex inſtitutiōe
diuina efficacit' ſignificās gratiā ꝯferen-
dā mutuo ꝯ: rahentib⁹ ad cōiunctionem
mutuā aioꝝ gratiam. Prima ꝑticula eſt
expſſio certoꝝ ꝟboꝝ (q: oia ſacra noue le-
gis ſunt in ꝟbis) de q̄b⁹ verbis poſtea di-
cetur. Cetere ꝑticule patēt ex ſupdictis.
¶ Ad q̄ōnem rñdeť ponēdo tres ſuppoſi-
tiōes. ¶ Pria ſuppoſitio. Matrimonium
fuit iſtitutū in officiū .ſ. ad ꝓlē ꝓcreādā:
⁊ h̄ p̄mo mō añ lapſum pctī .ſ. anteq̄ꝫ adā
peccaſſet. Alio mō matrimoniū fuit inſti-
tutū poſt lapſum pctī: ⁊ tunc fuit inſtitu-
tum nō ſolum in officiū: ſed etiā in reme-
dium. Vñ aplˢ. Unuſq̄ſqꝫ accipiat ſuā
ꝓpter fornicationē vitādā. Scđa ſuppo-
ſitio. Uſus mr̄imonij fuit inſtitut⁹ ꝓpť
duplex remediū .ſ. ꝓpť ignorantiā dum
erudit inq̄ꝫtū ⁊ in remedium ꝯtra ꝯcupi-
ſcentiā dū refrenat illā. ¶ Tertia ſuppo-
ſitio. Officium matrimonij ante lapſum
fuit inſtitutū q̄ꝫtū ad duas opatiōes po-
tentiarū ſcilꝫ cognitiue et gn̄atiue de q̄b⁹
pꝫ in textu. ¶ Notandū ꝙ mr̄imoniū dif-
fert ab alijs ſacr̄is: q: oia alia ſex ſacra in-
ſtituta ſunt ſolum ꝓpter remediū: matri-
moniū vero nō ſolū in remediū ſed etiaꝫ
in officiū eſt inſtitutum.

Secundo queriť a quo

fuerit ſacr̄m matrimonij iſtitutū. ¶ Re-
ſpondeť ꝙ fuit inſtitutū a deo. vñ Mat.
xix. Quos de⁹ cōiunxit hō non ſeparet.
Itē Geñ. j. deus dixit eis. Creſcite ⁊ mul-
tiplicamini: ſed illud crementuꝫ erat per
vſum act⁹ matrimonialis. Fuit etiā inſti-
tutū qñ deus locut⁹ eſt ꝑ os ade q̄ dixit.
Hoc nunc os ex oſſibus meis: et caro de
carne mea ⁊c̄.

Tertio queritur quali-

ter fuit iſtitutū mr̄imoniū vtrū ſcꝫ inſti-
tutio mr̄imonij fuerit ſub p̄cepto. ¶ Re-
ſponſio. Prima inſtitutio mr̄imonij fuit
facta ſub p̄cepto (ſicut dicit mgr̄) ⁊ prece-
ptum iſtud fuit affirmatiuū: ſicut pꝫ per
illud Geñ. j. qñ deus p̄cepit ade ⁊ eue ꝙ
creſcerēt ⁊ multiplicarenť ⁊ adhuc illud
de⁹ reiterauit poſt ꝯſūmatōꝫ diluuij: ſed
attendēdū ꝙ iſtud p̄ceptū nō ſꝑ durauit
ſed ſolū pro illo ſtatu in quo pauci erant
⁊ ideo neceſſariuꝫ erat generare ⁊ multi-

plicate prolem. Sed in lege gratie fuit facta indulgentia: ſicut patet qñ chriſt⁹ conſuluit virginitatē. Et ſi obijciatur ꝙ beata virgo vouit virginitatem ⁊ tamen erat in lege antiqua. Dicēdū ꝙ hoc fuit ex inſpiratione ſpeciali ſpūſſancti. Et ſimiliter dicēdū eſt de Hieremia ⁊ de multis alijs qui in veteri teſtamēto cuſtodierunt caſtitatē. Tamen in principio inſtitutionis fuit magis ſecretum preceptum ꝓpter paucitatē hominū.

Pro ſecūdo hui⁹ diſtinctionis articulo q̄rit̄ ṗmo de integritate matrimonij. Quid ſit i ſacramēto ſignū ⁊ q̄d ſignatū. ¶ Rñdet̄ ꝙ ſicut in alijs ſacramētis aliq̄d eſt q̄ð eſt res tm̄ aliq̄d q̄ð eſt ſignū tm̄: ⁊ aliq̄d q̄ð eſt ſignū ⁊ res (q̄ oīa ṗus determinata ſunt) ita etiā in ſacramēto matrimonij omnia iſta ſunt ponenda. Nā in iſto ſacramēto ſignū ē ꝟbū vel nutus: verba itaqꝫ ſunt iſta. do ſi des do vt des: qñ autē ſunt muti: tunc poteſt fieri ꝑ nutū ⁊ ſignū vel oſculando vl̄ amplexando: ⁊ iſta ſūt ṗncipale ſignū: ſignū autē min⁹ ṗncipale eſt copula carnalis. Signatū aūt in hoc ſacro eſt ꝯiūctio xp̄i cū eccleſia q̄ cōiunctio ſignificat̄ ꝑ ſignū: et per illā coniunctionē carnalem.

Secundo querit̄. q̄d ſit in hoc ſacramento cauſans ⁊ quid cauſatum. Utrū ſcꝫ hoc ſacramentū aliquid efficiat. Reſponſio ad queſtionem. Suſcipientibus hoc ſacramētū datur remedium (ꝗ̄tum eſt de ratione ſacramenti) q̄ð excuſat coitū: quia facit illū veniale: ſiue nō eſſe peccatū: qui (niſi eſſet matrimonium) ſemper eſſet mortale: ⁊ hoc pōt eſſe ſine gratie dono: ⁊ habuit hoc iſtud ſacramentū poſt lapſum. Sed nunc tempore legis noue nō tm̄ preſtat hoc remedium: ſed etiā aliq̄ð gratie donū in ſuſcipientibus digne: vtpote in his q̄ vniunt̄ ex charitatis conſenſu ad procreandam prolem ad diuinum cultum.

Tertio querit̄. Utrum carnalis cōmixtio ſit de integritate matrimonij ꝗ̄tū ad ſignationē ⁊ efficaciam. Dicendū ꝙ integritas dupliciter accipit̄ videlicet ꝗ̄tū ad eſſe neceſſitatis: vl̄ ꝗ̄tū ad eſſe cōpletionis ſiue plenitudinis. Si loq̄mur ꝗ̄tū ad eſſe neceſſitatis ſiue ſufficientie: verꝫ eſt ꝙ ſacr̄m matrimonij habet eſſe ſine cōmixtione carnali. Et ſic inter virginē mariā ⁊ ioſeph fuit verū matrimonium: ⁊ tñ inter eos nō fuit copula carnalis. Si aūt loq̄mur ꝗ̄tū ad eſſe cōpletionis ⁊ plenitudinis: ſic copula carnalis eſt de integritate ſacramenti: ita ꝙ alio mō matrimoniū nō eſſet ꝯſummatū. Unñ dicunt iuriſte ꝙ qñ in foro eccl̄ie vir et mulier ꝓmittunt ſibi īuicē fidē: tunc illud vocat̄ matrimoniū ratū ꝑ copulam vero carnalē tūc fit cōſummatū.

c **Irca diſtinctionem** vigeſimāſeptimā ṗmo querit̄. Utrū matrimoniū ſit cōiūctio maris ⁊ femine ¶ Rñdet̄ ꝙ matrimoniū (ſicut dīc mgr̄ in lr̄a) eſt viri ⁊ mulieris ꝯiūctio: indiuiduā vite ꝯſuetudinē retinēs. ¶ Notādū ꝙ ibi ꝯiūctio nō capit̄ ꝓ cōmixtione carnali. ſed ꝓ ꝯiūctione aīoꝝ q̄ fit ꝑ ꝓlatione verboꝝ de p̄ſenti vtpote. Ego accipio te in meā: ⁊ ego accipio te in meū.

Secundo querit̄. q̄d ſit matrimoniū: hoc eſt querere quare ciel⁹ vocat̄ matrimoniū ꝗ̄ patrimoniū a p̄re. Dicendū ꝙ matrimoniū dr̄ a matre: q̄a mulier ꝓpter creationē liberoꝝ facta eſt in adiutoriū viri: Et q̄ ex ꝓcreatiōe ꝓlis magis incūbit ſibi labor: ideo melius vocat̄ matrimoniū a matre ꝗ̄ patrimoniū a patre. Poteſt etiā vocari nuptie q̄ſi a nubib⁹: quia nubētes operiri ſolebāt ⁊ eoꝝ capita velabant̄. Poteſt etiā iſtud ſacramētū vocari cōiugiū a cōmuni iugo: quia vir ⁊ mulier in cōiugio ⁊ matrimonio habēt equalē p̄tātē ſuꝑ ſeinuicem.

ꝯtū ad actū matrimonij.

Tertio queritur. vtrum ꝯſenſus ſit cauſa mr̄imonij. Rn̄ſio. Con‐ſenſus ē cauſa mr̄imonij nō tota: ſ; cū in‐ſtitutiōe diuina: ꝯſenſus aūt nō alteriꝰ tm̄ ſed vtriuſq; ꝑſone: ita ꝙ ambo ꝯſentiāt.

Quarto queritur. vtrū ad ꝯtrahendū matrimoniū ſufficiat con‐ſenſus vocalis abſq; mētali. ¶ Rn̄detur ꝙ eſt loqui de mr̄imonio dupl'r aut in fa‐cie eccleſie: aut i facie ꝯſciētie ſm̄ duplex forum ſc; iudiciale ⁊ penitētiale. Et ſm̄ hoc ē dupl'r iudicare q2 in foro iudiciali iudicatur ſm̄ allegata: in penitētiali foro ſm̄ veritatē ⁊ ꝯſcietiā. Si ergo loq̄mur de foro penitētiali (quia ibi eſt iudicium ſm̄ veritatē ⁊ in cōſpectu dei) dicendū ꝙ (ſicut dicunt doctores nr̄i) no eſt ibi ma‐trimoniū: nec matrimoniū iudicandū et rō ꝓncipalis ē: q2 in oībꝫ ſacr̄is requirit̄ intētio volūtaria faciēdi qđ facit eccleſia Si autē loq̄mur de foro iudiciali ⁊ eccle‐ſie (vbi ſm̄ allegata oportet iudicare) tūc ibi iudicabit̄ eſſe matrimoniū abſq; con‐ſenſu mentali: q2 eccleſia iudicat ſm̄ ex‐teriora: tn̄ ibi eccleſia decipitur.

Quinto querit̄ de inſo‐lubilitate ꝯiū ad mr̄imoniū ꝯſummatū. Utrū tale ſit ſolubile. ¶ Rn̄det̄ ꝙ tale matrimoniū nn̄q; pōt ſolui niſi de ꝯſen‐ſu ambarū partiū ſc; viri ⁊ mulieris vt‐pote qn̄ ambo vellent intrare religionē; ita ꝙ nullus eoꝝ pōt matrimoniū cōtra‐here niſi poſt mortē alterius.

Sexto queritur de inſo‐lubilitate illiꝰ matrimonij qđ ſolū eſt in animoꝝ cōiunctione. Rn̄ſio. Tale ma‐trimoniū nō ē iſolubile q2 pōt ſolui. Un̄ ſi aliqs eſſet ꝯiunctꝰ cū aliq̄ mulierē per matrimoniū ratū ⁊ nō ꝯſummatū poſſet abſq; licentia ⁊ cōſenſu mulieris intrare religionē ⁊ vouere caſtitatē. Et poſt ānū probationis (qn̄ ſc; ille vir eſſet ꝓfeſſus) poſſet illa mulier accipere aliū virū: ta‐men nō poſſet ante ipſiꝰ ꝓfeſſionē. Sil'r dicendum eſt de muliere. ¶ Notandū ꝙ exiſtentes in matrimonio rato pn̄t de cō‐ſenſu amboꝝ ſemꝑ ſeruare caſtitatem: ſi‐cut de maria ⁊ ioſeph quia nunq; beata virgo accepiſſet ioſeph in virū niſi fuiſſet certa ꝙ ioſeph nō quereret a ſe debitum matrimonij. Notandū vltra ꝙ exiſtētes noui in mr̄imonio rato nō tenet̄ reddere debitū niſi fuerint ꝑ ſpaciū duoꝝ menſiū in mr̄imonio ita ꝙ ſi alter eoꝝ q̄reret de‐bitū illo ſpacio duoꝝ mēſiū: alter poſſet licite denegare. Et hoc dicūt iura.

Circa diſtinctio‐nem. xxviij. querit̄ primo. Utrū cōſenſus de futuro faciat matrimoniū. ¶ No‐tandū ꝙ duplex eſt ꝯſenſus: ſc; de p̄ſen‐ti ⁊ de futuro. Conſenſus de p̄ſenti eſt q̄ exprimit̄ per verba de p̄ſenti: vt ego acci‐pio te in vxorem ⁊c̄. Conſenſus de futu‐ro: vtpote ego accipiam te ⁊c̄ ¶ Reſpon‐ſio. Nūq; fit matrimoniū niſi exprimat̄ cōſenſus per verba de preſenti.

Secūdo queritur. vtrū ꝯſenſus ad tēpus faciat matrimonium. Conſenſus ad tēpus ē qn̄ limitat̄ ad tē‐pus in ꝯſentiendo: vtpote. Ego ꝯſentio tecū in matrimoniū vſq; ad decē annos. ¶ Rn̄det̄ ꝙ ad hoc ꝙ ſit mr̄imoniū ne‐ceſſe eſt cōſenſum eſſe ⁊ exꝓmi ſimpliciter Ideo ſi aliqs ꝯſentiret in matrimoniū; quo ad tēpus tūc ibi nō eſſet mr̄imoniū.

Tertio queritur. Utrū conſenſus cōditionatꝰ faciat mr̄imoniū: ego accipio te in meā ſi dederis mihi cen‐tum libras. ¶ Reſponſio. Si conſenſus fiat ꝑ verba de futuro tūc nō eſt ibi ma‐trimoniū. Si autē ꝑ verba de p̄ſenti di‐ſtinguēdū eſt. Nota ꝙ ibi ſunt multe di‐ſtinctiones ⁊ multi caſus qui manifeſte tractant̄ in libro que dimitto ꝓpter pro‐lixitatē vide bonauē. ibidē ⁊ i eadē q̄one

Quarto querit̄. Utruʒ ꝯſenſus tacitus faciat mr̄imoniū. ¶ Reſpondet̄ ꝙ mr̄imoniū nō ꝯbit̄ niſi conſenſus exteri⁹ exꝑmat̄ ꝑ vba ꝯuenientia vł ꝑ nutus idē importātes ſicut ꝑ amplexus oſcula ꝛ huiuſmodi. Cetera patent.

Quinto querit̄. Utrum ꝯſenſus de p̄n̄ti exꝑſſus in occulto veruʒ faciat mr̄imoniū. ¶ R̄n̄ſio ē ꝙ ad eē mr̄imonij ſufficiūt iſta duo. P̄rio vt ſit legitimitas in ꝑſonis: qꝛ p̄r nō p̄t ducere filiā nec ecōuerſo: nec frater ſororē. Scd̄o requirit̄ vnitas in ꝯſenſu. Ad ſolēnitatem vero ꝛ decorē ſiue honeſtatē req̄rit̄ et parentū traditio et ſacerdotꝫ b̄n̄dictio. Et ſic pꝫ ꝙ ꝯſenſus de p̄n̄ti exꝑſſus in occulto verū facit matrimoniū dūmō ſit legitimitas in ꝑſonis et vnitas in ꝯſenſu: ita ꝙ ambo ꝯſentiāt tn̄ ſi aliō facerēt ita peccarent mortalr̄ quia facerent cōtra inſtitutionem eccleſie.

Sexto queritur in quid debeat eē ꝯſenſus verū i carnalē copulā. ¶ R̄n̄ſio. Ad verū mr̄imoniū nō req̄rit̄ copula carnal̄ tn̄ opꝫ ꝯſentire in carnalē copulā vł abſolute vel ſub ꝯditiōe: ita ꝙ opꝫ h̄re intentionē ꝯſentiēdi in copulam carnalē ſi aliq̄s eoꝝ debitū q̄rat. ¶ Notādū ꝙ iter mariā ꝛ ioſeph fuit verū matrimoniū ita ꝙ ſi ioſeph q̄ſiuiſſet matrimonij debitū a ꝟgine maria ip̄a tenuiſſet reddere. Nec ꝑpterea ſeq̄t̄ ꝙ nō vouerit caſtitatē: qꝛ certificata erat a deo ꝙ ioſeph nūꝙ ab ea q̄reret debitū matrimonij.

Irca diſtinctionē.xxix. q̄rit̄ ꝑmo. Utrū cōſenſus coact⁹ faciat matrimoniū. ¶ Notādū ꝙ volūtatē cogi p̄t capi dupl̄r. Uno mō ſimpliciter ꝛ ſic volūtas nō pōt cogi: et iſto mō non capit̄ in q̄ōne. Alio mō pōt capi ſ̄m q̄d: q̄n ſcꝫ aliq̄s cogit̄ ad faciendūʒ aliq̄d vel ꝑ vim vel ꝑ metū. Uī̄ vis ē rei maioris impet⁹ q̄ repelli nō pōt. Met⁹ aūt eſt inſtantis vel futuri periculi trepidatio. ¶ Ad q̄ōnē r̄n̄ſio. Cōſenſus coact⁹ vi nō facit mr̄imoniū nec ibi ē matrimoniū vt q̄n q̄s rapit̄ ducit̄ trahit̄ inuit⁹ ipſo reclamante ꝛ renitente. De ꝯſenſu coacto ꝑpt̄ metū diſtinguēdū ē. Nā duplex ē metus. Quidā ē met⁹ leuis: vt q̄n paruū malūʒ minat̄ vt dare alapā vel hm̄ōi: ꝛ tunc conſenſus cū tali metu nō īpedit mr̄imoniū. Alius ē met⁹ iuſt⁹ q̄n aliq̄s cōminat̄ dā nū mortis mutilationis: ſeruituᵹ ꝛ ſtupri: poſito ꝙ ille q̄ cōminat̄ habeat p̄tātē hoc facere. Et ſic r̄n̄det̄ ꝙ conſenſus coactus metu iuſto non facit matrimonium: nec eſt ibi matrimoniū.

Secūdo querit̄. Utrū ꝯſenſus in renitētē generet ſibi p̄iudiciū vt nō poſſit ꝯhere cū alio mr̄imoniū. Ubi gr̄a. Si iohānes ꝯſentiat i mr̄imoniū cū bertha ꝛ bertha nō velit ꝯſentire vtꝝ iſte iohānes gn̄et ſibi p̄iudiciū ita ꝙ nō poſſit accipe aliā vxorē. ¶ R̄n̄ſio. Ille nullū ſibi facit p̄iudiciū qꝛ ad matrimoniuʒ requirit̄ ꝯſenſus amboꝝ. Et ideo ille poteſt accipere aliam vxorem.

Tertio queritur. Utruʒ aliq̄s poſſit ad mr̄imoniū cōpelli per p̄ceptū patris: R̄n̄det̄ ꝙ ꝯtractus dꝫ eſſe liber oīno. Et iō nō pōt cōpelli aliq̄s a parentib⁹ ad recipiendum aliquā in mr̄imoniū. Tn̄ p̄r poteſt p̄cipere filio vt aliquā recipiat in mr̄imoniū: ꝛ fili⁹ tenet̄ ei obedire in trib⁹. ſ. q̄n eſt rōnalis cauſa vt q̄n hꝫ inimicitias cū aliq̄ alio vt fiat pax inter eos. Scd̄o q̄n charitas cōpellit vt ſi aliq̄s vellet accipere meretricē: p̄r p̄t p̄cipere ꝙ nō accipiat. Tertio q̄n ē ꝑmiſſio volūtaria: vt q̄n aliq̄s ſine ſcitu p̄ris contrahit mr̄imoniū cuꝫ aliqua tunc p̄r pōt ei p̄cipere ꝙ eam accipiat.

Irca diſtinctionē.xxx. q̄rit̄ ꝑmo. vtrū ꝯſenſus erroneus faciat mr̄imoniū. ¶ R̄n̄ſio. Error pōt eē

dupliciter. Primo circa pſonam ſicut patet de iacob qui credebat hr̄e rachelem: ⁊ tn̄ habebat lyam: ⁊ tunc ibi non eſt matrimoniū. Alio mō pōt error eſſe circa ꝓprietates vt ſi quis crederet habere vnā virginē ⁊ tn̄ haberet meretricē vel crederet hr̄e humilem ⁊ haberet ſuperbā. Et ſic dicendū eſt ꝙ iſti errores nō impediūt matrimoniū. Tamen vnus error pōt impedire: ſcȝ qn̄ vir vel mulier ſunt in ſeruitute: quia ſi aliquis crederet habere liberam ⁊ tn̄ haberet ſeruitricem: tunc error iſte impediret matrimoniū.

Secūdo querit̄. vtrum

conſenſus mr̄imonialis beate marie deo fuerit placit⁹ ⁊ in ſe honeſt⁹. ¶ Notādū ꝙ in ꝟginis marie mr̄imonio tria fuerūt. Primo ipſa vouit virginitatē anteꝗ̄ accepiſſet ioſeph in virū. Scd̄o nupſit viro. Tertio nupſit ipſi ioſeph qui erat de cognatione ipſius ⁊ de tribu eadē ſcȝ iuda. Notandū ꝙ in ſacra ſcriptura tres laudabiles inuenim⁹ ioſeph. Prim⁹ ioſeph fuit filius iacob ⁊ ꝑmogenitus rachelis vxoris iacob: ⁊ iſte ſignat xp̄m: qꝛ fuit vēditus a fratribus. Secūdus ioſeph fuit iſte ſponſus virginis marie q̄ honorat̄ in euāgelio tribus rationib⁹ ⁊ noib⁹. Primo modo vocatur ſponſus marie. Math. ij. Scd̄o mō iuſtus vocat̄ ⁊ canonizatur in euāgelio. Math. ij. qꝛ ibidē vocat̄ iuſtus. Tertio mō vocat̄ in euāgelio pr̄ dei. Luce. ij. Ego ⁊ pr̄ tuus dolētes querebam⁹ te. Tertius ioſeph fuit ab arimathia. de quo dicit̄ in euāgelio ꝙ erat iuſtus. Notandū etiam ꝙ maria eſt nomē hebreū et interpretatur tripl̄r. Primo mō maria. i. maris ſtella: qꝛ ducit nauigantes in hoc mundo ad portum ſalutis. Scd̄o mō dr̄ illuminatrix: qꝛ genuit lumen mundi ſcȝ xp̄m ieſum. Tertio mō interp̄tatur dn̄a. Notandū ꝙ Anna mater marie habuit tres viros. Primus fuit ioachim de quo habuit vnā filiam ſcȝ ipſam virginē mariam matrē dei q̄ deſponſata fuit ioſeph. Mortuo ioachim accepit cleophā fratrē ioſeph: ⁊ genuit ex eo aliā filiam quā ſilr̄ mariā noiauit. Hec autem maria ex Alpheo viro ſuo quattuor filios genuit: ſcȝ iacobū minorē: ioſeph iuſtum q̄ ⁊ barſabas dictus ē. Simonē ⁊ iudā. Mortuo ſecūdo viro anne tertiū accepit noīe ſalome ex quo aliam filiā genuit: quā rurſus mariā vocauit: ⁊ zebedeo in cōiugem tradidit. hec autē maria duos filios genuit ex viro ſuo ſcȝ iacobum minorem ⁊ iohānem euāgeliſtam. Ex his patet genealogia xp̄i. De quib⁹ conſtant tales verſus.

Anna ſolet dici tres concepiſſe marias.
Quas genuere ꝟiri ioachim: cleophas: ſalomeq̄. Has duxere viri ioſeph: alpheus: zebedeus. Prima parit xp̄m: iacobūq̄ ſcd̄a minorē. Et ioſeph iuſtū peperit cū ſimone iudam. Tertia maiorē iacobū volucrēq̄ iohānem.

¶ Ad queſtionē reſpondet̄ ꝙ hoc totū qd̄ in illo matrimonio geſtum eſt ſcȝ ꝙ beata virgo vouit caſtitatem ⁊ fuit nupta viro ſcilȝ ioſeph: familiari conſilio ſpiritusſancti factuȝ eſt. Rationes patent in textu.

Tertio queritur. vtrum

conſenſus libidinoſus ſit cā matrimonij vt puta cum aliquis conſentit in aliquaȝ propter diuitias vel propter pulchritudinem. ¶ Reſponſio. Conſenſus libidinoſus dupliciter dicitur: aut quia intendit libidinem per moduȝ finis ⁊ obiecti: videlicet quia talis conſenſus nihil quērit niſi carnalem copulam extorquere. i. feminā nō vxorē ducere ⁊ illud priuat intentionem cōtrahendi: potiſſime in foro cōſcientie. Alio modo dicitur libidinoſus: quia ſi conſentiat in aliquā vt ducat in vxorem: tamē hoc nō facit propter ſeruandam caſtitatē: ſed propter explendā cupiditatē ſiue voluptatem: ⁊ iſte conſenſus non eſt contra ſacramenti veritatem: ſed contra vtilitatē: quia iſte ꝯſenſus eſt cauſa matrimonij. ꝑmus vero conſenſus eſt contra veritatē ſacramenti.

Irca diſtinctionem triceſimāprimā queritur. Primo de bonis matrimonij: q̄ ſint bona in matrimonio. ¶ Rn̄ſio. Tria ſunt bona in matrimonio (ſic̄ dicit Aug⁹) ſcʒ Fides. Proles. ꝛ Sacr̄m: ibi fides capit̄ ꝑ fidelitate quā hn̄t ꝛ ꝓmiſerūt ſibynuicē vir ꝛ mulier. ꝛ sacr̄m capit̄ ibi ꝑ inſeꝑabilitate ꝛ indiſſolubilitate inter virū ꝛ mulierem.

Secundo querit̄ de numero ꝛ ſufficiētia bonoꝛū matrimonij.

¶ Rn̄det̄ ꝙ ſic̄ dictū eſt. Aug⁹ ponit tria bona. ſcʒ fidem. ꝓlem. ꝛ ſacramētū. q̄ bona ſūt ꝯ triplex malū cōcupiſcētie: ſcʒ fluxū. inoꝛdinatione ꝛ faſtidiū. Fluxus aūt dr̄ eē in matrimonio qn̄ vir ꝛ mulier committūt adulteriū: et ꝯ hoc malū ē fides. i. fidelitas. Inoꝛdinatio aūt dr̄ in matrimonio: qn̄ cōtra vſū nature vł nimis inoꝛdinate cōgnoſcūt ſe mutuo. ꝓpter qḋ impedit̄ bonū ꝓlis. Ad h̄ igit̄ ꝙ matrimoniū habeat eſſe completū tria ſunt neceſſaria ſcʒ inſtitutio: vſus: et fruct⁹. Ratione inſtitutionis eſt bonuʒ ſacramenti: ſcʒ inſeparabilitas rōne debiti vſus: fidei bonū: rōne fruct⁹ cōferentis vſum eſt bonū ꝓlis. Et ſic patet ꝙ ibidē eſt triplex bonū: ſcʒ honeſtū: vtile et delectabile. Rōne boni honeſti eſt fides: rōne vtile cōferētꝫ ꝓles: rōne delectabilis ē ſacramentū. Rōne ſingularitatꝫ in vnione eſt fides: rōne vtilitatis ꝓles: rōne inſeparabilitatis eſt ſacramentum. Et ſignāt triplicē ꝓꝓꝛietatē vnionis xp̄i cuʒ eccl̄ia: qꝛ vnitur ſcʒ vni: ꝛ qꝛ ex ea filios generat: et quia nunꝙ̄ ſeparatur ab ea.

Tertio queritur. vtrum

iſta tria bona ſint de neceſſitate ſacramēti. ¶ Reſponſio. Cum ſint tria bona matrimonij: ſcʒ fides: ꝓles: ꝛ ſacramentuʒ (ſicut tangit magiſter in lr̄a ꝛ accipit ab Auguſtino) vnū ſcilʒ ſacr̄m eſt de neceſſitate ſacramenti. Sacramentū eīm venit ex mutua obligatione ꝛ diuina inſtitutione ꝛ ſignatione illius vnionis: ꝛ ideo quia iſta ſunt de neceſſitate ſacramenti: per cōſequens ꝛ ſacramētum. Sed alia duo bona quodāmado ſunt de eſſe ꝛ quodāmodo de bene eē: qm̄ vſus matrimonij abſqꝫ his poteſt eē. Unde ſterilitas ꝛ aboꝛſus procuratio ꝛ fidei fractio non diſſoluūt matrimoniale vinculum contractū. Matrimoniū eīm non tm̄ ꝓpter bonū ꝓlis inſtitutum eſt ſed etiā in remediū et in ſignū. Si autem hō ſteriſſet: tunc ſemper fuiſſet hoc bonū: quia tm̄ fuiſſet in officium: et hoc bonū non deeſſet quia nulla eſſet ſterilitatis pena.

Quarto queritur. vtrū

coitus ꝓpter ꝓleʒ poſſit eſſe ſine omni culpa. ¶ Reſpōſio ſancti Bonauenture et oēs catholici dicunt matrimonij coitum ꝑ ſacramētū excuſari a culpa moꝛtali: maxime qn̄ gr̄a ꝓlis fit. Et hoc videt̄ ſentire Aug⁹: ꝙ cū de⁹ ꝑfectuʒ det remediū cōtra moꝛbū: ꝛ qn̄ gr̄a ꝓlis coit̄ pōt eſſe ſine omi culpa: ꝛ hoc eſt magꝭ cōſonū rōni ꝛ pietati fidei: ſi tn̄ hec intentio duret a ꝑncipio vſqꝫ ad finem: vt non deflectatur ad aliud medium: quod tamen eſt valde difficile.

Quinto querit̄ Utrum

coitus cōiugalis cauſa foꝛnicationis vitande poſſit eſſe ſine omi peccato veniali. ¶ Reſponſio. Qui coit cauſa foꝛnicationis vitande: aut hoc eſt in ſe: aut in altero. Si in altero vt reddat debitū: hoc eſt pure iuſticie ꝛ meritoꝛiū: hoc eſt fidei ꝛ ē de bonis matrimonij: ideo a culpa excuſat̄ oīno. Qui ṽo coit cā foꝛnicatiōis in ſe vitāde: in h̄ ſemꝑ peccat venialiter. Alij dicūt ꝙ ē ī remediū: ꝛ ſic nō peccat.

Sexto queritur. vtrum

coire cum vxoꝛe rationne concupiſcētie ſatiaade ſit ſꝑ peccatum moꝛtale. ¶ Reſpondetur ꝙ aliqui dicūt ꝙ qui finaliter

cognoſcit vxorem vt habeat illam miſeram delectationem que dicit͛ eſſe in coitu ſemper peccat mortaliter quãdo illã ponit ante finem principalez. Sed hec opinio licet ꝓbabilis videat͛: tamẽ nimis dura eſt. Licet eñ viris cũ vxoribus iocari ⁊ etiã delectari ⁊ veniale eſt: ita tamen ꝙ ſufficiãt affectu maritali. Secus ſi ꝗs cognoſceret eo modo quo non debet cognoſci: vel qui cognoſceret eam: dato ꝙ non eſſet vxor eius: ſicut meretricem: tũc peccat mortaliter.

Circa diſtinctionem triceſimãſecundã que

c ritur ꝑmo: Utrũ poſt carnalem copulam poſſit vir cõtinere vxore nolente. ¶ Reſpondetur ꝙ cõtinere eſt duobus modis: aut omnino ita ꝙ debitũ nec petat nec ſoluat. Et iſto modo vir nõ poteſt cõtinere vxore inuita ⁊ cõtradicente: quia nõ poteſt ei auferre ius qḋ habet in corpus viri. Secũdo modo poteſt quis cõtinere: nõ omino ita ꝙ debitũ nõ petat: tamen petenti ſoluat: ⁊ iſto modo poteſt vir cõtinere vxore contradicente ⁊ vouere poteſt: et ſi voueat tenet͛ ſeruare.

Secũdo queritur. vtrũ

vir ante carnalem cõmixtionẽ poſſit continere vxore nolente. Notandũ ꝙ cõtinere capit͛ ibi ꝓ oĩ cõtinere. ¶ Rñſio. Ante ꝯſummationẽ matrimonij vtraq͡ꝫ ꝑſona nec oĩno obligat͛: nec oĩno eſt libera. Nõ obligat͛ oĩno: qꝛ põt mori mũdo intrãdo ſcꝫ religionẽ ⁊ vouendo caſtitatem. Nec etiã oĩno eſt libera: qꝛ ſi vult huic mũdo viuere: neceſſe habet petenti debitũ reddere: ⁊ hoc ſi per ſpaciũ duoꝝ menſiũ fuerint in matrimonio rato: quia ante illud ſpaciũ nõ obligat͛ ꝗs coꝝ reddere debitũ. Notandũ ꝙ ſi matrimoniũ violẽter conſummaret͛: vtpote ſi vir violenter cognoſcat vxorẽ ſuã: tũc matrimoniũ eſt ꝯſummatum: ⁊ nõ põt amplius alter coꝝ vouere caſtitatẽ niſi de ꝯſenſu amboꝝ.

Tertio queritur. Utrũ

oporteat debitũ reddere ſi alter fuerit leproſus ¶ Rñdet͛. Q꞉ ꝗuis lepra ſoluat ſponſalia: nõ tñ põt ſoluere matrimoniũ Et ideo cũ aliquis eſt leproſus: tunc mulier tenetur ei reddere debituꝫ ſi petat: et ecõuerſo: tñ nõ tenetur cohabitare ſimul ꝗtũ ad ſocialẽ habitationẽ.

Quarto queritur. vtrũ

teneat͛ reddere debitũ fornicãti. ¶ Reſpõdet͛: ꝙ ſi alter fornicat͛ ⁊ hoc põt alter ſcire ꝑ ſigna probabilia: ⁊ ꝑ coniecturas apertas: nec tenet͛ ſoluere: nec ab eccleſia eſt cogendus. Si autẽ ambo eſſent fornicatores: tenent͛ reddere.

Quinto querit͛. Utrum

tẽpe menſtruoꝝ obliget͛ mulier ad debitũ reddendum. Notandũ ꝙ menſtruũ eſt ꝓfluxus ſanguinis q̇ ſolet euenire mulieribus per menſem vel per circuitum lune ⁊ cauſat in eis infirmitatez. Etiã quãdo vir cognoſcit mulierẽ tẽpe iſto: proles efficitur gibboſa vel ceca: vel leproſa: vel hꝫ aliam infirmitatẽ. Etiã iſte ſanguis ẽ venenoſus: ita ꝙ ſi canis comederet efficeretur rabidus: ⁊ ſi ſanguis iſte tangeret ſegetes deſiccarent͛. ¶ Rñdet͛ ad q̃ſtionem ꝙ omni tẽpe ſiue in menſtruo ſiue in alio debet debitũ reddi: ſed nõ debet peti: ideo ſi aliꝗs coꝝ petat alter debet reddere: tñ ille qui petit male facit.

Sexto queritur. Utrũ

tẽpe dieruꝫ ſolenniũ debitum poſſit licite peti ⁊ ſolui. ¶ Rñſio. Debitũ eſt ſemper poſcenti ſoluẽdum (ſicut dicit mag͛) nec tñ licet ſemper petere: quia bonũ eſt diebus ſolẽnibus abſtinere.

Septimo querit͛. vtrũ

in celebrandis nuptijs debeat tp̃s obſeruari. Notandum ꝙ in nuptijs faciendis tria tp̃a debent obſeruari. ſ. a tẽpe prime dñice aduentus vſq͡ꝫ ad octauã ephie. A tẽpe ſeptuageſime vſq͡ꝫ ad octa. paſche: et

a tertio die ante aſcenſionem chriſti vſq ad octauā penthecoſtes ſiue feſtum triuitatis. Et hoc maxime fit propter diſſolutiones que ibi fiūt: ꝛ propter choreas ı qꝛ matrimoniū qḋ fit per ſimplicē cōſenſuz poteſt in iſtis tꝑibus bene fieri.

Octauo queritur vtruz matrimoniū cōtractū in tempore indebito debeat ſeparari. ¶ Pro ſolutione notandum ꝙ iunctos matrimonialiter triplici modo ſeparat ecclia. Quoſdā ſimpliciter ꝗtum ad vinculum oſtendēs inter eos nō fuiſſe matrimoniū: ꝛ hoc eſt ꝓpter hoc ꝙ īteruenit aliquod impedimētū qḋ eſt contra ſubſtantiā matrimonij: vel ex parte cōſenſus vel illegitimitatis ꝑſonarū. Et illḋ dicit̄ impedire cōtrahēdū: ꝛ dirimere iam contractū. Quoſdam ꝟo ſeparat ſimpliciter ꝗtū ad tēpus ſolū in penā: et h̄ ꝓpter aliqḋ crimen qḋ ē cōtra matrimonij bonū. Quoſdā autez ſeparat ad tēpus ſolū ad penitentiā agēdā: ꝛ hoc qn̄ interuenit aliqḋ impedimētū qḋ nō eſt ꝯtra matrimoniū: nec ꝗtuz ad ſubſtantiā: nec ꝗtū ad bonū: ſed īducit peccatū: ꝛ tale eſt interdictū eccliaſticuz. Et de tali ſeparatione intelligit̄ dictum ſeu auctoritas canonis quā magiſter adducit. Et ſic dicendū ꝙ tales non debent ſimpliciter ſeparari: ſed ſoluz ad tēpus in penā peccati: qꝛ cōtēpſerūt mādatū eccleſie. Et hoc fit iam in aliorꝫ terrorē: ſicut in mr̄imonio clamdeſtinorꝫ

Circa diſtinctionem tricesimātertiā queritur primo de concubinis.

ne deſcendētes a ſtipite. Et ideo ſi aliqs
vult ſcire quoto gradu aliqui ſibi attine-
ant (cum talis attinentia originē ducat
a ſtipite) oportet ꝙ ad illam perſonā re-
currat cui coniungit immediatius. Ex-
empla manifeſta ſunt: vt ſi ab a ꝓcedat
g et h generet c: et c generet d: z d e: z e f.
Similiter g generet h: z h generet i: z i k:
z k l. Si vis ſcire quotto diſtāt f z l: opor-
tet vtriuſqꝫ generationē ad a reducere:
quia totto gradu differunt a ſeinuicem
quotto a ſtipite. Tertia regula eſt: quan-
do perſone inequaliter diſtant a ſtipite:
vtpote quando vna in ſecundo gradu et

altera in quinto:tunc linea cõſanguinitatis et gradus debet computari ſm diſtantiam magis remoti. Et iſta regula confirmatur per illud quod dicit̃ extra. de conſanguinitate in vltima decretali: que eſt in gregoriana. Ratio autem huius eſt:quia tota ratio proximitatis ortũ habet a ſtipite:ergo null⁹ proximior eſt alicui collaterali qꝫ ſtipiti. Si ergo diſtat a ſtipite per quinqꝫ gradus: pari ratione diſtat a collaterali. ¶ Reſponſio ad queſtionem. Conſanguinitas eſt vinculum quod ſpecialiter eſt in genere hominis ⁊ non in genere beſtiaruꝫ. Rationes patent in textu.

Secũdo querit̃. Utruꝫ

conſanguinitas matrimonio prebeat impedimentum. ¶ Reſponſio. Uinculum conſanguinitatis impedit matrimoniuꝫ in aliquo ſui gradu propter dictamen legis nature:in aliquo propter prohibitionem legis diuine:in aliquo propter ſtatutum eccleſie. Unde. Naturale ē apud oẽs ꝙ filius non coniungatur matri: ⁊ ꝙ filia non coniungat̃ patri. Propter autem prohibitioneꝫ legis diuine impedit̃ matrimoniũ per conſanguinitatem vſqꝫ ad ſecundũ gradum:ſicut patet Leuitꝭ. xviij. vbi prohibetur ꝙ frater non accipiat ſororem in vxorem. Ulterius propter ſtatutum eccleſie prohibetur matrimoniũ a ſecundo gradu ⁊ deinceps.

Tertio queritur vſqꝫ ad

quem graduꝫ conſanguinitas impediat matrimoniũ. ¶ Dicendum ꝙ ſm tempora noſtra matrimoniũ impeditur a gradibus conſanguinitatis vſqꝫ ad quartũ graduꝫ incluſiue:ſicut patet extra de cõſanguinitate. Nõ debet. in decretali edita in concilio generali. Quare aũt ſic inſtituit eccleſia ratiões prolixe ⁊ congruitates patent in textu ſancti Bonauenture. Et in figura ſequenti ſcilicet arbore conſanguinitatis.

¶ Sequitur arbor ꝯſanguinitatis.

Circa diſtinctionem quadrageſimãprimaꝫ

(in qua de affinitate agit̃) querit̃ primo: Utrum per omneꝫ coitum contrahat̃ affinitas. Notandum differt eſſe affinem: ⁊ eſſe conſanguineuꝫ. Nam conſanguinitas venit ex carnis ꝓpagine:ſꝫ affinitas venit ex carnali cõmixtione ꝓſuppoſita cõſanguinitate. Uñ affinitas ſic diffinit̃. Affinitas eſt proximitas ꝑſonaꝝ ex carnali copula ꝓueniẽs/carens omĩ parẽtela:⁊ ꝓſupponens ꝯſanguinitateꝫ. Uñ ſi quis cognoſcit mulierẽ efficit̃ affinis omĩb⁹ ꝯſãguineis mulieris per illam cõmixtionem:et econuerſo in muliere. ¶ Correlariũ. Licet vir cõtrahat cuꝫ muliere:niſi habeat carnalem cõmixtionẽ cũ muliere ipa:cõſanguinei viri nõ erunt affines illi mulieri. His viſis ponunt̃ q̃dã regule. ¶ Prima regula. In ꝑmo genere affinitatꝭ nõ licet ꝯtrahere vſqꝫ ad quartũ gradũ incluſiue:ſicut dictũ eſt de conſanguinitate. Q⁊ ſi q̃rtũ gradũ velis cognoſcere:recurre ad perſonã mediante q̃ ꝯtracta eſt affinitas:⁊ totto gradu diſtas a perſona cui es affinis:vt ſi ꝯtraxiſti cum muliere fact⁹ es affinis cõſanguineis illius mulieris:⁊ q̃rto gradu aliq̃s eſt ꝯſanguineus vxoris tue:totto gradu eſt tibi affinis:et ſicut ei attinet in q̃rto gradu:ita ⁊ tibi:⁊ ſicut nõ liceret vxori ꝯtrahere ĩ illo ḡdu ita nec tibi. ¶ Scḋa regula ē ꝙ ex q̃ ꝯtracta ē affinitas mortua ꝑſona/mediãte q̃ ꝯtracta ē affinitas:nihilomin⁹ manet affinitas: ꝓ eo ꝙ vinculũ ē ꝑpetuũ:ſicut de ꝯſanguinitate. ¶ Tertia regula. Affinitas ꝯtrahit̃ nõ ſolũ ꝑ mr̃imoniũ: ſꝫ etiaꝫ ꝑ coitũ fornicariũ. Et ꝑ h̃ pꝫ rñſio ad q̃ſtionẽ ꝙ affinitas generalit̃ ꝯtrahit̃ per oẽꝫ coitũ in q̃ ē cõmixtio ſeminũ. Et notãter ponit̃ cõmixtio ſeminũ:quia ſi ſolũ eſſet pollutio extra vas vſui matrimonij deputatũ:tũc nõ eſſet ibi affinitas.

Secūdo queritur. vtrū affinitas tranſeat in alterū: vt puta ſi petrus cōtrahat cum bertha: ⁊ mortuo petro bertha contrahat cum altero: vt puta cum iohanne: tunc querit᷑: Utrū conſanguinei petri ſint affines ipſi iohanni? ¶ Reſpondet᷑ ꝙ nō: quia affinitas neceſſario p̄ſupponit conſanguinitatē: modo conſanguinei petri nullo modo ſunt ipſi berthe cōſanguinei: ſed ſolū affines: et h̄ loquēdo ſm moderna tpa. Nā antiquitus ſolebāt tria poni affinitatꝫ genera. Uerbi grā. Si petrꝰ ꝯtrahat cū bertha: conſanguinei petri erunt affines ipſi berthe ⁊ ꝯſanguineis eius in p̄mo genere affinitatis. Si aūt mortuo petro: bertha contrahat cū alio: vt puta cū iohāne: tūc antiquitus ⁊ ſm antiq̄ iura ꝯſanguinei petri defuncti erāt affines ip̄i iohāni in ſecundo genere affinitatꝫ. Si ỽo defūcta bertha: iohānes cōtrahat cū altera: vt puta cū katherina: tūc ꝯſanguinei petri erant affines ip̄i katherine in tertio genere affinitatꝫ. Sꝫ mō illa duo vltima genera nō habēt locū: ſed ſolū primū genus.

Tertio queritur. Utrū affinitas preſtet matrimonio impedimētū. ¶ Reſpōſio. Affinitas impedit mrīmoniū: ſicut habet᷑ extra. de cōſan. ⁊ affi. ⁊ hoc intelligēdū eſt de affinitate que p̄cedit matrimonij contractionem: non de ea que ſuperuenit. Si eñ precedat impedit ꝯtrahendū et dirimit iam contractū qꝛ facit perſonā illegitimā ſm eundē modum ⁊ eaſdē rōnes: per quēꝫ modū ⁊ per quas rōnes facit ꝯſanguinitas. Si autē ſequat᷑ matrimoniū: nō pōt ip̄m diſſoluere cū ſit vinculū indiſſolubile. Si tamen cōtractum eſt ⁊ ꝯſummatū: ambo ſūt ad cōtinentiā monendi. Si ỽo ꝯtractuꝫ eſt ⁊ ratificatum p verba de p̄ſenti (cum ſolui nō poſſit niſi alter cōiugū ingrediat᷑ religionē) oportet neceſſario ꝙ ille q̄ malicioſe cognouit ꝯſanguineam vxoris ſue abſtineat a petitiōe debiti: qꝛ nō pōt petere vt reddat debitū: ſi eiꝰ vxor nō vult ꝯtinere: vel oportet ꝙ ille ingrediat᷑ religionē qd̾ pōt facere: qꝛ nondū matrimoniū eſt ꝯſummatū. Si tñ vxor ſit in culpa: ita ꝙ ꝯſenſerit i peccatū: ꝑdit ius petendi debitū. Sic ergo ꝯcedendū eſt ꝙ affinitas p̄cedens matrimoniū ꝗtuꝫ ad primū genus: ita impedit matrimoniuꝫ ſicut conſanguinitas.

Circa diſtinctionem quadrageſimaꝫ (in q̄ de ſpūali determinatur cognatione.) Primo querit᷑: Utrū cognatio ſpiritualis ꝯtrahat᷑ per ſacramēta. ¶ Notādū ꝙ cognatio ſpiritualis eſt ꝓpinquitas aut proximitas ꝓueniēs ex ſacramēti donatiōe vel ad illō tentiōe. De donatiōe ſacramēti: vt qñ ſacerdos vel alius baptiſat vel dat aliō ſacramētū. De tentiōe ad illud ſacramētū vt ſunt illi qui tenent in baptiſmo baptiſatū: ⁊ vocant᷑ patrini vel matrine. Notandū etiam ꝙ tres ſūt ſpecies in cognatione ſpirituali. Una dicitur patrinitas vel matrinitas: ⁊ hec attendit᷑ inter euꝫ q̄ baptiſat vel qui tenet baptiſatū: ⁊ inter baptiſatū. Alia dicit᷑ cōpaternitas: q̄ attendit᷑ int̄ patrē ſpūalē ⁊ carnalē: ⁊ ſic ille q̄ baptiſat vel tenet puerū eſt cōpater vel cōmater pueri patris ⁊ matris. Tertia ſpecies dicit᷑ ꝯfraternitas: ⁊ hec intelligit᷑ inter patrē ſpiritualē ⁊ carnalē: vt ſi aliquis pater habeat filiū carnalem: ⁊ ille pater teneat in baptiſmo aliquē puerꝫ iſte puer erit frat᷑ ſpūalis p̄dicti filij carnalis. Notandū inſuper ꝙ ꝑfecta cognatio ſpūalis ſolūmodo cōtrahit᷑ in duobꝰ ſacramētis ſ. in baptiſmo ⁊ i ꝯfirmatiōe. Ex h̄ pꝫ rñſio ad q̄ſtionē ꝙ cognatio ſpiritual᷑ ꝯtrahit᷑ ꝑ ſacr̄a. Notādū p̄terea ꝙ ſpūal᷑ cognatio cōtrahit᷑ dupl̄r. ſ. directe ⁊ idirecte. Indirecte: vt qñ efficit᷑ cōmater alicuiꝰ ꝑ actū viri: vel ecōuerſo vir efficitur compater per actum vxoris: vt ſi vxor alicuiꝰ viri teneat aliquē pueruꝫ in

baptiſmo tunc ille vir efficitur indirecte cōpater matris pueri: directe vero ꝯtrahitur per actum propriū quādo ſcȝ tenet aliquē puerū in baptiſmo

Secundo querit. Utrū cognatio ſpūalis impediat matrimonium. ¶ Reſponſio. cognatio ſpūalis pōt ſequi aut p̄cedere matrimoniū. Si ſeq̄tur generalr̄ verū eſt ꝙ nō pōt infringere matrimonij vinculū. Sed tn̄ q̄tū ad ius ſoluendi debitū eſt diſtinguendū: q2 aut hoc factū ē ex neceſſitate: vtputa qn̄ paruulus eſt in ꝑiculo mortis: ⁊ nō ē qui baptiſet eum. Aut ex ignorātia: vtpote ſi aliq̄s baptiſet puerū ſuū vel teneret: ⁊ tn̄ nō crederet ipm̄ eſſe filiū ſuū. Aut ex induſtria. In primo caſu ſimplr̄ nō ꝑditur ius ſoluēdi mr̄imonij debitū nec petendi: In ſcd̄o caſu ſimplr̄ (ſi facta fuerit diligentia) nō perditur. In tertio caſu ꝑdit ius ſoluere q̄ hoc facit: tn̄) q2 peccatū ſuū alteri nō debet imputari) tenetur reddere niſi ambo ſcȝ vir ⁊ mulier in hoc fuerint ꝯſentiētes. Si aūt cognatio ſpūalis p̄cedat matrimoniū (illa inquā q̄ ꝯbitur ꝑ baptiſmū ⁊ ꝯfirmationē) tūc īpedit ꝯtrahendū: et dirimit iā ꝯtractū. Impedit aūt cognatio matrimoniū ſm̄ tres drn̄as. ſcȝ paternitatis: cōpaternitatis: ⁊ fraternitatis. de quib9 dictū eſt in queſtione p̄cedenti: ⁊ patet in textu

Tertio queritur. vtrum ſpūalis cognatio tranſeat ab vno in alterum. ¶ Reſponſio ſtat in vna diſtinctōe q̄ ꝑ hos patet verſus. Que mihi: vl̄ cui9 mea: natū fonte leuauit. Hec mea cōmater: fieri mea non va'et vxor. Si qua mee natū: nō ex me fonte leuauit. Hanc poſt fata mee non inde vetabor habere. Declaratio habetur in textu.

Quarto querit. vtrum cognatio legal' ſit aliqd̄ vinculū. ¶ Notandū ꝙ cognatio legal' eſt ꝓpinquitas ſiue ꝓximitas prouenientis ex adoptione. Unde triplex oritur propinquitas ſiue ꝓximitas ex adoptione. Una eſt quaſi deſcendētiū: q̄ attendit' inter adoptantē: ⁊ filium vel filiam vel neptim adoptatā. Alia eſt a latere ſcȝ illa q̄ eſt inter filium naturalem ⁊ filiā adoptiuā. Tertia vero eſt quedā affinitas que ē inter adoptatam ⁊ vxorē adoptantis vel int' adoptantem ⁊ vxorē adoptati. Notandū itaq3 ꝙ adoptare eſt ꝑſonā extraneā in filium vel filiā: vel nepotē: vel neptim: vel deinceps legitime aſſumere. ¶ Correlariū primū. Mulier nō poteſt adoptare: niſi ex reſcripto ꝓncipis ſibi in ſo'aciū cōcedat' filioꝝ. Iſte eñ actus eſt ꝓprie viroꝝ. ¶ Scd̄m correlarium. Non pōt vir minor viginti annoꝝ aliquem adoptare niſi forte iuſta cauſa interueniat. Uñ ille pōt adoptare q̄ paterfamilias eſt ⁊ ſui iuris. ¶ Tertiū correlariū. Requirit' ꝙ vir adoptans poſſit generare. Nā ſpado vel nimis frigidus non pateſt adoptare. ¶ Reſponſio. In cognatione legali eſt vinculum ⁊ hoc ſtatuit eccleſia.

Quinto querit. vtrum cognatio legalis impediat matrimoniū ¶ Reſponſio. Cognatio legal' impedit matrimoniū: ⁊ hoc ſtatuit eccleſia.

Sexto queritur. Utrū cognatio legal' trāſeat ī alteꝝ. ¶ Rn̄det' ꝙ vincu'ū adoptionis trāſit in alterā ꝑſonā duplr̄: ſcȝ ꝑ carnis cōmixtionē: et ꝑ generationē. Per carnis commixtionē3 trāſit ad ſemꝑ: vt ſi aliquis adoptet aliquē filiū: ille filius nunq̄ pōt matrimoniū cōtrahere cū vxore adoptātis. Silr̄ ſi tal' fili9 adoptat9 cōtraheret matrimoniū cū aliqua muliere: tunc nunq̄ pater adoptans pōt cōtrahere cū illa muliere. Sed ꝑ generationē trāſit ad tēpus; quia filij naturales nec ſemper cohabitāt nec ſemꝑ cū parentib9 habēt bona indiuiſa: imo cū emancipant': patrē ⁊ matrē relinquunt ⁊ etiā filij adoptiui poſſunt emancipari. Et hinc eſt ꝙ non manet vinculū

qꝛ poſt emancipationē filius naturalis pōt accipere filiā adoptiuā: tñ pr̄ q̄ adoptauit nūq̄ pōt eā accipe: nec etiam poſt emācipationē. ¶ Ad ampliorē p̄dictorū declarationē notādū ꝙ matrimoniū aliq̄n impedit̄ ꝓpter iuſticiā publice honeſtatis. Vñ publice honeſtatis iuſticia eſt quedā ꝓximitas ex ſponſalibus ꝓueniēs habens robur ex eccleſie inſtitutiōe propter honeſtatem. Et ideo ſi petrus ꝯtrahat cū bertha: licet nō cognoſcat eā carnaliter: tñ poſt mortē berthe non pōt petrus matrimoniū ꝯtrahere cum conſanguineis berthe: nō quia eis ſit affinis: qꝛ nō fuit carnalis copula: ſed ꝓpter publice honeſtatis iuſticiam.

Septimo querit̄ de federe nuptiali circa qđ tria requiruntur.

Primo vtrum nuptie ſecunde ſint licite. ¶ Reſponſio. Non tm̄ ſecunde nuptie: ſed etiā tertie ꝛ quarte ꝛ ampliores ſunt licite: dum tamen fiant bono fine: ſcꝫ propter ꝓlem generādam: vel ꝓpter fornicationem vitandā vel ꝓpter neceſſitatē ſuā ſuſtentandam: vt cū ꝯtrahit vir cum muliere vt ipſum foueat ꝛ ecōuerſo. Unde Auguſtin⁹. Non contēnimus quotaſlibet nuptias. Et hieronymus etiaꝫ ait ꝙ domin⁹ nō dānauit mulierē ſeptemuirā: id eſt que habuit ſeptē viros.

Octauo queritur vtruꝫ

nuptie ſecūde ſint ſacramētales ſiue habeant rōnē ſacramēti. ¶ Reſponſio. Dupliciter eſt loqui de ſecundis nuptijs aut in ſe aut in relatione ad ꝓmas. Si in ſe: ſic (cū ſit ibi ꝯſenſus expꝛeſſus inter legitimas ꝑſonas) eſt ibi ſacramentum: nec eſt ibi diuiſio ſed vnio carnis viri et mulieris. Si autē loq̄mur in cōparatione ad ꝓmas: ſic manet in eis incōpleta ſacr̄i rō ꝓpter carnis diuiſionem: quia in primis carnē ſuā vniuit cū viro: in ſecundis cum alio: ꝛ talis diuiſio tollit de plenitudine ſignificatōis: qꝛ prime nuptie ſignificant vnionem chriſti cum eccleſia: qđ proprie non ſignificant ſecunde.

Nono queritur Utrum

ſecunde nuptie ſint honorabiles. ¶ Reſponſio. Secūde nuptie ꝓprie loquēdo nō ſunt honorabiles vt pꝫ ꝑ illud ceſarienſis ꝯcilij. Preſbyteris in nuptijs bigami prandere nō cōuenit: cū penitentia bigam⁹ indigeat. Si igit̄ ſecūde nuptie eſſent honorabiles nō ꝓhiberet̄ p̄ſbyteris in ipſis prandere. Alie rōnes patent in textu. Notandū tñ ꝙ licet nō ſint honorabiles nō tñ ſunt vituperabiles quia carent culpa: imo ſunt tolerabiles. Unde nec dñs nec ſancti eas ꝓhibent tanq̄ malas: ſed tñ eas non ꝑſuadent tanq̄ defectiuas. Cetera patent in textu.

Circa diſtinctionem quadrageſimātertiā

(in qua poſt determinationem prime partis hui⁹ libri pꝛincipalis: que eſt de ſanitate gr̄e incipit determinare de ſanitate glorie.) Primo querit̄. An reſurrectio ſit futura. Notandum ꝙ duplex eſt reſurrectio. Quedam eſt increata: ꝛ eſt ipſemet deus efficiens ꝛ cauſans reſurrectionē creatā tā corporalem q̄ ſpūalem. Et iſta reſurrectio nō eſt futura: ſed fuit ab eterno. Alia eſt reſurrectio creata ꝛ iſta eſt triplex. ſ. ſpiritualis: tp̄alis ꝛ corporalis. ¶ Reſurrectio ſpūalis eſt illa qua quis reſurgit de pctō ad gratiam. Et iſta ſolum fit a deo. vnde in Apocalipſi. Hec eſt reſurrectio ꝓma. beatus q̄ habet partem in iſta reſurrectione. Et de iſta nō eſt queſtio. Sed reſurrectio tēporalis eſt illa qua q̄s quādoq̄ cadit de ꝓſperitate huius ſeculi: et tandem reſurgit ad talem proſperitatē: ſicut patet de Iob. neq̄ de iſta eſt hic ad propoſitum. ¶ Reſurrectio vero corporalis eſt reunio animarum intellectiuarum ad corpora ſua. Poteſt etiā ſic diffiniri. Reſurrectio eſt corporis facti corruptibilis ad animā iterata vnio. Et de,

iſta eſt hic queſtio. Notandū ꝙ futurum eſt aliqđ poſſibile quod erit qñ.ꝗ. ¶ Ad queſtionē reſponſio. Recta fides dicit reſurrectionē corpoꝝ noſtroꝝ: ſicut dicunt tria ſimbola fidei. Et ad hoc credenduꝫ fideles adiuuant̄ ꝑ fidē reſurrectiōis xp̄i iam facte. Si eñ chriſtus eſt caput ⁊ mēbra debent ꝯformari capiti: cū xp̄s reſurrexit ꝯñs eſt vt ⁊ nos reſurgamꝰ vt autē credat fidelis reſurrectionē xp̄i ꝑſuaſum eſt ſibi per apoſtolorū multa teſtimonia Perſuadet etiam ipſa pietas fidei ꝙ nullo mō xp̄i corpus incineratum pōt cogitare. Sup̄ hoc fidei fundamentū ſupedificatur ꝑſuaſio rōnis triplicis. Prima rō eſt renumeratio iuſticie diuine que retribuet homini ſicut meruit. Nam reſurrectio erit beatis augmentū glorie: ⁊ reprobis augmentum pene. Secūda ratio eſt confirmatio glorie: que oēm aīe cōplebit appetituꝫ. Tertia rō eſt ꝑfectio nature ꝙ cōſiſtit in toto cōpoſito: nō in altera eius parte: qꝛ hoīs ꝑfectio nō ſtat p̄ciſe in anima nec preciſe in corpore: ſed in illa vnione corporis ⁊ anime.

Secūdo querit̄. Utrū

reſurrectio ſit oīm hoīm. ¶ Reſponſio. Sicut oīm eſt mors: ita oīm erit reſurrectio. Notandū aūt ꝙ duplex eſt reſurrectio. Quedā eſt reſurrectio ad iudiciū ⁊ iſto mō reſurgēt oēs. Alia eſt reſurrectio ad vitaꝫ eternā. Et de iſta reſurrectione đr Johan. vi. Nemo venit ad me niſi pr̄ ꝗ miſit me traxerit euꝫ ⁊ ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Et iſta reſurrectiōe nō oēs reſurgēt: ſed ſolum beati.

Tertio queritur. Utruꝫ

reſurrectio ſit oīum ſimul an ſucceſſiue. ¶ Reſponſio. Reſurrectio corporū non erit ſucceſſiua: ſed oīum ſimul. Et huius pñt eſſe rōnes ſex. Prima eſt ſeueritas diuini iudicij ꝙ penā incinerationis inflixit corpori vſq; ad aduētū filij dei ſecūdum ſic inflixit penā carētie viſiōis diuine vſq; ad aduentū primū: ⁊ huiꝰ rō eſt qꝛ omnes ſumus in vno p̄ncipio peccati. Unde ꝑ iſtam rōnem excipit̄ beata virgo: que iā reſurrexit (vt pie tenet eccleſia) quia non fuit in originali concepta. Secunda ratio eſt meritum fidei: quia multum meremur in credendo nos remunerari ⁊ reſurgere ꝗ videmur eſſe ſimiles beſtijs in moriendo: quia ſi hoc experimēto viderēꝰ non haberemꝰ meritū. Tertia rō eſt vnitas corporis myſtici: quia eñ oēs vnum corpus ſumꝰ in xp̄o: ideo neceſſe eſt ꝙ q̄ꝫtum ad aliquā gloriā ſcꝫ corporis reſurgamus ſimul. Quarta rō eſt ſubſidium noſtre infirmitatis: qꝛ ſancti dum deſiderant ſua corpora vehemētius etiā deſiderant ſalutē noſtrā: ⁊ iō ſepius orant ꝓ nobis: qꝛ nūq̄ꝫ corpora coꝝ erūt vnita ſuis aīabus quouſq; reſtaurata erit antiqua ruina. Quinta rō eſt manifeſtatio diuine iuſticie: qꝛ eñ oībus debet eſſe notū quāta iuſticia dānet malos et ſaluet bonos: ideo vltimā diſtributionem diſtulit vſq; ad vltimū ſeu nouiſſimū diem vt omnes compareant ⁊ videant peccata ſua: ⁊ peccata omniū: nec ſancti triſtabūtur dicendo. Miſericordias domini in eternū cantabo. Sexta ratio eſt cōſummatio glorie: quia licet angeli habeant oēm gloriā eſſentialem: tamē nō habent oēm gloriā accidentalem: quia gaudium erit eis de reparatiōe antique ruine: ⁊ de gloria corpoꝝ noſtrorum. Similiter dicendum eſt de hominibꝰ beatis propter quattuor dotes corporum que ſunt claritas: agilitas ſubtilitas: ⁊ impaſſibilitas.

Quarto queritur. vtrū

reſurrectio ſit eorūdem ſm numerū. Notandū ꝙ ad identitatem ſm numerū rei naturalis requirit̄ ꝙ ſint eadē principia ſcꝫ eadē materia ⁊ eadē forma. ¶ Rñſio. Reſurrectio erit eorundē numero: quia idem hō qui mortuus eſt reſurget in ſua propria carne ⁊ anima ⁊ hoc erit virtute diuina ⁊ ſupra naturaꝫ. ¶ Pro ampliori

declaracione queſtionis ponũtur quedã ppõnes. ¶ Prima ppõ. Omnẽ entitatẽ cauſabilẽ põt deus ſimplr creare et pducere ad eſſe de oino nihil. Et iſto modo creauit naturã angelicã: ⁊ materiã pmã: ⁊ etiã creauit aias noſtras. ¶ Scda ppõ Oẽm entitatẽ realem abſolutam ⁊ reſpectiuã quã deus põt creare: illã põt oino annihilare. ¶ Tercia ppõ. Oẽm entitatem abſolutã quã deꝰ creauit: ⁊ poſt creationẽ ſimplr annihilauit: poſt adnihilationẽ eandẽ numero põt reparare: qꝛ eqȝ res manẽt poſſibiles poſt creationẽ ⁊ adnihilationẽ ſicut erant ante creationem. Nec valet qḋ obiicit ꝙ deus nõ põt facere ꝙ mulier corrupta ſit iterũ virgo: qꝛ illud pteritum nõ ponit identitatẽ abſolutam. Sed deus põt facere ꝙ illa mulier corrupta habebit eandẽ integritatem mentis ⁊ corporis ſicut pꝰus habebat anteqȝ corrũperetur: ⁊ iſtud dicit identitatem abſolutã. ¶ Quarta ppõ. Deꝰ põt ex quolibet facere quodlibet vt ex lapidibus põt facere hominẽ: et hoie põt facere angelum ⁊ ecõuerſo. ¶ Quinta propoſitio. Omne quod nõ implicat contradictionem poteſt deus facere.

Quinto querit. vtrum

reſurrectio ſit naturalis: an miraculoſa hoc eſt. vtrum agens naturale poſſit facere reſurrectionem: an ſolum poſſit fieri a deo. Notandum ꝙ agens naturale eſt omne aliud a deo. ¶ Reſponſio ad queſtionẽ. In reſurrectione tria ſunt. Primũ eſt corporis ex pulueribꝫ reformatio. Vñ puluere ibi capiuntur pro illa materia de qua formata erãt corpora: ſiue illa ſit ſub forma vermiũ ſeu herbarũ: ſiue aque ſiue terre: ⁊ breuiter ſub quacunqȝ forma ſit. Et iſta collectio puluerum fiet miniſterio angelorum etiaȝ ſucceſſiue vt dicit Scotus. Sed reformatio corporuꝝ fiet a deo ⁊ ſupra naturam. Secũdum eſt ipſi corpori reformato anime vnio. Et licet ſanctus Bonauentura dicat hoc eſſe per naturam (quia anima ſe vnit corpori ſuo quod valde deſiderabat) non tamen tenetur a ſcoto. Et melius videtur ꝙ hoc ſit ſupra naturã: quia licet anima ſe poſſit vnire corpori: ſicut mouens mobili (ſicut poteſt diabolus) non tamen poteſt ſe vnire corpori tanqȝ forma informãs ſuo informabili (quod requiritur ad perfectam vnionem) ſed ſolum hoc fiet a deo. Tertium quod eſt in reſurrectiõe eſt vniorum: ſcilicet corporis ⁊ anime: inſeparabilis colligatio: id eſt vnio quod etiã fiet ſupra naturam. Et ſic patet reſpõſio ad queſtionem ꝙ reſurrectio erit miraculoſa ⁊ non naturalis.

Sexto queritur que ſit

cauſa noſtre reſurrectionis. ¶ Reſponſio. Reſurrectio chriſti eſt cauſa noſtre reſurrectionis. Unde in chriſto eſt aſſignare noſtre reſurrectionis duplicẽ cauſam ſcilicet efficientem ⁊ exemplarẽ. Efficientem autem eſt dupliciter aſſignare: aut ſicut primũ principiuȝ: ⁊ ſic chriſtus ſm diuinitatem: ⁊ tota trinitas eſt cauſa efficiens: aut ſicut inſtrumẽtum et ſic eſt vox chriſti ſm humanitateȝ: ad cuius vocationem mortui reſurgent. Unde tantam virtutem habebit illa vox ꝙ audietur in paradiſo: in inferno: in purgatorio: et per vniuerſum orbem: ita ꝙ ad illam vocem omnes comparebunt. Similiṫ cauſa exemplaris ẽ duplex. Una in qua res cognoſcitur ⁊ diſponitur: ⁊ ſic eſt filiꝰ dei ſm diuinã naturã et tota trinitas. Alia eſt qua res inchoatur et exemplificatur. ⁊ ſic eſt reſurrectio chriſti: qꝛ talia erunt corpora noſtra (vt dicit Auguſtinus de trinitate) quale chriſtꝰ in ſua reſurrectione monſtrauit.

Rõ ſecũda par-

p

te diſtinctiõis huiꝰ in qua de apertione librorũ agitur duos habens articulos. ¶ Circa primum itaqȝ articulum.

Primo querit' de libro vite. Utrum liber vite ſit filius dei. Notandū q liber pōt capi dupl'r. Uno mō ꝓprie: et ſic capit' ꝓ ſuo ꝓprio ſignificato ad qḋ imponit' vt liber Ariſtotelis dr liber: z ſic non capit' hic. Alio mō capitur trāſſumptiue z metaphorice: z iſte eſt duplex ſcʒ liber vite z ꝯſcientiarū liber. Liber vite capit' dupl'r: Uno mō nihil aliḋ eſt ꝙ̄ ipſa noticia dei in q̄ viuūt oīa ꝑ noticiā. Et dr liber metaphorice nam liber ꝓprie captus cōtinet duo ſcʒ ſciētiā in ſe: qꝛ in ipſo ſcribit' ſciētia: ita z in libro vite ſcribunt' oīa ꝑ verā noticiā. Habet etiaꝫ aliqḋ quo ad nos: qꝛ liber facit nos habere memoriā oblitorū: ſic z in fine iudicij: oīa erūt aperta: tā bona ꝙ̄ mala: z ſic reducentur ad memoriā. Unde ſicut dicit Aug⁹. Liber vite iſto mō eſt quedā vis diuina cauſata immediate a deo qua fiet vt in die iudicij vnicuiqꝫ bona z mala reducent' ad memoriā. ¶ Ad queſtionē reſpondet' per tres ꝓpōnes. ¶ Prima ꝓpō. Liber vite eſt ipſa dei noticia q̄ viuunt oīa. Scḋa ꝓpō. Liber vite eſt qḋdā vis diuina cauſata imediate zc. vt ante qōnis reſponſionē habitū ē. Et iſto mō liber vite eſt qḋ creatū. ¶ Tertia ꝓpō. Nec humanitas xp̄i nec xp̄s inq̄tū hō dicendus eſt liber vite. Et ſic patet reſponſio.

Secundo queritur que ſit hui⁹ libri ſcriptura: ¶ Rñſio. Sicut ars z exēplar ē toti⁹ trinitatis z tamē appropriatur filio: ſic z liber vite. Sed notandū q creaturarū ad deū ē duplex cōparato. Una in exeūdo z hec ē oīm creaturarū: qꝛ oīa exeunt a deo. Et ſic filius dei dr ars plena oīm rōnū viuētiū z ſcriptura hui⁹ libri eſt eterna diſpoſitio oīm ꝓducendoꝝ ꝙ̄tū ad ſuas rōnes z ideas. Alia eſt cōparatio in redeundo: z hec eſt creaturarū ad beatitudinē ordinatarū: quia regreſſus eſt ꝑ virtutē: quies ꝑ beatitudinē. Et ſic fili⁹ dei dicitur vite liber Et ſcriptura iſtius libri eſt ꝑdeſtinatio omniū ſaluandorum: et ſic ſoli ſaluandi ſcribuntur in iſto libro.

Tertio querit'. Utrum neceſſe ſit hunc librū aperire. ¶ Rñdet' q (ſicut dictū eſt) liber eſt exeuntiū z redeunciū. Differūt autē exit⁹ z regreſſus qꝛ exit⁹ tm̄ a deo depēdet. Sꝫ regreſſus eſt a dei grā z volūtate nr̄a: qꝛ regreſſus eſt ꝑ merita q̄ fiunt a deo z volūtate nr̄a. Qm̄ igit' iudiciū erit ſm merita: z merita ſunt a nobis: z a deo. ideo ad pēſandā quātitatē z dignitatē meritoꝝ neceſſe eſt aperiri libros cōſcientiaꝝ z librū vite: in quo apparet quantitas gratie ſm menſuram liberalitatis diuine.

Quarto queritur q̄bus aperiet' liber. ¶ Reſponſio. Dupl'r eſt loqui de apertione libri: aut ꝙ̄tū ad ip̄i⁹ libri intuitionem: z ſic ſolūmodo aperiet' bonis. qui videbunt eſſentiā diuinam: z ipſa (tanq̄ in vero libro) videbunt ſcripta in libro. Aut ad ſubſequentē cognitionem: z ſic omnibus erit apertus: quia boni ſe ibi legentes cognoſcent ſe ꝑdeſtinatos. Mali vero ex hoc ipſo quia in libro legere nō poterunt: ſcient ſe eſſe non ꝑdeſtinatos ad vitam.

c

Circa ſecundum articulum ſecunde partis querit' de libris ꝯſciētiaꝝ. Et ꝑmo querit'. Utrū oīa merita legant' in cōſcientia vel quedam. Notandū q meritū capitur duobꝰ modis. Uno mō large: et eſt qḋcunqꝫ opus a voluntate libere elicitū vel imperatuꝫ dignū remuneratiōe vl' ꝑmio aut dignū ſupplicio vel pena eterna. Et iſto modo capit' in pñti qōne meritū. Alio modo capit' meritū ꝓprie z eſt qḋcunqꝫ opus a voluntate libere elicitū vel imperatum dignū ꝑmio z vita eterna. Et iſto modo ſola bonafacta in charitate dicunt' meri

ta. Liber ꝯſcientie eſt ipſe intellect⁹ in q̄ ſunt vel fuerūt ſcripte oēs cogitationes bone vel male: q̄ in nobis fuerūt: ⁊ ē ipſa voluntas in qua ſunt vel fuerunt omnes affectiones bone vel male quas vnq̄ ha buim⁹: ita ꝙ ex iſtis duob⁹ codicib⁹ com/ ponitur liber conſcientie. ¶ Reſponſio. Omniū meritoꝝ erit ibi lectio ⁊ memo/ ria. Rationes patent in textu.

Secundo queritur: vtꝝ q̄libet legat oia in alterius conſcientia. ¶ Reſpondet ꝙ oia nota erunt omnib⁹ tam bona q̄ȝ mala in ipſo iudicio ſm ꝙ vult Anſhelmus ⁊ Bernardus ⁊ textus ⁊ gloſa conſonant. Vn̄ Bernardus ſup illud prime Corint h.iiij. Illuminabun tur abſcondita tenebraruȝ: dicit cuncta arcana cunctorum cunctis ibi patebunt Etiā dānati videbūt beate magdalene ⁊ oim ſanctoꝝ merita ⁊ ecōuerſo. Nec ha bebūt beati erubeſcentiā: ſed erit beatis materia laudandi deū: et erit dānatis in ſcandalum et penā. Et ſic manifeſtabit̄ iuſticia ⁊ miſericordia dei.

Tertio querit̄. Utrum oia videant̄ ſimul ab omnib⁹. ¶ Reſpon ſio. Omnes repente vl̄ ſimul oia pctā vi debunt: ⁊ credendū eſt magis ꝙ ſimul.

Irca diſtinctio/ nem quadrageſimāquartā (cuiusdue ſunt partes q̄rū quelibet tres hȝ articulos) querit̄ pmo. Quid reſurgat q̄tū ad in/ digentiā. vtrū humores reſurgant. No/ tandum ꝙ quattuor ſunt pncipales hu/ mores corporis humani: ſcȝ ſanguis: co/ lera: melancolia: et fleuma. Et quilibet hō participat in iſtis q̄tuor tñ aliq̄ plus in vno q̄ȝ in alio. Notandū etiam ꝙ ſm Auicennā differūt humor ⁊ humiditas Nā humor pprie eſt in venis. Humidi/ tas autem eſt extra venas: ⁊ dirigitur ad alia mēbra. Et iſta eſt duplex. Quedaȝ eſt nutrimētalis qua nutrimur: ⁊ iſta hu miditas non reſurget. Alia ē humiditas cōplexionalis q̄ efficit̄ caro ⁊ iungitur cor pori noſtro et iſta humiditas reſurget. De humorib⁹ autē dicenduȝ eſt ꝙ abſq̄ dubio humores reſurgēt ſicut dicit Am broſius i ſermone de martyrib⁹. Dignū ⁊ cōgruū ⁊c̄. Notādū ꝙ hoīes reſurgent in pfectiori etate: ſcȝ triginta annoꝝ.

Secūdo querit̄ de his q̄ ſpectant ad ſupfluitatē: q̄ ſūt inteſtina capilli ⁊ vngues. vtrū reſurgent. ¶ Re/ ſpondet ꝙ reſurget in corpore nō tm̄ qđ eſt de ipſi⁹ neceſſitate. ſcȝ caput: cor: bra/ chia: ⁊ cetere partes pncipales: ſed etiā qđ eſt de integritate ⁊ de decentia ⁊ pul/ chritudine. Cuȝ igitur capilli ⁊ vngues ſint de decentia (q: caluiciū eſt imperfectio nature) ideo reſurgent. Similiter ⁊ inte ſtina ſunt de nature pulchritudine. Vn̄ Aug⁹. in libro de ciuitate dei. In interi oribus viſceribus (que nullū dec⁹ modo videnr̄ habere) ita pulchritudo rōnis de lectabit: vt omni forme apparēti q̄ ocul̄ placet ſm mentis iudicium pferatur.

Quantū ad ſecūdū arti culum querit̄ primo. Cū caro ē in duob⁹ hominib⁹. Utrū reſurget in pmo vl̄ in ſe cundo. Notandum ꝙ Ariſtoteles dicit ꝙ aliqui homines ſūt ita beſtiales ꝙ ve/ ſcuntur carnibus hominum et huiuſmo di ſunt tartari ⁊ barbari. Cum ergo ca/ ro primi hominis mortui cōuertatur in ſubſtanciam ſecundi hominis ⁊ carnem comedētis illas carnes: queritur in quo iſtorū hominū reſurget illa caro. ¶ Re/ ſponſio. Reſurget in primo: quia ſecun/ dus furatus eſt illam et ſibi vſurpauit. Et reparabit deus materiaȝ ſecundi de alia materia.

Secundo querit̄ q̄d in quolibet reſurgat quantuȝ ad membra. vtrum ſcȝ materia vniuſcuiuſq̄ membri

reſurgat in ſuo mēbro an indifferenter in quolibet. ¶ Rn̄detur ꝙ in membro ſiue in eius materia eſt aliquid ꝯſiderare qḋ eſt de ſubſtantia ⁊ perfectione: ⁊ ſic vnū-quodq̄ membrū ex ſua propria materia reformabit. Eſt etiā aliquid qḋ eſt de ſuperfluitate ſicut aliqua mēbra plus hn̄t de materia q̄ꝫ conueniens ſit forme membri ⁊ tūc qḋ eſt ſupfluū in vna parte ꝓ toto diſpargetur ſi alia mēbra indigeant materia: vt non abundet vnū membrum ab altero niſi q̄ꝫtum debet.

Pro tertio articulo partis p̄me

queritur qualia erūt corpora reſurgētiū: ⁊ p̄mo q̄ꝫtum ad electos. Utrū corpora electoꝝ reſurgant cum deformitatibus. Notandum ꝙ duplices ſunt deformitates. Quedā ſunt deordinatiue q̄ veniūt ex malo ⁊ deformi ſitu membroꝝ: vt ſi quis haberet oculos in pectore: vel brabhium in capite. Et iſte non remanebunt in beatis. Alie ſunt deformitates q̄ꝫtitatiue: vt ſi quis haberet nimis groſſum caput: vel nimis groſſum ventrē. Et ſimiliter beati non reſurgēt cum iſtis deformitatibus. Et ſic breuiter concedendum eſt ꝙ nulla deformitas erit in corporibus electorum.

Secundo querit. vtrū

deformitates reſurgent in corporib᷒ dānatoꝝ. ¶ Reſpōdetur breuiter ꝙ in corporibus damnatoꝝ nulla erit pulchritudo: ita ꝙ ſi habuerint turpitudinē in hoc mundo in eis remanebit. Et ſi in h̄ mundo habuerint pulchritudinē: auferet ab eis: ⁊ erunt turpiſſimi ⁊ viliſſimi: pleni oī feditate ⁊ infectione. Notandum tamen ꝙ in eis non erit deformitas per diminutionem. Nam ſi in hoc mundo nō habuerit quis brachia vel tibias tunc illa deformitas reparabitur ad augmentum pene vt puniatur in omnibus membris: q₂ in hoc mundo habuerunt brachia ad faciendum mala.

Circa ſecundam

c partem huius diſtinctiōis queritur de paſſibilitate damnatoꝝ. Et primo queritur Utrum ſit ponere cruciatuꝫ eternū quē vocamus infernū. ¶ Notandum ꝙ infernus capitur tribus modis. Uno modo pro omni illo quod eſt ſub globo lunari. Et ſic iſte mūdus dicit infernus. Habet etiam quattuor loca ſm ꝙ ſunt quatuor elementa. vnde pſ. Eruiſti animā meā ex inferno. Alio modo capitur infernus pro loco ſubterraneo. Et iſte habet quattuor loca ſiue cameras. In prima ⁊ ſuperiori eſt limb᷒ patrū: in quo erāt patres ante paſſionem xp̄i. Et ibi nulla erat triſticia nec pena ſed ſolū priuabant ad tēpus viſione diuina. In ſecūda camera eſt purgatoriū in quo purgant aīe decedentes cū grā habētes aliq̄d purgabile. Et ad iſta ſolum duo loca deſcendit xp̄us: ſm ꝙ dicit ſimbolum fidei. Deſcēdit ad inferna. In tertia camera ē limbus pueroꝝ qui moriuntur abſq̄ꝫ baptiſmo: ⁊ ibi nullū patiunt dolorē nec triſticiā: ſed ſolum priuantur viſione diuina. In quarta camera ⁊ infima eſt locus dānatorū: ⁊ ibi cruciātur eternaliter. Et oībus iſtis modis ꝓprie nō capitur hic infern᷒. Tertio modo capit infern᷒ pro cruciatu ⁊ pena: quo cruciatu ⁊ pena dānati affliguntur. Nā poſſibile eſt ꝙ dānati poſſint in alio loco cruciari extra illū locū q̄ vocat infern᷒: ⁊ iſto mō capitur hic. ¶ Ad queſtionem reſpondet ꝙ quorūdam fuit opinio ꝙ licet ſit infernus: nō tn̄ eſt eternus quia nimis durum eēt ꝙ pro vno peccato mortali momentaneo cruciet hō eternaliter. Et iſta opinio fuit Origenis et ſequaciū eius. Sed in hoc multum errauit: quia cōtrarium dicit chriſtus Matthei. xxv. caplo. Ite maledicti in ignem eternum. Item Eſaie vltimo. Uermis eoꝝ non morietur: ⁊ ignis eoꝝ non extinguetur. Cōgruū etiā eſt vt pulchritudo.

vniuerſi ſeruetur quibuſdam antithesis (hoc eſt ꝓ cõtrariũ) vt ſicut bonis bona reddunt̃ eterna:ita ⁊ malis eterna ſuppliciã. Neceſſariũ eſt etiam ad ſeruandum ordinẽ iuſticie: vt vnicuiq; reddatur ſm merita ſua cum ventuꝫ fuerit ad iudiciũ Peccatoꝛ autem cum peccat cõtra bonũ eternũ ⁊ infinitum:ex hoc dignus eſt cruciatu eterno. Et dum deceſſerit non eſt amplius locus meriti: ac per hoc nõ erit remiſſio peccati. Ideo quia ſemper ẽ culpa:ſemper etiam erit ⁊ pena. Nam poſt moꝛtem nõ delet̃ culpa moꝛtalis:quia non eſt amplius tempus merendi vel demerendi. Multe ſunt alie ratiões in textu. Vide ibidem.

Secundo querit̃ vbi ſit

infernus. Notandũ ꝙ infern⁹ ibi capit̃ ꝓ loco inferni in q̃ crucianť dãnati. ¶ Ad q̃ſtionẽ dĩ ꝙ licet Auguſtin⁹ voluerit dicere ꝙ infern⁹ nõ eſt locus coꝛpoꝛalis ſ; eſt quid ſpũale tñ a modernis nõ tenet̃. Sꝫ ſequũtur Gregoriũ qui dyalogoꝝ quarto. dicit infernũ eſſe locũ coꝛpoꝛalẽ ⁊ ſubterraneũ qui exiſtit in medio terre. Et ſicut celum empyreũ eſt locus pulcherrimus ⁊ amenũſſimus ita ille locus eſt teterrimus ⁊ viliſſimus. Eſt etiam in medio ⁊ in infimo terre. Nam ſicut medium poli dĩ infimus locus:ita ⁊ mediũ terre dĩ infimus locus eo ꝙ imundus. Et eſt ſb paradiſo terreſtri deſcendendo in centro:id eſt in coꝛde terre.

Circa ſecundum

c

huius partis articulũ querit̃ de q̃ddirate pene infernalis. Et pmo verũ affligens in inferno ſit ignis ver⁹: habẽs formã et naturã ⁊ ignis ſpẽm. Notanduꝫ ꝙ q̃druplex eſt ignis. Quidã eſt ignis elementaris ⁊ eſt ipm elementuꝫ quod eſt in ſpera ignis: ⁊ iſte ignis non cõburit: q: celũ eſt incoꝛruptibile. Alius eſt ignis calcis et eſt ille q̃ accendit̃ aqua ⁊ extinguit̃ oleo: ⁊ iſte ignis eſt in calce. Terti⁹ eſt ignis infernalis ⁊ iſte ignis eſt vſtiuus: ⁊ nõ combuſtiuus:q: vrit ⁊ nõ cõburit:infert paſſionẽ ⁊ non moꝛtem. Quartus eſt ignis pinguedinis q̃ fit ex multis cõfectionibꝫ: ⁊ iſte ignis nec vrit nec cõburit: ſed ſoluꝫ illuminat. vñ dicit Guilerm⁹ pariſieñs ꝙ ſiquis inũgeret capillos ſuos illo igne bñ ꝓ ſpaciũ duarũ vel triũ hoꝛarũ daret lumen ⁊ claritatem pñſentibꝫ:ita ꝙ in vna menſa per totam cenã nõ indigeret alio lumine. ¶ Notãdũ etiã ꝙ adhuc triplex eſt ignis. Quidaꝫ eſt ignis carbo: et iſte ignis viuit in terra capiendo terrã large tam pro ligno q̃ꝫ pro ferro et ceteris metallis: ⁊ etiã ꝓ ipſa terra:q: in aliquibus partibꝫ:vtpote in brabantia ⁊ flãdria fit ignis de terra. Secundus eſt ignis flãma ⁊ iſte viuit in aere quia notũ eſt ꝙ flãma ignis ſemper aſcendit ſurſum et viuit in aere. Tertius eſt ignis lux: ⁊ iſte viuit in ſeipſo. ſcꝫ in ſua ſpera q̃ eſt imediate ſub globo lunari ⁊ iſte ignis (licet ſit calid⁹) nõ cõburit ſed ſolũ lucet q: ibi nõ eſt materia cõbuſtibilis. ¶ Reſponſio. Licet Auguſtin⁹ noluerit iſtam queſtionẽ ſoluere (quia videbat̃ ei temerariũ eam ſoluere) tñ Gregorius (qui fuit doctoꝛ modernus) tanq; inſpirat⁹ a ſpũſancto dicit quarto dyalogoꝝ. Ignem infernalẽ coꝛpoꝛalem eſſe nõ ambigo: cũ dicatur. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Math. xxv. Et eũ ſecuti ſunt omnes doctoꝛes moderni. Sed habet alias ꝓprietates ⁊ opatiões q̃ꝫ habeat noſter ignis quia ille ignis eſt tenebroſus ⁊ ſulphureus ⁊ tamen nõ cõſumit coꝛpoꝛa in que agit.

Secũdo querit̃. vtrum

puniens in inferno ſit ignis ſolus: hoc eſt querere vtrũ dãnati ſolũ crucient̃ ĩ igne. ¶ Reſpõſio. In inferno (ſicut ex ſcriptura colligitur) quattuoꝛ elementa eſſe credunt ad pfectam dãnatoꝝ punitionẽ. Unde in inferno eſt caloꝛ intenſiuus in igne ⁊ frigiditas intenſiua in aqua. Vñ Iob. xxiiij. Ab aquis niuiũ tranſibunt

ad calorem nimiū. Erit enim ibi ignis ardens: ⁊ aqua congelans: ⁊ aeris inquietudo: ⁊ perturbatio: ⁊ terre fetor. Unde Gregoꝰ. In inferno erit frigus importabile: ignis inextinguibilis: fetor intolerabilis. Poſſibile eſt etiaꝫ ꝙ aliquis in eodem inſtanti habeat intenſiuū calorem ibi ⁊ intenſiuū frigus: ⁊ hoc ī diuerſis mēbris. Nam eſt poſſibile ꝙ diues dānatꝰ ſolum cruciabatur in lingua per caloreꝫ ignis: et ꝙ in ceteris membris habuiſſet intenſiuū frigus. Ad illud quod obiicif qđ dn̄s dicit Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternū: ⁊ ibi ſolū nominat ignē ⁊c̄. Dicendū ꝙ per ignem intelligif omnis cruciatus: vel ꝙ ipe nominauit igneꝫ tanꝗ̄ ꝑncipaleꝫ penā. Et ſm phm a maiori debet fieri denominatio.

c Irca tertiū articulum (qui eſt de actiōe ignis) querif primo: Utrū ille ignis ſit cōſūptiuus corporū. ¶ Notanduꝫ ꝙ ꝯſumptio eſt deſitio rei ꝗ̄tum ad eſſe ſubſtantiale: ⁊ idem eſt qđ annihilatio. ¶ Reſpōſio. Licet ignis affligat corpora: tamē non cōſumit. Si autē querat: vtrū corrumpanf corpora in igne. Diſtinguendū eſt de corruptione. Nam vno modo corruptio dicit deſitionē rei ꝗ̄tum ad eſſe ſubſtantiale: ⁊ hoc modo idem eſt qđ cōſumptio. Et tali modo non corrumpenf cū non moriant. Alio modo corruptio idē eſt qđ priuatio bone diſpoſitiōis: et hoc quando a corporibꝰ damnatoꝝ auferef quies ⁊ bona diſpoſitio que generat in anima voluptatem. Et iſto modo corpa damnatoꝝ corrumpenf: qꝛ nullā habebūt ꝯſolationem: ſed erunt abſorpti in pena. Et ꝑ h̄ patꝫ reſpōſio ad queſtionē ꝙ ignis infernalis nō eſt ꝯſumptiuus corpoꝝ.

Secūdo queritur. vtrū ille ignis ſit afflictiuꝰ ſpirituū. ¶ Notandū ꝙ ibi ſpūs capif ꝓ angelis ⁊ aīabꝫ intellectualibꝫ. ¶ Rn̄ſio. Spūs ſeparati a corpe cruciant nō tm̄ ꝑ ſūmi boni abſentiā: ſed etiā ꝑ afflictiui p̄ſentiā. ſ. ꝑ igneꝫ. Sed vidēdū ē ꝗ̄liter hoc fiat. Dolor em̄ (ſicut patet ꝑ Aug. xiiij. de ciui. dei) eſt diſſenſus ab his rebꝫ que nobis nolētibꝰ accidunt. Un̄ ad hoc ꝙ dolor generetur ab aliquo in anima: quattuor cōcurrunt duo ex parte anime. Primuꝫ eſt ꝑceptio ex parte cognitōis. Secundū deteſtatio ex parte affectiōis. Et iſta duo ſunt ī demonibus. Primo: qꝛ habēt veram cognitionē: quia locus inferni eſt horribiliſſimus: viliſſimus ⁊ ſūme afflictiuus. Secūdo: qꝛ coartabunf ⁊ cōtra voluntatem ſuā incarcerabunf ibi: ⁊ ideo ex illa deteſtatiōe generabif in eis maximus dolor ſiue triſticia. Similiter dicēdū eſt đ aīabus. Sed ex parte agentis ſcꝫ ignis ſilr requirunf duo. Unū ē qđ immittit anime ꝑceptionē ⁊ cognitionem: ⁊ ſic ignis erit inſtrumētū diuine iuſticie: quia ſemper demones ⁊ anime habebunt in mente memoriā illius ignis: ita ꝙ non poterunt ſeparari ab illa cogitatiōe: et hoc in eis cauſabit maximā triſticiā. Aliud eſt ꝙ violenter ⁊ inſeꝑabiliter adhereat contra repugnantiaꝫ voluntatis. Et ſic demones ⁊ aīe in ſe erūt afflicte: qꝛ nollent cogitare de illo igne: ⁊ tamē detinebūtur ⁊ ꝯtra volūtatē ſꝑ cogitabūt de illo igne. Et iſte eſt modus ꝙ̄ affligenf demones ⁊ aīe in ſe. Et dicif ibi aīe in ſe: qꝛ aliā afflictionē adhuc habebūt de cōbuſtiōe corpoꝝ ſuoꝝ: ſicut patet ꝑ experientiā. ¶ Notandū ꝙ nec demones nec aīe in ſe cōburenf in igne; ſed ille ignis cauſabit in eis triſticiā: ſicut dictū eſt.

Irca diſtinctionem ꝗ̄dragesimāquintam (cuius tres ſūt articuli) q̄ritur ꝑmo de receptaculis aīaꝝ. Utrū an̄ xp̄i aduētū aīe deſcenderint in infernū. Notandū ꝙ infernus ibi capif ꝓ loco ſubterraneo. Et iſte habet

quattuoꝛ cameras: vt patuit diſtinctiōe ꝓcedēti. ¶ Ad queſtionē dicit᷑ ꝙ aīe decedentes in gratia ante aduentū chꝛiſti recipiebant᷑ in limbo patrum: ⁊ per conſequens deſcendebant in infernū: quia ille limbus eſt vna de cameris inferni. Notandū ꝙ ibi aduentus chꝛiſti capitur ꝓ illo aduentu quādo in triduo paſſionis ſue deſcēdit ad inferna.

Secūdo querit᷑. Utruꝫ

erit anima babens ſuas potentias (cum
nullam amittat) erit etiam corpus ba-
bens omnia ſua organa. Et circa boc q̄
runtur duo. Primo. Utrū in patria om
nes ſenſus babeant ſuos actus. ¶ Notā
dum q ſenſus ibi capitur pro potentia
ſenſitiua tyue ſenſus: viſus eſt ipſe viſus: z
reſultat ipſa potentia ex toto compoſito
ſcʒ tam ex anima q̄ ex corpore: quia ani-
ma ſeparata a corpore proprie nō babet
ſenſus: quia caret organis. Et ideo ani-
ma ſeparata a corpore nō poteſt ſentire
nec videre. Similiter corpus ſeparatū
ab anima nō babet ſenſus: quia licet ba-
beat organa: tamen nō babet potentiā
que maxime viget in anima. ¶ Reſpon
detur ad queſtionē per tres ꝓpoſitiōes.
¶ Prima propoſitio. Licet poſſe ſentire
ſit ex cōiunctiōe potentie cū organo be-
ne diſpoſito: ſentire tamē eſt ex cōiūctio
ne ipſius potētie cū obiecto. Et iſta pro-
poſitio ꝑus declarata eſt. ¶ Secūda ꝓ-
poſitio. Quia in beatis erunt potentie
iuncte organis bene diſpoſitis: ideo ibi
erunt omēs potentie ſentiendi. ¶ Ter-
tia propoſitio. Quia obiecta omniū ſen
ſuū nō erunt in gloria ſed quorundaʒ: iō
quidā erunt in actibus ſuis in ſuo ſenſu.
quidā nō. Nam ſenſus viſus z ſenſus ta
ctus erunt in actibus ſuis: quia ibi vide
bimus corpa noſtra glorioſa: qr erūt lu-
cida z colorata. Etiā erit ibi obiectū ta-
ctus ſcʒ lenitas: vt eſt dulce z lene tangi
bile: ita q amplexabimur z oſculabimur
inuicem abſq aliqua deordinatiōe: ſed
cuʒ omī boneſtate: tamen nō erit ibi ſen-
ſus guſtus: nec ſenſus olfactus: tamen ꝓ
babile eſt q ibi erit ſenſus audit⁹ ſm il-
lud Ps. Exultatiōes dei in gutture co-
rum: nam ſancti cantabūt cantu corpo-
rali cū ſumma melodia z concordia. Al
terius autem opinionis eſt Richardus
de media villa q omnes ſenſus babebūt
ſuos actus. Dicit em̄ q deus cauſabit in
corporibus beatorū odorem egregium:
vbi ſatiabitur ſenſus olfactus. Simili-
ter in lingua cauſabit deus quandā hu-
miditateʒ: vbi ſatiabitur ſenſus guſtus.
Et hec opinio magis placet.

Secundo querit. vtrūʒ

illi ſenſus q ſunt in ſuo actu cognoſcāt ꝑ
ſpeciei receptionē. ¶ Notādū q antēq
babeant actus ſenſus duo requirunt. ſ. po
tētia ſentiēdi z obiectū ſenſibile: vtpote
antēq aliqs videat requirit ꝑmo q babe-
at potētiā vidēdi: ſecūdo q ſit obiectum
ſenſibile. Unde ſi aliqs baberet optimā di
ſpoſitionē z potētiā viſus: ſi eſſet in tene

bꝛis ⁊ obſcuro loco nihil videret. Et ſimiliter ſi eſſet in loco clariſſimo ⁊ nō haberet potenciā viſus; ita ꝙ eſſet cecus: nihil videret. Notandū ꝙ aliquid cognoſcitur ꝑ receptionē ſpeciei: qn̄ obiectum ſenſibile cauſat ſpeciē ſuā̄ ꝓpꝛius in recipiente: vt ſol cauſat in viſu nr̄o ſpeciem ſolis: albedo in nobis ſpeciem albedinis. Et ſimiliter dicendū eſt de alijs ſenſibus ¶ Rn̄ſio. Senſus glorificati cognoſcēt recipiendo ſpeciē ab ip̄o obiecto ſēſibili.

Quantū ad quartū articulū

queritur ꝑncipaliter de glīa coꝛpoꝛis in ſpeciali que in quatuoꝛ dotibꝰ conſiſtit. Et ſubdiuiditur iſte articulus in quattuoꝛ ſm̄ ꝙ quattuoꝛ ſunt dotes coꝛpoꝛis.

Irca pꝛimū igitur articulū

(qui eſt de impaſſibilitate) duo queruntᷣ. Pꝛimo. Utrū coꝛpus glorioſuꝫ ſit īpaſſibile ab intrinſeco. ¶ Reſponſio. Coꝛpoꝛa illa ſunt incoꝛruptibilia ⁊ in defectibilia (⁊ oēs concoꝛdant in hoc) tam ab intrinſeco ꝙ̄ ab ex intrinſeco: ⁊ hoc loquēdo de potētia dei oꝛdinata ¶ Notandum ꝙ aliquid eſt incoꝛruptibile: immoꝛtale: impaſſibile ⁊ ſic de alijs dupliciter. Uno modo per naturam. Et ſic ſolus deus eſt impaſſibilis et immoꝛtalis. Alio modo per gratiam. Et iſto modo beati dicuntur impaſſibiles. Notandum ꝙ in beatis erunt humoꝛes ſcilicet ſanguis ⁊ humiditas: et etiam caloꝛ oꝛdinatus et quattuoꝛ elemēta: ſicut ſūt in mixto tamen nō coꝛrumpentur: ⁊ hoc ex virtute diuina.

Secūdo queritur. vtrū

coꝛpus glorioſum ſit impaſſibile paſſione veniente ab extrinſeco: ſicut igne vel cultello. ¶ Reſponſio. Coꝛpus glorioſum eſt impaſſibile ab extrinſeco: ita ꝙ ſi coꝛpus glorioſum eſſet in igne infernali: non pateretur. vnde. Impaſſibilitas vt eſt dos coꝛpoꝛis eſt quedaꝫ virtus ad non patiēdum immediate data a deo ipſis coꝛpoꝛibus beatis pꝛo remuneratione ⁊ tanꝙ̄ pꝛo dote.

Quātum ad ſecundum

articulū queritᷣ pꝛimo. Utrum coꝛpoꝛa illa ſint peruia: an coloꝛata: an luminoſa? Notandum ꝙ duplex eſt peruietas. ¶ Quedā eſt qualitatiua: et eſt quedam diſpoſitio qualitatiua diſponens ad videndum ea que ſunt in eo: vt per criſtallum videmus que continentᷣ in eo. Alia eſt peruietas poꝛoſiua: et ſunt ipſa foramina vel poꝛi per que videbimus in gloria: interioꝛa noſtri coꝛpoꝛis. Et ꝑ iſtos poꝛos nunc exeunt ſudoꝛes ⁊ pili. Notandum poſt hec ꝙ coloꝛatū nihil aliud eſt ꝙ̄ ſuſceptiuuꝫ coloꝛis: vt paries dicitur coloꝛatus: quia eſt albus: vel niger: vel rubeus ⁊c̄. ¶ Notandū demum ꝙ luminoſum capitur dupliciter. Uno modo vt eſt ſuſceptiuū lucis. Unde lux eſt in coꝛpoꝛe lucido pꝛopꝛie loquendo: vt ſol dicitᷣ lucidus: quia lucet. Et iſto modo pꝛopꝛie capitur hic. Alio modo vt eſt ſpecies et ſimilitudo lucis. Unde lumē eſt in coꝛpoꝛe dyaphano et tranſparenti vt lumen dicitur eſſe in aere in vitro ⁊ in cryſtallo ⁊c̄. Et ſic patet qualiter differunt lux ⁊ lumen. ¶ Ad queſtionem reſpondetur ꝙ coꝛpoꝛa beatoꝛum erūt coloꝛata ⁊ luminoſa: ⁊ erunt peruia peruietate poꝛoſiua ad modū cryſtalli pulchꝛioꝛa: non autēꝫ peruietate qualificatiua: quia ſequeretur ꝙ eſſent coꝛpoꝛa omogenea: quod non poteſt eſſe: quia ſi ſic: ſequeretur ꝙ quelibet pars coꝛpoꝛis eſſet ipſum coꝛpus. Nam omnia coꝛpoꝛa per quia ſūt omogenea: vt ꝗ̄libet pars aeris eſt aer: quelibet pars cryſtalli eſt cryſtallus. ¶ Notandū vlterius ꝙ claritas eſt lux manifeſtans ſeipſam. Nam lux abſ-

condita non dicitur claritas: ſed ſolũmodo dicitur lux. Notandum etiam ꝙ iſta ſunt ſynonima perſpicuitas diaphaneitas/ perſpicuitas ⁊ tranſparentia.

Secundo querit. vtrũ

corpora glorioſa poſſint claritatem ſuã ſm imperiũ anime ſue oculis noſtris occultare. ¶ Reſpondet Bonauentura ꝙ licet non poſſumus videre corpus glorioſum in ſe propter nimiam eius claritatẽ: tamen poſſumus illud videre in ordinatione: ſicut eſt de ſole. Ulterius quia corpus glorioſum eſt ſubtile: et per ſubtilitatem ſuã poteſt omne corpus penetrare non glorioſum (vt infra patebit) ideo poſſet corpus glorioſũ oculos noſtros penetrare: ⁊ ſic non eſſet obiectum nobis viſibile: quia quod intra oculos noſtros eſt non poſſumus videre. Qualiter autem hoc poſſit fieri poſtea dicetur in materia de dote ſubtilitatis. De chriſti corpore autem (qui poſt reſurrectionem ſuis diſcipulis non apparuit glorioſus: licet coram ipſis eſſet preſentialiter in ſpecie peregrini: vel hortulani ⁊c̃.) Dicendum ꝙ aliud eſt de chriſto ⁊ de pura creatura: quia chriſtus deus eſt ⁊ potuit facere quod voluit. Nam maior potentia collata eſt chriſto ꝗ̃ ceteris ſanctis.

Conſequẽter queritur.

de dote ſubtilitatis. Et primo vtrũ corpus glorioſum poſſit penetrare corpꝰ nõ glorioſum. ¶ Notandũ ꝙ duplex eſt ſubtilitas ſcꝫ ſpiritualis ⁊ corporalis. Subtilitas ſpiritualis dicit̃ eſſe quedam ingenioſitas exiſtens in intellectu diſponẽs ipm intellectũ ad acute ⁊ perfecte aliqd cognoſcendum: ⁊ de iſta non eſt queſtio. Subtilitas autẽ corporalis eſt duplex: ſcꝫ raritatis ⁊ virtutis ſiue actiuitatis. Subtilitas raritatis eſt quedam qualitas exiſtens ſubiectiue in corpe raro ipm diſponens ad faciliter patiendũ: vel ad hoc ꝙ faciliter penetretur: vt aer ⁊ cetera corpora mollia que dicunt̃ rara: quia mollia ⁊ de facili ſunt penetrabilia. Subtilitas vero virtutis ſeu actiuitatꝭ eſt quedam qualitas exiſtens in corpore: diſponens ipſum ad faciliter agendum ſeu faciliter penetrandum. Et de iſta ſola ſubtilitate virtutis eſt hic ad propoſitum. ¶ Notandũ inſuper ꝙ ſubtile ⁊ penetratiuũ poteſt dici tripliciter. Uno modo quia habet figuram acutã aptam ad aliquid penetrandũ: vt acus faciliter penetrat pannũ: enſis faciliter aliquid molle penetrat: vt caput ⁊c̃. Alio modo ꝓpter materie peruietatẽ: vt aer: ⁊ iſtis duobꝰ modis nõ capitur hic. Tertio modo aliquid dicitur penetratiuum ſiue ſubtile per virtutem actiuam: ⁊ iſto modo capitur hic. ¶ Ad queſtionem dicitur (⁊ omnes cõcedunt) ꝙ corpora glorioſa habẽt dotem penetrabilitatis: ⁊ poſſunt penetrare omne corpus non glorioſũ. Sed quomodo illud fiet eſt magna cõtrouerſia inter doctores: ſicut patet in textu. Opinio tamen Scoti (que eſt ſecurior) eſt ꝙ corpus glorioſum poteſt eſſe in eodem loco cum non glorioſo. Unde penetrabit totum corpus: ita ꝙ duo corpora erunt ſimul ⁊ in eodem loco: ⁊ hoc virtute diuina. Bonauentura. Corpus glorioſum non poteſt penetrare corpus glorioſum: quia vnum non eſt materiale reſpectu alterius (licet ſit materiale in ſe) nec penetrabile ab alio. Et ideo ꝗ̃uis ſit ibi ſubtilitas: deficit tamen penetrabilitas. Et ideo plura corpora glorioſa non poſſunt eſſe ſimul de potentia dei ordinata.

Secundo queritur: vtrum

corpus glorioſum ſit palpabile tactu a non glorificato. ¶ Notandum ꝙ tangibile eſt quod poteſt percipi per ſenſuꝫ tactus. ¶ Ad queſtionẽ reſpondet Bonauẽtura. Cũ dico tangibile: duo dico ſcꝫ qḋ põt immutare ſenſũ: ⁊ h̃ eſt pfectiõis ⁊ qḋ nõ põt latere tactũ nr̃m: ⁊ h̃ ẽ impꝰ

fectionis:⁊ quia remanebit quod eſt per
fectionis:⁊ tollitur quod eſt imperfectio
nis: Ideo dico ꝙ corpus glorioſum po-
teſt ſe prebere tangibile:⁊ poteſt latitare
⁊ non prebere tangibile corpori nō glori
ficato. Nam tangi poteſt cum ſit corpus
verum:non vanum ſeu fantaſticum:late
re poteſt quia poteſt penetrare organuꝫ
tactus. Primū habet per virtutē nature
Secundū per effectū ſpiritualis poten'
tie ſibi a deo date. Concedendum eſt igi
tur ꝙ corpus glorioſum tangi poteſt a
corpore non glorioſo. Unde Luce vlti-
mo dixit chriſtus diſcipulis ſuis. Palpa
te et videte quia ſpiritus oſſa et carnem
non habet ⁊c.

Conſequēter querit̄ de

dote agilitatis. Et primo querit̄. Utrū
agilitas ſit in omnibꝫ corporibus glorio
ſis. Notandum ꝙ agilitas eſt facilitas
exiſtēns ſubiectiue in corpore animato
ad prompte mouendū ipſum motu pro-
greſſiuo cuius principiū eſt anima. No-
minales dicunt ꝙ tempus ⁊ motus ſunt
eadem res. Item ſm aliquos primū mo
bile eſt celū criſtallinū ſm aliquos nonū
celum:ſm aliquos celum ſtellaruꝫ:id eſt
octaua ſpera. Propoſitio Ceſſabit om-
nis motus celoꝝ omniū poſt iudicium.
¶ Sol ſtabit in oriente:luna in occidēte
¶ In celis nō erit motꝰ ad formā. ¶ Cor
pora beatoꝝ nō indigent loco. ¶ Motus
oīs eſt ꝓpter carentiam alicuius rei. Un
de duplex eſt motus ſcꝫ ad formā ⁊ ad ſi-
tum. Motus ad formā eſt ꝓpter indigē
tiam. Motus ad ſitum eſt propter liber
tatem. Iſte motus propter libertatē nō
habet imꝑfectionem. Notandū ꝙ ſex ſūt
differentie poſitionum ſcꝫ dextruꝫ ⁊ ſini-
ſtrum:ſurſum ⁊ deorſuꝫ:ante ⁊ retro. Et
ſic patet reſponſio.

Secūdo querit̄. vtrum

illa agilitas inclinabit corpora glorioſa
ad omnes iſtas differentias poſitionum
ita ꝙ illa corpora glorioſa nō habeāt ali
quam inclinationem magis ad vnam ꝙꝫ
ad aliam: ſic ꝙ magis ad ſurſuꝫ ꝙꝫ ad de
orſum inclinantur:vel ad ſiniſtrum ꝙꝫ ad
dextrum et econuerſo: et ſic de alijs.
¶ Propoſitio. Erit in corporibus bea-
tis grauitas:ſed non impediens. ¶ Alia
propoſitio. Poſt corpus glorioſum ani-
matum pulcherrimum corpus eſt celuꝫ
empireum: nihilominus beati diſcurrēt
vbi volunt extra:nec habebunt minoreꝫ
beatitudinem eſſencialem. ¶ Reſponſio
ad queſtionem. Agilitas inclinabit cor-
pus glorioſum ad omnem differentiam
poſitionis: ita ꝙ eque bene inclinabit ad
ſurſum ſicut deorſum et econtra: ad ſini
ſtrum ſicut ad dextruꝫ: ad ante ſicut ad
retro:ita ꝙ vbi voluerit ire anima nul-
lum habebit reſiſtens nec impedimentū
a corpore glorificato.

Irca diſtinctio-

c nem quinquageſimā (in q̄
de ſtatu damnatorū deter
minatur: Cuius quattuor
ſunt articuli) queritur primo. Utrū dā
nati velint ſe peccaſſe. Notandum ꝙ du
plex eſt voluntas:abſoluta et conditio-
nata. Uoluntas abſoluta ⁊ kategorica
eſt quando aliquis actu vult aliquid vt
velle fornicari ſimpliciť: velle furari eti-
am abſqꝫ aliqua condicione. Uoluntas
vero condicionata eſt quando quis vult
aliquid cum conditione: vt ego bene vel
lem furari ſi deus non prohibuiſſet: ego
bene vellem manere de matutinis ſi ego
non eſſem punitus.

¶ Reſponſio. In damnatis pena infer-
nalis aufert a voluntate ipſorum actum
volendi peccare: ſiue voluntatem abſo-
lutaꝫ peccandi: quia reuera damnati nō
appetunt luxuriari: nec ſuperbire: ⁊ hoc
propť penas quas ſe ſentiūt ex hoc icur-
riſſe. Tamen habitu ⁊ voluntate ꝯditio
nata vellent peccare. Un̄ bn̄ vellent lu-
xuriari ſi nō eēnt puniti. ⁊ hec eſt opinio

Bonauenture. Sed nõ tenetur a doctoribus modernis. Nã dicunt ꝙ ſicut ſancti cõtinue laudabunt deum: ita damnati continue blaſphemabunt deum ꝛ non ſolum vellent peccare ſed actu peccabũt ꝛ etiã erũt obſtinati in peccato: ſm illud pſalmiſte. Superbia eoꝝ qui te oderunt aſcendit ſemꝑ. Et licet ſemꝑ peccent: nõ tamen demerentur: ſed illa voluntas peccandi eſt eis pro pena. ſm illud Apocalypſis. xxij. Qui in ſordibꝰ eſt ſordeſcat adhuc. Sed veniamꝰ ad reſolutionẽ queſtionis. Ad illud igitur quod in queſtione querit (vtrum damnati velint ſe peccaſſe) reſpondetur ꝙ bene vellent ſe nõ peccaſſe: non ꝙ peccatũ eis diſpliceat: quia iniuſtum ꝛ contra deum: ſed quia diſplicet eis pena ꝑ peccatis eis inflicta. Unde demon bene vellet non ſuperbiſſe: et iudas non prodidiſſe chꝛiſtũ. Et hec eſt opinio ſancti Bonauẽture ꝛ cum eo concoꝛdant doctoꝛes.

Secundo queritur: vtꝝ

volũtate deliberata damnati malint nõ eſſe q̄ꝫ ſic eſſe. Hoc eſt vtrũ magis appetant nõ eſſe ꝛ annihilari: q̄ꝫ eſſe in toꝛmẽtis. Reſpondetur ꝙ omnes concoꝛdant in hoc ꝙ damnati mallent nõ eſſe q̄ꝫ ſic eẽ in toꝛmentis: ꝛ hoc ꝑpter illas penas. Unde Apocalypſis. ix. In diebus illis deſiderabunt homines moꝛi: et fugiet moꝛs ab illis. Item Auguſtinꝰ in libꝛo de miſeria huius mundi: loquens de damnatis dicit. O moꝛs q̄ꝫ dulcis eſſes: quibus tam amara fuiſti: te ſolũ deſiderant: qui te vehemẽter oderũt. Sed in hoc appetitus damnatoꝝ eſt inoꝛdinatus: indiſcretus ꝛ fantaſticus quia nõ eſſe nullo modo eſt appetendũ appetitu recto. Similiter nec eſſe damnatum nec eſſe infelicem eſt appetendũ: ſed vtrũq3 eſt fugiendũ.

Sed querit quod illoꝝ

eſt magis fugiendũ. ¶ Reſpondetur ꝙ ſe habent ſicut excedentia ꝛ excessa: ideo vtrũ q̄ꝫ altero eſt magis fugiendũ diuerſis conſiderationibꝰ. Nam non eſſe ſimpliciter eſt magis fugiendũ q̄ꝫ eſſe damnatum quia illud eſt magis fugiendum quod magis aufert de bono: ſed non eſſe magis aufert de bono: quia totũ bonum ꝛ totum eſſe annihilat: ſed eſſe damnatuꝫ ſolum partem boni annihilat: quia licet male viuant ꝛ ſint in penis: tamẽ ſemper ſunt in eſſe: ꝛ eſſe eſt bonũ: igitur ſimpliciter loquendo non eſſe eſt magis fugiendum ꝛ minus appetendũ q̄ꝫ eſſe damnatum. Etiam ſm appetitum honeſti: damnati deberent magis eligere eſſe damnati: q̄ꝫ non eſſe: quia ſunt ibi in inferno ad iuſticiam manifeſtandã. Si autẽ loquamur de appetitu qui refugit incõmodum ſi daretur in optione damnatis tunc deberent magis appetere non eſſe q̄ꝫ eternaliter damnari: quia eſt magis poꝛtabile nõ eſſe q̄ꝫ eternaliter damnari. Sed certum eſt ꝙ damnati magis eligũt nõ eſſe q̄ꝫ eternaliter damnari: quia ſequuntur appetitum ſuũ ꝛ nõ reſpiciunt honoꝛem dei. Et hec omnia dicit Bonauentura: ꝛ licet bene tamen ſm aliquos doctoꝛes inſufficienter dicit. Dicunt enim ꝙ damnati ſunt miſeri ꝛ in miſeria. Unde duplex eſt miſeria ſcꝫ culpe ꝛ pene. Miſeria culpe etiam eſt in damnatis ꝛ ſm eaꝫ damnati ſm rectam rationem ꝛ ſm appetitum honeſti deberẽt magis eligere ſimpliciter nõ eſſe q̄ꝫ eſſe in culpa: quia nulla re debet deus offendi. Alia eſt miſeria pene: ꝛ ſic ſm rectam rationem damnati magis deberẽt eligere eſſe in pena q̄ꝫ ſimpliciter non eſſe.

Tertio querit. Utrum

damnati mallent omnes eſſe damnatos: q̄ꝫ quoſdam eſſe damnatos ꝛ quoſdã eſſe beatos. ¶ Reſponſio. Duplices ſunt affectiones. Quedam ſunt libidinoſe que generant delectationẽ ꝛ iſte parum vigebunt in damnatis pꝛopter multitudinẽ:

penarum. Alie ſunt affectiones inuidio-
ſe in quibꝫ nulla eſt delectatio:ſed ſemꝑ
eſt penalitas ꝛ afflictio ſpiritus ꝛ iſte au
gebuntur in damnatis. Quoniaꝫ igitur
in damnatis augebitur odiū ꝛ inuidia:ꝛ
vehementer triſtabuntur ꝛ inuidiam ha
bebunt de beatitudine ꝛ gloria electoruꝫ
ideo vellent ꝙ nulli eſſent ſancti ꝛ ſalua-
ti:ſed omnes damnati:licet multitudo et
augmētatio augeat in eis penas. Et po-
nitur exemplum de febricitāte qui licet
ſciat aquā frigidā ſibi eſſe nociuā:tamen
ꝓpter appetituꝫ inordinatū quem habet
vult eam bibere. Sic eſt de damnatis:
quia licet ſciant multitudinē damnato-
rum eis eſſe in penā:tamen ꝓpter inordi/
natam affectionem inuidie quā habent:
vellent omnes eſſe damnatos:ꝛ hoc ſim-
pliciter loquendo ꝛ in generali:ꝛ dicitur
ſimpliciter:quia exquo ſciunt ꝓ certo ꝙ
aliqui erunt ſaluati:ideo magis vellent
ꝙ aliqui eſſent ſaluati ꝙ̄ alij ſicut patet
Luce.xvi. de diuite illo epulone qui deſi-
derabat ꝙ fratres nō veniſſent ſecum in
infernū:quia fuiſſent ei in maiorem affli/
ctionē. Unde pater dicit filio. Maledi-
ctus tu es in carne:ꝛ econuerſo ꝛc̄.

Circa ſecundum

articulum (qui eſt de exce
catione ſiue tenebroſitate)
queritur primo. Utrū ibi
ſint tenebre corporales. Notandū ꝙ du
plex eſt tenebra:ſcꝫ corporalis ꝛ ſpiritua
lis. Tenebra corporalis eſt priuatio lu/
minis tam primarij ꝙ̄ ſecundarij. Unde
lumen primariū eſt ipſum lumen qđ im/
mediate cauſatur a luce in corpore dia-
phano:vt lumen qđ eſt in aere: Lumen
ſecundariū eſt quod cauſatur a lumine:
ſicut eſt vmbra. Et ſic patet ꝙ differētia
eſt inter vmbram ꝛ tenebrā. Etiam diffe
runt lux ꝛ lumen:ſicut patuit in prece-
denti diſtinctione in materia de dote cla
ritatis. Tenebra ſpiritualis eſt duplex.
Quedā eſt tenebra ſpiritualis intelligē
tie ꝛ cognitionis et vocatur ignorantia.
Et per oppoſitum ſcientia dicitur lumē
ſpirituale. Unde communiter dicitur ꝙ
ſcientia nō habet inimicum preter igno/
rantem. Et de iſta tenebra eſt queſtio ſe/
quens. Alia eſt ſpiritualis tenebra me-
morie:ꝛ nihil aliud eſt ꝙ̄ obliuio et pri-
uatio actus memorandi. Et de iſta tene
bra eſt tertia queſtio. Alie ſunt tenebre
de quibus nō eſt queſtio:ſicut peccatum
dicitur tenebra:ꝛ ſic ſunt ſeptem tenebre
particulares ſm ꝙ ſunt ſeptem peccata
mortalia. Sed de iſtis non eſt queſtio.
¶ Ad queſtionē reſpondet ꝙ ſm Iſidoꝛ
ignis gehenne habet lucem ad aliquid ꝛ
ad aliquid non:quia ignis gehenne ali-
quo modo lucet vt damnati habeant vn
de doleant ſcꝫ ad videndū triſtia ꝛ horri
bilia. Et iſte ignis eſt fumoſus:ſulphu-
reus ꝛ tenebroſus. Ignis autē gehenne
nō lucet ad conſolationē damnatoꝝ. Et
ſic patet ꝙ ignis gehēne lucet aliquo mo
do:vt damnati videant vnde doleant:et
nō lucebit luce claritatis ꝛ pulchritudi/
nis:ne habeant vnde gaudeant. Notan/
dum ꝙ quicq̄d videbūt damnati erit in
eoꝝ deſolationē:nec videbunt indifferen
tia.nec delectabilia:ſed triſtia.

Secūdo queritur. vtrū

erunt ibi tenebre ſpirituales ꝙ̄tum ad
actum cognoſcendi. Quid ſit tenebra
ſpiritualis in ꝑcedenti queſtione dictum
eſt. ¶ Reſponſio. Sicut eſt triplex actꝰ
lucis corporalis (ſcilicet manifeſtare:di-
rigere ꝛ delectare) ſic et in luce ſpirituali
Si loquamur ꝙ̄tum ad actum primū:
ſic dico ꝙ non omnino extra lucem erunt
quia eis aliqua erūt manifeſta:ꝛ hoc ad
cumulum pene:vtpote erūt peccata que
commiſerunt. Et manifeſtatio et cogni/
tio illorum erit eis in magnam penam.
Si loquamur ꝙ̄tum ād ſecundū actum
qui eſt dirigere:ſic dico ꝙ omnino erunt

extra lucem: quia non poterunt dirigi. Erunt enim extra omnem viam: et tempus et locum bene agendi: ſicut dicitur Eccleſiaſtes nono. quia nec tempus nec ratio: nec ſcientia erūt apud inferos. Si vero loquamur q̄tum ad tertiuȝ actum (qui ē delectare) ſic dico ſimiliter ꝙ erūt extra luceȝ omnino: quia nihil cognoſcēt actu in quo delectentur: erunt enim abſorpti omnino a magnitudine penarum Hec bonauentura.

Tertio queritur. vtrum

in damnatis ſint tenebre q̄tum ad actū memorandi. ¶ Reſpōſio. In damnatis erit recordatio q̄tum ad meſticiam ⁊ dolorem: ſed in eis nō erit recordatio ad directionē nec conſolationem. Et breuiter ſimiliter dicendum eſt de actu memorandi: ſicut de actu cognoſcendi. Et iter oīa recordabilia recordationē habebunt de peccatis a ſe commiſſis.

Quātum ad tertium ar

ticulum queritur de cognitione anime ſeparate. Et primo queritur vtrum anima ſeparata habeat vſum potentie ſenſitiue. ¶ Notandum ꝙ potentia ſenſitiua capitur tripliciter. Primo modo pro ꝑncipali et formali principio ipſius ſenſationis productiuo principaliter ipſius actus ſentiendi. Et hoc eſt quedam formalitas ſiue perfectio ſe tenens in anima que realiter diſtiguitur ab illa. Alio modo capitur materialiter et inſtrumentaliter: pro ipſo inſtrumento corporeo mediante quo anima habet potentiaȝ vidēdi et ſic capitur pro principio materiali productiuo principaliter ipſius actus ſentiendi. Et iſto modo nihil aliud eſt q̄ ipſum organum cuiuſmodi ſunt oculi ad videndum: et aures ad audiendum ⁊c. Tertio modo capitur potentia ſenſitiua propriiſſime: pro aliqua entitate reſultante ex aggregatione ipſius coniuncti ſcilicet ex anime potētia et organo mediante quo ſenſus exeunt in actus ſuos. Et ſic capitur pro toto aggregato ex ꝑncipio formali ⁊ organo. Et iſto modo potentia ſenſitiua non eſt ſolum illa formalitas que eſt in anima: nec ſolum organa dicuntur potentie ſenſitiue: ſed ſunt totius cōiuncti: ſcilicet perfectiones anime et organo conuenientes: ſicut aures ſunt organa conuenientia ad audienduȝ oculi ad videndum: manus ad tangendum. Et iſte tertius modus capitur hic in queſtione. ¶ Ad queſtionem reſpondetur ꝙ proprie loquendo: impoſſibile eſt animam a corpore ſeparatam hr̄e vſum potentie ſenſitiue: quia potentia ſenſitiua eſt aliqua entitas reſultans ex cōiunctione corporis et anime. Nam anima ſeparata a corpore nec poteſt videre viſu corporali nec guſtare: nec tangere: et ſic de alijs ſenſibus. Et hoc dictuȝ eſt in diſtinctione quadrageſima nona. parte ſecunda. articulo tertio. queſtione prima: quia quicquid cognoſcit anima ſeparata a corpore hoc cognoſcit potentia intellectiua Et dictum Caſſiodori non intelligitur de potentijs corporalibus: ſed de interioribus: ita inquiens. Anima ſeparata videt audit ac reliquis ſenſibus efficatius vtitur per intellectum ſupple: quia trahit ſecum potentias. Et ſimiliter dicendum eſt de angelo. Et licet non habeant potentias ſenſitiuas et exteriores tamen perfectius anima ſeparata per potentiā interiorem et intellectiuam cognoſcit. ¶ Concluſio. Impoſſibile eſt animam ſeparatam a corpore habere potentiā ſentiēdi: quia eſt totius cōiuncti ſcilicet corporis ⁊ anime: capiendo potentiam ſenſitiuam pro toto aggregato. Hec concluſio eſt reſponſiua ad queſtionem. Item Auguſtinus dicit ꝙ anima trahit ſecum imagines rerum corporalium: ⁊ per illas imaginatur ⁊ cognoſcit ⁊ vtitur potētia ſenſitiua interiori. Et hec eſt opinio doctoris Bonauenture.

Secũdo querit᷑. vtrum

anima ſeparata cognoſcat ea q̄ circa nos geruntur dico per comparationē ad ſtatum viatoꝝ. ¶ Reſpõdetur ad queſtionem ponendo tres diſtinctiones et quattuor propoſitiones. ¶ Prima diſtinctio. Duplex eſt cognitio ſcʒ per doctrinam: ⁊ per inuentionē. Cognitio per doctrinam eſt illa que habetur a doctore legente clare qui verbis cõmunibus ⁊ claris vtitur. Cognitio per inuentionē eſt illa que inuenitur ab aliquo ingenioſo ſiue ad aliq̄ doctore. ¶ Secunda diſtinctio. Cognitio per inuentionem eſt duplex. Quedā eſt rei preſentis ⁊ per certitudinē vt quādo videtur aliquid preſens ⁊ certitudinaliter. Alia eſt rei abſentis ⁊ per quandaʒ coniecturationē vt quādo aliquis veſtigia bouis videt in niuibus vel in terra: tunc habet coniecturam ꝙ bos ibi tranſiuit. Et iſta cognitio non eſt ſemper vera q: põt aliquis imprimere veſtigiū bouis ⁊ tamen in veritate non tranſiuit bos. ¶ Tertia diſtinctio. Cognitio ꝑ doctrinam poteſt eſſe triplex. Quedā eſt a deo immediate: ſicut prophete multa cognouerunt per reuelationem diuinaʒ. Alia eſt que fit ab homine vel a demone. Et iſta reuelatio poteſt decipere: quia ⁊ homo et diabolus poſſunt fallere ⁊ falli. Tertia eſt que fit ab angelo bono: ⁊ iſta eſt ſemper vera. ¶ Prima propoſitio. Anime ſeparate per certitudinem rei preſentis nõ poſſunt habere noticiaʒ de his que circa nos aguntur: niſi hoc eſſet ex permiſſiõe diuina ſcilicet ꝙ veniant ad nos. ¶ Secunda propoſitio. Anime ſeparate poſſunt habere noticiā de his que circa nos aguntur per quādam coniecturationem etiam anime dānate. Vt ſi quis auarus haberet filium prodigum: ſi ille auarus dimiſiſſet filio ſuo multa bona poſt mortem: tunc coniecturam haberet ꝙ filius ſuus conſumeret bonū. ¶ Tertia propoſitio. Anime ſerarate poſſunt habere noticiā de his q̄ circa nos agũtur: ꝑ reuelationē tam in bonis q̄ʒ in malis. In bonis per reuelationē bonoꝝ angeloꝝ. In malis per reuelationē demonū: ad augmentationeʒ pene. ¶ Quarta ꝓpoſitio. Aie ſeparate poſſunt habere noticiā de his q̄ circa nos aguntur per illuſtrationem diuinam quādo ſcʒ deus eis reuelat: ⁊ hoc tm̄ eſt in bonis ⁊ etiam exiſtentibꝰ in purgatorio. Nam illi qui ſunt in inferno nõ habent iſtas illuſtrationes: q: ſunt indigni: ſicut patet per auctoritates Auguſtini ⁊ Gregoriȷ̄ in textu.

Tertio queritur de co-

gnitione aie ſeparate per comparationē ad ſtatū beatoꝝ. Vtrū mutuo ſe cognoſcāt: ſcilicet damnati bonos ⁊ econuerſo. ¶ Reſpondet᷑ ꝙ ſic. Nam conſideratio ſiue cognitio glorie bonoꝝ eſt reprobis pena. Et conſideratio ſiue cognitio pene reproboꝝ eſt electis gaudiū: quia dānati ꝯſiderāt gloriā ſub ratione amiſſionis: electi vero penam ſub ratione diuine vltionis. Vnde letabit᷑ iuſtus cum viderit vindictā. Et nunc ⁊ poſt iudiciū conſiderabunt electi penam: quia gloria electoruʒ ſemper manet: et poſt iudiciū erit copioſior. Damnati vero (licet modo cõſiderent gloriā ⁊ bene cognoſcant btõs) poſt iudicium qñ anima iunget᷑ corpori: nõ amplius cõſiderabunt illam gloriam quia totalr̄ erūt in penis abſorpti: ita ꝙ nõ poterūt ad alia vacare nec cogitare. Ad intelligentiā illiꝰ Luce. xvi. (vbi diues petebat guttā aque ad refrigerandū linguā ſuā) notandū ꝙ non affligebat᷑ in lingua materiali aut corporali: quia nõ habebat: eo ꝙ ſola aīa cruciabat᷑: ſʒ affligebat᷑ in aīa ex cõſideratione illius pene quā habebit poſt iudiciū: ſicut prius dictum eſt ꝙ anime affligunt᷑ ab igne materiali ꝑ ſolā ꝯſiderationē illius. Et ſiſr demones affligent᷑ poſt iudiciū.

c

Jrca vltimū articulum queritur primo. Utrū dānati habeant vermem materialem ſiue corporalem. ¶ Notandum ꝙ vermis dicit̄ tripliciter. Primo modo dicit̄ quaſi veritas miſſa. Et de iſto modo filius dei qui miſſus eſt a patre in mundum pro ſalute generis humani dicitur vermis. ſm illō Pſ̄.xxj. Ego ſum vermis et non homo. Auguſtinus. Uermis.i. veritas miſſa: et non homo: quia nō ſum conceptus ex ſemine viri ⁊ mulieris ſicut ceteri homines Alio modo dicitur vermis animal. Et ſic vermes dicuntur quedā animalia parua ſuper coſtas ſuas ambulantia: ⁊ ſi habeant pedes ſunt valde parui ſicut pediculi ⁊ ceteri ꝟmes generati ex corruptione ſiue ſint in terra ſiue in aqua. Et iſto modo etiam ſerpentes dicuntur vermes et ſic capitur vermis in queſtione. Tertio modo dicitur vermis a rodendo quia corrodit et remordet ⁊ ſic ꝟmis ſpiritualis: ſcilicet ſinderesis dicitur vermis. Et de iſto dicetur in duabus ſequētibꝰ queſtionibus. ¶ Ad queſtionem dicit̄ ꝙ Auguſtinꝰ viceſimo de ciuitate dei ponit circa hoc duas opiniones. Quidam voluerunt dicere ꝙ vermis iſte ſit ſpiritualis ⁊ horum opinionem dicit ſibi magis placere. Et hec opinio cōmuniter a doctoribꝫ tenetur. Aliꝗ vero volunt dicere vermē illum eſſe materialē. Propter verba ſcripture. Judith vltimo. Dabit ignē ⁊ vermen in carnem eorum. Et ſic patet ꝑ primam opinionem ꝙ in inferno nō ſunt vermes materiales. Ad auctoritatē Judith dicendum ꝙ ſicut ignis materialis affligendo corpus etiam affligit animaꝫ per redundantiam: quia vnita eſt corpori: ſic vehemens dolor et remorſus anime: ſiue triſticia redundat in corpus ſm illud Prouerbioꝝ.xvij. Spiritus triſtis exiccat oſſa. Et ſic dicitur ꝙ erit ignis ⁊ vermis in carne eorum.

Secūdo queritur. vtrū in dānatis ſit vermis ſpiritualis. ¶ Pro declaratione queſtionis notandū ꝙ vermis capitur duobus modis. Uno modo proprie: ⁊ ſic ſūt illa parua animalia de quibus dictum eſt in queſtione precedenti. Alio modo capitur methaphorice ⁊ ſic capitur in preſenti queſtione. Et eſt quedam triſticia et continuus remorſus conſcientie: que oritur ex putrefactione peccati ex concurſu duorum mouentium ſcilicet voluntatis naturalis ⁊ voluntatis libere ſibiꝗnuicem obuiantium ⁊ ſibi inuicem reſiſtentium. Jn iſta diffinitiōe ſunt ſex particule. Prima particula ē triſticia: ⁊ ponitur loco generis. Unde triplex eſt triſticia in damnatis. Prima eſt carentia beatitudinis. Secunda erit de igne affligente eos. Tertia triſticia ē vermis. ¶ Secunda particula eſt continuꝰ remorſus conſcientie ⁊ ponitur ad differentiam triſticie que dicitur carentia beatitudinis et triſticie que generatur ex afflictione ignis. ¶ Tertia particula ex putrefactione ⁊c̄. Peccatum dicitur putrefactum ⁊ putridum quando homo moritur in illo. ¶ Quarta particula ex concurſu ⁊c̄. Voluntas naturalis eſt ſinderesis. Voluntas autem libera in dānatis eſt obſtinatio ꝯtinuo in peccatis manendi. ¶ Quinta particula ſibiꝗnuicem obuiantiū: qꝛ ſi haberent obſtinationem ⁊ nō haberent ſinderesim: tunc nō eēt vermis: vt pꝫ in mūdanis hoībus ⁊ obſtinatis: qui nullos aut paruos habent remorſus ꝯſcientie. ¶ Sexta particula ſibiꝗnuicē reſiſtentiū. Vñ ſi ſinderesi nō dare𝔱 reſiſtentia per obſtinationē: tūc ꝓprie nō eſſet vermis ſicut pꝫ in bonis viatoribꝫ ꝗ ſtatim obediūt veritati ⁊ ſinderesi immediate faciendo penitētiam. ¶ His viſis faciliter reſpondetur ad queſtionē ꝙ vermis ſpiritualis eſt in dānatis.

Tertio queritur. Utruꝫ

vermis ille ſit inuariabilis. ¶ Reſpõſio. iuſto dei iudicio fiet vt mali ſimul om̃ia peccata memorentur: vt de oĩbus conti-nue torqueãtur. Et ideo vermis in dãna-tis eſt inuariabilis: ita q̃ continue mor-debit: nec minuetur: nec augmentabitur quia ita intenſiue mordebit in vna hora ſicut ꝛ in alia. ¶ Notandum tamen q̃ in tenſius erit in aliquibꝰ: ſm̃ q̃ aliqui plu-ra peccata cõmiſerunt. In aliĵs autẽ mi-nus intenſe mordebit ſm̃ qđ minus pec-cauerunt. A quo ipſe pius et miſericors ieſus mũdi ſaluator nos cuſtodiat. Qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit ꝛ regnat deus per immortalia ꝛ infinita ſecula ſe-culorum. Amen.

¶ Explicitunt reportata admodũ ſub-tiliſſima venerãdi patris Stephani bru-lefer: ordinis diui Franciſci de obſeruan-tia in theologia magiſtri longe excellen-tiſſimi in quartũ librum Sententiarum ſeraphici doctoris Bonauenture cõpor-tata quidẽ metis gallie. Impreſſa vero p magiſtrũ Jacobũ de pfortzheim ciuẽ Baſilienſem. Anno ſalutis noſtre Mil-leſimoq̃ngenteſimoſeptimo.

Iſta ad vſq̃ fi[illegible] Stephani [illegible]
ordis diui fra[n]ciſci [illegible]

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

... ẽē ꝑ ꝑeccũ sibi ꝑceatas que sũt ſimilitudines rerũ intellectis
huminũ intelliḡt res ꝑ ſpecies abstractas a reb9 ꝑticularib9
ſcienũ ꝑ eius cogniti . Unde sciendũ q sicut sensus cognoscit res
preſẽtes tm̄ et sicut imaginatio cognoscit res absentes tm̄
et tamẽ cũ appendicijs materie ita intellectus cognoscit
absq appendicijs materie . abstractione vniuersali . alio
m̄ ꝑ intellectus aliqualit cognoscit omnia et attingit cog
noscit eum deus sup̄ se : angelus iuxta se et corpus infra se co
modo qd celi ambitu continet̄ infra se . Hec idem ...

Virgo maria assensũ angelo prebuit di. fiat etc. ſpũ sanctus ſupueniente
veniit : ac filium dei concepit . ista vna simul fuerũt tempore
nõ natura . congruebat aũt isto modo incarnatio tẽporali
tati ~~et ostenderet~~ que decebat suas res : sua sapientia et sua
bonitates ostendere . Unde aũt potentia q̃ coniungere extre
ma ſũme distantia hoc est creatorẽ et creaturã : maior
ẽo fuit incõmixtiõe dyspariũ elementorũ maior in cõmixtiõe
illorũ elementorũ ad ſpm creatũ magna in cõmixtiõe ipsorũ
omnium ad ſpm increatũ . Ubi est magna dysparitas est Unde
sapientia q̃ q ad ꝑfectionẽ totius vniuersi fieret connexio
primi et vltimi : hoc est vbi dei qd omnium principiũ et hu
mane creature q̃ ꝑ ſex dierũ fuit vna omnium
creaturarũ . Unde eius beniuolentia ipsius creator rerũ cõ
municare se voluit reb9 creatis . Et hec benignitas mag
fuit in cõmunicatiõe sui omnib9 reb9 ꝑ presentiã . maior
qua cõmunicauit se bonis ꝑ graciã . maxima q cõmunicauit
se hoĩ ꝑ vnionẽ et ꝑsonnes generib9 singulorũ huma
nitate ꝑsone . fuit etiaʒ ista modo cognitissimus q dns in
forma serui reparauit seruũ et procurauit salutẽ ho
ni iste ho ꝑ peccatũ corruit in infirmitatẽ ignorantie cecitate et ma
liciaʒ ꝑ q̃ ꝑprius factus est ad diuinã vtatẽ imitandã
et veritatẽ cognoscendaʒ et ad bonitatẽ diligendã Ideo deus
factus est ho ꝑ quod se redderet hoĩ imitabilẽ cognoscibilẽ
et amabilẽ . iste preuaricator abstulit nobis deũ vnde
conueniens fuit vt reparator redderet nobis deũ preterea
vt tanta esset in redemptore quãto fuit superbia supna
ricatore q tanta fuit superbia vt ho vellet eẽ deus vnde
humilitas tanta debuit esse vt deus fieret ho . deinde vt nim
amorẽ excitaret et nraʒ spẽ erigeret . Hec albertus ...

[illegible] a parte [illegible] adeo sunt [illegible]
[illegible] et alia tamen sola [illegible]
[illegible] partibus [illegible]
[illegible] facere [illegible] facere alia [illegible]
[illegible] incarnationis [illegible]
[illegible] plenitudo temporis [illegible]
[illegible] et [illegible]
[illegible] sunt [illegible] incarnationis.
[illegible] magne potentie sapientie et bonitatis [illegible]
[illegible].

Prima ratio quare filius fuit incarnatus [illegible]
dei sapientia [illegible] fieret reparatio [illegible]
est filius [illegible] in [illegible]
et filius [illegible] generationis [illegible]
qui est a [illegible]
[illegible] nobis [illegible] filius [illegible]
[illegible] Sexto ut sicut dei filius [illegible]
fieret filius dei [illegible] reparari
[illegible] debuit esse [illegible] dei et ho-
minis. [illegible] incarnatio [illegible]
[illegible] principio [illegible].

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De modo incarnationis

[illegible] reparatione [illegible]
[illegible] domina angelorum [illegible]
[illegible] angeli [illegible]
et verbo dei [illegible] filius dei [illegible]
[illegible] assumptio [illegible]
[illegible] alteritas
[illegible] immutabilis [illegible]
[illegible] non sit immutatio
[illegible] immutatio loci [illegible]
[illegible] filii missione
[illegible] post incarnationem fuit [illegible].

Digitized by Google